Analecta Inauguralia:

8.P.9

SIVE

DISCEPTATIONES MEDICÆ

Doctoris JOHANNIS ROGERSII.

NECNON

DIATRIBÆ DISCUSSORIÆ

DE

Quinque Corporis humani Concoctionibus;

POTISSIMUMQUE

De PNEUMATOSI ac SPERMATOSI:

QUIBUS

Arcana Naturæ quoad *Individuum*, Speciémq; tam elaborando *Principia*, quam Coquendo ſuccos Hum. Corp. *Spirituſq;* Animales atque Spermaticos, enucleantur; quibus *Chymiatricæ Medicinæ*, Methodíq; medendi *fundamentum* in Medium Ratiociniis clariſſimis καταφατικῶς καὶ κατασκευαστικῶς expugnatur.

Ariſt. de Vit. & Mort. cap. 2. Περὶ δὲ ὑγιείας καὶ νόσου οὐ μόνον ἐστὶν ἸΑΤΡΟΥ͂, ἀλλὰ καὶ ΦΥΣΙΚΟΥ͂ μέχρι τοῦ τὰς αἰτίας εἰπεῖν, ᾗ δὲ διαφέρουσι, καὶ ᾗ διαφέροντα θεωροῦσιν οὐ δεῖ ΛΑΝΘΑ΄ΝΕΙΝ, &c.

LONDINI,

Typis E. C. pro *H. Everſden* apud Inſigne *Canis Leporarii* in Cœmeterio S. *Pauli*. 1664.

1166 b. 5.



Imprimatur,

Geo. Stradling *S. T. P.*
Rev. in Christo Pat.
D. Gilb. *Episc.* Lond.
à Sacell. Domest.

Ex Æd. Sab.
8o August.
1663.






Scientiâ & Sapientiâ.









Τὰ Πρακτικὰ

Τὰ Θεωρητικὰ

δι' Αὐτ' ἐξουσίαν



ex oleis alienis

A Lumine Lumen



Ἔμφυτον Πῦρ

His vnitis Potior

Analecta Inauguralia
aut
Disceptationes Medicæ
Doctoris
IOHANNIS ROGERSIJ
necnon
Diatribæ Medic: Philosoph:
De
Pneumatosi ac Spermatosi
tribus Libris editæ



Editio ... da


δι' Τὰ Ποιητικὰ ... ασκαλίαν

δι' Αὐτοδιδασκαλίαν



ex Proprijs Nervis

A Semine Germen




Τὰ Πρὸς Τοῦτον

Constit: Vitalis
Κτι Κίνησιν



Ex Particulis insitis

Κατ' ... per Vestigia Nata



Constit Naturalis
Κτι Κύησιν.

Constit: Animalis
Κτι Λόγον



Ex fermentis adsitis

John Chantry sculp.

Analecta Inauguralia:

SIVE

DISCEPTATIONES MEDICÆ

Doctoris JOHANNIS ROGERSII.

8. P. 9

NECNON

DIATRIBÆ DISCUSSORIÆ

DE

Quinque Corporis humani Concoctionibus,

POTISSIMUMQUE

De PNEUMATOSI ac SPERMATOSI.

QUIBUS

Arcana Naturæ quoad *Individuum*, Speciémq; tam elaborando *Principia*, quam Coquendo ſuccos Hum. Corp. *Spirituſq;* Animales atque Spermaticos, enucleantur; quibus *Chymiatricæ Medicinæ*, Methodíq; medendi *fundamentum* in Medium Ratiociniis clariſſimis Καταφατικῶς ϗ κατασκευαστικῶς expugnatur.

Ariſt. de Vit. & Mort. cap. 2. Περὶ δὲ ὑγείας ϗ νόσου ὐ μόνον ἐστὶν ἸΑΤΡΟΥ͂, ἀλλὰ ϗ ΦΥΣΙΚΟΥ͂ μέχρι τὲ τὰς αἰτίας εἰπεῖν, ᾗ δὲ διαφέρουσι, ϗ ᾗ διαφέροντα θεωροῦσιν ὐ δεῖ ΛΑΝΘΑ'ΝΕΙΝ, &c.

LONDINI,

Typis E. C. pro *H. Everſden* apud Inſigne *Canis Leporarii* in Cœmeterio S. *Pauli*. 1664.

16



4·Ne



Præcellentissimo, Prudentissimo, Amplissimoq;

EDWARDO

Comiti CLARENDONII,
Vicecomiti de CORNBURIO,
Baroniq; de HINDONO,
ANGLIÆ
Dom. CANCELLARIO Magno:
NECNON
Academiæ Celeberrimæ OXON.
Insignissimo.

J. R. M D. S. P. D.

Consultissime, Sapientissiméq; Dom.



VIrtutes inter omnes *Dianoëticas* PRUDENTIA sed inter *Ethicas* JUSTITIA clavum teneat clavemque expetat ac expediat. Quippe dum aliæ circa passiones, hæ circa functiones summè necessarias aut incumbentes, ϗ τὸ ῞ΕΥ ϗ τὸ ἌΡΙΣΤΟΝ versantur. Jam verò prudentiâ, virtuteque morali κτ̀ τε τὴν φρόνησιν ϗ τὴν ἠθι-

κὴν ἀρετὴν ἀποτελειώσας τὸ ἔργον hoc opuſculum abſolvere, Dignitatis Amplitudiniſque veſtræ pedibus, fronte lætâ proſternam. Quum Bellatori (olim) *Magni Alexandri* manum oſculando, eiq; adducendo difficultates haud exiguæ, ſudoreſque incubuiſſent; ex ineundi Gratiâ Cubile Regale, plumigerum circa *Nares*, Aures (& *Sannionis* inſtar αἰσωπικαῖς nugis moribuſque mimicis) ſaltantem quaſi planè vel plenè deſipientem ſeſe geſtabat. Quo fuco protinus ac *Morionis* in Schemate facillimè Imperatoris acceſſui, Conſpectuique ab omnibus Aſpectantibus acceleratus ac expeditus erat; cujus genibus extemplò proſternens, *Ah! Domine mi magne!* (dixit ille) *licet hoc vultu ſimulato* (*Majeſtati tuæ*) *SANNIONIS more advenio, more tamen SAPIENTIS inſervire tibi* (ſi placeat) *haud vacillarem.* Sin ex pari ratione non ſimulatione (*Honoratiſſime!*) prout Regiæ Majeſtatis Dom. Cancellario *Supremo*, necnon *Angliæ* TIBI (ſummè devotus) perveniam; hoc modo (quia præſidiis aliis ſim deſtitutus) Nominis Tui ſub Auſpiciis, primitias has de PNEUMATOSI & SPERMATOSI elucubratorias litavi; ſcrutinia quoq; *Patroni* tanti ſolaribus influentiis è Cœlo Regio Politicoq; in literas effulgentibus, hæc favenda dicare humillimus (& egomet addictiſſimus) inſtabo

ſtabo. Officiis tamen teſtatioribus poſtnatis memoriáque pergratâ celſitudinis, *Claritudiniſque*, Tantæ nomen excelſum animo προσ-χειρίσας complectique, medullis omnibus Nerviſque poſt *Regiam Stirpem* intimis invigilare debeam. 1. Ad nominis Tanti DIGNITATEM, à nobis cultoribus ſed ab omnibus *Sophiæ Proceribus* atque *Coryphæis* ſummoperè celebrandam: quatenùs es *Oxonienſis Academiæ* ſoboleſcentis *Cancellarius*, acieque Aquilinâ (præ aliis) perſpicaciori, Literas & Artes penitiſſimè perſcrutando prædiṭus. Liberoſque *Matris* hujus *ALMÆ* legitimos gremio chariſſimo ſuſtentando; *Parentis* & more & amore *Provinciam* hanc de jure merito ſubeundo, dum ex omnibus ingenuis ſuffragiis promptiſſimiſque perquam es excultus, mirificè complexus, omnigenaque eruditione tam conſpicuus, ut tibi Κοσμὸς πολύπλουτος τῶν ἀρετῶν καὶ τῆς πολυμαθείας ineſſe videatur. Quinimo TE fere τὴν Σοφίαν, Rationem ipſam, & Πενταπλόον aut Πένταθλον (quemadmodum ab *Æliano* Democritus inſignitur) imò Πενταπλάσιον artiumque liberalium penes *Academiam* ſive Promum ſine Fuco cum plurimis affirmare liceat. Nec ex animis Poſterorum, uſpiam defluat Avi Regis *Auguſtiſſimi*, R. *Jacobi* memoria celebranda; Quo λογοδαιδάλῳ literis omnibus erat inſpiratio tanta ut de memora-

 bili

bili *Zelo* ejus & ardore Regali ad Artes liberales ac *Gratias* fama nobis poſtnaris ore pleno buccinaverit. Quippe quum τοῖς λογοῖς ἐμφιλορεῖθεις, καὶ πρὸς τὰς ἐπισημίας Δαπάνεσις *Bibliothecam Oxonienſ.* ſubintraverat; ex primis votis & ardentibus ad *Muſas*, *Bibliothecam* ipſam *ſibimetipſi* carcerem, librorumque *conſortium* inſtar amicorum chariſſimorum, eorumque *catenas* ei quaſi *manicas* gratiſſimas atque compedes exoptatas inhiare, ſive concupere fertur. *Democritus* olim forſitan ex avidiſſimæ contemplationis gratiâ, propriis cum manibus ſe Μονόφθαλμον efficiebat, oculoque uno fortè ſuos *Atomos* optimè indagandos autumavit; Harum autem coctionum principiorumque diſcuſſiones, necnon indagines hujus Ἀνθρωποφύσεις *duobus ex oculis* ſatiùs & penitiùs explorentur, *ambabus ulnis* intimè ac medullitùs amplexentur; in quibus arcanis id nuſpiam ſatis diſcitur, quod nondum à Doctiſſimis nimis dicitur. EUDOXUS etiam olim, (SOLIS contemplatione tantopere raptus) è calore *Phœbæo* ſeſe conflagraturum eſſe conſtanter in votis habuerat, ſolummodo Luminis ipſius Solis *Syſtema* totum (ſolaribus ex viciniis) ſatis deprehenderet. *Ariſtoteles* etiam ob parem conditionem circa *Neptuni* fluxus ac refluxus in præceps ſeſe prodidit. *Cleembrotus* autem animæ immortalitatis fru-

frustula *Platonica* legendo *Rapsodias* tantas necnon ecstaticas iniebat; ut hæc *Arcana* subter optimo deprehendendi prætextu, παραλλάσσειν τοῦ ζῆν ἑαυτὸν scopulo sese miserit ab alto. Οἱ μὲν ἐκ φύσεως νεύουσι πρὸς τὸ Ἀγαθὸν, multis tamen parasangis & ex TRIPODE longe perfectiori sanè καὶ πρὸς τὸ Ἄριστον, Positiones nostræ necnon hypotheses in PNEUMATOSI, καὶ τῆς Ἀνδρογυνίας in SPERMATOSI (solerter extricatâ) eorum conjecturis de *Sole*, de *Mari*, sive de *Mente* (juxta *Placita Platonica*) præemineant; quum in homine velut omnia (in uno) τῆς κτίσεως mirabilia reponuntur, atque præ aliis tanquam τὸ ἔργον θειότατον, exemplarque omnium φυσικώτατον. Quo solo solertia perexquisitissima τοῦ κοσμήτορος luculentius elucescit, sed in nihilo plus (quoad individuum) quam in *Pneumatosi*, sive (quoad *speciem*) quam *Spermatosis* in Arcanis; nisi desuper ab ortu *Animæ* immortalis, cujus simplicitas à Divino Numine ad ipsum Numen velut οὐρανοπετής necnon incessantèr οὐρανομήκης intendit; cujus puritas Arcana sapit altissima, pietasque gaudia cœlestia gustat, cujus immortalitas æterna petit, superna appetit, Angelisque conscendit, penetratque cœlum οὐρανόθεν. Quibus optimè perpensis (à *ratiociniis* apodictis l. 3. c. 7.) Gloriam Dei in excelsis celebremus Amore, More, Ore, & Re omni. *Quid melius*

lius (inquit *D. Augustinus* ad Marc.) *animo geramus, & ore promamus, calamoque explanemus quam Deo gratias? Hoc nil brevius dici, nil latius audiri, nil fructuosius agi possit.* Imo ex animæ ipsius radiis nos ultra solares illuminantibus, *altitudine* divinæ naturæ, *longitudine* fidei, *latitudine* amoris, *profunditate* veræ rationis, omnibusque suis dimensionibus ac alis altiora tamen inhiamus D. *Anselmo. Certe Domine, quod me fecisti* (dixit ille) *debeo amori tuo* MEIPSUM *totum; & tantum debeo* PLUS *quam Meipsum, quantum tu es major meipso, pro quo dedisti* TEIPSUM, *& cui promittis* TEIPSUM *in cælo.* Quis adeo Decoris illius *Africani*, Matrisve D. *Augustini* vestigiis *Zeteticis* instabit? *Quid hic faciemus? Cur non ocyus migramus? aut dehinc citius ad illum in cælis avolemus?* tanquam ad *animæ* centrum seu *terminum ad Quem?*

2. Ad nominis Tanti CELSITUDINEM. Quâ *Regiæ* Majestatis Regnique Dom. *Cancellarius* es *Summus*, atque summopere colendus. Capitisque SENSORIO COMMUNI haud absimilis sis ex hoc munere *animaliumque* spirituum Δημοτικῶς elaboratorum optimeque sospitantium impressione, eorumque Charagmate distributioneque per totum corpus ejus *Politicum*. Jamvero de parallelismo Rei Politicæ

liticæ Medicæque plurima agere, Personæ Tantæ *Reverentia* certè cautionem mihi satis præbuit, nè coram *TANTO*, ὑπὲρ μέτρον φρονεῖν aut lucem Soli objicere viderer. Veruntamen ex profundis latifundiisque sapientiæ tecum hospitantibus uberrimè, Cerebro *capitique Regali* necnon ejus Corpori Politico prorsus inservientibus; *CAPUT ipsum* verisimiliter informetur, de quibusdam φιλοβασιλεῦσι, qui *Nomen* (forsitan haud *Numen*) *Phanaticum* subeant. Tituloque tamen haud *Intemperie* è compitorũ triviis ac πανδημεὶ laborent. Utcunque quali Ratione, Radices arborum ab Hortulanis in brumali tempore denudantur, cum tali, Christiani quoque coram omnibus, (*Soleque meridiano*) eorum Radices (tam quoad eorum PRINCIPIA quam PRACTICA) nudas ac apertissimas exponerent atque tibiis apertis propalarent.

Quapropter I. *PRINCIPIIS* haud invitè sed ex animis propensis (οὐ γὰρ δὲ βουλόμεθα ζῆν ψευδολογοῦντες) Regis Serenissimi Potestatibus & Imperiis Magistratuum Legumque præceptis eosmetipsos alacritèr debitéque promptos obtemperare profiterentur. Quamvis autem à Mammis hàc fide lactens educatus fuerim, nihilominus haud tam *Gente* quam *Mente*, aut *Genere* quam *Genio* conscientiaque Cervicem jugo ferre,

καὶ διαφυλάττειν τοὺς Νόμους τοὺς Βασιλικοὺς, me procliviorem ſemper agnoſcam. Certo quoque certius, Liberi pii Politicique quouſque revera *Mammam*, Deo obediendi, papillámve unam captant, alteram couſque (& à principiis conſcientiæ αὐτοδιδάκτοι) *Principi* Magiſtratuique (*de jure*) parendi magis haud repugnantèr ambiunt, quoniam ulnis utriſq; rapere & utrinſecùs ſapere didicêrunt.

2. *Quoad PRACTICA* fugient ab iis quam à peſte, viperis, quam à Diabolo, imo & *Inferno*, eorumque nomen ipſum ab odio capitali reſpuant, perſonas alienent, refugiantque, qui Regis Regnique Saluti nefarias inſidias directè vel indirectè ſtruerent. Imò haud ſecus ac eorum, qui Parentes eorum naturales & chariſſimos jugulare perpetrarent. Πολλοὶ γὰρ ἤδη, διὰ τὴν τῆς ἀρχομένων κακίαν τεχνῶν πονηρῶν, ἢ κατὰ τὴν ἑαυτῶν γνώμην, ἄρχειν ἠναγκάσθησαν, proindè Magiſtratus ab iis aſperius imperare quam vellent creberrimè coacti fuerint. Hi quoque Generis humani Politicique, ſunt anomaliæ turpes, perfrictæq; creberrimè frontis viri; Inter quos *Aſpis à Vipera* venenum mutuatur, & inter eos quo *peritiores* eo *perniciosiores* humano generi. Qui contra leges omnes, Regis Clementiam, ſpiritibus venenatis, profundeq; malignis quærunt anſas infernales & tumultuandi novas, vel invitâ Minervâ vel con-

contra Naturam ipsam præcaventem, eorum immanitatem patrandi. Qui propter imperandi libidinem & illecebras (δι' ἐπιθυμίαν) temeritate belluinâ, *Baßianique* (C. *Severi* Imp. *Filii*) ferocitati haud impari (qui fratrem suum *Getam* è vivis truculavit in ulnis parentis) cruorem fraternum, lachrymasque maternas in uno eodemque gremio κατὰ ζύνθημα commiscent. His quoque tantopere conflatis ex *Invidia*, iræ, *livoris*, odii, & ulciscendi principiis effrænis, particulisque sulphureis æstuantibus, *flammis* & heluantibus, *Tarantuláve* dominandi stimulatis, Ænigma *Peripatetic.* optime conveniat. *Arist.* lib. 3. Rhetor.

Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα
Οὕτω συγκόλλως ὥστε σὺν αἷμα ποιεῖν.

Igne viro vidi Æ S *jungi, quasi Glutine tamq;*
Firmiter, ut multum sanguinis ebiberet.

Necnon historia *Hibernica* de *Tyr-Oweno* Rebelli barbaro circa annum 1567. Rerum Gestarum *Annalibus ex Hib.* Commemorata Πολύποδος νοῦν ἔχοντι. Qui *Bibacißimus* poculisq; majoribus spiritus fortes aut (idiomate vulgari USQUEBAGH) ingurgitare frequentabat; quoties autem particulæ ignitæ ac sulphureæ per habitum corporis erant accensæ conflagratæque ab æstu sanguinis

nimis

nimis effervescentis succorumq; ebullientium; à *leniendi* gratiâ refrigerandiq; sordibus & fimis aut aquis usq; ad mentum ipsum toties subsideret. Insuper & *BONOSI* Bestiæ plurimi sint instar, qui *canibus* ore pleno vestigiaq; prementibus eum avidissimè, Φαρμάττειν eos & suffocare, Sordities præter fidē impuras, fœdatas perperàm olentes mortiferéque fumantes excernet; δυσωδίαις q; paribus ac equidem hircinis (ex eorum κακοθυμίαις) Improbi succubuêrunt. Apud *Manlium* quoque Posteris editur historia filii sed (parenti suo senescenti) ferrei oris & immanis, quum (quodam tempore) victum tenuem à Patre per vim sustulisset eum protinus *serpens* è disco sibilans salutavit, in ejusque labium saltavit hærens; necnon ab illo tempore usque ad vitæ metam seipsum sine serpente quoque contiguo filius Ingratus haud pasceret. Consimili modo, *Echidnæ* mehercle tales Parentibus Politicis haud minùs immanes (ob aculea *venenaque*) SERPENTEM haud dubio secum coaluêrunt; *Basiliscique* tales horrendi, si frontes è propriis vultibus lethiferisq; aspicerent, seipsos saltem formidarent, aut ab aspectibus propriis exacerbatis deficerent ac interficerentur. Etsi Κακοὶ sanguiferi καὶ Κακοποιοὶ signiferi, Παρανομοὶ, Legibus omniumq; virtutibus desciscentes, Juris rigorem subire relinquantur.

tur. Ob alios (interim) plane Probos Paciferos Φιλοχρίστυς καὶ Φιλοβασίλεες, Dei Cæsarisq; obsequiis alacriter obtemperantes, ὐ διὰ τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ διὰ τὴν συνείδησιν καὶ ἀξιοπιστίαν, propter hos duntaxat quocunque Nomine fortuitò vel κατὰ τὸ ἀκειβοδίκαιον insignitos; In vitio non vertat si sub auspiciis, Regiæ mansuetudinis, nominisque *Tanti Indole*, lenitate, vel εὐπροσηγορία, *Apologia* modesta *Cæsaris* apud pedes nonnulla cum *Ambrosianis* SUADÆ (*Justini Martyris* ad Imp. *Antoni Pium*) profluviis, è fonte suo limpidissimo scaturientibus, necnon iisdem fere verbis proferatur.

Ἡμεῖς μὲν γὰρ, πρὸς ὐδὲνὸς πείσεσθαι τι κακὸν δύνασθαι λελογίσμεθα, ἢν μὴ κακίας ἐργάται ἐλεγχώμεθα, ἢ πονηροὶ διεγνώσμεθα. Ἀλλὰ ἵνα μὴ ἄλογον φωνὴν καὶ τολμηρὰν δόξῃ τις ταῦτα εἶναι, ἀξιῦμεν τὰ κατηγορύμενα αὐτῶν ἐξετάζεσθαι, ἐὰν ὕτως ἔχοντα ἀποδεικνύωνται κολάζεσθαι ὡς πρέπον ἐστὶ, μᾶλλον δὲ κολάζειν. Ὀνόματος μὲν ὖν τῦ φαντικῦ τῦ πρεσβυτερείαν ὐ ἢ χρισομονοκρατικῦ, &c. προσωνυμία, ὔτε ἀγαθὸν, ὔτε κακὸν κρίνεται ἄνευ τῶν ὑποπιπτουσῶν τοῖς ὀνόματοις πράξεων· ἐπεὶ ὅσον τε ἐκ τῦ κατηγορυμένυ ἡμῶν ὀνόματος χρηστότατοι ὑπάρχομεν. Ἀλλὰ ἐπεὶ ὐ τῦ τὸ δίκαιον ἡγύμεθα διὰ τὸ ὄνομα ἐὰν κακοὶ ἐπιγχόμεθα αἰτεῖν ἀφίεσθαι, πάλιν εἰ μηδὲν διὰ τὴν προσηγορίαν τῦ ὀνόματος καὶ διὰ τὴν πολιτείαν εὑρισκόμεθα ἀδικῦντες, ὑμέτερον ἀγωνιᾶσαι ἐστὶ μὴ ἀδίκως κολάζοντες τὺς μὴ ἐλεγχομένυς τῇ δίκῃ κόλασιν ὀφλήσητε· ἐξ ὀνόματος γὰρ ἢ ἔπαινος ἢ κόλασις ὐκ ἂν εὐλόγως γένοιτο, ἢν μή τι ἐνάρετον, ἢ φαῦλον δι' ἔργων ἀποδείκνυσθαι δύνηται, καὶ τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι ὐ δίκαιον· ὅθεν πάντων τῶν καταγγελλομένων ὑμῖν, τὰς πράξεις κρίνεσθαι ἀξιῦμεν, ἵνα ὁ

ἐλεγχθεὶς ὡς ἄδικος κολάζηται, ἀλλὰ μὴ ὡς κατόχιμος, φανατικὸς, ἢ χειροκεφαλικὸς, ἐὰν δέ τις ἀνέλεγκτος φαίνηται ἀπολύηται ὡς φιλοβασιλεὺς ἢ χριστιανὸς οὐδὲν ἀδικῶν. Enimvero ne quis voce prolatâ hoc temere tentandum, ſive contra rationẽ exiſtimaret, oremus ut quæ viris ſub nomine hoc vel illo paſſim objiciantur, eorum crimina reipſa perquirantur, dum pro crimine ſolo par ſit ut punirentur. Haud nominis hujus aut illius, &c. appellatione ſub judice ſint, ut *Nomen ipſum* loco criminis objiceretur. Et ex nomine ipſo profectò nec laus nec pœna cuipiam debeatur, niſi quid per virtutem aut per pravitatem ab illo probetur & inferatur. Quapropter omnium quorum Nomina deferantur, jugiter ut eorum facta à Regiæ Majeſtatis Reditu *Amneſtiaq;* Generali judicentur, rogemus; ut criminis tantum Reus, velut injuſtus πονηρὸς aut κακὸς puniatur. Sin inculpatus quiſpiam comperiatur, utrum verbi Diſpenſator aut alius, ut *Cives bonus*, virtutumq; Regiarum, ejus & Imperii feliciſſimi Cultor morigerrimus atque Chriſtianus exiſtimetur. His obnixè demiſſeq; flagitantibus, obedientiæ præcipuis ἀξιο τιμημένοις ad Regiæ Majeſtatis pedes (à ſummo favore necnon è Politici *Capitis* μεγαλοθῦμος indulgentiâ) Pleriq; provolverent. Quî quoque cantu hoc *Horatiano* eorum Animum ei diffunderent:

Sive

Sive Mutata juvenem figura
Ales in Terris imitaris Alma
Filius Maiæ, *patiens vocari*
Cæsaris Ultor
Serus in cœlum redeas, diuque
Lætus intersis populo Britanno
Neve te nostris vitiis iniquum
Ocyor aura
Tollat — hic Magnos potius Triumphos,
Hic ames dici Pater *atque* Princeps.

3. Ad nominis ſanti JUSTITIAM διανεμητικὴν, quæ propriè verſatur ἐν ταῖς διανομαῖς ἢ τιμῆς, ἢ χρημάτων, ἢ τῶν ἄλλων, ὅσα μεριστὰ τοῖς κοινωνοῦσι τῆς πολιτείας uſq; ad proportionem Geometricam. Enſis equidem Πλεονέκτης modò *longitudine* nimiâ per deprædationem, modo latitudine nimiâ per *oppressionem*, ſubter Uſurpationem Tyrannidemque *Cromwellianam* (cujuſq; manubrium clavumq; *Milites* audaces nobis imponebant,) κακοδικαιοσύνης ipſius fuit γνώμη; Prout ob bombardarum Enſiumq; clangentium ſtrepitus ſurdificos, vox gravis εὐδικαιοσύνης vix uſpiam exaudiretur; Jamverò ſub Sceptri Regii dominio hoc (juxtaq; Leges *Pompeianas*) Enſes militares felicius in vaginis propriis quam viſceribus noſtris & opibus obſignantur. Inſuper & *Enſis*, eorum ἀσυγνώμων campis clades efficiens, domi tragœdias inde τερατολογητικὰς perpetrabat; tandemque Enſis AJACIS inſtar (tragœdia-

 gœdia-

gœdiarumque Scenas ultimas implere) quasi κυτταρικῶς invertitur ac involvitur in visceribus propriis. Sic (*Jovemque*

Hectora qui Solus, qui ferrum, ignemque,
Sustinuit toties, unam non sustinet Iram,
Hoc (ait) utendum est in me mihi, quique Cruore
Sæpe Phrygum *maduit, Domini nunc cæde madebit.* (*Ajax.*
Ne quisquam Ajacem possit superare nisi

Sic *Ensis* Ense, *propriave vindicta*, justitiaq; Dei contestante punitur; jamque non Ensibus sed Legibus obtemperamus.

Dum consulta Patrum, dum Leges, juraque servent omnia.

Quinetiam ex Principiis *Physicis* primitusq; deductis, ac *Politicis, Justitia distributive* corporibus, fiat analogia, Animalium Spirituum è familiâ, necnon eucrasiâ, tam feroces pravorum insanias, *corrigendo* quam Proborum *Virtutes* (*Dianoeticas*) dirigendo, & fidelium necnon humilium *virtutes* (*Ethicas*) erigendo, velut herbas è conspectu Solis effulgentissimo; necnon ad *Totius* & *Partis* cujuslibet Oeconomiæ Sanitatis, Pacis, tutelæque *Sartum tectum* felicissime conservandum. Sic cecinit Epigrammatistes,

Juris Consultorum idem status & Medicorum est,
Hi Morbis ægrorum, Ægrorum litibus illi.

Præ-

Præterea licet in *Capite Politico* (prout in humano) & à Numine Summo statuitur hoc officium, spirituumque *Dispensationis Principium*, ad omnes officinas, functiones, partesque singulas hujus Corp. *Politici* sanas obeundas; nihilominus ad ipsum CAPUT Muniis propriis integrisque conservandum Spiritibus his destituere nequeat. Attamen in Mundo omnes imò & ex illicitâ *libidine* (satis irrationales) voluerunt esse *Medici* vel *Magistratus* instar; omnesque volunt *aliorum infirmitates corrigere sive curare, sed nemo suas.* Πρῶτον μὲν οὖν ζητητέον τί τῆς βασιλευτικῆς ἔργον ἐστὶν εἴτε τὸ κυβερνᾶν, ὡς τὸ σῶμα ὅλον τῶν πραγμάτων κηδεμονίας περιλαβόντα, ἐν ταῦτα ἀποβλέποντι ἄμεινον καὶ τῶν διοικουμένων. In hâc *Pneumatosi*, REGIS officium *primarium* & ad corpus & ad seipsum luculenter effulgeat. Ad *corpus Pol.* consignando Leges Νόμους τοὺς μὲν ζωμᾶς ἀναλόγως, καὶ ζωμαίοις, καὶ ζωὴν αὐτοῖς ὁμολογουμένους æquas & *Toti* & *Parti* cuique commensuratas, ac inter se consentientes ad σωτηρίαν Totius integri. Necnon ad suiipsius Imperium *Augustissimum* Ἀρχὴ ὅπου τὸ αὐτὸ ὑπὸ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἄλλων, καὶ τοῦτο ἀγαθὸν βασιλικώτατον.

4. Deniq; nominis TANTI JURISPRUDENTIAM Gratiamque ambire simus ausi. Quippe quanto *Prudentia* velut ἡγεμὼν Pneumatosis celebranda sit, tanto necnon exemplo Pathemata inordinata

præcavenda sint. Cujus munus est, Καθάπερ βασιλέως δεῖ τὰ αὐτοῦ ἀγαθὰ καὶ συμφέροντα περὶ ὑγίειαν, ἢ ἰσχύν, καὶ περὶ τὸ εὖ ζῆν ὅλον tam de singulis quam de universis. Hæc εὐταξία ad *Justitiam* vel ad *Pondus* extricetur. 1 Ad *Justitiam* δικαιοπραγεῖν; & est Juris-prudentia, rei summè Conveniens à *Pneumatosi* sanâ vel è suppeditatione novâ. Proinde *Prudentia* hæc haud segnis esset (ad totum) providentia, (μὴ ἐνθυμεῖν ἀλλὰ σκοπεῖν.) Quamobrem ut ex legibus & *Aphorismis* Medico-Philosophicis haud incommodè, haud ineptè, haud injucundè profectò (licet impolitioris styli stamine forsan) hæc *Analecta* decerpta fuissent; Pariter & insuper ab iis, per *Analogiam* quandam volupem, (inter *Aphorismos* hos, *Politeiæque* Regulas) verisimillimam tam ad omnium æquiparum Regimen, quam seditiosorum ad sedamen plurima deducantur. Quemadmodum ex Romanis *Chronographis* plurimum evincamus ac confabulemur. Abhinc enim *Boëtius* atque *Paulus Sergius* Auditores erant *Galeni* sedulissimi; *Alexander* & ipse *Magnus*, *Marcus* etiam *Antonius* ex his literis in Exercituum Regimine sese longè peritiores ac perspicaciores esse fatebantur. Imò ab *Hippoc. de usu Part. Menenius Agrippa* Popularem seditionem, signiferorumque ferociam verbis paucis compescebat; atque (tanquam ab influentiis animaliumq; spiri-

spirituum delenimentis) paulatim eorum æstus ad leniorem alacrioremque submissionem permulcebat. Quocirca Viri tam verè Apollinaris *Gustui*, i. e. Prudentiæ tantæ munusculum hoc de *PNEUMATOSI* & *SPERMATOSI* dedicatum ierim; Scholarumque Medic. τὰ Νεοχειρίσματα, Discussiones Academicas, Dialexes, Dapes, Delectatiunculasque has transmarinas, *Chymiatricaeque Medicinæ* dogmata nonnulla *Tanti* pedibus optimè deponamus, καὶ τὴν ἔννοιαν ἐν τοῖς ἔργοις ἐνδείκνυσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς λόγοις. Necnon ἀληθῶς δοξάζειν per hæc Inauguralia, hujus itineris (ad Academias *Lugdunens.* & *Ultrajectin.* &c.) suscepti rationem subduxi. Neque me pigeat (prout olim *Orator* monuerit) Μὴ κατόκνει μακρὰν ὁδὸν πορεύεσθαι πρὸς τοὺς διδάσκειν τι χρήσιμον ἐπαγγελλομένους· αἰσχρὸν γὰρ τοὺς μὲν ἐμπόρους τηλικαῦτα πελάγη διαπερᾶν ἕνεκα τοῦ πλείω ποιῆσαι τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν· τοὺς δὲ νεωτέρους μηδὲ τὰς κατὰ γῆν πορείας ὑπομένειν, ἐπὶ τῷ βελτίω καταστῆσαι τὴν αὑτῶν διάνοιαν. Ab. iter hoc suscepisse excolendi ingenii Gratia. Ἄξιον μὲν οὖν τηλικούτων ἀγαθῶν ἕνεκα μηδὲν ἐλλείπειν, ἀλλὰ καὶ πόνους, καὶ κινδύνους εἰς τοῦτο ὑπομένειν. Quippe hoc operæ pretium erat tantis bonis propositis omnia facere, nec labores nec difficultates in salebris recusare. Tamen ob hoc iter Scurrarum in Conviviis rumores varii jactati fuerunt immerito ac omnimode Machinati νῦν δ' εἰ μὴ ἀντισχεῖν τῷ τη-

χρειπῶς ἢ κακοήθως οὐδεὶς ἂν τῷ παρόντι ἀγνοήσειν, Jam verò an accusatoriè an planè malitiosè nemo dubitat. Per hæc *Analecta* rebus (ab eorum βωμολοχία vel κατηγορία) suggestis obviam veniam, dum τῆς φιλαληθείας ipsius lumine huic Tractatulo causas (ejus obstetricio inservientes) PRUDENTIÆ vestræ pedibus subjeci. *Dialexis* hujus contignationem molemq; in fundamenta firma sive Principia, necnon elaborationes Naturæ ipsius haud ἀργολόγως, haud ἀμαθῶς, sed è latifundiis elaborandi principiis, Philosophandi Tramiteq; saltem Veritatem perquirendi, ex omnium Coryphæorum, Medicorum Veterum & Recentium ratiociniis, instauravimus. Heic ex omnibus decursis & delibatis, *Chymicorum* instar, olea segregemus ab Aquis tenuibus ac limpidis, quibus forsan Ἰατρικῆς LAMPAS aliquantillum saltem ornetur & propagetur.

Deinceps atq; postliminio, Prudentiæ Tuæ propter εὐκρασίαν *ad Pondus* vel Arithmeticam proportionem litemus. Nominisq; TANTI Candorem (sicubi sine Duce sive Viatore Disquisitionis *de Spermatosi* tramitem calcavi) impense quæram: quippe χάρις ὅτι καθ᾽ ἣν ὁ ἔχων λέγεται χάριν ὑπουργεῖν [illegible] quibus δεομένοις Gratia TUI tanquam jubar inter alias virtutes effulgescat.

In Solio Phœbi clarisq; micante Smaragdis.

Sub tantis auspiciis *Tuique nominis* Magni ful-

fulgoribus hoc in lucem emittatur, adeo ut cum Carbone nigro nuspiam notetur; ast quicquid posthac felicius & nervosius à me prodeat in orbem literarium, aut interhac manibus ab obviis (de his Diatribis *Medico-Phil.*) accipiatur; non tantum ex ingeniis, meritis, vel authoris industriis, quantum à Patroni Tanti influentiis haberi velim. Et quantò Pullus (*Phœbi* solium versus) Aquilinus hic evolare liceat, tanto solennius his votis; ut per *Prudentiam* Tanti *Jehovah* efficiat & conservet; sospitatem ac pacem Angliæ Regis Serenissimi, Regniq; καὶ φυλακὴν ἀσφαλεστάτην τῆς Κεφαλῆς καὶ τοῦ Σώματος Πολιτικοῦ ἐν τῇ χρηστοκρασίᾳ τῆς οἰκονομίας αὐτῶν, τήν τε τῶν φίλων ἀρετὴν, καὶ τὴν τῶν πολιτῶν εὔνοιαν, καὶ τὴν σεαυτοῦ φρόνησιν καὶ χάριν. Atqui de integrò, Ἀθάνατα μὲν φρονεῖν καὶ τὸ Μεγαλόψυχος εἶναι, θνητὰ δὲ Συμμίξεως τῶν ὑπερεχόντων ἀπολαύειν, *Amplitudini*, Magnitudinique vestræ Cœlitus annuatur (à *Deo* ter *Opt. Max.*) ut mortalitatis Tuæ ornamenta, necnon emolumenta summa perficias εὐτυχῶς in Christo; simulac immortalitatis honoribus atque coronâ εὐδαιμονικῶς per Christum perfruaris.

Dat. è Musæolo meo in Suburb. Londinensi atque in Cal. Martii *Anno* τῆς Χειρουργίας CIↃ.I[illegible]C.LX.IV.

 Lectori

Lectori Candido, Eruditoque.

Εὐνόειν, ἀγαθόν, ἀσπάζεσθαι, καὶ εὐχέσθαι.

DIcto hunc Isocratico à Puerilitate palmam prælum, quodq; qualiter aut memoritèr imbibi, taliter in ipso corde celebravi. Μᾶλλον τήρει τὰς τῶν λόγων, ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας. Deposita verborū plus ac accuratius quam Nummorū Custodire malle, δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τρόπον ὅρκου πιστότερον φαίνεσθαι παρεχομένους, & integritas fidei multò dignior erit jurejurando. Ob hanc causam candoremq; Amicitiæq; sacra persolvere Provinciam hanc suscepi, licet omnino & tanto jam conscius temeritatis, quanto meæ tenuitati ingenii; tamen à Bove majori discit arare minor, καὶ Μαθηταὶ [illegible] Fertur per Herbertum Rosweydum de vitâ Thomæ à Kempis se libros suos in Cellâ vel Musæo verbis frequentèr inscripsisse. In omnibus requiem quæsivi, sed nihil inveni nisi in Hoexkins & Boexkins angellis libellisque. Ex Ægypt. Sacerdotibus Coptic. pariter ab Arabis Philosophia Medicinaq; flosculos amanos decerpsi, [illegible] [illegible] τὴν φύσιν [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]



Lectori Candido, Candidato, Eruditoque.

'Ευνόειν, ἀγχινόειν, εὐστοχέειν, καὶ εὐκρίνειν.

D*Icto huic* Isocratico *à Puerilitate palmam præbui, quodq; qualiter aut memoritèr imbibi, taliter in ipso corde celebravi.* Μᾶλλον τήρειν τὰς τῶν λόγων, ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας, *Deposita verborũ plus ac accuratius quam Nummorũ Custodire mallẽ,* δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τρόπον ὅρκου Πιστότερον φαίνεσθαι παρεχομένους, *& integritas fidei mihi dignior erit jurejurando. Ob hanc causam vadimonia Amicitiaq; sacra persolvere Provinciam hanc suscepi, licet omnino & tanto sum conscius* temeritatis, *quanto meæ* tenuitatis *ingenii ; tamen* à Bove majori discit arare minor, καὶ Μαθητὴς κρείττων ὕστερος ἐὰν ὄρθρος. *Fertur per* Herbertum Ros-weydum *de vitâ* Thomæ à Kempis *se libros suos in Cellâ vel Musæo verbis his frequentèr inscripsisse.* In omnibus requiem quæsivi, sed nihil inveni nisi in **Hoexkins** & **Boexkins** angellis libellisque. *Ex Ægypt. Sacerdotibus* Coptic. *pariter ab* Arabis *Philosophiæ Medicinæq; flosculos amœnos decerpsi,* καὶ μὲν δὴ καὶ τῆς περὶ τὴν φρόνησιν ἐπιμελείας, εἰκότως ἄν τις ἐκεῖνον αἴτιον εἶναι νομίσειεν· μεθ' ὧν ἐκεῖνοι βιοτεύοντες, τοῖς μὲν Σώμασιν ἰατρικὴν ἐξεῦρον ἐπικουρίαν, οὐ διακεκινδυνευμένοις φαρμάκοις χρωμένην, ἀλλὰ τοιούτοις ἃ τὴν μὲν ἀσφάλειαν ἔχει ὁμοίαν τῇ τροφῇ τῇ καθ' ἡμέραν· τὰς δὲ ὠφελείας τηλικαύτας, ὥστε ἐκείνους ὁμολογουμένως ὑγιεινοτάτους, καὶ μακροβιωτάτους εἶναι· ταῖς δὲ ψυχαῖς φιλοσοφίας ἄσκησιν κατέδειξεν, ἣ νομοθετῆσαι, καὶ τὴν φύσιν τῶν ὄντων δύναται ζητῆσαι.

πᾶσι. *Quippe Cultores erant Sophiaq; Celeberrimi Medicinaq; facultatibus expertissimi sed & in ejus praxi felicissimi ac saluberrimi,* Sanctionibus, *& functionibus sagacissimi. Forsan & eorũ praeconium nullis in* Seclis *interiturum sit ob Medicinae inventionem* (tutò citò jucundéque) *saniferam ; insuper & optimè Nutritivam (haud succis humani corporis corruptivam aut principiis ac elaborationibus Naturae adversativam) Quam* Medicinam *reverà Natura ipsi dogmatizat atq; condocefacit ex ejus variis* concoctionibus, *legibus, exagitationibus, principiisq; per totum corpus. Proinde CHYMIATRIA nostra ducit* ortum *ac* finem, *ORTUM à suis PRINCIPIIS hypostaticis, jugiter Elementis, humoribus, succisq;, FINEM ad eorum emolumentum in liberrimis elaborationibus & sanis* more Chymico, *jugiter ac concoctionibus more coquinario exantlatis; unde natura famulatur operibus suis ab Arte, juxta proprias leges administrandi medendiq; non adversatur. Adeo ut horum principiorum necnon elaborationum ANATOME foelix haud parum IATROPHILIS conferat, omnium mores, causas ac naturas accurate perscrutando* καὶ τὴν φύσιν τῶν ὄντων. *Et ut vis.* unita fortior, *pariter in* Chymiatriâ *nostrâ (quâ uniuntur praecepta medendi tam* Galenica *quam* Hermetica *in unam* Basin Hippocraticam *à naturâ fundatam ;) virtus. Methodusvè medendi sit omnimodè perfectior. Cujus energiam (si labra proluamus è* Fonte Caballino) *tenaciùs in memoriam* Lectoris *insculptam esse, satis extricemus ex his versiculis,*

Principiis *necnon* Elementis *esto Peritus!*
Sic Medici-Chymici *soleant depellere Morbos.*
Sic Chymicis-Medicis *curantur corporis Artus*
Sed Medicis-Chymicis *stabulãtur stamina vitae,*

Sic

Sic Chymicis-Medicis *fiant Balsama Salutis,*
Sed Medicis-Chymicis *reparetur Pristina virtus.*
Rebus & unitis componant Pharmaca *clara*
Hinc Medicis Chymicis *unà, propino salutem.*

De Serenitate mentis solatiisq; è libris, *studiis & Ar*canis Naturæ, *bonæq; conscientiæ, cū bene Philosophandi, beneq; vivendi* principiis, *placitis atq; ratiociniis indagandis, tàm in abditis recessibus ab* Homine *quam in accessibus nobis optimis ac editis è* lumine *Numineq; divino ter Opt. Max. nobis experientia (cum* Thom. à Kemp) *satis (haud superque) feliciter edocuit. Dum verò de rerum his Causis, Principiis, &c. Compte, Prompteque ratiocinari moliamur; in votis tamen habeamus, utcunq; paginas fortasse sacras, animoq; alacriori quam has in manibus arripiamus, ast interim,*

Naturæ Cæcos qui norunt solvere nodos
Et causas quærunt, Cuncta notare solent.
Hi flammam dicunt, accensum Lumine fumum
Sic clarent, tenebras qui pepulêre domus.

Tempora loquendi vel in rem Medicam Philosophicè ingeniiq; nostri procudendi sunt duo, Δύω εἰσὶ καιροὶ τοῦ λέγειν καὶ τοῦ σοφιζεῖν, ἢ περὶ ὧν οἶδας σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν· ἐν τούτοις γὰρ μόνοις ὁ λόγος τῆς σιγῆς κρείττων· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄμεινον σιγᾶν ἢ λέγειν.

1. *Quum Res sint planè nobis cognitæ, solertèr & agnitæ; sed 2. ex* necessariis *ac rebus exquirendis.* 1. *Ad PRIMUM, Scholis Academiisque transmarinis harum disquisitionum* Tigna *fuerunt exasciata; nostris tamen & præsertim in* Academ. Cantab. *floridissimâ, hujus artis Apollineæ rudimenta* principiaq;

piaq; *ortum & alimentum studiis ab intimis, à mammis & illius Almæ Matris Lactantibus traxerunt. Necnon ultra jam duos viginti que annos elapsos doctrinæ* Ιατρικῆς *hujus hospes fueram, ac plane non exoticus in* Athenis, *Palæstrisque nostris, donec* inter Arma *non tantum* Leges *sed etiam* Literæ *omnes* silebant; *quum* Bellona *tantopere Matribus truculenta ac formidolosa,* Matri Almæ Cantab. *nostræ bellnosa fuisset, Minervamque Pieridesque nostras è Collegiis & possessione deturbasset. Nihilominus hâc Arte Machaonià lucubrationes meæ Medicæ è* tenebris *ambagibusque (quibus profundius obvolvebam) in apricum acceptissimum provecta fuerunt, partim ex privatis* Clar. D. D. Regii *Equitis Aurati &* Prof. Primarii ULTRAI: *prælectionibus, partimque à* Publicis, *in Acad.* LUGDUNENS. *& ab oribus Inclytorum D.* Vossii, *D.* Sylvii, *precipueque D.*Vand.Lind.*Mellifluis oraculosisq. A Quo* D.V.L. *Dogmata, Medicinaque Sententiæ, ac Ratiocinia velut* Aquæ *limpidissimæ, clarius ex fonte, verborum Rationumque rivulis in perpetuis* Scaturientia, *uberrimè ac indies illis Scholis profluebant. Deinceps atq. partim conflictibus ab ingenuis Scholarum, controversiisque rerum Philosophice ventilatis in utramque partem, unde* Diatribarum *mearum igniculi ad flammulas aspirantes fœnerabantur; deindeque in publicas* Palæstras *coram omnibus, imo* Dominis *&* Professoribus *Illustriss. ad certamina duellica* Pneumatolis *ex* Gratia *de jure Academico conscendebam.*

Ad Secundum, *ex Promissis sanctè recolendus; necnon ad hæc* Ανθρωπόφυης Arcana *locupletantia Chymiatricaque* Medicinæ *scrutinia felicioribus ab ingeniis (quam meis a sterilioribus) penitus exploranda, calcar aliquod exhibere obstetricantur hæ discussiones* Medico-Philosophicæ *de* Principiis *ac* Ela-

boratione-

borationibus Naturæ, *&* *ad* Methodum Med. Chym.

Liberi Librique *pluribus ex arduis periculis elliminantur*, *quum primum in lucem parturiuntur*, Utrisque pariter (*inquit unus*) opus est tutelari quodam Numine obstetricante. *Atqui præsertim illi, quem di conjecturis τὸν ἀκρόφωνον, atq; de novitate sapere suspicantur. Exinde fas sit, ut meipsum nec à calumniis securum, nec immunem criminis esse* (*propter has doctrinas*) *præsumam*; *vel è rebus, quas è proprio* Marte, *sive* Minervâ *propalavi. Attamen nihil hæsito, quin ultra mare, libri hujus adventum & documenta de* Pneumatosi, *nonnulli* (*necnon* Insignissimi) *summis indiciis candoris gratulabuntur, forsitan & domi à ratione rei, rituq;* Matheseωs *& ulterius extricandi vel indagandi. Quid enim planius è Doctrina* Willisianâ, *recentiq; proferamus, quam* Pneumatosin? *aut Animalium* Spirituum *exagitationes more Chymico multifarias in cerebri* Scrinus, *vasis*, *&* elaboratoriis? *cap. 9.* Cerebri ANAT. Ad hunc modum (*inquit*) circa Spirituum Animalium, non secus ac *ELIXERIS* Chymici extractionem proceditur; & hoc ritu velut in opus *CHYMICUM* præparatur. *Ita paulo infra*, Quod liquoris spirituosi, è sanguine circa piam matrem fluxilis extillatio, insigni modo promovetur, tum à calore *AMBIENTE* qui tanquam à *BALNEO MARIÆ* excitatur; & novo jugitèr affluente ditatur, tum à *MENINGUM* velut *ALEMBICI* obductione, &c. *quæ verba nobis summoperè conveniunt*; *atque* Pneumatosis *elaborationes*, *fermentativas vires ac calorem ejus* Ambientem *velut ab* M. B. *necnon* Influentem *enucleavimus*, *in cap. 2. & 3. lib. 2. de* Pneumat.

Dein-

Deinsuper & priorum avorum & hujus seculi celeberrimorum *vestigiis (quantum nobis licuit) adhæsi, ex fontibus eorum hausi ac delibavi, ex eorum messibus* spicas *legi, qui in hac re medica facem nobis luculentissime prætulerunt. Paulisper tamen recedam, & a vulgorum tripode de* concoctionibus corporis, *particularumq; omnium exagitationibus modo Chymicis, per varios processus ad unum* ARCANUM *purum; e quibus ejusce modi Medicinæ, nimirum* Chymiatriæ *(quæ naturæ sit* Administratrix *haud* Adversatrix*) fundamentum, dein & extruere ædificium, liquido reperiamus. Imo Quod præceptis ac emolumentis naturæ, principiis atque placitis Philosophiæ, Doctrinis & Institutis Veterum nihilo repugnat, quinimo obtemperat. Sicubi* Physiologiæ, *Pathologiæ,* Therapiæq; Chymiatricæ *documentis aut* Theorematibus, *lux* Hippocratis *ipsius* ἐναργῶς, *& ubicunq; ad Medicinæ* Basin *fœlicissimam magisq; firmam consulgescere videatur. His disquisitionibus, vix aliud nisi ferruginem* Doctrinæ *antiquitùs editæ contractam diluere, & interpolare theses* Recentium *de his rebus, facesso. His enim Temporibus (quemadmodum* Zwelferus *in Præf. ad Lectorem* Appendic. *in* Aug. Pharm. *dixit de istis) nescio quo (inquit)* Genio male persuasi arbitrantur, saluberrimam Præp. Med. Artem à Venerandâ Antiquitate ut inventam ita satis excultam ad id fastigii exsurrexisse, ut qui ei aliquid addere conatur; Is cum gigantibus impiam etiam Monomachiam movere dicatur, sed hic & nunc JOVI STRATORI aram ponendam, nec cogitandum de plus ULTRA, & omnino veterum vestigiis insistendum. Illi inquam non exiguam ingerunt Rei Medicæ INJURIAM, dum Recentioribus ingenii sui divino igniculo suscitati fœtum, in publicum emolumentum conferentibus litem movent.

Adeo ut nemo mihi vitio vertat; nec in contemptu sint, ea quæ nobis dictantur juxta Regulas *Methodosq́ Naturæ Principiorũ* Analytices. *Insuper & ubicunq́ minus aliorũ calcata semita seu gressibus instabo, partim ex enucleandi ratiocinandiq́ causâ, partimq́ ex* merito *subjecti (quum novas* Hypotheses *excudamus, utcunque Principiis Hypostaticis,* Spermatosis *in* Germine, *Animatione duplici, necnon* immortalitate Animæ *contra* Psycho-genesin *vindicandâ,* &c.) *veniam ingenuam conjectandi, saltem impetrare sperabo. Prorsus etiam ab iis* οἱ τῇ φύσει διαφέροντες, καὶ μαθεῖν πλεῖστα τῶν πρότερον εὑρημένων δυνηθέντες, καὶ προσέχειν τὸν νοῦν πρὸς ζητεῖν μᾶλλον τῶν ἄλλων ἐθελήσαντες, *non dubitarem. Ideoq́* (Iatrophile!) *in quo Morum Candor hospitatur! hæc* Analecta *tecum haud manu levâ, potiùs fronte letâ revera commorentur, & hospitia benigno tractentur,* ὅσῳ δὲ ἂν ἐρρωμενεστέρως τῶν ἄλλων ἄνοιαν ἀτιμάσῃς, τοσούτῳ μᾶλλον τῆς σεαυτοῦ διάνοιαν ἀσκήσεις.

Enimvero quo acriùs aliorum imperitiora, vel olea floccifacies, eò accuratiùs ingenium propriosq́ nervos intenderes; sed sin avidè placideq́ didiceris, tunc plurima paucis equidem edisces Ἐὰν ἧς φιλομαθὴς ἔσῃ Πολυμαθής. *Alitèr audactèr & ingenuè fatear cum* Nicostrato *de Corrivali suo* Laodoco ὅτι ἄρα ὁ κεῖνος μὲν ἐστὶν ἐν μικρᾷ τῇ τέχνῃ Μέγας, αὐτὸς δ' ἐν μεγάλῃ Μικρός. *Quòd Te MAXIMUM esse sed Arte minimâ (nempe* obtrectando) *Me quoq́ MINIMUM esse sed hâc Arte maximâ (nempè* perscrutando *veritatem) malvero, atque qui vitio darent omnia quæ vulgaria non sunt,* Pellace Vulpis *nequiores intus sint. Deniq́ præ aliis hæc* Ἰατροτέχνη *summè sit immunis, Volupis,* Utilisque. Chymiatriaque *naturæ leges & operationes intricatur ad amussim;* καὶ μὴν δὴ διὰ τῶν τεχνῶν τὰς τε πρὸς τὰ ἀναγκαῖα τοῦ βίου χρησίμας, καὶ τὰς πρὸς ἡδονὴν μεμηχανημένας, τὰς μὲν εὕρομεν,

τὰς

τὰς δὲ [illegible] χειρὸς τοῖς λοιποῖς [illegible], *artibus etiam aliis cũ vita necessariis, Homogeneis, salutiferis, oblectamentisq; familiariter accommodet. His præmissis* (Lector Amice!) *vestibulo pensitandis, mihimet in votis habeam ab* HOMINE, *quæ literis his incauta sive nimis raptim exaravi*, sagaciter *nihilominus, haud oscitanter, legantur; sed à NUMINE summo, Me solerter typis excudere sive sapienter in medium proferre, quæ* Lectores *tamen haud sapiunt prorsùs, & ineptè vel haud consultò legunt. Quomodocunq; omnia hujus Artis Apollineæ Dogmata nostra, vel Scriptura vel Lectura ac acceptura, è Scholarum Coryphæis, Præceptis, principiisq; benè* Philosophandi *revera debemus; quorum eruditionem, qualemcunq; à teneris Annis hausi, reponere conabor. Esto tunc tibi! ut beate Valeas! benigneq; velis (Lector!) Studiis Authoris, Oleisq; (ex publicâ gratiâ) nondum absumptis, quæ sub unâ eademq;* Categoria, *concinant ad Animum Tui, & Ardorem*

Southwarkiâ *pridiè Cal.* Martii, *in Æra Christiana*, 1664.

JO. ROGERSII.




Ad Doctissimum & Præstantissimum

VIRUM

D. JOHANNEM ROGERSIUM,

Post habitam Disputationem, in Apoplexiam; Laureâ Doctorali cinctum & summo cum honore Doctorem Medicinæ in hac Acad. Ultraject. creatum, 17. Octob. 1662.



PErturbat doctrina fidem, quòd ab ore relucet
Jam jubar ingenii, quod simul intus agit.
Intus agit, veluti ratio, quâ dona reguntur
Mentis ab internis Exteriora modis;
Sedula mens, musis addicta, cupidinis instar,
Quem tenet, hic retinet munus utrumque (suum
Thespiadum favor occurrit, studiumque, decusque
Tandem jam Comiti, concomitante gradu
Primitiis, labor & studium placantur honorum,
Et data pro meritis præmia Musa beat.

Qui modo naturæ latebras reſeravit opertas,
Quiqne Machaoniæ nititur artis ope.
Dædala quot Natura malis obnoxia ſæpe
Plectitur, antidoto flectitur atra lues.
Machina ſi quid habet mundi, jam reperit Anglus,
Si quid habent herbæ, littora ſi quid habent.
Largiri tibi nunc ægris Medicamina Præſtat,
Si color horribilis, nec tibi vena placet,
Vel ſi forma caret formâ, ſi Robore corpus,
Sub juga ſævitiam flecte nefanda luis:
Sic ſolvet vaga fama novos ex ære triumphos
Et memor ingenii Muſa perennis erit.

H. M.

Plauſus



Plausus in Honorem ac meritum Inaugurale, Doctissimi, Generis ac Morum splendore Ornatissimi, Dignissimi

D. *JOHANNIS ROGERSII*

Anglo-Britanni-Cantabrigiensis datus, Cum in Celeberrima Trajecti juxta Rhenum Academia summis, summo merito, in Arte Medica titulis, honoribus, dignitatibus auctus ac Apollinari choro conscriptus triumphabat, *Octo.* 17. 1662.

TAntis fessa malis nuper, nunc *Albion* alte
Exurgis. Nunc arma silent. Nunc, pace renata,
Læta revirescunt, viridaria tuta Camœnis.
Est *Helicon*, ubi circus erat, *Parnassia* sacra
Restaurata vigent. Toga candida muniat artus:
Et, pro lorica, se Lauru *Pallas* adornet.
Sanguinis (heu!) satis est. Melior fervescat arena.
En decus antiquum rediit. Felicius ævum
Sic rediisse juvet. Consurgat pristinus ardor:
Excole, quas solita es, rediviva molliter artes
Mente pia, nec sic in patria viscera sævi.
Utere pace pia: jamdum deferbuit Ira.
Olim quid valeas armis cognovimus omnes.
Barbara terra tuas metuatque, ac sentiat iras;
Pace domi studiisque bonis intenta resume
Aurea sceptra manu; ferratos abjice cultus,

Sit *Themidi* locus; & medicanti præmia *Phœbo*:
Phœbus abest, ultro qui se tibi mitior offert,
Et jubare exoritur multum radiante coruscus:
Patris honos generisque decus, Patriæque decorum
Sidus, & ex ortu majorum major in ortus
Æmulus ipse suos. Ferte obvia dona, *Britanni*,
Tam patria digno, tam digno stirpe Parentum,
Quorum nomen amant, Musæ quiescunque benignæ:
Suspiciunt omnes, queis virtus candida curæ est:
Et celebre exultat, qua quoquam vertitur axis.
Sidere ut Arctöo, sic sidere notus & Austri
Anglus: ubi Anglorum cantatur glöria gentis;
Anglus ubi notus canitur *ROGERSIA* virtus:
Armis clara quidem; sed semper clarior arte
Singula quis mëmoret? superat nam copia captum.
Quas pandêre vias secreta per abdita ad astra?
Quæ non è tenebris patefacta, atque eruta luci
Restituêre! sed hæc (quia sunt odiosa modesto)
Transeo: (ne mihi majus onus pro viribus addam.)
Nec sua posteritas figit vestigia retro.
Omnes unus agit stimulus, simul omnibus unus
Est animus virtutis amans, virtutis amore
Æmulus, & semper reliquis prævertere nitens,
Et virtute sua primas palmamque tenere.
Huc converte oculos, huc, *Magna Britannia*, mentem:
Rursus in antiquos surgit *ROGERSIUS* ortus,
Augens splendorem generis splendore recenti.
Præmia Apollineo capiti sacrata ferantur,
Huic adferte suas tam debita præmia Lauros;
Sacrataque caput Lauro redimite *Britanni*.
Ecce Machaon adest tibi, Chiron, magnus Apollo
Præsto est, & magnus vobis *Epidaurius*, hic qui
Morborum non morbus adest certissima mors est.
Ingreditur lætus magno comitante tumultu,
Non strepitu agresti; lituisque, tubisque sonoris

Plausi-

Plausibus admixtis Doctorem voce salutant
Et vocis votiva cadat sic hostia ad aras.
Scilicet hoc Telluris opes, hoc candita terræ
Oceanique animo comprendere, & æthera nosse.
Vive diu felix, *ROGERSIE* : vive : perenna.
Gloria magna tuis, sidus rutilansque tuorum :
Posteritas talis tua secula sera sequatur,
Æmula virtutum, studiorum, atque æmula recti.
Et, post hoc stadium, cœlestia gaudia carpe.

Raptim à T. HUGES,

Camb. Brit. Britan.

In honorem Clarissimi Doctissimique Viri

D. D. JOHANNIS ROGERSII

Anglo-Britanni *Summos ad honores in MEDICINA ex Unanimis Suffragiis & Academicis Promoti; Carmen hoc* ΣΥΝΧΑΙΡΙΣΤΙΚΟΝ.

Ille ego, qui tecum patriis à Laribus absum,
  Sorte sed (hei !) varia, sic statuente *Deo*,
Ille ego, profiteor memet qui Martis alumnum,
  Sacraque *Musarum* limina vix tetigi,
Ardua *Parnassi* superare Cacumina tento,
  Carminibusque tuum Concelebrare gradum.
Nec mea temperies me deterrebit ab ausu,
  Ultrò currentem nil remorare potest.
Ingenii dotes mihi quid si Fata negarint ?
  Ingenio ingenuum Cor tibi pluris erit.

Res

Res angusta nimis mihi; quid si munera non dem?
Si dare non possim Munera, Vota dabo.
Audaces Fortuna juvat: juvet alma *Minerva*
Audacem me nunc, dum mea vota Canam.

Cum si jam summos Medicinâ nactus honores
Et merito; tibi sit non onu hoc sed honos.
Morborum Causas doceat te *Magnus Apollo*,
Et pandat vires quælibet *Herba* suas.
Det *Galenus* opem, tibi det *Galenus* opesque,
(Fertilis est Medico quilibet æger ager)
Sit satis ampla *domus* tibi, sit *fœcundaque* proles,
Ac referat patris *filius* ingenium,
Sit numerosa dies, multis & honoribus aucta,
Sit fælix vitæ clausula; dicit *Amen*,

Dignitatis vestræ observantissimus
M. E.
Olim de Aul. Pembr. *Cantabrig.*

Eruditissimo Ingeniosissimoque Domino,
DOMINO *JOHANNI ROGERSIO*
Medicinæ DOCTORI; *In* ANALECTA *sua* INAUGURALIA. *Carmen Encomiasticum.*

QUid te Mysta sacer, Cælo deduxit & astris?
Quis *Chymico* zelum miscuit *igne* tuum?
Quis Deus his tandem pectus percusserit Oestris?
Ut *senis* in *Coi* dogmata *TOTUS* eas.
Qui modo divinæ *Phialas* servaveris iræ,
Jam tamen ex vitreo colligis *Orbe* necem.
Aspicis ut sileant tua *dolia*, mænia, *castra*,
Ut coeant istis agmina rara locis.

Sed

Sed ne frustrâ essent tantæ præsagia linguæ,
Successu careant ne tua verba suo,
En! Medicos inter novus incipis ire *MONARCHA*,
Naturæque *MODOS* & nova *JURA* paras!

J. L.
Col. Regal. Cantab.

In Analecta Inauguralia
Excellentissimi, Doctissimique Viri *Doctoris*
JOHANNIS ROGERSII.

QUis *TE* Naturæ miris præfecerit Aris
Qui modo de Cœlo fulmina sacra dabas?
Ecce alio nunc *IGNE* cales? Phœbique sacerdos
Non metuit pænas (*Bartholomæe!*) tuas.
Illic Libertas, nec dissentire vocetur
Crimen, ut in *Sectas* nunc licet ire novas.
Ipse *Sacellanus NATURÆ Sanctior* audis
Et Ritus mirâ dirigis Arte *Sacros*.
Fronti siqua fides, (tua nec mentitur imago.)
ÆTAS non vidit Doc[illegible]us *ARTIS* opus.
Quum tantus stet fronte L[illegible]er! Quid Cætera Spondent
Cum tantum nobis *PA*[illegible]*INA* prima dedit?
NATURÆ Chymicos ([illegible] quid sit in *ARTE*) recessus
Dum præclare aperis, si[illegible] *MEDICUS* Medicis.
Pharmaca *Galeni*, Chymicoque nitore, relucent,
Quicquid & *HIPPOCRATIS* Gloria Prima fuit.
Heic quoque panduntur polydædala *MYSTA* medendi
Und' opus est Ægris Gratius, & Medicis.
Ludit ad apricum *CHYMIÆ* Natura laborans,
Indè bibicupido potet ab ore *SALUS*.
Tunc *Sacram* pergas augere *MACHAONIS* Artem,
Auxilium poscet *PHŒBUS* & ipse tuum.

è Coll. Regal. }
Cantab. 1664. }

W. P.



ELENCHUS.

LIB, I.

Therapeia *satis* enodatur *à*
1. A Causis Procatart. *auferendis*
2. Symptomat. *temperandis*.
3. Doloribus *alleviandis*.
4. Pejoribus *præcavendis*.
5. Rationéque Diætetica.

Ad Quas 5. Intentiones *absolvitur ejus Medicatio.*

CAP. IV. Disceptatio Inauguralis *de Apoplexiâ; vel* ad Praxin, *de specimine Scholis ad publicam trutinam & discussionem Authori proposito, necnon exhibito, per Med. D. D.* Professores *celeberrimos, in* Acad. Ultraject. *Ubi Morbus exquiritur per plurima Corollaria*

Quoad ejus
1. Partes *grassatas*
2. Causas Procatar. *Ubi*
   1. Προηγουμένην.
   2. Συνεκτικὴν.
3. Diagnosin. *Ubi*
   - Συνεδρεύοντα.
   - 'Επιφαινόμενα.
4. Prognosin.
5. Therapeiam. *Quæ respicit* 6 Indicationes ad 6 Operationes, aut
   1. *Ad* Revulsionem.
   2. Corroborationem.
   3. Discussionem.
   4. Evacuationem.
   5. Præcautionem.
   6. Diætam.

Denique Corollaria alia ex gratia disceptandi, & 1. *Quòd est* Quarta Coctio, *nempe* Pneumatosis, *aut Spiritnum Animalium in ventriculis Cerebri* Procreatio. *Cum Cl. D.* Regio. *Affirm.*

Synopsis



II. SYNOPSIS

Brevis & *Hypostasis* ΈΞΑΙΡΕΤΩΝ (in Ordine) occurrentium, *Tractatu* de *PNEUMATOSI*, Rerumque Quæ præcipuè ratiocinantur & enucleantur in Lib. 2°.

CAPITE PRIMO.

SECT. I. *Ars est* Habitus *Effectivus*, *talis est Medicina* Scholis *discutienda*, p. 93, 94.. *De* Concoctionibus *Humani Corporis* quot *&* quæ *sunt*. Succus Nutritius *quot modis exquiratur? quoad ejus* Elaborationem *&* quoad Intentionem *Naturæ*. 6. Classibus *sanciatur in prælimínio*, p. 95.

SECT. II. *De Singulis* Concoctionibus, Et 1. *De* Chylosi, *Quibus vasis & viis efficiatur*; *ex ope* caloris humidi, *Fermentique Naturalis*, *elaboratur ad unionem* particularum *instruientium* chylosi. *Dyscrasia Naturalis plerisque morbis obvia à Fermenti Naturalis* DEFECTU *vel* EXCESSU, p. 96, 97, 98. *Hâc primâ* Concoctione *sint principia*, *rudimentaque sequentium*, *Quæ proferantur ad* chymosin, *sive* secundam concoctionem.

SECT. III. Chymosis *vestigiis instat in* Galaxiam, *sive* Venas Lacteas, *p.* 99. *Haud* à Tractione *sed* à Pulsione *viam agit*: Chymosis, *Quid?* p. 100. *Quâ sede? Quomodo Venis Lacteis fit albicans* Chymus, *& Venis* Mesaraicis *rubicundus*, *ejusque* Processus *& itinera ad* Hepar. p. 101. *Depuratur in* Hepate, *cujus Perittomata serosiora transmittuntur ad* Renes, *dein & ad* Ureteres: *Atqui recrementa crassiora ad* Lienem, *&* Media *ad* Kystim *felleam*, p. 102, 103. *exantlatur ope* Fermenti Jecorini,

&

cne præ aliis. 4. *E varietate* coloris *inter vasa & officinas Elaborationum.* 5. *E morborum* Phænominis *atque Discrepantiis, in diversis concoctionum læsionibus.* 6. *In ministerio unius concoctionis ad aliam, unde* Rudimenta *provehantur* à Chylosi *ad* Spermatosin, p. 114, 115, 116, 117.

CAPITE SECUNDO.

SECT. I. *De coctionis* φερωνυμίᾳ *unde derivatur*, p. 118, 119. *Quomodo fit* 1. *A* Coquendo *vel operationibus* Coquinariis, *humidoque calore.* 2. *Quomodo ex elaborationibus* Chymicis *& à calore sicco.* 3. *Vel è Mediâ viâ tum* coquinario *tum* chymico more, *sicubi hac disquisitione Coctio celebratur, & sit è duplici calore*, p. 120.

SECT. II. *Vindicatio capitis* Principatûs *& Dignitatis, ab Arce Animæ Basilicâ, & ab Erecta Figura Hominis*, p. 121, 122. *Ex doctrinis Veterum ab Inundationis* No-[redacted] *Tempore*, p. 122, 123. *Ex sede, principioque dispensandi sensus & motus per eorum Corpus. E principiis Philosophiæ, & à Sacris Scripturis*, p. 123, 124.

SECT. III. *PNEUMATOSIS ampla definitio; ejus Explicatio.* 1. *Ab* Arte. 2. *A* Naturâ. I. *Ab*

ARTE *vel* Agente Externo *& dein*, p. 125, 126.
- 1. Ab Arte Coquinariâ, *velut in* ollâ *& è foculo* Circulatorio.
- 2. *Ab* Arte Chymica *velut in* Alembico *& ab igne sicciore seu Reverberatorio.*

Priori concoctione, Totum compositum exantlatur; Posteriori tamen elaboratione Particulæ *intus clausæ, Principiaque Hypostaticæ exantlantur, usque ad exaltationem & unionem Spirituum cum succis* Totius *Mixti*, p. 127.

Hujus

1. *Inter*

1. *Inter* Mineralia, *quæ vel elaborantur quoad eorum* Spiritus, *vel exagitantur ad* succos metalliferos, *quæ tamen in fine maritantur ac uniuntur in* unum Minerale *perfectum*, p. 134, 135.

6. Rebus observatur hæc *Coctio* mineralis, p. 135, 136, 137.
- 1. *Ex* materie *Terræ* ventriculis *coacervatâ.*
- 2. *Ex* succo *Centralis* Radicis *elaborato.*
- 3. *A duplici* Calore *vel Instrumento.*
- 4. *Ex immersione* Chymici DRACONIS.
- 5. Ex *omnium* Conjugio, *Connubioque.*
- 6. *Omniumque* Coagulatione, *sive* fixatione, *ubi differt* Author *à D.* Willisio, *circa Principia Fixandi.*

SECT. VI. *Ulteriùs extricatur è* Vegetabilibus.

Vir est Arbor Inversa, Caput hominis est instar Radicis *arboris & quomodo?* p. 138, 139. *Confirmatur è* Testimoniis *humanis, & Sacris*, p. 140.

Methodus hujus elaborationis *inter Vegetabilia*, p. 141, 142, 143, 144, 146, 146.
- 1. *A* Materie *tam fixâ quam infixâ, & Elaborationibus, variis exantlatâ, in unum* spissum *Arcanum, è duplici Calore, quoad* Mixtum.
- 2 Ex Particulis *inclusis, (in Toto Mixto) Diversimodis &* Heterogeneis *Principiis. Quorum Principiorum* Mercurius, *est* DUX *ad Arcanum.*
- 3. *Spirituum* Principiorumque SUBLIMATIONE *ad* flosculos *Vegetales. Ubi rhapsodica Digressio de* Mysteriis *tam* Animal. *quam* Vegetal: *nidulantibus, &* Expos. Rom. 8. 20, 21, 22. *nobis occurrit*, p. 143, 144.
- 4. *Horum spirituum, succorumque Vegetal.* UNIO, *in uno eodemque Mercuriali, Humidovè radicali. Unde fertilitas & sterilitas? Quare motu reptili, peristalticoque vergit hic succus vegetalis cum suo spiritu?*
- 5. *Omniumque* COAGULATIO, *ultra flores & fructus ad Semen, &* Germen *maturandum.*

Hic

Hâc quoque Methodo, quàm in Mineralibus *&* Vegetalibus *tam* Pneumatosi *& animalibus fiunt elaborationes* animalium Spir. *Ænigma ex* Aristæo *insigniter enucleandum ab hâc* duplici coctione *sive duplici calore*, duplicique Mercurio *usque ad unum perfectum* HOMOGENEUM, p. 146, 147, 148.

CAPITE TERTIO.

SECT. I. *Pneumatosis* ἀπόδειξις *explicatior, ob Materiem coquendam è Toto sive Hylæo*, p. 149, 150. *Hujusque* Hieroglyph. *sub figurâ Duorum* Serpentum. *viz.* Reptilis *&* Volatilis. *Cujus* Hieroglyph. *explanatur ad mentem nostram per* 7. Rationes *ac Sequelas. Coctio hæc sancitur ad* humido Calore, *Quo fæces despumentur & opus absolvatur in Purum* MIXTUM *hylæum*, p. 150, 151, 152.

SECT. II. *Ejus exegesis ulterior è* Principiis Hypostaticis *necnon oppositis* Patibilibus, *Chymico more, Calore, fermentoque elaborandis*, p. 153. *Principia seu* τἀναντία πρῶτα *quomodo mutentur ab uno Contrario in alterum*
1. *Quoad* Formam.
2. *Quoad* Materiam.

Pneumatosis ex oppositis & Heterogeneis exantlatur cum duplici calore, viz. 1. Animali, *&* 2. Vitali, *ad* ALCOHOL *Spirituum Animalium.* p. 154, 155. *Post confusionem ordo, at* Chaos *Homogeneum Arcanum præcedit*, p. 156. *Sed ex instruendi gratiâ tamèn ampliùs enucleavimus* Pneumatosin *per* 8. *Classes &* Hypotheses *de hac re.*

SECT. III. *De primâ* Hypothesi; *Quæ propalatur ex itinere succorum Spirituumque Vitaliumque, à Corde in Ventriculos Cerebri.* p. 147, 158. *Spiritus efferi moderantur à Cerebri* Temperaturâ. *Differentia inter* Elementa Principiaque

cipiaque. "ΥΛΗ quid Græcis? Principia opposita quomodo exagitantur? & athletice Contraniuntur pro dominatu? p. 159. Hæc Elaboratio fit à Pluribus tam Elementis & humoribus quam principiis Hypostaticis. Et ex variis Principiis diversimodè aguntur Morbi. p. 160. Duo perscrutanda de hac re. 1. Principia quæ sunt? 2. Ad quod tendunt 1. Quid appellatur Principium & Cur? Rerum constitutionis ordo tam à Principiis quam ab Elementis. 1. Ab Elementis explicatior. 2. Sed ex Principiis occultior, p. 160, 161, 162. Particulæ Heterogeneæ & diversimodæ, è vino Rhenensi illustratur p. 162, 163. 1. De SULHPURE, Quid? in hac Pneumatosi? p. 63, 164. 2. De MERCURIO, bifariam sumitur. 3. SPIRITUS aut Chymicus ventus quid? Hic Spiritus à Mercurio planè differt. 1. Volatilitate. 2. Familiaritate. 3. Fine. 4. Officio. 5. Odore ac sapore. 6. Succorum mutatione. Hæc tria sunt Principia magis activa, seu primo stamine Pneumatosis, 165, 166. Secundo stamine sunt minus Activa utpote. 1. SAL quid? ejus & officium figendo, &c. Principiorum Dominatus in Hæmatosi, Pneumatosi, Spermatosi, p. 167, 168. 2. AQUA quid? & quomodo fit vehiculum? ejusque conjugium Cæteris. 3. TARTARUM quid? ejusque Tinctura in Pneumatosi, p. 168, 169. Omnia concurrunt atque coalescunt ad unam misturam. Quæ Principia humoribus Corporis insunt, & quomodo possint elaborari in unam Pneumatosin, p. 199, 170. 2. Ad quod tendunt, nimirùm ad unionem Homogeneam. Et quomodo Dracones ambo coëunt in unum. Proinde & Aquila Hermetica, p. 171.

SECT. IV. 2da Hypoth. De temperie Motuque Pneumatosis æquabili. Explicatur è ratione Pneum. elaborationum, & è Doctrinis Hippocrat. p. 172. Cautiones de hâc re, p. 173. Ex his principiis in vitio Tragediæ perpetrantur. Pneumatosis confusiones unde, p. 174, 175. Cautiones de calore tam balnei quam Cineris à Spagyris, p. 175, 176. Mediocre-

1. *De Morbis Constit.* NATURAL. { 1. *Ex abditis Causis,* 2. *Ex apertis,* { 1. Extern. 2. Intern.

De Therapeiâ Spermatosis *universaliori*, p 677. *De Therapeiâ Specialiori*, p. 678, 679. *Ubi* 1. *Remedia*, { 1. Interna, 2. Externa.

Ad ejus Dycrasin *nimium calidam*, è *principiis sulphureis & spirituosis*, p 678, 679. 2. *Intemperiem* Spermatosis *frigidam & à* Principiis tartareis *ac aquosis*, Remedia { 1. Interna, 2. Externa, { 1. Simplicia, 2. Composita, { p 680, 681, 682.

3. Quoad ejus *Disconvenientiam* Qualitatum & Principiorum, ab humiditate Remedia, { 1. *Simpl.* 2. *Composita*, { 1. *Interna*, 2. *Externa*. p. 683, 684, 685, ac 690.

4. Quoad Intemperiem *Spermatosis* siccam è principiis salosis, spirituosis, &c. Remedia insignia *Chymiatricaque*, p 690, 691, 692, 693.

2. De *Morbis* ejus Constitut. *VITALIS*, { 1. E Nimio *Spiritu*, atq; calore Remedia, { 1. *Interna*, 2 *Externa*, { p. 994, 695. 2. Ex inopiâ *Spirituum*, Remedia { 1. *Interna*, 2. *Externa* { 696, 697.

3. De *Morbis* ejus *Constit: Animalis*, Remedia, { 1. Ad vires Spermatosis *Prolificas*, p. 698 2. *Plasticas*, p 698, 699, 700. 3. *Nutritivas* { 1. Pro vi *Germinis* & *Embryonis* Nutritiva, p. 701 702. 2. *Fœtûs*, & ad animalem nutritionem, p. 704, 705 706.



'ΟΝΟΜΑΘΕΣΙ'Α

Coryphæorum & *Auctorum*, Qui magis aut minus (exceptis *Poetis* & aliis) huic OPERI Contulêrunt.

A.

Actuarius
Acuboces
Ademarus
Aegineta
Aegidius
Aetius
Albericus
Alexandrus
Alexand. Aphrodisens
Alexand. Benedict
Albertus Magnus
Albucasis
Alphonsus à Caranza
Alphidius
Amatus Lusitanus

Aqui-

'Ονομαθεσία Auctorum.

Aquinas
Arantius
Archangelus B.
Argenterius
Aristæus
Aristoteles
Arnaldus de Villanov.
Asclepiades
Asellius
Avenzoar
Averröes
Avicenna
Augustin:
R Bachon Anglic:

B.

A Bartholomæus
Bartholinus
F. Bartoletus
Bassianus Land:
Bald: Ronsf:
Bauhinus
Bayrus
Bernardus Trevisans:
Beguinus
Blasius
Bodinus

C.

Cæsarius Phil:
Cajetanus
Cardanus
Carrerius
Cartesius
Charltonius
Casserius
Cappivaccius
P. Castellus
Chrysostom:
Celsus
Z. Citticus
Clemens Alexand:
Columbus
Conimbrus
M. Cordæus
Corn: Agrippa
Crokius Angl:
Crollius

Jo. Guinterus

H.

Heidfeldius
Hierophilus
Heliodorus
Harveyus
V. Helmontus
Herodotus
Hermes Trismegist:
Hartmannus
Heurnius
Highmorus
Hippocrates
Hofmannus
V. Hornius
Horstius

I.

Jul. Jassolinus
Jo. Bapt. Port.

Jul: Pacchius
Jul. Scalig:

K.

Kyperius

L.

Laurentius
B. Landus
Lactantius
Leonellus
Libavius
Licetus
V. Lindanus
Lombardus
Lucanus
R. Lullius
Dom. de Luiines

M.

Macrobius

Ὀνομαθεσία Auctorum.

Vestingius
Volcherius

W.

Walæus
Whartonius
Willisius

Wirsungius.

Z.

Zabarella
Zanchius
Zeno Cittic.
Zoroastes
Zwelferus.

AD



AD LECTOREM BENEVOLUM.

QUam *Authori* tam *Tibi* (LECTOR !) Errata *Typographica* nimis ægrè, vix ſuſque deque ferantur. Quæ lapſa ſunt è *prelis* ob abſentiam *Authoris* (multifariis negotiis indiès avocati,) necnon emendandi, Corrigendique ſupinam incuriam ac ἀμελειαν, atqui potiſſimum ex ἀτεχνίᾳ *Prelorum* vel inertiâ idioma Latinum, Græcumvè (velut è Scatebris hujus linguæ Romanæ) traloquendi. Dum verò Correctores *his* haud adeſſent, *Typothetæ* vel aſtantes haud multum ſecùs ac imperitæ *Obſtetrices*, *SECUNDINAS* in utero Corrumpentes nimis incautè reliquêrunt (unde *Symptomata* graviora fortaſſè ſcaturiant). Ideoque donec Editio locupletior & emendatior exeratur, nobis inſtant *ERRATA* ſequentia (præter *Literalia*, & Punctalia) calamo prius emendanda, ne *LECTOR* in legendo faſtidium, aut *AUTHOR* culpam (ob aliena delicta) Cenſuraſvè immeritas ſubiret ; atque ne laboris &

unius

unius & alterius peniteret. Quum plura dicere non permittat ægritudo Animi, superertit (& ut optimè tibi vertant omnia) ut in limine Corrigas hæc *Errata* saltèm (inter alia) jactata; quoniam nonnulla sunt nimis egregia sive διασαφικά. *Nihilominùs* vix unum verbulum, inter *Errata* reperiatur nisi Quod ad *Authoris* atque *Lectoris* ὀργὴν (nimis justè contractam) leniendam, in aliis paginis forsitàn & plurimis plane latineque absolvitur. Adeò ut (Lector !) his emendatis, inculpatiùs appropinques, majorique emolumentorum proventui (Cœteris haud scitu indignis) fæliciùs occurras; Quibus hæc *ANALECTA Tui*, plus quam *Authoris* satagant.



TYPOGRAPHUS AD LECTOREM.

JAm (Lector Erudite!) jàm *serius quam oportuit, in mentem venit*; *Quantos labores imò & Herculeos*, (*velut uno ictu*) *aliorum forsan &* famulorum *delicta pessum aut in deterius diruêrunt. Asi nê propter* Errata *libri hujus Typographica*, Author (*in literis perdius atque pernox*) *â proposito ulteriori volumen aliud excudendi, per immensa studia reducendum, in unam* Methodum Chymiatricam *medendi*, Praxinque *per totam* Nosologiam, *&c. retrò ageret*; *hanc Epistolam meam ad* Lectorem *forâs edendi, veniam ardentèr & ab illo impensiùs exoravi. Quippe quamvis mihi sum Conscius culpæ gravissimæ, Criminisque tanti* (*ex vitio preli*) *per orbem literarium, ut ori meo frenum imponat*; *tamen e ruboris ingenui claustris, ac ab impulsu proprio submissiùs ignoscentiam expetere sim ausus*; Authorisque *Doctissimum animum, Generosissimumq; nimis offensum sed inculpatū, per hanc Confessionē*

apertam

apertâ nonnihil allevare sim suasus. Dum hæc Errata *non ab Authoris eruditissimi Chartulis aut* Apographis, *sed ex insciti â* Typothetæ, *incuriâ* Chalcographi, *Correctoris absentiâ, famulorumque inertiâ præterlapsa fuisse, lubentissimè fateor. Atqui quoniam nulla Copia verborum, neque volumen, hujus criminis excusationi sufficiat; ideoque quum verba desunt, in factis testationibus, ad* Authoris *ac* Lectoris *mentem, futurum opus aliquid ad* Typos *mandatum gratiùs absolvere semper ero sollicitus, & hâc mente perstabo,*

H. L.

Errata.

ERRATA CORRIGENDA.

Epist. Ded. p. 2. l. 8. lege *Nares & Aures.* p. 8. l. 28. *Regisque.* p. 12. l. 25. ἀξιο-τιμωρίοις l 27. Μεγαλοδύξ[illegible] p. 15. l. 20. [illegible]

In uiciim à Chart. *Ver.* per W. P. & in 14. v. l. *[illegible] Medicus Medicis.* II. Synops. cap. 2. sect. 2. lin. 4. ab imo ad. *Noa tempore.* c. 3. sect. 3. l 8. l *Hypostatiis.* III. Syn. p 16. *CAPITE SEPTIMO.* p. 4. l. 9. *Zoroastes.* l. 31. τῆς κτίατος περιουργία. p. 5. l. 4. dele ? l. 6. d. ? l. 36. *philosophari.* l. 17. l. *Præceptum.* l. 21. l. κοσμήτωρ p. 6. l. 21. l. φύσεως p. 7. l. 4. l. *Aqua* p. 8. l. 29. l. *modulatur.* p. 9. l. 29. d. *Vnde* & d. l. p. 10. l. 1. l. *versamini.* l. 17. l. *philosophantur.* p. 11. l. 4. l. *makairocosmi* p. 13. l. 25. l. *Aëtii* p. 14. l. 26. l. τῆς Θεουργίας p. 15. l. 12. l. *fœnerare.* l. 14. l. *Inform'* ! *Ingens* ! l. 22. l. *fœnerantur.* p. 17. l. 30. l. *monuit.* p. 20. l. 6. l. *staminis* l. ult. l. νόσους. p. 22. l. 7. *Judicium.* p. 24. l. 3. l. *calor innatus.* p. 26. l. 31. l. Συμπαθητικῶς. p. 27. l. 19. l. Συμπαθητικῶς. l. 35. l. *partesque* p. 28. l. 23. l. *phthisi.* p. 30. l. 7. l. τὰς νόσους p. 31. l. 30. l. *principiorum.* p. 32. l. 17. l. *Phthisis.* p. 34. l. 14. l. *læsionibus.* l. 18. l. *fœnerentur.* p. 37. l. 7. l. . *Imò & impingit angor omnes corporis.* p. 41. l. 3. l. τὰ [illegible] l. 20. l. *inerant.* p. 42. l. 22. l. σωματοποιοῦντα. l. Σωματοποιοῦντα. p. 45. l. 9. l. *excernuntur.* l. 17. l. *prognosticetur.* l. 20. *pertimescamus.* p. 46. l. 18. l. *quam.* l. 21. l. *auferendis.* p. 57. l. 17. l. *Thure masculo.* p. 58. l. 30. d. *fa.* p. 61. l. 20. l. *premantur* p. 62. l. 8. l. *Præbenda.* p. 65. l. 3. l. *Nucha* p. 68. l. 1. l. *forinsecus in Proœmium.* p. 2. l. 25. *æmulentur.* p. 3. l. 23. l. *calcato.* p. 94. l. 8. l. *Hæmatosin.* l. 14. l. *Hæmatosin.* p. 98. l. 23. l. *ad secundam.* p. 99. l. 19. l. *Patronis.* p. 100. l. 22. l. *Glandium.* p. 106. l. 17. l. *particulæ.* p. 108 l. 6. l. *hæmatologiam.* p. 115. l. 5. *misceatur.* p. 117. l. 4. *ut omnia sint.* p. 119. l. 33. *digladiantur.* p. 125. l. 22. *hæc est.* p. 130. l. 13. 2 col. *sit. Ita testatur.* p. 133 l. 23. 1 Col. HYLEN p. 132 l. 34 2 Col. *Biolychnium.* p. 140. l. 16. *Queis.* l. 18. *Commeo?* l. 27. *intelligitur.* p. 142 l. 16. *ignoremus.* p 145. l. 8. *spirituum)* p. 146. l. 16. *accommodum.* p. 147. l. 33. *Biolychniique.* l. 34. *ut in* ☿. p. 148. l. 4. (*Pneumatosi.*) p. 151. l. 6. *æthercam.* l. 8. *æthereum.* p. 153. l. 1. *Heterogeneis.* l. 8. *quia non sunt.* l. 30. *disquisitione.* p. 154. l. 16 *præceptione.* p. 155. l. 10. *in duellis efferis.* p. 156. l. marg. *confusionem & Chaos.* l. 17. *prompta* p. 158. l. 22 *sanè sunt.* p. 159 l. 3. *solas Peripatetici.* l. 22 d. *per.* p. 163. l. 29 *contra Anonymum.* p. 164 l. 13. *amicabilis.* l. 19. *& intimè.* l. 32. *objiciat.* p. 167. l. 13 *præditus* p. 169. l. 10. *secus.* p 170 l. 10. l τελείως. p. 174. l. 13. *Malarici.* l. 28. *crebrò.* p. 181. l 6. φύσεως p 182. l. 2. *Metallis.* p. 182. l. 4. *Diacrisis.* p. 186. l. 20. *promovemur* p. 187. l. 23. *Atqui profectò.* p. 188. l. 2. περιόδου [illegible] p. 190. l. 28. 29. *liberari* p. 191. l. 12. *oleosam.* p. 192. l. 33 *præstitutos* p. 193. l. 5. *impetrare* p. 199. l. 26. *perterrita* p. 201. l. 21. *separata.* p. 202. l. 22. *Pneumosis.* p 205. l. 23. *donec ad ultimum.* p. 206 l. 4. *depurati sint.* l. 34. in marg. *cernantur.* & l. 34. *ratiocinatur.* p. 207. l. 35. *eorum circulatio.* p. 209. l. 11 *halitibus.* p. 212. l. 8 *halituosis.* p. 213. l. 32. *digladiantur.* p. 214. l. 26. *ob illas.* p. 217. l. 31. *decerpamus.* p. 218. l. 32. *Plantæ.* p. 221. l. 8. *præditi sunt.* p. 229. l. 29. *sanguinem.* p. 231, 232. l. 1. dele *expiscatur &* l. *exploratò vindicatur.* p. 238. l. 26, 27. *ignoro.* p. 242. l. 16. *ignoro.* l. 23. *ad Animales.* p. 243. l. 4. *exhalant.* l. 6. *inspiratur aër.* p. 246. l. 10. *profugiunt.* p. 249. l. 7. *usque ad has.* p. 251. l. 32. *ratiocinantur.* p. 254. l. 33 *suu.* p. 255. l. 3 *forsan & faustissime.* p. 258. l. 33 *Hæmatosi.* p. 261. l. 33. *Picolhomineo.* p. 264. l. 30. *in mari.* p. 269. l. 1. *idem.* l. 15. *ob Pneumatosin.* & in marg. *per Potentiam.* p. 270. l. 13, 14. *Intellectus.* l. 23. *præparatur.* l. 27 *formam.* p 271. l. 19. *significatur.* p. 276. in marg. *Quoad subjectum sentiendi.* p. 278. l. 18 *uni eidemque* l. 34. *est.* l. 35. *totam.* p. 295. l. 13. *operari.* l. 14. *Adæquatus.* p. 297. l. 29. *labyrinthis.* p. 298. l. 9. *foculo.* l. 15. *quam in cerebro.* p. 301. l. 1. *duella.* p. 303. l. 6 *ORIGINE.* p. 304. l. 10. *essentialis.* p. 305. l. 25. *ad sensuum aptitudinem.* p. 342. l. 13. *explicaturus.* p. 347. l. 25. in marg. *Neotericus* p 352. l. 6. *subtegmen.* p. 355. l. 1. *nervis.* p. 357. l. 2. *nimia.* p. 359. l. 14. *refluunt & influunt.* p. 362. l. 15. *indomitis.* p. 363. l. 28. *profluunt.* p. 366. l. 14. (*& Cavitates*) p. 368. l. 9. *impertit.* p. 370. l. 15. *amicabilior.* l. 26. *influunt.* p. 372. l. 29. *quinimo.* l. 33. *per æthera.* p. 375. l. 25 *solvat.* p. 378. l. 21. *subjicibilis.* p. 379 l. 2. *juxta Doctrinam.* l. 17. *evaderent.* p. 382. l. 15. *mucus.* p. 387. l. 12. *Chymiatriam.* p. 389. l. 12. *Chymico.*

Chymiso. l. 17: *Elementariis*. in marg. *in unam Medicinam*. l 23. 24. *floccifaciam*. p. 393. l. 9. *paralysi*. l. 23. *Generandi*. p. 394. l. 7. *Clar. de Diemerbroeck*, *de Peste*. p. 399. l. 34. *emolumentum*. in marg. *inaequale*. p. 402. l. 31 *Crasique*. p. 410. l. 10. *per irradiationem*. p. 413. l. 17. *laesuris*. p. 414. l. 33. ἐν τῷ ἜΡΩΤΙ. p. 416. *intellectûs*. p. 417. l. 3. *Hydrophobia*. l. 24. παρεκδιανοίᾳ. p. 419. l. 23. *ad salutem*. p. 423. l. 19. Πολυφαρμακία. p. 424. l. 5. *magis algosum*. p. 429. l. 16. *eliminaremus*. p. 432. l. 24. ἐυκαιρία. p. 433. marg. *morbos radicitùs*. p. 434. l. 7. *insigniatur*. p. 433. l. 28. *magis apprimè*. p. 436. l. 10. *susceperunt*. l. 16. *dimetiuntur*. p. 441. l. 17. *instaurare*. p. 443. l. 3, 4. *temerarii*. p. 448. l. 8. in marg. *nec ád curandos*. l. ult. *adscripserit*. p. 449. l. 9 τῶν Νόσων. l. 31. *Chymiatriae*. p. 455. l. 2. *vitae*. p. 456. l. 25. *beneolens*. l. 27. *excrementitiosa*. l. 28. *beneolentia*. p. 457. l. 5. *COLORES*. l. 9. *COLORES*. l. 22. *Colorum* p. 458. l. 33. *Pseudiatrumque*. p. 459. l. 17, 18. *differentiae*. p. 461. l. 16. d. *ast*. p. 462. l. 30. *ratiocinari*. p. 464. l. 12. *inertia*. l. 24. *Perspicuo*. p. 465. l. 22. *apprime*. p. 468. l. 29. Νόσος *ipsa*. p. 470. l. 13. *Medelam*. l. 31. *calidior*. p. 475. l. 12. *Philosophico-Medica & Medico-Chymica*. p. 478. l. 1. *absque subitâ*. l. 12. *laesuris*. p. 481. l. 18. *Chymiatrῶn*. l. 25. *suppeditetur*. p. 482. l. 4. *sartum aut aliquod tectum*. l. 28. (*i.e. nondum subter unum Regimen*) *ad potestatem*. d. *sint*. l. 29. *aut ad mixtionem exactam redacta sint*: l. 30. *ficcioris*. p. 483. l. 20. *meracem*. l. 29. d. *ex*. p. 485. l. 4. ἐγχυμώματα. l. 31. *Chymicῶ Principia*. d. *quae*. p. 488. l. ult. *gaudeamus*. p. 491. l. 17, 18. *specificatior*. l. 31. *specificaliora*. p. 492. l. 21. d. ; p. 493. l. 15. *quoad essentiam*. p. 494. l. 24. *sed qui adulari*.

C A P.



III. SYNOPSIS AUT Hypostasis occurrentium, Quæ Complectuntur atque discutiuntur in Lib. 3. De *Spermatosi*.

CAPITE PRIMO.

SECT. I. *Proœmium Authoris* Apologeticum *ad Lectores*, p. 367, 368, 369, 370, 371, 372.

1. *Ob ejus* molestias, *de novo ingruentes ac interturbantes.*
2. *Ob* novitatem *hujus* opusculi, *unde* Provinciam *cepit tam duram. Et Quorum irrisionibus ex intuitu primo occurrat.*
3. *Ob* Ellychnium *hujus doctrinæ quod accenditur à triplici* Lumine
   1. Humano *&* *à doctrinis veterum.*
   2. Naturali.
   3. Divino.

SECT. II. *De fine Disquisitionis hujus, à finè vere* philosophandi, *&* *à fine* Spermatosin *exagitandi*, viz. *ad conservandam* speciem, p. 373, 374. *De prioritate concoctionum Corporis.* Prioritas *e Scholis bifariàm Celebratur*, p. 374. viz.
1. *Ordine Naturæ* Procreantis,
2. Intendentis, *quali sensu* Spermatosis *est prior aliis.*

SECT. III. Spermatosis *explicatur ex operibus Spagyricis & Spiritibus elicitis, de quibus posteriores sunt potentiores, unde Semen* Elixir *hominis appelletur*, p. 375, 376. *Et ad summum honorem Dei contempletur*, p 377. Παρωνυμία.

Spermatosis, ejusque ratio quà { 1. Semen, 2. Germen, } p. 378.

SECT. IV. *Spermatosis* 1. Definitur, p. 378. *Et* 2. Explicatur *à principiis ac prioribus concoctionibus*, p. 379. *Et* 3. Elaboratur *duplici modo* { 1. Coquinario, 2. Chymico. } p. 380. *Sed* 4. Dividitur, p. 390, 381.

dividitur in { 1. SEMEN *quum principia haud satis exantlantur ad prolificum Arcanum.* 2. GERMEN, *quum satis exaltatur atque maturatur in omnibus principiis & mercuriis.* }

GERMEN *est duplex* { 1. Potentiale *& virile, dum favillis seminariis ac* Prostatis, p. 381, & p. 395. 2. Actuale *vel in utero*. 381. }

Germen hoc, aut Semen duplex satis evidenter deprehendimus è Doctrinis Hippoc. *Aristot.* Galeni, *&c. Methodus eliminandi de* Sperm. *petit absolutionem à*. 5. *Rebus*, p. 382. { 1. *In* quibus, 2. *E* quibus, 3. *A* quibus, 4. *In quam* formam, 5. *Ad quem* finem. }

1. *In quibus Vasis, nempe Testibus, & unde vocantur Testes*, p. 383.

CAPITE SECUNDO.

SECT. I. *De* Principatu *Testium. Ubi* *probantur Partes*

princi-

SECT. VII. *Argumentatur.* 14. *Ab* Alitione Spermaticâ *sivè* Virili, p. 405, 405. *Nutritio* Spermatica *tam* Corpori *quàm* Embryoni, p. 406, 487, 408.

CAPITE TERTIO.

SECT. I. Spermatosis *vasa sunt*, 5. *nempè* p. 409, 410, 411.
1. Præparantia,
2. Comparantia,
3. Deferentia,
4. Continentia.
5. Sagittantia,
In Plexu Pampin. Testibus *& Parastatis*; *Viis ad* Vesical. *Sem. Capsul. & Prost.* Nerv. *Corp.*

i. De vasis *Præparantibus.* Hæc haud absimilia sunt (ob usum) *Plexui Choroidi*, nuncupantur *hederiformia vasa*, p. 411. & Pampiniformia, p. 211. Donantur venulis, Arteriis, atqui Nervis ferè innumeris, undè succi omnes feruntur ad *Spermatosin*, p. 412, 413.

SECT. II. De vasis comparantibus aut Semen excoquentibus. Quæ sunt? p. 414. Et quare albicantia. An Nervi feruntur à *Testibus* ad *Epididymides*? p. 414, 415. Usus *Epididym.* p. 415.

SECT. III. *De* Testibus. *Appellantur Amoris* Poma. *Quomodo materies seminalis iis deferuntur*, p. 416, 417. *Unde* Semen *fit serosum atque lividum*, p. 417, 418. Germen *in maribus potissimum*, p. 419. *Germen virile probatur*
1. *Ab hominis* Vasorum *fabricatione accuratiori*,
2. *Ab ejus Spermatosis* Elaboratione *perfectiori*,
3. *Ab ejus Semine in actu potissimum afferente*
4. *Et fæcunditatem summam inferente*, p. 420, 421

De Αὐτομάτοις, *eorumque Generatione Æquivocâ*, p. 421, 422. Testes *fabricantur ex Arte mirificâ* opificis *ter opt: max:* p. 423.

1. *Par* Muscul. 2. *Par*, p. 442, 443. *Ejaculatio fit*, p. 444, 445. { 1. Naturalis, 2. Vitalis, 3. Virilis & *Animalis*.

CAPITE QUARTO.

SECT. I. *Spermatosis suffragatur, & probatur.* 1. *A Principatu Testium*, p. 446, 447, 448. *Generatio & Alteratio differunt 6. Rebus* { 1. *In termino ad* quem. 2. *A* quo. 3. *Ex parte* Subjecti. 4. Ex *parte* Successionis. 5. *E* Præliminariis 6. *Et* Forma, } p. 447, 448.

Quare Spermat *conficitur in* Testibus, p. 409, 450. { 1. *Ad* Honorem, *partium* Sem. 2. *Ad* Sumptus *solvendos*, 3. *Ad* tuendum *Fœdus*, 4. *Ad obeundas* Functiones.

SECT. II. *Spermatosis enucleatur.* 2. *Ex idoneitate Vasorum omnium*, 450, 451. { 1. *Ab* Intentione *opificis*, 2. *Ab* Intentione *operati*, 3. *Ab* Extensione *operationis*

3. *Arg.* Ex Parte *Termini à Quo*, p. 451, 452. Arg. 4. Ex *parte termini ad Quem. Unde motus ad* Germen. 5. *Arg.* Ex *parte* subjecti, *vel exagitatione Materiei in Vasis* Spermat. p. 453, 454. 6. Arg. A situ *vasorum horum in Medio Corporis.* 7. Arg. Ex Heterogeneitate *Materiei seminalis, donec his vasis exantletur.* 8. Arg. A *Maturatione Seminis*, p. 455. Arg. 9. à *Syntaxi* Naturæ, 456, 457. *Semen &* Germen *differunt quoad prius & poste-*

483. *Impraegnatio quid?* 483, 484. *Class.* 4. *Explicatur in* Exaltatione *Seminis ad essentiam Balsamicam*, p. 484. *Explicatur è* Rog. Bac: *&* Gebro: *In* Exaltatione, *Spermatosis ascendit prius per* Vasa Deferentia, p. 484, 485. *Unde spumositas oritur*, p 486. *De hâc re*. 4. Conclusiones: 1. *Ut debeat sublimari ad unum* PURUM *hylæum*. 2. *Citra sublimationem haud* ARCANUM *ad* Germen. 3. *Tunc appelletur* FLOS *hominis*, *&* Aquila Hermetica. 4. *In uno* GRANULO *spisso*, *spumosoque fiat* Arcanum *ad speciem propagandam*, p 486, 487. Class. 5. *Fermentatio* Spermatosis *ultima*, *in* Favillis Seminariis, Prostatisque. *Explicatur eleganti* Mythologiâ, p: 488, 49: *Ex omnium unione resultat forma* Germinis P*otentialis* p 489. Maturatio *fit ab Influente Calore*, p 490. Plastica *vis Prolificaque minutulo Granulo* Germinis, p. 491. *Seminis fixatio*, Coagulatioque, p 491, 492. *Semper in humido* Mercuriali; *Semen unde dicitur* Argentum vivum, p 492, & 505. *petit elaborationes exantlandas in Chymico more*, p 493. Class. 6. *Ratiocinia* Præcipitandi, *fæcesque foras eliminandi*, *nè*

- 1. Virtutem impedirent,
- 2. Vel Arcanum periret,
- 3. Aut functiones Grassarentur,
- 4. Aut Semen ipsum corrumperetur,
- 5. Aut ejus *vires* mirabiles.

p 493, 494, 495.

Quibus locis hæ fæculentiæ maximoperè luxuriant, p 495. *Quare non tantæ sunt earum copiæ in Spermatosi quam in aliis concoctionibus*, p 496. Excreta

- 1. *Ab erroribus* Concoctionis,
- 2. Vasorum,
- 3. Spermatosis ipsius.

1. Ex

1. *Ex vitiis ipsius Seminis*, *quum* Mercurius *&* Spiritus *sunt fugitivi*, p 497, 498. *Sponsa cum sponso non legitimè maritantur ante fæcium expurgationem.*
2. *Ex vitiis partium Genitalium inter viros & inter fæminas à Catameniis obstructis unde tragœdiæ inferantur.*
3. *Ex* Erratis *ipsius concoctionis*, p 592, 593. Spermatosis *exantletur ad* { 1. Unum, 2. Purum, 3. Album, } p. 504.

1. *Quoad ejus* Purum, *è Principiis & chymicis ἐργασίαις*, p, 504, 505.
2 *Quoad ejus* Unum *è Copulatione Spirituum, succorumque in unâ* Spermatosi, p 506, *ubi Doct.* de Ferment: *ab Antiquis* Philosophis, p 506. Prosopopëia *de hac re.*
3. *Quoad ejus* Album *ab ejus mercuriositate & elaboratione*, p 508. *Quantò depuratior tantò perfectior est Spermatosis*, p 509, *& quomodo fit* Elixir, p 509. 510.

CAPITE QUINTO.

SECT. I. Vindicatio *Spermatosis* τῆ ἐξοχῆς, cujus succus haud excrementitius, ast nobilissimus est. Ratiocinatio Contr. *Arist.*

1. Quia Semen non est solum ultimi Alimenti.
2. Nec est tantùm sanguis sed omnium succorum τὸ πᾶν, p 511, 512. Ænigma de *Spermatosi* in 12. *Hexametris*, p 513.
3. Quia superfluum omne non est excrementum.
4. Ex *Arist.* inductione mutilâ, p 514. Seminis Præstantia probatur ex Autoritate Veterum, 515. Et ex Auctori-

tate

tate Recentium, p 516, 517, unde sint Qualitates variæ in *Mercurio* Seminis, p 518.

SECT. II. Seminis ἐξοχὴ probatur ulterius & vindicatur è Calumniâ Recrementi.

1. E *succis*, â quibus *Semen* exantlatur per *Arg.* plurima, p 519, 520.
2. Ex ejus *Principiis* Germiniferis, p 520, 521.
3. Ex *Elaboratoriis*, p 522.
4. E variis *exagitationibus*, p 523. Elaborationes hujus *Spermatosis* elegantèr depurantur ex 9. Heroicis, p. 524.

SECT. III. *Arg.* 5. â Ratione *botanicâ* quia *Semen* Vegetabilium haud sit excrementum, p 525, ubi Plantalis Phyllophoria in *Hæmatosi*; Anthophoria in *Pneumatosi*; Carpophoria, Spermatophoriaque in *Spermatosi* quoad ejus *Semen* & *Germen* appareant, p 526. *Arg.* 6. Ex *Speciei*(præ *Individui*)dignitate, p 516, 517. *Arg.* 7. E phænomenis & effect: exhauriendi seminis p 157, 518. Arg. 9. E concessis. 10. Arg. Ex ejus aptitudine ad recipiendam formam, p 528, 529. *Severino* Semen quid? p 529, 530.

SECT. IV. *Semen plurimùm à proventu* Spirit. Anim. *&* *â* Pneumatosi *ratiocinamur*, p 530, 531. *&* *confirmatur*,

1. Ex Authoritate. 2. A *Ratiociniis*, p. 531 532, 533, 544 535, 536, 537 538, 539, 540,
   1. Ex *Autopsiâ* Nervorum,
   2. Ex actu *Congreßuque* Geniali,
   3. Ab effectu *Veneris*,
   4. Et exhaustu *Cerebri*,
   5. A forti Vi *Imaginationis*,
   6. E Capitis *Calvitie*,
   7. Et sterilitate *Scytharum*,
   8. A *Tabe* Dorsali.
   9. Et *Analogiâ* cum radice Plantæ,
   10. Ex *Influentiis* spirit. è cerebro.

unde Senectus *acceleratur*, p 542.

Capite

CAPITE SEXTO.

SECT. I. *De* GERMINIS Animatione; *Opiniones omnium Extremas de hâc re vitamus* p 546, 547. *Authoris opinio in* Medio *de Germinis animatione duplici*, p. 584. *Animatio* Germinis *actualis in utero duplex est*
1. Rudior & imperfectior Embryonis *è* Spiritibus, p. 548. ἐμπνευσις
2. Clarior *&* *perfectior* fœtus *ab anima ipsa*, p. 549. ἐμψυχωσις,

1. *Animatio prior vel* ΕΜΠΝΕΥΣΙΣ *fit* â Spiritibus *insitis & influentibus, qui sunt quasi Medium inter Corpus & animam*, p 549. *Non anima rationalis, sed spiritus animalis est forma Germinis Informans*, p 549, 550. *Animatio hæc prima propaletur ex* Herm. Trism. p 551. *Quomodo*, 1. *Corpus*. 2. *Spiritus*. 3. *Anima in* Embrione *insunt*, p 651, 552, 553, 554.

SECT. II. Apodeixis *hujus animationis prioris ex* 20. Theoremat.

1. *Theor*. Quod *Germen* fieri debeat ex Animato Semine. p 554.

2. *Theor*. E duplici *Efficiente*
   1. Procreante,
   2. Conservante.

3. *Theor*. Vitæ Vegetantis Ratio ab efficiente tali, p. 555.

4. *Theor*.

4. *Theor.* Germen Animetur bifariàm { 1. *Ab* Efficiente, 2. A Formali.

5. *Theor.* In spiritibus suis *Forma* sit informans, p 556.

6. *Theor.* Germen è triplici Ratione sancitur, quoad ejus { 1. Totum quantitativum, 2. Potestativum, 3. Essentiale.

7. *Theor.* Materies apte præparatur ad formam, p 557.

8. *Theor.* Definitio *Arist.* de Animâ, doctrinæ nostræ sanè conveniat, p 558, etenim Animâ non hospitetur nisi corpore organico, p 559.

9. *Theor.* Ordine Generandi, spiritus est prior Animâ.

10. *Theor.* Spiritus hi distinguuntur ab animâ, p 560, 561, { 1. E Principio, 2. Mansione, 3. Inficione, 4. Fine, 5. Objecto, Subjectoque.

11. *Theor.* E Differentiâ animationis ab Ente *Emittivo*, & & ab Ente *Formali*, p 562.

12. *Theor.* Animatio prior sit miscendo, sed posterior non miscendo, p 563.

13. *Theor.* Actiones animæ sunt immaterialiores, p. 563.

14. *Theor.* Hæc animatio non sit ex imperio rationis p 564.

15. *Theor.* Nec animatio fiat ab animâ per magis & minus, p 565.

16. *Theor.* Germen priùs animatur ab iis quæ corrumpi possunt, p 566.

17. *Theor.* Constabit è non identitate *Spiritus* cum *Animâ*, p 568.

& 1. *De* prolificâ virtute GERMINIS, p 590, 591. *unde fit* Germen *in Actu* p. 591. *De Proësi commixtioneque seminis utriusque* p 592. *Ratiocinia*

pro semine muliebri
1. *Ab* earum Vasis seminariis
2. Oblectamentis in *proësi*,
3. Identitate Speciei,
4. A Materie congestâ,
5. Consortioque cum aliis partibus.
6. Et ab aliquo *tertio* in Naturà.

Germen virile *est* Potentiale, p 595.

Quomodo Germen Virile *sit perfectius quam muliebre*, p. 596

ex *variis Rationibus* p 596, 597, 598, 599, 600.
1. *Ab* elaboratione *potentiori*,
2. Ejaculatione *potentiori*,
3. Colore *Candidiori*.
4. Calore *ac* πνεύματι *significatiori*,
5. Constitutione *maris calidiori*.

Unde Semen *prolificum fit*. *Ordo methodusque Germinis in utero Clausi*, p 601.

SECT. V. *De* 2. PLASTICA *Vi* Germinis, p. 602, *unde tramite nostro fit hæc* Vis Plastica? p 602, 603. *Quoad* Principia
1. Præeuntia,
2. Subsequentia,

Vis Plastica *consistit in* 4. *Rebus*.
1. Spiritibus *insitis* & *influentibus*, unde vis *Anaplastica* atque *proplastica*, p 603, 604.
2. Ex *imaginatione forti*, unde vis *Hypoplastica*, *synplastica*, vel impressiva, p 604, 605.
3. E *Crasi*, formis, *figuris*, & viribus Particularum, unde vis *Diaplastica* Germinis, p606, 607. Ubi tempus, & ordo quadruplex ad
   1. Ejus Γονὴ. — p. 608
   2. Κύημα. — 608
   3. Ἔμβρυον. — 609
   4. Παιδίον. — 710
4. E manu *Protoplastæ*, vis *Theoplastica* atque perfectiva Germinis, p 611.

CAPITE SEPTIMO.

SECT. I. Nosologia Spermatosis, de 5. rebus præviis *& in*

1. Conf. *Natura summè delectat his principiis exantlandis* Chymicè.

2. Conf. *Chymiatrica* Praxis *ex his principiis & elaborationibus juvat, non lædit.*

3. Conf. *Principia hæc impensius exquirere debent Medici,* p635, 636. *Chymiatrica methodus medendi perficit Medicinam,* p636, 637. *Nosologia sub tripartitâ* Constitutione *atque Categoria sive* Classi *Morborum,* p 637, 638.

1. Class. Morborum *è Constitutione* NATURALI Spermatosis
- 1. *Ab ejus* Caliditate, *Principiisque sulphureis, &c.* p639.
- 2. Frigiditate *principiisque crudis, aquosis, &c:*
- 3. Siccitate, *Principiisque jejunis,* p. 640, 641.
- 4. Humiditate, *Principiisque rancidis,* p 641, 642.

2. Class. *Morborum* Sperm. è VITALI Constitutione,
- 1. *Ab ejus* Spiritibus *vitalibus efferis & nimiis,* p 643.
- 2. *Ab* Inopiis, *& ineptitudine,* p 644.

3. Class. *Morb. Spermatosis è Constit.* ANIMALI
- 1. *E nimiis radiis & effluviis spirituum à* Pneumatosi; *& ab eorum* Anomaliis, p. 646, 647, 648.
- 2. *Ex eorum* Defectu, p 649, 650, *quoad,*
  - 1. *Vim* Prolificam,
  - 2. Plasticam.
- 651. *Unde morbi fiant Hæreditarii,*
  - 1. *Similari,* p651, 652
  - 2. Organicâ *Constit.*

Sect.

Quinque rebus constat *Præcipitativa Vis*, p. 196, 197,198.
1. *A* Crassioribus *solutis*.
2. A Rebus *in præceps protrusis*.
3. *In minutissimis* particulis *conjugium ineuntibus*.
4. *Cohæreat pro tempore* menstruo *succoso*.
5. Purificatio fit
  1. *A ritu* depurationis.
  2. Defæcationis,
    1. Partialis.
    2. Totalis.

Ordo Præcipitationis, Historia de fæcibus unctuosis è Pneumatosi *celebris*, p. 199.

SECT. VIII. Sexta Hypoth. *omnium conjugalis* UNIO *quid?* & *enodatur*.

Hæc unio â 5. rebus, p. 220, 221.
1. *A* Copulatione *legitimâ Principiorum*.
2. *A* Commixtione *qualitatum*.
3. A Reductione *rerum in unam* ΎΛΗΝ.
4. *Ex* Harmoniâ *omnium*.
5. Et Conciliaturâ *faustâ*.

Medium hujus unionis è Mercurio. *Mercurius Pneumosus* Scheunemanni. *Virtus* Planetaria & *astralis quid huic confert? Ex hoc Matrimonio legitimæ sunt functiones ac actiones*, p. 202, 203, 204.

SECT. IX. Septima Hypoth. *de* Pellicanitione, *seu Circulatione Spirituum* Animalium, *Ejus ratio ac Explicatio. Adversus hanc rem*, Object. Barthol. *solvuntur*, p. 205, 206, 207. *Partes exindè atque Corpus aluntur*, p. 208, 209. *Vasaque Lymphatica replentur*, p. 210. Natura *motum circularem appetit. Hæc* Peripheria *haud corpori minus accommoda quam circulatio sanguinis. Unde vindicantur animales succi à recrementis*, p. 211, 212.

SECT. X. Octava Hypoth. *De Spirituum horum Dispensatione, ubi Chymica lex absolvitur*, p. 213, 214. Authoris *opinio, de succo Nutritio è Cerebri ventriculis, haud à* Mesenteriis, p. 214, 215. Pneum: *Motus Duplex*

1. *Ex* Heterogeneis.
2. Homogeneis *per Nervos*.

1. Ad Officinas *Cerebri*.
2. Ad Partes *Corporis*.

1. Offi-

- 1. Offici- ni. *Cerebri* & *deinde* p. 216, 217.
  - 1. Sensorio *Communi unde* 6. *Corollaria.*
    - 1. *De* Facultate *Sensorii.*
    - 2. *De* Speciebus *eligendis.*
    - 3. *De* Mediis *Internis.*
    - 4. *De* Temperie *prævia.*
    - 5. *De* Passione *Sensuum.*
    - 6. *De* Sensibili Communi, & *proprio.*
  - 2. 5. Sensibus.

- *Spiritus Animales in* 5. *Sensibus.*
  - 1. Officinis Nervorum Opticorum *sunt rariores, pellucidiores & magis* ignei. *Mediumque quid?* p. 220.
  - 2. Officin. Nervor. Auditor. *magis* aërei. *Unde sonus*, p. 221.
  - 3. Nervis Gustatoriis *insunt* pinguiores, p. 222.
  - 4. *Nervis* Odoratoriis *sunt* Sicciores.
  - 5. Tactoriis *insunt blandiores ac* Spissiores, p. 223.

- 2. Dispensantur per Totum Corpus ex Funiculis Nervorum.
  - ubi
    - 1. Nervorum *valvulæ.*
    - 2. Motus pulsativus *à cerebro iis inserviens.*
    - 3. Modus *eorum* Dispensandi, p. 224, 225, 226. & *quo* Puriores *eo* potentiores *insunt.*

CAPITE QUARTO.

SECT. I. *De Ventriculis vasisque Pneumatosis.* Δογματομαχίαι *de* Pneumatosis *Elaboratoriis*, p.228,229.*D.* Vestingio, *D.* Blasio, *D.* Bauhino, *&c. responsa fiunt de hac re.* 1. *Quod Aer nihil impedit.* 2. *Uno eodemque Vase fiant Coctiones & Excretiones.* 3. *Probatur & explanatur à* Chylosi, *& ab operibus* Artis, p. 130, 131. *Variæ sententia de hac re discutiuntur*, *&* Galenus *cum* Galeno *conciliatur ex nostra sententiâ.* *Vasorum* Pneumatosis *ordo Numericus*, p. 131,132,133.

SECT. II. *E ventriculorum Cerebri spatiolis argumentatur hæc concoctio. Et* 1. *Ex justa proportione. Unde* 1. *Hæc elaborandi Vasa non sint exilia nimis.* 2. *Nec nimis ampla.* 3. *Confirmatur è ventriculis Cordis in Hæmatosi*, p.234,235,236.

SECT. III. *Arguatur è Materie per* Arterias Carotides *provecta in Ventriculos cerebri. Plexuum complicatio duplex* {1. Interior. 2. Exterior.} *Arteriarum ramuli duo his Plexibus*, p.237,238. *Argumentum à Vasis terminantibus & exonerantibus in Ventriculos*, p. 239.

SECT. IV. *Argumentatur è Materie Venericulis occurrente, convenio materiei triplicis in iis.* 1. *Succi rubicundi per Arterias.* 2. *Materiei attenuatæ in* Plexu choroide. 3. *Et Aeris Cœlestis per odoratorios nervos Processusque Mammillares*, p.240,241 *Obj. de* Process. Mammillaribus, *Resp. per.* 8. *ratiocinia*, p. 241, 242. *Aer* Processibus *paratur ad* Pneumatosin, *ut Aer Pulmonibus ad Hæmatosin. Inspiratio ac Expiratio quomodo fiunt? Aer & odores conferunt* Pneumatosi, p. 242, 243,244.

SECT. V. *Conjecturæ verisimiles ex succis limpidis, qui*

CAPITE QUINTO.

& minus haud fit in substantia. Quare *non appelletur alteratio sed nova concoctio*, p. 263, 264. *Qualitates tantum mutantur in melius aut deterius*, p. 264, 265.

SECT. II. *Inductio conclusionum ad firmandam* Pneumatosin, p. 265, 266. Argenterii *Refutatio*, p. 267. *Resp. ad ejus.* 1. *Obj.* *Resp.* 1. *ubi* Plexus *ibi Coctio.* 2. *Praeparatur in* Plexibus, *sed comparatur in* Ventriculis. 3. In *Arteriis* non *ab Arteriis.* 4. *Ab Influentiis &* Fermentis *cerebri*, p. 268. *Tamen è duplici conditione*

Potentiæ,	1. Per Potentiam ad esse, *è Parte* Materiei.	p. 269. 270.
	2. Per Potentiam ad agere, *è Parte* Formæ.	

Potentiaque quædam est	1. Præcedens.	1. *In* Præparatione.
	2. Succedens.	2. *In* Elaboratione.

SECT. III. *Contra* Argenterium, *De Vasis, Organisque* Pneumatosis. 1. *Anima non operatur absque propriis* Mediis *&* Organis. *Explicatur è* Regulis *variis*, p. 271, 272, 273. 2. *Interdum* Organa *praeoccupantur & obstruuntur.* 3. *Confidentia fit unius* Facultatis *in Altera.* 4. *Quandoque Torpor aut* inopia *fit* Animalium Spirit. 5. *Et Explicatior discrepantia inter* Actum *ac Potentiam*, p. 274, 275.

SECT. IV. *Contra* Argent. *de Motu Spirituum* Animalium. *Probatur ex motu* Spirit. Vitalium. *Motus est duplex.* 1. *Naturalis.* 2. *Virtualis*, p. 277. *Resp. ad* 2. *Obj. omne movens est vel univocum vel Æquivocum. Motus* Univocus *quid? &* Æquivocus *quid? Motus Spirituum deorsum est æquivocus & virtualis*, p. 278. *Resp.* 2. *Ex mutationis Motuumque differentiis.*

Unde

5. *Ex Obj. Diverso, Specificoque*, p. 292, 293, 294, 295. *Conclusiones aliæ ad stabiliendam illustrandamque* Pneumatosin, p. 296, 297. *Obj. ex* Argenterio. Resp. 1. *Ex ratione.* 2. *Necessitateque* Plexuum. 3. *E materiei coquendæ copia.* 4. *Ab extensione caloris ac fermenti.* 5. *Motuque Spirituum.* 6. *Perennique eorum Dispendio, Sumptuque*, p. 297, 298, 299. *Hepatisque* Parenchyma *forsitan sit instar plexus ad Hæmatosin.* 7. *A Formalitate* Intensitatis *in Corde. Intentio formalis & radicatio quid in Corde? Quid in cerebro?* p. 299. *Ex quibus concoctionis qualitas integratur? Unitas concoctionis unitatem Termini sequitur*, p. 300, 301.

CAPITE SEXTO.

SECT. I. *De* NERVORUM *Generibus.* Nervi *trifariam expenduntur* è Galeno. 1. *Ut* Συνδέσμοι. 2. Ἀπονευρώσις. 3. Νεῦρα. *Eorumque* Origo. *Tunica.* Situs. *Substantia sive* Spongiosa porositas. *Filamenta, Fibrulæque*, p. 303, 304, 305. *Nervi* Molliores *ad sensum sed non sine motu*; *Nervi* Duriores *ad Motum nec sine sensu. Duriores autem sunt* Longiores *Mollioresque* breviores, p. 305, 306.

De eorum virtute agendi ad } *Modum* { 1. Recipientis, *ex Magnitudine Nervorum.* 2. Efficientis, *ab* Animæ *Pneumatosisque viribus.*

SECT. II. *De* Spirituum Anim. *Dispensatione.* 1. *Per* Nervos *Molliores &* Intra Cranium, *communi sensorio, & Sensibus* 5. *inservientes. Quare* Sensus Externi *tantum* 5. p. 307.

De

Ex

De Nervis extra Cranium in 30. Paribus.

Atque Per Nervorum 4. Classes.
- 1. Class. *in* 7. Paribus, *è vertebris Colli*, p. 320, 321.
- 2. Class. *in* 12. Paribus *Thoracicis*, p. 322, 323.
- 3. Class. *in* 5. Paribus Lumbaribus, p. 324, 325. *Unde & Spiritus Animales deferantur ad* Spermatosin.
- 4. Class. *in* 6. Paribus *ossis sacri*, p. 327.

Ex horum omnium ramiculis Partes per totum Corpus irrigantur à Pneumatosi quasi per Rivulos p.328.

SECT. IV. *De* fine *Pneumatosis* Intentionali { 1. Cujus. 2. Cui.

p. 330. 331. *Alimentum ex hoc succo potius quam e Sanguine probatur*. p. 331. 332. 333. 334. 335. 336.
- 1. *De* Quali.
- 2. *De* Commutatione.
- 3. *De* Quanto.
- 4. *De* Principio Animali.
- 5. *De* Consimilitudine.
- 6. *De* Methodo dispensandi.

SECT. V. *Succus Nutritius, Ulterius argumentatur ex observatu* Anatomico. p.338. 339. 2. A *Duplici Communicatione Nutritionis* { 1. *Effectiva*, 2. Quidditativa } 3. *Ex animatione Partium e Cerebro* p. 340. 4. *Ex ulteriori Illustratione & formositate Partium* p. 341. 5. *Succus hic Animalis est spermatosis Pabulum præcipuum* p. 342. 343, 344.

SECT.

SECT. VI. *De Modo eorum* Movendi { 1. Sensibili, 2. Insensibili. } &

1. Sensibilitèr, *ab ordinario Motu Cerebri*; *per Systolen & Diastolen*, p. 345, 346.

Hic Motus Cerebri ratiocinatur p. 347, 348, 349 {
1. *A* Pari Ratione *cum motu* Cordis.
2. Et â Pari Distantiâ *& Intercapedine*.
3. *Ex Autopsiâ, & Testimoniis de hâc re*:
4. *Ex Cerebri mole, ac motibus ineptâ, nisi ab insitis* Spiritibus.
5. *Ex aliis partibus Cerebri, motibus his abtemperantibus.*
}

Object. *De Principio movendi*, p. 350. *Cui Resp. non movet eodem Motu in* Centro, *quo partes moventur.*

Ejusque Motus est duplex { 1. *Ab* Activo *Principio*. 2. *A* Passivo. } p. 350. *Solvuntur & aliæ Objectiones ab usu fibrarum*, p. 351, 352.

SECT. VII. 2. *Sensibilitèr ab* Inordinato Motu *spiritu-um Anim. Motus hic est Divisibilis* { 1. *A* Termino. 2. *A* Tempore. }

p. 353. Etiam { 1. *Quà* Naturalis, 2. *Quà* Nonnaturalis. } p. 354.

Hic motus eorum *Inordinatus* est quadruplex p. 355, 356, ad p. 365. {
1. *Ad* Quantitatem EXTENSIVAM, { 1. *Ad* Extrema. 2. *Ad* Partes. 3. Ad Mensuram *& dimensiones Longit. Latitud.* Profundit. }
2. *Quoad* Qualitatem, *sive Quantitatem* INTENSUAM. p. 357, 358.
3. *Quoad* Excitamenta *& irritamenta* Nervorum, p. 359, 360, 361, 262, 363. { 1. A voluntatis *Motibus Inordinatis*. 2. Ab Appetitu *sensitivo* 3. A Sensorio *communi*. 4. Et *ab* imaginatione *forti*, }
4. *A* Psychomachiis, *& affectibus animi.*
}

SECT. VIII. Insensibilitèr, *aut Animalium Spir.*

Motus

Motus *minùs sensibiles*, p. 365, 366, 367, &c. ad p. 377.

E Quadruplici *Consid.* lustrantur hi *Motus* Spirituum Animalium.
1. Consid. *Ex eorum* Motu, *Prorepente*, p. 365, 366.
2. Consf. *Ex eorum* Influente, *è* Radiis *à* Pneumat. p. 368, 399, 370. — 1. Directis. 2. Reflexis. 3. Refractis.
3. Consf. *Ex eorum Motu* Penetrante, p. 371, 372.
4. Consf. *Ex eorum Motu* Rorefaciente; *ubi* Ros hic Animalis *explicatur*, p. 373, 374, 375.

CAPITE SEPTIMO.

SECT. I. *De* Recrementis *hujus* Concoctionis. *Varia* Perittomata *ex variis Concoctionibus*, p. 378. Excretio *Considetanda*, *quà* { 1. Subjicibilis. 2. Prædicabilis. } *Secrctiones &*

Excretiones *discriminantur*, p. 379. Excreta *sunt.* { 1. Crassa. 2. Tenuia. }

1. Viæ præcipuæ foràs eliminandi *perittomata* crassa è *Pneumatosi* sunt quatuor à, p. 380, ad p. 385.
   1. Deorsum, *& per* Palatum *pro Crassioribus*, p. 380. *aquosis*, *atque salivosis.*
   2. *Per* Nares, p. 382. *pro mucosis & tartareis.*
   3. *Per* Aures *Dextrorsum ac lævorsum pro biliosis sulphureisque*, p. 383.
   3. *Per* OCULOS *Prorsum*, *pro salosis*, *subacidis*, *&c.* p. 384.
2. *Viæ pro* Recrementis *tenuioribus*, *balituosis atque vaporosioribus sunt magis insensibiles &* SURSUM, p. 385, 386.

Sect.

Sub triplici Class. *Quoad* { 1. Sensum, 2. Motum, 3. Nutritionem. } p. 411.

1. *Class.* Eorum vitiorum, Quæ impingunt Sensus { 1. Interiores, 2. Exteriores.

1. *Interni Sensus* ingruuntur { 1. *A* Dominatione, p. 411, 412. 2. *A* Depravatione, p. 413, 414. 3. *Ab Actione nimiâ*, p 414, 415, 416. 4. *Ab Abolitione*, p 414.

2. Externi Sensus *belluantur etiam quadrifariam, quippè* p. 416, 417. { 1. Diminuuntur, ἐν τῇ καχ' αἰσθησίᾳ. 2. Depravantur, ἐν τῇ Συσαισθησίᾳ. 3. Abolentur, ἐν τῇ ἀναισθησίᾳ. 4. Augentur, ἐν τῇ παραισθησίᾳ.

2. Class. *aut Categoria* Morborum *quoad motuum* læsiones { 1. Imminutione, 2. Pravitate, 3. Abolitione, 4. Accretione Spirit.

p 417, & p 418, 419, 420, 421, 422, { 1. Imminutio *fit per* Δυσκινησίαν. 2. Pravitas *fit per* Κακοκινησίαν. 3. Abolitio *per* Ἀκινησίαν. 4. Augentur *per* Ὀξυκινησίαν.

Hâc *Classe* quoque læsuræ *Respirationis* invadunt, p 422 423. atque *Vocis. viz.* { 1. Ἀφωνία 2. Δυσφωνία 3. Κακοφωνία 4. Πολυφωνία } 3. *Class.* ex Læsionibus *Animalis Nutritionis*, quæ sunt p: 424, 425, 426, Conclusiones de hâc re p: 428: { 1. *Diminutione*, 2. *Depravatione*, 3. *Abolitione*, 4. *Nimiâ Auctione*.

SECT. IV. De *Therapeia*, & *prophylaxi* Pneumatosis, atque de *Chymiatriâ*. A Spiritibus Mercuriisque fugatis proveniunt Putredines & Mors, p: 429. Processus Therapeiæ in 12. Corol. 1. *COR*. Quanto nobilior familia tanto perniciosior est, ejus læsura, 2. *COR*. Et tanto

so lertiores

Lon-

Londinenses & eorum *Medic. Univers*. p: 458, 459. Non datur universalis Medicina ex variis ratiociniis, p: 459 460. *CHYMIATRIÆ* Definitio, 460, & ejus Analysis. 1. Ut Ars *Consultissima* sit è *Principiis* Philosophiæ, p: 461,

2. *Ut ars sit è* principiis *Chymiæ* solertissima, p: 463, 464,

3. Practica, p: 466, 467.

Trifariam { 1. Quoad Medic. *Confectionem* / 2. Quoad *Administrationem*, p. 457, 467. / 3. *Preparationes*. } ubi { *Indicationes*, / *Indicata*, / *Indicantia*; } { 1. *ad Therapeiam*. / 2. *Prophylaxin*. }

4. Proficiens, p: 470.

ubi { 1. Τὰ φαρμακευτικὰ / 2. Τὰ κενωτικὰ / 3. Τὰ ἀλλοιωτικὰ } ex { 1. *Galenicis*, / 2. *Chymicis*, / 3. *Sed utrisque potissimum* }

SECT. V. *Hygiena* Pneumat. p. 476, *conservatur ex virtute* Similium Similibus, p: 476, 477, *bifariàm* { 1. *In* Genere, / 2. *In* Specie.

1. *De conservatione* GENERICA *Pneum*. p. 477, 478, *ubi sunt*

Præcautiones quatuor { 1. *Ut ne sit* Innovatio / 2. *Neque* Confusio, / 3. *Neque* nimium *aut parum*, / 4 *Neque* Diæta *partialis* } *ad triplicem conditionem viz. quà* Pneum. { 1. *Est* Spirituosa, / 2. Materialis, / 3. Humida; *Calidaeq;* crasis.

Ex rebus. 6. Nonnatur, p: 479, 480, 481, 482, 483, ad 491.

2. *De conservatione* Pneumat. SPECIFICA { 1. *Ad totum* Actuale, / 2. Potentiale,

p. 41, 492, 493, *Conclusio de hâc re, à Dignitate Capitis ab* Animæ *altithronio*, p. 494, 495. *Et à dignitate* Medicinæ, *ad* p. 499.



Oratiuncula Anthropologica

EX

'Ανθρωποζυΐης ἀπακριβῶς Explorandæ *Gratiâ* Comparata;

ORDIN. Acad. ULTRAJECTIN. Procerumq;

Illustriss: Dom: Senatorum & *Conservatorum* Excellentiss. Consensu;

NEC NON

Clariss. D. Professorum Omnium ac Juventutum, Florumq; illius Florentiss. *Acad*. Spectatissimorum, Ornatiss.q; *Conventu* Celeberrimo publicè ac propè cunctim peracta.

In *Templi Majoris* Choro solenniter ex Cathedrâ Doctorali Concionata per *J. R.* in 17. Diem Octobris, 1662.



Illustrissimi, Celeberrimiq; Provinciæ hujus Ordines!

Dignissimi & Amplissimi Consules! *Hujus Reipublicæ Ultrajectinæ* Senatores! *Academiæq; floriferæ* Præstantissimi Curatores!

Clarissime! Venerandissime Domine Rector Magnifice & Promotor!

Ornatissimi Domini Professores! *Omnigenâque eruditione* solertissimi!

Reverendi Pastores *præsignes*! Doct*o*res *perpoliti*! Licentiatiq; *perquam Exculti*!

Juventutumq; *hujus Seculi Expectatissimi indole mirificâ & omnimodè præditi*!

Singuliq; quotquot adestis AUDITORES *omnes instructissimi*!



Tanto Fortunæ *Flatu* & Augurio in Celeberrimo hoc Auditorio, quam *DEMOSTHENES* in Foro *Atheniensi*, aut *CICERO* in *Senatu* tam faustè, tam beatè mecum Conjicerem: & utinam *Auditorum* Aures ad *Oratoris* Labia *vi* ϗ Δεινότητι *Demostheneâ* Concatenare, aut eorum Corda Oratione *Rationevè Ciceroniâ* incantare possem!

Dum verò literis tantoperè *mellifluis* & Auditorio

rorio hoc dignis haud imbutus ſim, in Materiâ Ἀνθρωποφυίης melliferæ ἀξιωτίερον exhibere, potius quàm Verborum *phaleris* duntaxat adhibere, delectum feci. Quippe, pluſquam honoris, Encomiiq; *Oratori hæc* Contribuat, quàm uſpiam Orator Rhetorices ex Gemmis aut floribus ei queat, *&c.* Quamvis Facundiæ floſculis, pulcherrimiſque Cadmi filiolis, non indigeat ὁ χρεία τῶν λόγων, ὁ τῶν διδασκάλων, ὁ τῶν πόνων; Tullianis tamen opulentiis, immò lumine & Minervæ Cœleſtis Flumine exornari, nihilominus & omni modè mereatur. In dedicandis Fanis, Veteres Mercurium Gratiis adjunxêrunt, & Rebus optimis potiùs quam verbis, eorum *Tyrones* inſtituerunt. Hâc *nauticâ Pixidiculâ*, ſine Suadæ multifariæ *Saburrâ*, ſine *Velis* Artis, ſine *Remis* Oratoris compti, hæc mea Navicula per hoc *Anthropologias* pelagus fluitans in Sinuum ſane veſtrûm omnium fælicitèr protinùs exoneret.

Sed en! Ecce! Vix tam repentè ſum accinctus hoc *Philoſophiæ Naturalis* Oceano exarare, aut ſulcare; quàm in Myſteriis immerſus, & Vorticibus abſorptus——! Quid mirum! Dum complures, (qui propter Cerebrum & ingenium ſtrenuè munitum, me multis paraſangis à *tergo* reliquêrunt! imò *Pythagorici*, Peripatetici, vetereſque Sapientiæ *Commilitones* tam *Græci* quam *Latini*, in hoc Naturæ *Gurgite*, aut abditi, perditi, aut obruti fuerunt. Ad *Ariſtotelem*, Naturæ faciem ſub Larvâ ac velamine Pictor (& appoſitè) repreſentabat; Et *Hippocrates* ipſe φύσιν ἀφανέα nuncupavit. Namque poſt omnes indagines in hâc *Anthropogoniâ*, Quis uſpiam hanc τῆς φύσεως Faciem, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ad amuſſim colluſtraverit? Omiſſis etiam Honoris Stylis indigitatis & eorum

Nomen-clatura in hominem accumulata per *Theophrastum*, *Aristotelem*, *Sinesium*, *Plinium*, & Doctissimorum Ἀρχιάτρων καὶ Ἀρχ-Ἰατρῶν Cohortem; modò hic aut illic in *Philosophorum* Horto hoc amplissimo *Fiscu'um unum* (aut Duo) vestrûm veniâ, decerpturus ero. *Euripides* illicò, *Socratis* Discipulus, me unius munere prorsus obligavit, qui in hominem Sculpsit, Σοφὸν Τέκτονος Καλὸν Ποίκιλμα, aut Naturæ ipsius εὐκοσμίαν, & Ζωοστάτης πολυμερεστάτης τῆς φύσεως ἄγαλμα illum appellavit. Sed à *Xenephontis* ore Atticæ Apis mell fluo, τὸ τέχνημα Σοφοῦ τινος Δημιουργοῦ καὶ φιλοζώου. Et alii quasi consulminati aut admiratione hujus Θεουργίας perculsi, aucupia eorū perquisita, nobis sed Rhapsodiis ext. & intensissimis exhibuerunt. Abhinc *Hermes* ille *Trismegistus* & à triplici Munere *Ter-Maximus* virū vocabat Τὸ Κοσμοῦ Μέγα Θαῦμα, *Platoq;* Τὸ Θαῦμα Θαυμάτων. Sed quid ago? quæro? aut suscipio? Quorsum conimeo? aut horum vestigiis quare me tantæ tenuêre moræ? Dum Scripturæ ipsæ sacerrimæ *Hominem* τὸ ἔργον & quasi καλλιέργον τοῦ Θεοῦ prædicârunt *Dieq;* *Sexto* (post omnia) illum tanquam *Colophonem* aut Compendium *omnium* & Θεότητος, *ELOHIM* aut Omnipotens condidit, & Omnisciens confirmavit. Τριάδος que Convocatio hanc πλεονεργίαν Conjunctissimè & Consultissimè inter se Constituit ab *Hebrais* quemadmodùm optimè *&* *eorum verbis* exproimamus.

ויאמר אלהים נעשה אדם בצלמנו דכמתנו

Unde & haud immeritò vocatur Creationis opus Consultissimum, τῆς Κτίσεως πλεονεργία, Compendium & Epitome omnium Rerum (à *D. Magno Basilio*) cæterorumque Coryphæum; necnon *Analogicè* aut quodammodo *Omnis Creatura*; in quo τὰ ἀόρατα καὶ τὰ Ποιήματα τοῦ Θεοῦ, tam ob-

obvie, tam exime, & concise eliminantur. Quapropter vah! Quam multas & singulares opes in hoc uno opere *Jehoviah* reposuit? & tantos ditissimos in homine Thesauros constipavit? ut de jure merito potius Μακρὸς κόσμος quam Μικρὸς κόσμος appellaretur. Idcirco D. *Cyprianus* Tulliano Candore, (sed Spiritu magis *Apostolico*) semel his verbis eum enucleavit. *Cum corpus è Terrâ, Spiritum è Cœlo possideamus, & TERRA & COELUM nos ipsi sumus.* Nec non Poeta minus apposite concinneque cecinit

——— *Quid mirum! Noscere Mundum*
Si possunt homines? quibus est & Mundus in ipsis?
Exemplumque Dei, Quisque est in Imagine Parvâ.

Philosophus *Demonax* (quū olī rogatus erat, quando philosophare cœpisset,) responsum dedit *Quando Cepi meipsum noscere*; & Γνῶθι Σεαυτόν, Præceptum erat ex *Tripode* Delphico; Diviniore tamen anhelitu D. *Augustinus* inquit, in lib. 1. Confess. *Quoniam dictum est, ut cognoscam MEIPSUM; sustinere non possum ut me habeam incognitum.* Namque Deus ipse, Hominisque Κοσμώτης præ omnibus, homini Θεοχίλῳ Ideam suam Consignavit; Adeò ut ex scriptis *Poëtarum* Ethnicis hujus Ἀνθρωπομόρφης guttulas aut gustus depromere possem. Ut *Jovis Incrementum*, & *in quo Jovis omnia plena sunt*; itidemque ab *Heraclito* & *Arato* (Scripturis sacris Commemoratis Act. 17.)

——— Τοῦ γὰρ γένος ἐσμέν.

Cor enim hominis Triangulare Trinitatis ideam retinere videatur; Aliis *vestigia*, sed Homi-

 ni

ni Calligraphiæ Effigies Divini Numinis instant. Insuper Ἄνθρωπος quasi ὑρἀνα σκόπος propter Cœlum solùm Conditus à *Poetâ Ovid. Nasone* commemoratur

——erectos ad sidera vultus
Tollere——

Dumque oculis Cœlum conspicitur, Cælum ipsum Corde penetratur. *Aristoteles* etiam ille τῆς φύσεως Γραμματεὺς (in lib. 4. & cap. 4. de Animalibus) eleganter de hac Re profatur. Ὁ Ἄνθρωπος ὀρθὸν ἐστὶν Μόνον τῶν ζώων, Διὰ τὸ τὴν φύσιν αὐτῦ, καὶ τὴν ὠσίαν εἶ) θεῖον. Quippè Formas & Figuras omnia obtineant, quæ ipsorum Functionibus optimè conveniant.

Prætereà *Pythagoras*, vult hominem esse πάντων τῶν πραγμάτων τὸ Μέτρον quoad ejus Compositionem πλειστοτάτην quam Naturæ tam Divinitatis ferè systema. Dumque alia Animalia Elementis propriis degunt, ut *Volatilia* aëre, *Quadrupedia* Terrâ, *Aquatilia* in Aquis, &c. duntaxàt Ἄνθρωπος quasi τῆς φύσεως Ἄνθος omnibus singulisque simul fruitur. Cujus oculis conspicitur *Ignis*, & *Aër* in Corpore, sed in venis & Lymphæ-ductibus fluctuat *Aqua*, & in ossib us est *Terra*; quemadmodum ab *Ovidio* animadvertitur. (Lib. 1. de Metam.)

——Lapides in Corpore Terræ
Ossa reor dici——

Jamque ad *Epitomen* omnium; Appareat illo Toram Mundi *machinam* Redactam esse in *microcosmum*; Etenim ipse fert omnia in se (quippe velut

in

in *Megacosmo*) Corpora quàm simplicia tàm composita in illo Conflata sunt ; & in humoribus *elementa quatuor* prodantur, nimirum sulphur, sal, & ignis in *Bile*, *& in Pituitâ Aquā* ; sed sanguine Aeris *qualitas* est calida, humida, oleosa, ac in Melancholia Terra Tartarea frigida, siccaque fit ; porrò Composita hujus Microcosmi *Meteorologiis* statuantur ; etiam ex *humoribus Complicatis*, quibus, *tonitrua*, *fulgura*, Terræ-motus, Flatus, & tales Concussiones ; Vapores insuper insalubres, Nubeculæ contumaces & opacæ, limites omnes transilientes usque ad procellas, Corporis & humani *Oeconomiam* convellant & excrucient : Ideoque cuilibet *homini* Corpus duplex ex doctrinâ *Paracelsi* supponatur, viz. 1. Physicum *Elementare* ac Visibile. 2. Alterum *Sidereum* Spirituosum & *Invisibile*, quod appellarunt etiam *Assecla Paracelsiani*, hominis GENIUM *Laremq́*, familiarem ; necnon ab *Arist.* (lib. 2. de *Gen. Anim.* cap. 3.) vir enodatur quasi θειότερος τῶν καλουμένων στοιχείων καὶ ἀνάλογος τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ, quoad ejus animam rationalem. Et in ejus Ætate tempora quatuor Anni luculenter efflorescunt. Quid mirum ? quum *Ver* in pueritiâ tam viri[illegible] sit, *Æstas* Juventute florida, *Autumnus* pomifer in Virilitate, & *Hyems* aut *Bruma* Senectute. Prætereàque (à *Peripateticis* de *Mundo* Externo) *Aristo-cosmus* hic in tres *Regiones* optimè digeratur, quarum *Superior* est Spirituum intelligentium *Sedes*, ex quâ Sidera Luminaque effulgentia micant, influunt, lustrant, & illustrant. *Media* verò Vaporibus, Nubibus, Meteoris, & Contingentibus grassatur. Sed in *Inferiore* sunt Fructus & *Arva*, humus pinguis & fertilissima tàm *procreatione* quàm *Nutritione* ac

Auxesi; imò ad *Speciei Conservationem* Semen producit (velut *Arbores* & Plantæ) ex *ramis* nempè *Venis*, Nervis, *Arteriis*, & earum surculis ac propaginibus. Sic instar Lapidum ossa crescunt: & Paracelsicè philosophando (Lib. 4. de orig. Morbor. Invisib.) extricentur in homine *motus* Astrorum, *Terræ*, Aquæ, Aeris, Ignis, & omnium *Vegetabilium*, Mineralium, *Constellationum*, Ventorũque *Qualitates*, Proprietates & principia Constituentia; immò & præcipuè morbis ejus intrinsecis, *Vitrioli*, salis, *Nitri*, sulphuris *Mercurii*, Arsenici, Opii, Antimonii, *Mandragoræ*, &c. particulæ facillimè deprehendantur. Et hoc microcosmo humano *semina* rerum ferè omnium naturalium & spirituosa optimè resolvantur. Ast Laconicè loqui quoad *ejus Essentiam*; Dum quædam Creaturæ tantum *sunt*; Aliæ *sunt*, & *sentiunt*; Aliæ *sunt*, *vivunt*, ac *sentiunt*; Sed insupèr Aliæ (ut Angeli) *intelligunt*; Attamen ultrà has omnes, omnia concurrunt, & beatiùs uno hoc Ἔργῳ Θειωτάτῳ Naturæque Ἀρχιτέχνῃ. Unde *FAVORINUS*, *Nihil in Terra planè magnum, aut præter hominem plenè captum admiratione recensuit.* Sic Sanctissimus *Jobus* ipse in hanc *Anthropogoniam disseruit*. *Nonne sicut Lac* [illegible]*disti me? & tanquam Caseum coagulâsti me? Cute & Carne induisti me? Ossibus & Nervis texisti me?* Prophetaque *Regalis* Rapta Cantica de hac re modulavit in Psal. 139. אודך לע כי נוראות נפליתי נפלאים מעשיך *Confitebor tibi Domine!* quam mirifice sum factus, aut ab *Hæbræis*, רקמתי *quam variè Compactus*! tam mirè! tam eximiè! tam perpolitè & faberrimè! ut semper hominum & Angelorum idiomata superaverit hoc opus Divini Numinis; *Irenæus* ille μακαριώτατος καὶ ἁγιώτατος Eccle-

Ecclesiæ Propugnator fingebat *Animam à Corpore separatam, hominis figuram retinere ad æternum*, quasi haud effigiem Cælis ipsis meliorem impetrare posset.

Compago mira corporis nostri, tuæ
Miraculum est solertiæ;
Stupenda cujus opera, nec nostra assequi
Sed nec negare mens potest.

Quapropter (*Auditores Nobilissimi!*) nè hoc *vado Cymbula* mea jam hæreret; Quibus *Verbis*? Verberibus? & *Sarcasmis* hebetudinem hujus Seculi flagellabimus? aut eorum *Aures Asininas* vellicabimus? quibus inania tam fatuè quam faustè prosequuntur, & hæ Naturæ Καλλι ἔργια, sub pedibus, & pro vilia, conculcantur. Et quis (precor!) quis irasci nollet? Præcipua ejus ornamenta, aut oblectamenta sub Calce cernere? Proh *pudor!* ah *Scelus!* Comessationibus & Compotationibus totos dies pessundare, sed ad hanc Artem *Scientificam* imbibendam vix horas totas Collocare? Spectemus! En! Spectemus (inquam)! Quamplurimi, pro luto? ferro? nugis? mercaturis? Mineralibus? & plumbeis Mega-cosmi hujus Ansas omnes, & pericula summa suscipiunt ac arripiunt? Sed *monilia*, gemmas, & aureas nostri *Micro-cosmi* Fodinas, hujusque *Anthrop-eidoseos* Sphærarum motus *musicales* nihil aut paulisper respiciunt! *Paucas Domos Studiorum SERIIS Cultibus celebrari, sed Ludibriis ignaviæ torrentis exundari!* [redacted] Ammiano Marcellino querelas indies effundamus!

Quocirca *Literarum Proceres! Athletæ!* & *Cultores!* Vosque qui studiis *Philosophiæ veræ*, Re-

Rebusque Naturæ versamini! Et omnes! quorum *vivendi, philosophandiq;* finis est idem: huc adite! Ingeniorum & Artium Aciei in hanc *Coticulam* ἀκονίζειν advenite! in Corpore humano *Magnalia*, Naturæ *Monilia*, & ἐργαστήρια hæc exploranda circumagite! *Astronomique* vos optime callentes accedite! & in astra hujus *firmamenti* micantia, Constellationesque studia Conferte! Influentias, virtutesque SOLIS in *Corde*, insuper & nonnunquam *Defectus*; Etiamque LUNÆ cerebro & Spinâ *Medullæ*; ità PLANETARUM ut *Jovis* in Hepate, *Martis* ignei & Odrysei *Kysti*, necnon *Saturni* in opaco Liene solertèr expiscari, Nervos intendite ac Convenite! Aliique *Zodiaci* Signa Duodena (& eorum usus) per hujus microcosmi globum famulantia philosoph[illegible] Paracelsici quoque συνιστάναι solebant Medicos ex necessario de hominis *Caudâ Draconis*, Ariete, cæterisque *Signis*, insuper & de *Polari Axe*, Lineâ *Meridionali*, Orientali & Occidentali, scitissimos esse. *Mathematici* quoque *peritissimi*! accelerate! heic! hæc enim *Quadratura* perfectior est quam illa *Archimedis*. *Umbilicus* enim medio Corporis collocatur instar *Centri*; & *Artubus extentis*, Corpus circinnandum sit in *amplum Circulum*; Dividatur in partes æquales & *Semi-circulares*, in Figuras Quadras, & Angulos multiformes; Reguli quoque problematicis accuratissimè probentur. Mercatores etiam omnes! Oceanique Fossores! aut Sulcatores! in Oris hujus microcosmi gemmiferis, *Aurifodina*, & opes inexhaustibiles curiosis oculis rimari possint! Et in optimo Medico (dixit *Paracelsus*) expectetur ut dicere polleat hoc in homine *Saphirus* sit, hoc *Mercurius*, hoc Aurum,

Aurum, hoc *Smaragdus*, ficuti hoc *Cupressus* Melissa, Pulegium, Savina, flos cheiri, &c. Quapropter accedite! Et Omnes vos *Cosmographi* Observantissimi! ad has *mikairo-cosmi* Regiones! Oras! Aras! Montes! Fontes! *Campos!* Valles! Urbes & Aulas, in humano Corpore conspicuas ac intuendas accurrite! Quæ propter ædificia, Raritatesque mirificas ab omnibus mundo externo Palmam præripere meruerunt. Et *DRACHIUS* Nostras nomine *Celebrior* nuspiam aut de jure fuit propter ejus Oceani *Megacosmi Circulationem*; quam *HARVEIUS* erat, est, & erit, per orbem, propter Sanguinis *Circulationem*, aut hujus Microcosmi Neptuni, Fortunæ periculis paribus, ad incognita indaganda, extra *Majorum* orbitas calcatas aut vestigia, Judicio etiam ferè omnium, primò temere suscepta.

Dehinc & *Sylvius Roterodamensis* Medicus in *Harveianam Anatomiam* verbis hisce egit.

Audacem scilicet hominem!
O Medicæ tranquillitatis Turbatorem!
O Medicæ Reipublicæ seditiosum Civem!

Qui Sententiam post Sæcula! omnium consensu confirmatam! & Medicorum Monumentis consignatam! Convellere ausus est! quasi nemo tot ante Sæculà sapuisset.

Jamquè Conspicite! (Auditores Doctissimi! Quam immensum mare! (& ad Artem Navigandi spectatissimam) nostro hoc microcosmo percurrit? Quanta *Profunda*, necnon *Vada* sunt hujus *pelagi? Portus* utiles, necnon *Scyllæ* & *Charybdes*? Arenæ? & Scopuli? Exuberat etiam

vir

vir *Fluviis* salsis; aliis uberrimisque profluviis amœnis, & undis undique Terram continentem fertiliter & fæliciter irrigantibus.

Abhinc edidit Doctiss. *Bartholinus* hisce verbis. *Profectò fit ut Microcosmos, cum majori Mundo de perfectione certet, necnon in Aquarum varietate nullâ parte cedat. Sunt Aquæ salsæ ut in Oceano, & puræ ut in fluviis & fontibus; Nymphas corporibus nostris claudimus, & Naides in Lymphæ-ductibus.* Itidemque Clariss. *Glyssonius* nostras extricavit. *Vasa hæc haud malè Flumini comparantur, Canales sunt cavi, humores fluidi & divaricantur, & qui terras noviter repertas descripturæ eunt, Flumina ferè eâ facie nobis delineant*; itidemque *Wallæus* & cæteri Neoterici. Nunc ut *Rivulos* & Flumina novis copiis, ita sanè *Venas*, *Arterias*, & Corporis *partes* novis effluviis Natura redintegravit.

Postremò, *Arte* hâc Apollineâ nostrâ candidati *Studiosi* & *Fautores*! nosmetipsos Suscitemus! in hæc Arcana aut Naturæ *Incognita* Diatribas penitiores suscipiemus! namque absque rubore, à *Majorum* vestigiis & virtutibus desciscere aut reverà resilire nequeamus. Quamobrē eorū exempla fortè (vel consultò *potiùs*) scandamus, nitore qui pristino præluxerunt. Quippe sint Medici Ἰατρόσοφοι sed etiam βιωφελέστατοι καὶ χειρόσοφοι. Utinam! tunc O Utinam! vel à meritis Ἀνθρωποφυὴς ipsius Θαυματοποιητὴς vel ab aliorum *oleis* Nervis & vestigiis, ad hujus artis scientificæ amorem, igniculos aut scintillas saltem Animis excitarem! Sin *exempla* clarissima nobis præluceant & aliquantisper valeant! aut ab insaniis poculisque popularibus *Circæis* auferant! Cernite! tunc *Adamum* ipsum hâc Arte, studiisque *Anthropeidesfeos* in horto raptum,

& è Cælis vel ut *Æternum Nectar* inebriantem; & abinde Medicam Facultatem divinitùs à Deo inspiratam aut ostensam fuisse sacræ profanæque Literæ testantur, ob hanc quoq; Causam Summâ Veneratione celebrandam. Et (attestante *Josepho*) *Adami* ipsius Filium *Sethum* literarium fuisse, Duasque Columnas, de *Naturâ Rerum*, *Vegetalium* & Animalium (uti denominata omnia fuissent ab *Adamo* Patre) philosophicè conscripsisse fertur. Porrò *Clemens Alexandrinus* (Ili. lib. 12.) de Mizraimo *Chami* Filio, *Noæq;* Nepote Medicinæ peritissimo, plurima narravit & deinde post illum de Regibus Ægypt. *Api* Orizide & *Serapi* vel *Osiride*, Qui reperisse *Plantarum* naturas, & medicinas multas edidisse dicuntur. Quorũ tramite calcabant *Orpheus* & *Apollo*, sed posteà Filius ejus *Æsculapius*, Anno Mundi. 2242. & Anno 2773. *Machaon*, *Nichomachus*, *Chiron* &c. sic omnibus seculis ad hoc sunt *exempla* eorum obvia, qui hujus microcosmi Nova & incognita percontando penetrârunt. Inter *Ægyptios*, Hermis & Æsculapii; inter *Arabes*, Averrois & Avicennæ, inter Græcos Herodici *Hippocratis* senioris & *Coi*, Heraclidis, *Euriphonis*, &c. usque ad *Galenum* & inter post-natos celeberrimos *Aetii*, *Traliani*, *Cassiani*, & *Diascoridis* exempla eluceant; Sed inter *Latinos*, *Cornelii*, *Celsi*, *Marcelli*, *Plateri*, *Bauhini*, & *aliorum*; quorum operibus, Consiliisque testatioribus & ad temporis hujus *Nutum* bene comparatis quanta debemus ingenuè prædicemus. Quid non debetur *Democrito* γελασινῷ ob indaginem Sedis *bilis*? postea que *Varolio* Nervorum originem patefacienti? *Glandulæ Renales Eustachio* debentur; sed à *Casserio* Succenturiati appellantur. Porrò quid *Arch-Angelo Bartholo-*

mæo?

meo? *Eustachio*? & *Bauhino* pro Capsulis *Atrabiliariis*? & *Ad Bauhinum* ob valvulā Colo inventam? Quinetiam quid *Asellio* propter Lacteas venas? & *Vesalio* propter Oesophagi Glandulas? *Casserio* etiam à quo inventus erat *Musculus* secundus *Auris* internæ? & *Rondelitio* pro Carunculis Renum? Quid etiam *Wirsungio* ob inventionem Ductûs *Pancreatici*? & *Julio Jassolino* pro radicibus Pori Hepatici? *Fallopio* etiam propter Musculos *Abdominis* pyramidales? Quid nuper *Harveio* nostrati & *Walleo* vestrati, propter Sanguinis circulationem? Chylique motum? *Picqueto* etiam pro Chyli Receptaculo? Sed nuperrimè Quid inclyto & Clarissimo Domino *Magnifico* Rectori, propter ejus *Chymosin* & *Pneumatosin*? *Glyssonio* etiam Inclyto propter ejus Eximiam hepatis Anatomiam? *Whartonio* de *Glandulis*, & *Willisio* Oxoniensi de Febribus & Fermentatione? Quid? potiusvè quid non, his omnibus, singulisque propter *Consilia* & eorum *Auxilia* debeamus? & quo pacto (precor!) hæc Debita immensa tantopere Conflata (eorum laboribus penè Herculeis) persolvamus? absque *Ære* postulandi, *Argento* penetrandi, aut *Auro* impetrandi fructus uberiores ab eorum Lucubrationibus & vestigiis; pariterque nova & hujus τ̃ Θεωρίας abscondita noctesque diesque perscrutandi. Nunc (Auditores spectatissimi!) nonne *nos* ab eorum Fluviis bibamus? Nonne nos? nos in totidem Medicinæ *Procerum* humeros stantes? & superbientes? aliquid hujus artis studiis in lucem ad posteros prodere innitemur? aut *scintillas* haud nonnullas ab eorum flammis? & *spicas* non legere ab eorum acervis? qui peritissima hujus Demi-ergiæ *scrutinia* parturiêrunt & exantlârunt? Tunc Stoliditatem

liditatem aut Cæcitatem hujus Seculi tantam vestibus subatritis immò & Christi verbis (sensû tamen alio) elugere liceat; Qui *ἠγάπησαν μᾶλλον τὸ Σκότος ἢ τὸ φῶς!* & quis Cogitaret? Quid? Homines! & non medullitùs amare Lucem? homines? & tenebrarum *Cimmeriarum* Compedibus irretiri? ῎ΕΣΤΙΝ Ἡ ΚΡΙΣΙΣ! Pro Vespertilionibus! Bubonibus! immò Feris! & Vermibus! *Tenebras* plusquam *Luces* eligere, Quid mirum? Sed propter hominem! *Jovisq;* Sobolem! *Vermiculis* in latibulis, aut *Raniculis* in Cavernulis Coaxantibus, ignorantiam tenebrasque fænerare! & fovere!

O Monstrum! horrendum! ingens! Cui Lumen ademptum!

Nunc (Auditores Celeberrimi & Candidissimi!) ne fastidiis aurium occurram, quasi *uno* Intuitu, rationeque *Laconicâ* pensitemus! quantum *perfectionis* etiam ad *Regimen* hoc humani Corporis *Prototypo* Natura protulit! Dum *Διαπολιτείαι* Mundi majoris ab hujus *minoris* justâ Administratione mutuantur & fænerantur; Etiam *Lydii Lapidis* instar HUIC probari, regulari & ratiocinari reducuntur. Abheinc enim *Principes* Clavum imperii tutiùs *temperare*, & Subditi eorum præceptis promptiùs *obtemperare*! Illi *praeire* sed hi *subire* dirigantur. Et quia nihil Speciosius est quam Virtute vincere & gubernare; *Alexander* ipse inter omnia trophæa gloriabatur, *Aristotelem* ei Animalium Dissectionem prælegisse. *Boetius* etiam, ac *Paulus Sergius* (Consules Romani) in Anthropologiam, *Galeni* Auditores erant assidui Proficuique. Et quidni? namque Guber-

Gubernatores optimi ſunt *Medici* Reipublicæ *Peritiſſimi*. Sed Pravi Imperitique ſunt Peſſimi, ex Aphoriſmorum Medic. & Politicorum egregiâ Analogiâ ac Paralleliſmis! deinde ex horum harmoniâ *Prophetam* optimè deprehendamus in Iſa. 3. quum קצין תהיה לנו nobis eris *GUBERNATOR*; Quis poſtulabit, tunc ille reſpondebit לא אהוה חבש non ero MEDICUS (à radice חבש & per *Metaphoram* medendi, deheinc a RABB. חובש eſt Medicus, Chirurgus & in TARG.) aut Ligator vulnerum. Lxx. ὁ Ἰατρὸς & *Luthero* **Artzt**. quippè quondam hæc Ἰατρoτέχνη Regum Familiis conſervari ſolebat, quemadmodum à *Plutarcho* fertur cum aliis; & ex his principiis ad optimum imperium tam *tutando* hominum ſocietates quam *regnando* plurimum didicêrunt, oraculaque *Hippocratica* ſanè de ſanandis morbis in ſedandis Politicis intemperiebus velùt ex Tripode Apollineo conſuluêrunt. Adeò ἀληθεύειν poſt Dom. *Verulamium* Præclarum audactèr aſſerimus, *Nullas Reſpublicas infælices eſſe quibus ad Clavum ſedent Magiſtratus literarum periti*. Et addamus, *Nec fælices eſſe, quibus imperiti philoſophandi aut medendi dominatu funguntur ac præſunt*; Rebus & Geſtis in *Britanniâ Magnâ* nuper moribundâ mœſtiſſimis teſtantur hæc principia; dum omnia per *Hyſteron-Proteron* tàm turbidè confuſèque ſpirabant ſub Tyrannide *Cromwellianâ*; dum viri רפאי אלל כלכם nullius fidei, aut Nominis, Imperii Clavum tenebant; dumque Egregii *Empyrici* ac Imperiti *Therapeiam Britannicam* ſuſcipiebant. Vulnera tamèn Publica in privata Lucra, Callentibus & Mercatoribus venundabant, & ad debitas intentiones curandi parum, aut nihil adminiſtrabant; nec ἐν τῷ τῆς

εὐχερ-

εὐκρασίας Μήτρῳ nec εὐεξίας Μεσῷ. Quapropter (*Auditores Amicissimi!*) Patriæ meæ & Altricis facies fauciata quum oculis obversetur, Animæ mihi gementis Radicibus altissimis ad hoc præsens adhæreat; & à Tullianâ facundiâ profitear (ex *Offic.* Lib. 1.) *Charos esse Parentes, charos Liberos, Propinquos, Familiares, sed omnes omnium Charitates Patriam complecti; pro quâ, quis bonus dubitet mortem appetere, si ei sit profutura? Quid nobis tunc infestius esset, quam istorum immanitas, qui Patriam propriam laceràrant omni scelere & in eâ funditùs delendâ sunt aut occupati fuerunt?* insuper & *Empyricorum* collusionibus ac imperitiis horum Μιχλοπονησῶν profundissimis, penè ad postremam vitæ respirationem redacta fuerit. Jamque (*Candidissimi!*) per *Metaxylogiam* brevem effari; Quibus verbis? Quibus *viribus*, aut invectivis, eorum præstigia persequeremur? Qui Patriæ nostræ *Britanniæ* viscera teterrimè dilacerarûnt? ut (à Syriis ܐܫܠܡ Achti reddatur) per Apostasiam; prout & ipse *Nero* Feris immanior quum in utero suo materno *gladios* indidisset; aut ut *Tullia Hostilia* quum impetu nefando super Corpus Paternum currum agere postulâsset: & pariter *Empyrici* hi Lancetarum instar enses imperitè tam ad *justitiam* quam ad *Pondus* usurpantes, sanguinis immensa profluvia, & τραύματα ad νοσήματα transfoderunt.

———*Sed Cynthius Aurem,*
Vellit; & ad Finem admonuit.

O terq; quaterq; beata *Batavia*! Rebus secundis ad voluntatem voluptatemq; ex Cyathis opimioribus luxurians Tranquillitate & Felicitate per tot an-

nos ac Luſtra *perfruens*! Copiis & Fortunæ opibus *affluens*! Artium & Literarum omnium Ubertate *circumfluens*! ad inimicorum invidiam, ad vicinorum æmulationem, ſed ad amicorum complacentiam. Attamen omnibus his, Calamitates *Anglo-Britanniæ* ſororis tuæ nondum oblivioni prodidiſti! Sed ut Amica fide perſpectiſsima & propinqua, lachrymis, luctibus, precibus, & *ſympathiis* Dyſcraſias noſtrates imbibiſti! ſalubritatemque propriam morbis in *Angliam* graſſantibus μεγαλύνειν didiciſti!

O ter & ampliùs Felix *Ultrajectina*! Literis Artibusque Æſclepiis *Inclyta* & Floridiſsima! Muſarum Hortus Amœniſsimus! Dum nos contentionum ſtudiis occupati, vos ſtudiorum contentionibus implicati fuiſtis! Nos armati, vos togati! Nos in flammis rapidis, vos in umbraculis viridiſſimis uno eodemq tempore! Dumque nobis *Mater alma Cantabrig.* deliquiis defecit, Hæc *Altrix* viribus & virtutibus perſpicuè profecit! quando nobis *inopiæ*, vobis *cornucopiæ* undique fluentes & irrigantes! in *Gremio* & à *Mammis* hujus *Academiæ*, philoſophiæque lacte quam multi *Liberi* Nominis Magni & Ampliſſimi nutriti fuerunt! laureiſque decorati! Quid dicam? aut potiùs non dicam, de *Palmis* & Pomiferis *Ultrajectinis*? Cujus Famæ Gloriæque veſtigia tam leviter non impreſſa ſunto, ut apud poſteros ſpongiis aut roribus lethæis unquam abſtergerentur!

Idcircò (Venerandiſsimi Domini!) quum Dromidario, poplitibus humi ſubmittam hoc honoris onus *Doctoratûs* ſuſcipere ac aſſumere, hanc Academiam perpetuò ſoboleſcentem eſſe, uberrimis lactiferiſque mammis benedicendam votis ex optimis petamus! Senatoribus ſapientiam & honorem

honorem longævum Deus Opt. Max. annuat! *Proceribus* & Academiæ *Professoribus*, Numinis, Luminisque divini, Literarum & Artium affluentiam! Necnon Tyronum à mammis hujus Academiæ sugentium ad verè philosophandum & ad benè vivendum eorum lucrubrationes ac indagines uspiam perficiat *Jehovah*, benedictionibusque lauriferis, ut eorum Laborum dispendia, Virtutum cum copiis supra vota suppetentibus reparentur. In Musarum Hortis *BELGIA* vivat! & ut ROSA *Sharon Angliæ* floreat! iterumque oritura nunquam moritura vivat *BRITANNIA*! vivat *Britannia* in *Belgiâ*, & *Belgia* in *Britanniâ* tanquam unâ eâdemque spiratione! & Gemellorum Hippocraticorum in amplexibus intimis! ἐν τῇ συμβυθμίᾳ καὶ τῇ εὐεξίᾳ vivant *Britannia* & *Batavia*! iterum atque iterum tam fælicissimè quam diutissimè valeat & vivat *ULTRAJECTINA*!

Virtus repulsæ nescia sordidæ
Intaminatis vivat Honoribus
Ultrajetinis; vivat & Anglia.

DIXI.



CAP. II.

De Ratione Evacuandi, Aphorismi sequentis & Hippocratis τοῦ Ἀρχιάτρου *Explicatio.*

ENucleatio hæc vel Resolutio, tam brevi tempore quam propiùs ex tempore raptimque comparata fuit, adeò ut politiori ingenioli mei stamina fortasse desit; inter cætera tamen hoc specimen (quū ad *Eximiorum* & *Doctiss.* Medicinæ *Professorum* calculum obelisc umq; dijudicando fuissem accersitus) prorsus & hos *Commmentariolos*, licèt (ab eorum Institutis) protinùs exaratós, haud eorum approbatione indignos autumabant; consensuque cum uno hæc non solùm ex sententiâ verumetiam ex authoritate & testimonio nonnullo, (manu dextrâ maximoque candore) comprobaverant. Me quoque (post examinationes diversimodas, per totum *Medices Anatomesq;* Systema, præcedaneas) Ἰατροτέχνης *Candidati* nomine benignissimèque consalutabant.

In Lib. I. *Aphor.* 2. *Hippocrat.*

ΕΝ τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης, καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι, τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν· ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. Οὕτω δὲ καὶ ἡ κενεαγγείη ἢν μὲν οἵη δεῖ γίνεσθαι γίνηται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν. ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. Ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ, καὶ χώρην, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην, καὶ νούσους ἐν ᾗσι δεῖ, ἢ οὔ.

Apho-

Aphoristicæ Doctrinæ Hippoc. *Explicatio de Corporis Evacuandi Ratione.*

HIppocrates hoc Theoremate auream tam *DIJUDICANDI* quam Corporis evacuationes *EFFICIENDI* Regulam deposuit; ejusque Medicinæ definitionem ac tramitem ab effectis (viz. Πρόσθεσιν τῶν ἐλλειπόντων, ἀφαίρεσιν δὲ τῶν ὑπερβαλλόντων) hoc *Aphor.* consectari, ac premere apprimè videatur; nempè *deficientium* additamentis, humorumque *redundantium* evacuationibus; deinde inter eos Asseclas qui *Hippocratica fastigia* avidissimè coluêrunt, *medicari* vix amplius quam *purgari* vel ab humoribus *Dyscraticis evacuari* deprehensum fuerit. Insuper quoniam Purgantium Medicamentorum Naturam *primus* ipse prodidit in lucem, Ἀρχίατρος, Medicorumque Princeps, existimatur. Et inter *Postnatos* (utpote olim inter *Arabes*) non tam multa quam convenientia evacuantia & ad *intentiones* sanè medicas eliguntur; unde horum Theorematum commoda clariùs eluceant. Et quia siquidem, verisimile sit tot esse species evacuationis Excrementorum, quot saltèm coctiones sunt in Corpore diversæ (vide Pneumat. Lib. 2. Cap. 7. & Spermat. Lib. 3. Cap. ult.) ut & alii vellent (ex *Glyssonio* nostrati Clarissimo *de Rachit.*) quot sunt *Parenchymata* distincta nempe *Hepatis*, Renum, *Panchreatis*, Lienis, Ventriculi, Intestinorum, *Cordis*, Pulmonum, *Cerebri*, Testiculorum, *Uteri*, &c. tot sunt genera excretioni inservientia, proindeque hujus *Aphorismi* merita multò magis efferantur;

tur; quippè contra naturæ leges, evacuationes functiones impediant, vires prosternant, Partesq; Laresque hominis à Genio suo defraudent, morbique his cognati exindè subolescent & pullulabunt. Ideóque hâc de re *Placita Hippocratica* optimè consulamus, & hoc *Theorema* præstantissimum. 1. Quoad Evacuationum *Judicium.* 2. Quoad *Praxin*, explicemus.

SECT. I.

De Corporis evacuandi dijudicatione.

1. Quoad *Judicium.* 1. Εν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης. 2. Ἐν τοῖσιν ἐμέτοισι αὐτομάτοις. 3. & ἐν ταῖς κενεαγγείαις.

1. Ἐν τῇσι ταραχῇσι, aut Alvi *motibus turbidis* ex quibus forte CRISES proveniant, nempe per *luctas incessantes*, & certamina Naturæ cum morbo, propter humores rarefactos aut excretioni adaptos; vel ex quibus fortasse SYMPTOMATA gravia proferantur. Heinc etiam emphaticè à verbo ταράττω vel ταράσσω exprimitur hæc *Alvi* commotio à *perturbatione marinâ* ventorum ex flatibus, aut procellarum ex viribus, itidemq; propter humores crudos, tumultuosos & luxuriantes hæ commotiones conficiantur; aut instar calcis vivæ quum strepitu magno turgescit & irritatur in Aquis; sic hæ perturbationes fiant ab humorum vitiis, vel quantitate, vel qualitate, τεταραγμένως agitatorum excernendorumque. Nunc horum EVACUATIO triplex fit.

1. *Critica*

1. *Critica.*		1	*Naturam.*
2. *Symptomatica*	per	2	*Morbum,*
3. *Artificialis*		3	*Medicum.*

I. *Evacuatio Critica* fit per *Naturæ* excretionem, aut abſceſſum morbiferæve materiæ expulſionem (ſi commodè & tutè concitatam) per *Os*, Alvum, *Urinam*, Menſes, *Sudores*, aut *Nares*, &c. aut partes *Morbo* & *Ægroto* commodiſſimas; vel per *Metaſtaſin* materiæque morbificæ tranſlationem, unde noxia ſegregantur feliciter ab utilibus (Atteſtante *Galeno* 2. Aphor. 13.) Qui de jure merito & ritè nuncupavit Κρίσιν τῆς φύσεως διακεινούσης ἀπὸ τῶν χρηστῶν τὰ μοχθηρὰ καὶ παρασκευαζούσης πρὸς τὴν ἔκκρισιν· & haud impar eſt τῆς κρίσεως diſquiſitioni τοῦ Δικαστηρίου foroque Judiciali, quum reus maximo molimine (vel emolumento) cauſam ſuam ſed fruſtrà premit, dum ab alterâ parte validiſſimè retunditur, ac protruditur conflictu; τρόπαιον hoc in *Diem criticum* κατ' ἔκκρισιν ſymptomatum levamine læto & auſpicato perfungetur, ideoque ex *Hippoc.* Aphor. 20. Lib. 1. medici quaſi ſpectatoris Officium ac Penſum tempore critico poſtulemus: τὰ κρινόμενα, καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως, μὴ κινέειν, μηδὲ νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακείῃσι, μήτε ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ' ἐᾷν. Quippe Naturæ motus ac vires ſedulo attendantur, & nihil temerè tentandum ſit.

II. *Symptomatica Evacuatio*, fit à *Morbo* intempeſtivè proritante, vel ab humorum copiis, vel ab eorum acrimoniâ & vitiis, etiamque in *Dies intercalares*, fiatque cum *Symptomatum* gravamine propter materiæ morbificæ malignitatem & vehementiam. Ob has Cauſas evacuatio *ſymptoma-*

tica perperam agit, & quia tempus ante opportunum, aut coctionem, materiæ ad expulsionem accingit, unde vires languescant, calor innatus absumatur, & salus ipsa nonnunquam periclitetur. De hâc re *Galenus* ipse (Promus Medicinæ) tractavit in 4. Aphor. 22. Quum morbus incipit si quid excernatur, non fit ex naturæ lege vel ratione; sed Symptomata sunt affectionum præter naturam in Corpore hospitantium. Quamdiu à Causis morbos efficientibus; aggravatur intemperies, & gravatur natura, cruditas & humorum congeries aderunt, & abinde nihil omninò rectè ac sanè secernatur. Siquidem ut fiat benigna commodaque crisis, Coctio præibit, Secretio tunc vestigiis instabit, & demùm Evacuatiò.

Porrò quoniam in initio morbi nulla fit excretio benigna vel Naturæ beneficio, sed potiùs ab humoribus molestis qui Corpori uberiùs insunt, ex *Hippocrate* deponitur.

Νοσημάτων ὁκόσων ἀρχομένων, ἢν χολὴ μέλαινα ἢ ἄνω ἢ κάτω ἐπέλθῃ θανάσιμον, quippe protinus hoc tempore morbi grassantis, *Paspasmi* nulla signa proferantur, ast calor insitus forsan opprimatur aut sufflaminetur à materiæ morbificæ mole coacervatâ. Nunc, hujus Aphorismi doctrinâ, evacuationes hæ αὐτομάτως aguntur.

III. *Artificialis Evacuatio* fit à *Medico* naturam ægrè laborantem *succurrendo*, adversus affectus et *dyscrasias*, methodicè *evacuando*, quoad indicationes medicas & scopos revellendo, *discutiendo* vel suppurando. Necnon hujus *ætiologiam* exquiramus. 1. Ab Intemperie; nam ut iis sanitate integrâ perfruentibus pharmacia non (aut rarissimè & cautissimè) statuatur, 36. & 4. Aphor. 16. ex Hipp. Aphor. 37. Οἱ ἐν τὰ

Σώματα

Σώματα ἔχοντες, φαρμακεύεσθαι ἐργώδεες, & Aphor. 36. Οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα ἐν τῇσι φαρμακείῃσι καθαιρόμενοι ἐκλύονται ταχέως, καὶ οἱ πονηρῇ τροφῇ χρεόμενοι; ne corpus exolveretur; sic Corporibus cacochymicis ac impuris pharmaciam nuspiam postponere aut ex Medicinæ Syntaxi παρέρχεσθαι possimus; quippe Corpora impura quò plus nutriantur, eò pluribus læsionibus semper augeantur Hipp. Aphor. 11. Lib. 2. Τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων ὁκόσον ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις. 2. A *Coctione* materiæ secernendæ, proinde *humorum* præparationes vel ab *Arte*, vel Naturâ; & eorum *Pepsis* (quoad *homogenea*) aut *Pepasmus* (quoad Heterogenea) evacuationem optimam præcedant. Aphor. 22. Sect. 1. Πέπονα φαρμακεύειν, καὶ κινέειν, μὴ ὠμά, μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ: τὰ δὲ πλεῖστα οὐκ ὀργᾷ; nihil enim magis metuendum aut præcavendum quam immatura medicina, prout olim *Seneca* censuerit. Insuper Aphor. 2. Sect. 4. Ἐν τῇσι φαρμακείῃσι, τοιαῦτα ἄγειν ἐκ τοῦ σώματος ὁκοῖα καὶ αὐτόματα ἰόντα χρήσιμα· τὰ δὲ ἐναντίως ἰόντα παύειν. Hæc quoque lex in Evacuationibus ab Arte sanciatur ac celebretur ab omnibus. 3. A *qualitate* Medic. & administrandi formâ secundum medendi *scopos*; dum amara & ingrata *ventriculum* forsan offendere (ab eorum qualitate calidâ & siccâ) *Galenus* autumavit Lib. 4. simpl. Medic. cap. 13. Etsi *salsa* tamen detergendo purgent; *acriaq; Medicamenta* Ventriculo infesta esse *Galenus* asseruit lib. 4. Sim. Med. cap. 18. tamen ad excretionem subserviant, porrò noxias ad omnes qualitates corrigendas, optimè & specificè componantur; Etsi *Galenus* ipse (Libro priùs memorato de *Facultate Purgat.*) Medicamentorum ὑπεροχὴν *Simplicibus* potiùs quam

Compositis

Compositis assignaverit; Composita tamen multò magis *Heterogeneis particulis* & principiis adæquentur. Humores in Corpore dominantes protrudi debeant à pharmacis electis & appropriatis, an *Cholagogis*, an *Phlegmagogis*, Melenagogis, aut *Hydrogogis*, & ab administrandi formâ Naturæ proprietati, consuetudini, Corporis habitui, aëri, ætati, sexui, loco, viribus, & humoribus optimè congruâ; deheinc ex *Hippoc.* Aphor. 23. Sect. 1. Τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ὡς ἂν χωρέῃ οἷα δεῖ καὶ φέρει εὐφόρως, καὶ ὅκε δεῖ μέχρι λειποθυμίης ἄγειν, καὶ τοῦτο ποιέειν, ἢν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων, Haud à copiâ, sed à qualitate feruntur in omni evacuatione Remedia tam ad ægri alacritatem ac doloris allevamen, quàm ad humoris morbifici prorsus excretionem. Ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι· τὰ δὲ ἐναντία δυσχερῶς. Et ad evacuandi locum per quem monuit *Hippocrates* etiam eleganter in Aphor. 21. §. 1. Ἃ δεῖ ἄγειν, ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ ταύτῃ ἄγειν διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων; per loca commoda, maximèq; Naturæ convenientia; sic Aphor. 6, & 7. Sect 4. insuper quoad ejus *quantitatem* perpendatur evacuatio *Artificialis* in PRAXI sed intereà hæc ad ejus judicium sufficiant. Nihilominus ἡ τάραξις Alvi præcipuè, & ex Hippocratico Tripode deprehendenda criticè vel symptomaticè fiat ex profluviis & vomitibus αὐτομάτως.

2. Ἐν τοῖσιν ἐμέτοισι. Aut ad *Emeticorum* judicium. *Vomitus* etiam æquè (cum aliis evacuonibus) Κριτικῶς, Συμπτωματικῶς, aut Ἰατρευτικῶς agantur.

1. Κριτικῶς; uti *Febribus Tertianis* ob bilem *vasis choledochis*, turgentem rarefactamque contingat, deinde forsan in intestina protrudatur, &

demum per ventriculum ac os exantlabitur cum vomitibus; partim à re molestâ partimque â Spiritibus Animalibus irritatis, Fibras & obliquè ascendentes influentibus ac Nervos vellicantibus. Et Emetica hæc nullo modo sistenda debent, quæ fortè vertigo, dolor Capitis, pulsus durus, amaritudo Linguæ, tremor inferioris Labri, Hypochondriæ frigiditas, καρδιωγμὸς aut ventriculum mordens καὶ τὸ ὀρφνῶδες obscuritas videndi & καταλισμὸς sputatio, καὶ νὺξ δύσφορος nox difficilis, signaque quæ recitavit *Galenus* 3. de Crif. cap. 10. & *Hippoc.* 3. Prog. creberrimè præcedunt; quippe materiam jam coctam vel tollunt vel imminuunt; ideoque naturæ motus non anticipandus aut perturbandus est: τὰ ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδυνήματα, ὁκόσα καθάρσεως δέονται ἄνω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει ὁκόσα δὲ κάτω, κάτω. Aphorism. 18.

2. Συμπτωματικῶς etiam perperàm fiunt, velut in Morbis gravibus Ilei, Choleræ, *Sanguinis sput.* & aliis motibus intestinorum ac ventriculi vehementibus ab humoribus vellicantibus & spirituum influxibus in Fibras obliquè ascendentes. De horum autem Symptomatum malis, *Hippocrates* oraculosius edocuit, 2. Prognost. Aph. 8. 26, 38, 39. & Aph. 22. Sect. 4. Νοσημάτων ὁκόπων ἀρχομένων, ἢν χολὴ μέλαινα ἢ ἄνω ἢ κάτω ἐπέλθῃ, θανάσιμον. Et de Ileo. Sect. 7. Aphor. 10. Ἐπὶ εἰλεῷ ἔμετος ἢ λύγξ, ἢ σπασμὸς, ἢ παραφροσύνη, κακόν. Attamen si vomitibus his spontaneis humores morbifici ac peccantes ad amussim evacuari possent, tunc plurimum conferrent; & forsan absq; ope Medicinæ, per convenientiam qualitatū, particularum sanæ exagitationes, ægrique temperies in εὐκρασίαν pristinam recuperari, partes af-

affectæ nutritioni dicatæ vindicari possint; deinceps εὐφόρως φέρουσιν, & evacuandi facilitate utilitateque promoventur. Sed aliter & è contra, partes alituræ devotæ ad exasperationem & in pejus vergent. Ob quam causam hi humores secundum intentiones debitas & methodicè evacuari debent, nè Naturæ Oeconomia tota subverteretur; & hæc evacuatio fit ex Sententiâ *Hippocraticâ* per κενεαγγείαν, altera verò per ταραξίαν.

3. Ἰατρεστεγνικῶς quoq; vomitus efficiantur ad opē naturæ, propositâ tum humoris tum ægri aptitudine ad hanc excretionem præcipuèque *novilunio*. Nunc quia Medicus peritus est *Naturæ* Famulus in omnibus eam sanè elaborantem observare ac imitari conabitur, adeò ut humores nisi spontè & αὐτομάτως sursum agentes haud concitari velit ex vomitibus aut per superiora. Aphor. 21. Sect. 1. Sed quum à Naturâ sursum vergant & symptomata appareant, tunc per superiora sit opus evacuando. Aphor. 17. Sect. 4. Ἀπυρέτῳ ἐόντι ἀποσιτίη, καὶ καρδιωγμὸς, καὶ σκοτόδινος, καὶ στόμα ἐκπικρούμενον, ἄνω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει. Porrò, proclivitas ad vomendum pensitanda & habitus sursum excernendi ex Aphor. 6, & 7. Sect. 4. Τοὺς ἰσχνοὺς καὶ εὐημέας ἄνω φαρμακεύειν ὑποστελλομένους χειμῶνα· τοὺς δὲ δυσημέας καὶ μέσως εὐσάρκους κάτω ὑποστελλομένους θέρους. Namque Corpore habitiore & ultra εὐσαρκίαν evecto ob pituitam verisimilitèr exuperantem, & Omenti ac Musculorum onus ægerrimè feruntur ἔμετοι. Prætereà præcaveantur spiritus deficientes partesque solidæ marcescentes à pthisi, tabe, vel fluxu nimio. Et Aphor. 60. Sect. 7. Τὰ σώματα χρὴ ὅκου τις βούλεται καθαίρεσθαι εὔροα ποιέειν. Κἢν μὲν ἄνω βούλητι εὔροα ποιέειν

ποιέειν, στῆσαι τὴν κοιλίην· ὦν κάτω ὑγρῆναι. Alvus sistenda quum *supra* voles reddere fluxilia, quum autem *infra* humectanda. Et his perpensis, emetica aut vomitoria secundum Artem Ἰατρικὴν dentur, humores crudos aut corruptos, ventriculo, partibusve vicinis hospitantes evacuare & expedire. Hucusque de modo *evacuandi* vomendique ad *Naturæ*, aut Morbi, aut *Medicorum* leges.

3. Ἐν ταῖς κενεαγγείαις aut Vasorum evacuationibus; nunc κενεαγγικῶς agere fit in *Plethoricis* per PHLEBOTOMIAM modò Evacuatoriam, modò Revulsoriam, modòque Derivatoriam; sed in *Cacochymicis* per Cathartica ac Emetica tamen ad qualitates malignas & occultas evacuandas per *Alexiteria* & Cardiaca. Veruntamen omnis cacochymia undique non est per κενεαγγικὴν πάθην expurganda, etenim interdum est repellenda, discutienda, intercipienda aut suppuranda. Sed hæc satis dicta sunto, de *evacuatione dijudicandâ*: nunc ad eam *efficiendam* aut *praxin*; quæ pede longè licciore ac parciore percurramus.

SECT.

SECT. II.

De Evacuandi Ratione, quoad Praxin.

2. AD hujus PRAXIN Ἰατρικὴν *Hippocrates* diligentèr instituit.

1. Ἐπιβλέπειν τὴν χώρην Locum & Regionem.
2. Τὴν ὥραν Tempus & Horam.
3. Τὴν ἡλικίαν Ætatem. Et
4. Τὰς νόσους aut Morbos ipsos.

1. Τὸ χωρίον aut *Regionem* perpendamus, an calida sit, an frigida, humida aut sicca; insuper, an tranquilla, an procellosa. Quippe *pori* constipentur, corpora perstringantur, & humores pertinaces fortè ac facillimè generentur ex vi Stypticâ καὶ πυκνωτικῇ miscellaneâ & inæquali Cœli nebulosi Metastasi, Regionis frigidæ aut Aquilonis, &c. biliosi tamen humores à Cœlo nimis fervido vel Regione cumulantur; quapropter Serenitas humoribus è Corpore haurientibus, & potissimùm, ad εὐφορίαν evacuandi faciliorem conferat. Pituitosi nihilominus in Regionibus his calidis forte melius degent, quàm alii.

2. Tempus etiam *Anni* à Medico debet perpendi, tam ad *modum* evacuandi quam ad *mensuram*; propter μεγάλας μεταλλαγὰς aut insignes anni temporum mutationes ad *calidum & humidum*, calidum & siccum; *frigidum & humidum*, frigidum & siccum. Sic & ex Aphor. Hippocraticis 5, 6, 7. Sect. 4. Φαρμακεύειν Θέρεος μὲν μᾶλλον τὰς ἄνω. Χειμῶνος δὲ τὰς κάτω. Etenim ὡραῖα ὡραίως ineunda sunt; unde Emetica tempore æstatis optimè cienda, & Cathartica hyberno.

berno. Plurimis *Aphorismis* purgationis cautionem provisionemque statuebat hic Ἀρχιατρὸς his verbis: ὑπὸ κύνα καὶ πρὸ κυνὸς ἐργώδεες αἱ φαρμακεῖαι. Cathartica tunc, nempe *dietus Caninis*, erunt periculosa ob naturam etiam nimis laborantem, innatum calorem nimis exhaustum, spiritusque luxuriosè dissipantes. Quinetiam tempore verno Aphor. 20, 21, 22. Sect. 3. Τοῦ μὲν γὰρ ἦρος τὰ μανικὰ καὶ τὰ μελαγχολικὰ καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ καὶ αἵματος ῥύσιες, καὶ κυνάγχαι, καὶ κόρυζαι, καὶ βράγχοι, καὶ βῆχες, καὶ λέπραι, καὶ λειχῆνες, καὶ ἀλφοὶ, καὶ ἐξανθήσιες ἑλκώδεες πλεῖσται, καὶ φύματα καὶ ἀρθριτικά. Quum sanguis aut succus efflorescat, magnoperèq; fermentescat (cujusque particulæ fiant vegetiores) ad Dyscrasias illas graves Corpus erit incidens & incitans. Sed *Æstate* τοῦ δὲ θέρεος ἔνιά τε τούτων καὶ πυρετοὶ ξυνεχέες, καῦσοι καὶ τριταῖοι, πλεῖστοι καὶ τεταρταῖοι, καὶ ἔμετοι, καὶ διάῤῥοιαι καὶ ὀφθαλμίαι καὶ ὤτων πόνοι, καὶ στομάτων ἑλκώσιες, καὶ σηπεδόνες αἰδοίων, καὶ ἵδρωα à febribus assiduis, vomitibus Alvi, profluviis, aliisque doloribus, ex sulphureis succorum *particulis* & accensis Corpus heluetur & deprædetur. *Autumnali* verò tempore Τοῦ δὲ φθινοπώρου καὶ τῶν θερινῶν τὰ πολλὰ καὶ πύρετοὶ τεταρταῖοι, καὶ πλάνητες, καὶ σπλῆνες, καὶ ὕδρωπες, καὶ φθίσιες, καὶ στραγγουρίαι καὶ λειεντερίαι, καὶ δυσεντερίαι καὶ ἰσχιάδες καὶ κυνάγχαι καὶ ἄσθματα καὶ εἰλεοὶ, καὶ ἐπιληψίαι, καὶ τὰ μανικὰ, καὶ τὰ μελαγχολικά. Ab humoribus inviscatis & velut ergastulo corpore clausis sub principiorum fortè tartareorum & terrestrium dominio quibus spirituosæ ac cæteræ magis activæ particulæ incarcerantur : unde morborum graviorum plerorumque stamina prima proferuntur necnon (quoad causam προηγουμένην) ex Cœli *metastasi* repentinâ vel

vel aeris constitutione malignâ vel saltem *inæquali*; modò æstu intensissimo forsan immodicè incalescente, & deinde biliosæ, sulphureæ & nitrosæ particulæ nimis evehantur ad febres erraticas & alias *Dyscrasias*; modò à frigoribus ac Cœlis immodicè procellosis & ex improviso grassantibus; unde ex vaporum seminio per aërem diffuso particulæ activæ viscantur, Dolores gravissimi aucupentur, & corpus ipsum fortè sub atro succo aut tartareo corruat. Et tempore hyberno τοῦ δὲ χειμῶνος πλευρίτιδες περιπνευμονίαι λήθαργοι, κόρυζαι, βράγχοι, βῆχες, πόνοι στηθέων, καὶ πλευρέων, ὀσφύος, καρδιαλγίαι, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι, ab aqueis particulis Corpori insunt morbi plurimi, raucedinesque, &c. à nim âque humiditate Corpora sint putredini ac corruptioni plurimùm obnoxia, & proinde Capitis dolores, Phthisis, Apoplexiæ, Lethargi, &c. producantur.

Jamverò, has ob Causas Anni Tempora accuratiùs impendenda sunto, tam propter particularum *energias* & dominium hisce temporibus, quam propter administrandi rationem dogmaticam debitamque.

3. Parique ratione denique quoad subjectum; tam (morborum ejus ætati convenientium ratione) *Ægri ætas* observanda sit, quam ex Methodi & Ordinis administrandi gratiâ; quippe *Pueritiâ* Dentes, *Gingivæ*, Febres ex lumbricis, *Epilepsiæ*, Spasmi, *Convulsivi* motus, Diarrhæa, auriumque Sordes, talesque morbi luxuriabunt & grassabuntur. Hoc quoque *Hippocrates* edocuit Aphorism. 24, 25. Sect. 3. Ἐν δὲ τῇσιν ἡλικίῃσι τοιάδε συμβαίνει· τοῖσι μὲν σμικροῖσι καὶ νεογνοῖσι παιδίοισιν ἄφθαι, ἔμετοι, βῆχες, ἀγρυπνίαι, φόβοι, ὀμφαλοῦ φλεγμοναί, ὤτων ὑγρότητες, &c.

&c. & de Adultioribus aut Adolescentibus Aphor. 27, 28. Τοῖσι δὲ ἐπὶ πρεσβυτέροισι, καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι, τυτέων τε τὰ πολλὰ, καὶ πυρετοὶ χρόνιοι μᾶλλον, καὶ ἐκ ῥινῶν αἵματος ῥύσιες. Τὰ δὲ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθεα κρίνεται· τὰ μὲν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ μησί. Τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι, τὰ δὲ καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσιν· ὅσα δ᾽ ἂν διαμένῃ τοῖσι παιδίοισι πάθεα, καὶ μὴ ἀπολυθῇ περὶ τὸ ἡβάσκειν, ἢ τῇσι θήλεσι περὶ τὰς τῶν καταμηνίων ῥήξιας χρονίζειν εἴωθεν. Ad pubertatē invadunt Febres diuturniores, & profluvia, Hemorrhagiæ, Tōsillarū dolores, Calculi vesicæ, Strumæ, Asthmata, & fortasse tabes. Porrò Juvenibus, sulphuris ardor, acutæ Febres, Epilepsiæ, Angina, Dysenteria, Cholera dominantur, &c. Aphor. 29. Τοῖσι δὲ νεηνίσκοισιν αἵματος πτύσιες, φθίσιες, πυρετοὶ ὀξέες, ἐπιληψίαι, καὶ τ᾽ ἄλλα νοσήματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα. *Virilitate* vero & ætate declinante τοῖσι ὑπὲρ τὴν ἡλικίην ταύτην ἄσθματα, Πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, λήθαργοι, φρενίτιδες, καῦσοι, διάρροιαι, χόλεραι, δυσεντερίαι, λειεντερίαι, αἱμοῤῥοΐδες, nempe ab anno trigesimo ad quinquagesimum, *Pleuritides*, Asthmata, Phrenetides, Febres ardentes, Hæmorrhoides; &c. luxuriant. Sed *Senectute*, respirandi difficultates, Catarrhi, morbi arthritici, nephritici & urinarii, Cachexiæ, vigiliæ, vertigines, audiendi ac videndi gravedines. Aphor. 31. Τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι δύσπνοιαι, κατάῤῥοι, βηχώδεες, στραγγουρίαι, δυσουρίαι, ἄρθρων πόνοι, νεφρίτιδες, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι, καχεξίαι, ξυσμοὶ τοῦ σώματος ὅλου, ἀγρυπνίαι, κοιλίης καὶ ὀφθαλμῶν καὶ ῥινῶν ὑγρότητες, ἀμβλυωπίαι, γλαυκώσιες βαρυηκοΐαι; insuper & pueris & senibus Phlebotomia Catharticaque percautè adhibenda sint, & per totam medendi methodum Ætas accuratè perpendenda sit; quoniam in *Crasis* amis-

ſæ ſuccorumque recuperatione, ſub judice de jure merito ætas interponat; & quid ex Hippocratianâ doctrinâ luculentiùs appareat? Aphor. 13. Sect. 1. Γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι, δεύτερον οἱ καθεστηκότες, ἥκιστα μειράκια, πάντων δὲ μάλιστα παιδία, τουτέων δὲ αὐτέων ἅπερ ἂν τύχῃ αὐτὰ ἑωυτῶν προθυμότερα ἐόντα. Senes enim jejunium aut νηστείην facillimè tolerabunt, ob eorum caloris innati imminutionem, aut φλεγματίαν. Pueri tamen difficillimè ab incremento & innati caloris flammulâ avidiori ſuppeditandâ; deinde quàm ab affectu ipſo, Corporis temperie, habitu, conſuetudine, à parte affectâ, actionum læſionibus, ægri viribus, &c. indicationes medicæ ducuntur ad διαγνωστικὴν Ἰατρικὸν; tam ab ætate, ſexu, temporibus Anni, imò & (ex optimâ lege evacuandi) ab influxu *Syderum* indicationes auſpicatiſſimè fænderentur ad *therapeiam*. Olimque reipſâ Egyptii doctè dicere ſolebant τὰ ἐν τῇ γενέσει καὶ φθορᾷ, εἴδη πάσχει ὑπὸ τῶν οὐρανίων εἰδῶν, formas haud parùm affectas eſſe à Cœleſtium formarum ſympathiis, συνουσίαις, ac Syzygiis.

Morbus, Cauſa, Locus, Symptomaq., Stella, Facultas, Conſimiles ægri Mos, Ætas, Pharmaca, Motus.

4. Denique hæc κινεαγξεία quum natura πείραν aggreditur non temerè tentanda (ut diximus) aut irritanda, vires tamen & ſpiritus fortè refocillentur, Cardiacaque dentur. Etſi quoque Medici dogmatici Munus ſit, ſanitatem tueri, convaleſcentem reficere, ægros curare & recuperare, Symptomata gravia mitigare, Pueros & Prægnantes favere, Seneſque fovere; methodoque θεραπευτικῇ tutò, citò jucundèque famulare, nihilominus ab Antiquitate ſummè colendâ ſemper

præcaveatur

præcaveatur ne nimis citâ therapeiâ læderet. Proinde & Ægyptiorum Medici solertissimi, remedia valida ac evacuationes ineuntibus morbis creberrimè vitarent, ut abundè (ex Aristot. 3. Lib. Polit. Cap. 3.) citetur. Καὶ ἐν Αἰγύπτῳ μετὰ τὴν τετρήμερον κινεῖν ἔξεστι τοῖς Ἰατροῖς, ἐὰν δὲ πρότερον, ἐπὶ τῷ αὐτοῦ κινδύνῳ. Porrò evacuationem legitimè Ἰατρικὴν (præsertimque cacochymicis) materiæ præparatio, Coctio, Naturæque motio concurrens, & administrandi methodus metam collimatã inducen; optimè præcedant, unde humores εὐφόρως & placidiùs expromantur Aph. 25. § . 1. Quippe nullum morbum omnibus esse eundem, nec equidem ullum remedii genus esse, quod unam eandemque vim viamq; singulis omnibus impetret, (experientiâ rationeque ducibus,) constabit. Tamen hâc morbos medicandi *Disquisitione* brevis & magis infallibilis Decisio fiat conciliando Pacem inter methodum *Hippocraticam* & *Hermeticam* ; viz. Contraria Contrariis curando quoad HETEROGENEA ; Similiaque Similibus quoad HOMOGENEA. *Similia quidem* (ut *Quercetanus* edocuit,) *quòd ex eadem Naturæ anatomiâ hauriantur, continentia proprietates, virtutes, tincturas, & radices similes. CONTRARIA verò, quòd defectus resarciant & desideria amica saturitate expleant; spiritus & impuritates consentaneas delinientes, & earum consumptiones ac oblationes molientes.* His unitis *Hippocrates* nobiscum optimè deprehenditur, quo Medicina nihil aliud est quam Πρόσθεσις, aut Appositio, eorum quæ conveniunt aut *similium*; & Ἀφαίρεσις, Ablatio, illorum quæ redundant & incommodant aut Dissimilium. *Galenus* & haud relinquitur de hâc re.

Ad ulterius & accuratius

Medicinæ *Præcepta* reducendi Specimen in *Praxin* exhibendum; hoc *Exemplar* Authori (ſeſe Examini Academico tam publicè quam privatim ſubjicienti) de PLEURITIDE per Eruditiſſimos medicinæque *Rhino-Trajectinæ* D. D. Profeſſores Celeberrimos propoſitum fuit.



CAP. III.

Vir triginta & duorum Annorum, bilioſus, liberaliori potui generoſo paſſim indulgens, poſtquam valdè a Corporis exercitio incaluiſſet, & poſteà aeri frigido ſeſe expoſuiſſet, ſubito horrore & Febre continuâ fuit correptus. Acceſſit etiam Lateris dextri dolor punctorius uſque ad Claviculam aſcendens, qui ipſi maximam reſpirandi difficultatem peperit; adeſt quoque Pulſus Celer, & inæqualis Tuſſis, ac Sanguinis ſputum.

RESOL-

RESOLUTIO.

COROL. I.

Partes quæ graſſantur.

Cor. 1. PArtes quæ perperàm aguntur ac afficiuntur hoc Juvene, ſunt *Membranæ* lateris dextri (uti liquidò pateat per angorem illius acritèr pungentem) *Cor* quoque (per Febrem) *Thorax*, *Pulmo* & forte *Mediaſtinum* (ob difficultatem reſpirandi, Tuſſim & ſputum Sanguinis) imò & omnes Corporis OECONOMIAS, nempe 1. *Naturalem* per ſulphureas Sanguinis particulas accenſas ad inflammationem. 2. *Vitalem*, & arterioſi generis ob dolores tantoperè punctorios uſque ad *claviculam*. 3. Sed *Animalem* ac nervoſi generis ob horrorem ſuſceptum per totum Corpus.

COROL. II.

Pleuriditis nomina.

NUnc morbus hic idiomate proprio (ac ab ortu) nuncupetur *Inflammatio Membranæ* pulmonem latere dextro vel costas *succingentis*; deinde à *Galeno* (2. Method. Cap. 2.) morbus lateralis & costalis, sed ab *Hippoc.* (Lib. 3. Feb. 10. tract. 4. cap. 1.) *Byrses* illibi pectoris Apostema *significans*; à vulgis tamen *Febris pleuritica*, & à Græcis Πλdjείτις ab invasione *Pleuræ*, musculorumque μεσοπλευρων vicinorumque ex particulis sanguinis nimium fervidis, efferis, ac exundantibus; hæc etiam intemperies, est

vel { 1. *Legitima* ac *Exquisita.* 2. *Notha* ac *Spuria.* }

COROL. III.

Bifariam accipitur & extricatur.

LEgitima, veraque *Pleuritis* ortum planè trahit, haud secus ac *Arvorum* pratorumque inundatio à fluviis, pluviisque nimiopere erumpentibus, (ùcubi ab uberrimis Sanguinis profluviis (è *Venæ cavæ* vel ἀζύγε ramis) luxuriantibus, sed insuper ex humoribus biliosis sulphureisque fervescentibus circa musculos laterales & membranas intrinsecas. Datur & *Notha* Pleuritis à

mixtis

mixtis humoribus flatuosis aut pituitosis cum sanguine è ramis *axillaris venæ* profluviente in musculos externos; modò tamen *mediastinum*, modò membrana extrinseca musculis μεσοπλεύροις extra incumbens forsan inflammabitur ad *Oedema*. Hoc autem exemplo morbus est exquisita veraque *pleuritis*, & phlegmon est potiùs *Erysipelas*, prout ab anxietate pungentiori, cæterisque *pathognomonicis* & symptomatibus ferocioribus, luculentiùs appareat.

COROL. IV.

Pleuritidis Causa procatartica.

Quapropter, quoad ejus CAUSAM προκαταρκτικὴν aut aliis agentem. 1. Hujus ægri Crasin biliosam ac sulphur, deinde & ejus ætatem, Anni tempus, & fortè siderum confluentias excogitaremus; etenim hi morbi quibusdam Anni temporibus astrorum influentiis Corporisque temperamentis & ætatibus longè citiùs ac faciliùs procreentur, grassentur, & exacerbentur quàm in aliis. Sic Aphor. 3. Sect. 3. Τῶν νούσων ἄλλαι πρὸς ἄλλας εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι, καὶ ἡλικίαι τινὲς πρὸς ὥρας καὶ χώρας καὶ διαίτας, ita Aph. 1. & 2. Αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα τίκτουσι νοσήματα καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι ἢ ψύξιος ἢ θάλψιος καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον οὕτως τῶν φυσίων αἱ μὲν πρὸς θέρος, αἱ δὲ πρὸς χειμῶνα εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι. Certis temporibus, Cœlique *metastasi* ac constitutione habituque Corporis & ætate, Aphor. 30. ab Anno trigesimo ad quinquagesimum; veruntamen

τοῦ δὲ χειμῶνος πλευρίτιδες, &c. Aph. 23. Sect. 3. *Hyemali tempore* Pleuritis à *ratione partis* heluatur; sed *vernali tempore* vel *æstivo* ab *humoris* Corporisque temperiei *ratione*, quum non tantum *Sanguis vegetior* dominetur, ultraque limites omnes efferè profundatur, ast & insuper à variis fermentis immodicè turgescentibus, quibus etiam ἡ ξανθὴ χολὴ κατὰ τὴν ἀκμαστικὴν ἡλικίαν πλεονάζει; & à quibus hujus Causa proxima verisimilitudinis in tramite promoveatur.

COROL. V.

Causa Antecedens & Προηγουμένη.

PORrò *potus*, ejus liberalis, lautus & immodicus, ex *Bacchi* Corde vel vino generoso frequentius ingurgitans, genioque indulgens ad hanc Causam προηγουμένην & humores hos sanguinisque sulphureos fervidos ac Corpore coacervatos complurimùm contribuit. Deinceps in Exercitiis vehementioribus dum sese malè gessit usque ad calorem nimium, aut fortassè sudorem, & demùm (aut quum Pori Corporis aperti planè fuissent) in aërem frigidum temerariò sese exponens, ex frigore hoc intempestivo, constipationeque deinde pororum repentinâ, vapores in *thorace* æstuantes & à vi Stypticâ (velut in ergastulo vel claustro) obserati febricitabant, porique membranæ *Pleuræ* Musculorum & partium adjacentium nimìs aperti latique fuerant ad sulphuris & horum humorum deflagrantium profluvia. Nunc *Hippoc.* ipse satis edocuit, Lib. 4. de Morbis, ut *quicquid in morbo redundat*

dat copiis, dum heterogeneitati in principiis contingit, prorsus ad locum fertur, in quo plurimùm superat; in hâc quoque turbatione τὸ δυνάμει spiritus & humores dum διατρέχοντες quaquaversùs, Corpus calefaciunt, aut cuique *parti* adhærescentes, dolorem exhibent. *Et siquid horum* (inquit ille) *in aliquam Corporis partem incubuerit plerumq; morbus ipse deinde denominatur, & appellationem postulat.* Deheinc hæc intemperies *Pleuritis* de jure optimo vocetur. Et hæc omnia *Causam antecedentem* à *plethorâ* vel *cacochymiâ* suppeditante (vel *toto*, vel in *parte*,) constituêrunt.

COROL. VI.

Causa Continens & Συνεκτική.

JAmverò quoad *Continentem Causam* & Συνεκτικὴν, humores hi calidissimi Corpore ac Thorace intùs obturati ac efferi (ob vicinìam) *Cordi* protinùs afferuntur, & à *Corde* per totum Corpus; proinde citatiùs ex fermentis fervidisque principiis à sale ac à sulphure (quæ sanguini inherant,) febricitabat; dum quoque particulæ hæ velùt in flammam accensæ sursùm dissiliunt, plurimumque expanduntur, ad *invasionem* Cerebri, Corporisque Oeconomiæ animalis; æger exinde tàm repentinò correptus erat horrore, cum Febre continuâ. Quippe succi nutritii deheinc in materiem nitrosam crudamve degenerant, irritantur Corpora nervosa, atque in tremores, horrores aut rigores fortasse cientur; nihilominùs humores hi à Corde flagrantes ex eorum particulis sulphureis salinis & copi-

copiosissimè à Corde provectis in PLEURÆ membranam dextri lateris ferebantur & hospitium suscipiebant; quapropter (tam ab *actuali* quam ab *astu* & effervescentiâ *potentiali*) tumorem, phlegmonem, aut inflammationem *Pleuræ* ac *Erysipelatem* efficiebant: insuper exoriebatur doloris pungentis usque ad *Claviculam* Σημείωσις tanta (necnon interdum attestante *Galeno* Lib. 5. *de loc. Affect. cap.* 3. dolor ad hypochondria deorsum vergat.) Hic autem morbus, ut *Pleuritidem* confirmatam satis appareat ex his *Thoracis* & intercostal. musculorum angoribus acribus, instrumenta liberè respirandi præpediuntur; Et dilatatione vel expansione *Thoracis* aut *Mediastini*, respirationem difficillimè ægerrimèq; respondere queant. Quinetiam à Sanguine profuso circa pulmonem congesto ac corrupto *Tussis* protelatur; dumque excretionem *Pulmo* molitur, sputum cruentum evacuatur.

COROL. VII.

Diagnostica.

His perpensis, hujus morbi *Diagnosi* adveniamus propter ejus *Pythognomonica* signa, & deinde συνεδρεύοντα καὶ ἐπιφαινόμενα. 1. Συνεδρεύοντα vel morbo ipso ingruentia sint,

1. Dolores pungitivi & intrinsiciores (propter *tumorem biliosum*, partis & illius membranosæ inflammationem) & ut à doloris ratione *peripneumonia* discriminetur à *Pleuritide*, ita sanè *pleuritis* exquisita à *notha*. Externæ tamen *pleuritidis* ferè sint eadem symptomata cum signis

vera,

veræ, nisi quòd in verâ sint fortiora, decubitusque in *ægrum latus* his est facilior, quia intrinsicior; sed *dolor* in externâ *Pleurit.* pressu lateris exili plurimùm ingravescet, & tantò molestior quantò fit extrinsicior.

2. *Febris* etiam *acuta* continua fit ob Cordis *vicinitatem* fermentantis incalescentisque, & ob sanguinem immaniter ebullientem, spiritusque vitales ex arteriis impetum agentes, succos partesque nervosas in vitio se plurimum habentes; & ob cæteros humores heterogeneos *Pleuræ* membranam velut eorum receptaculum ac subterfugium grassantes.

3. Δυσπνοία, *Respiratio* quoq; est difficilis propter organorum respirandi & dilatandi læsiones obvias, & graviores. Quæ & inter *Epiphænomena* aut Animalem Constitutionem supervenientia numeretur; quippe respiratio spiritus hujus Oeconomiam benè vel malè moratam esse testatur ex usu, voluntate, partiumque spirabilium functionibus; & hæc fit *crebra*, fortè *parva*, quam propter inflammationem pulmonum, *Diaphragmatis*, ac partium Oeconomiæ respiratoriæ dicatarum ob materiæ obstruentis expansionem ad Cerebrum & *Pneumatosin*; unde πνῖγμα fit πυρετῶδες ϗ λυγγῶδες ab æstu quoque cordis majori, & Diaphragmatis incendio; quum nec ex influentiis *Pneumatosis* lenientis genuinis, nec ab anhelandi libertate, calor Cordis aut fermentum ventilari, temperari, ac nutriri possit, proin & inflammandi Magnitudo præsagiatur.

Itidemq; 4. *Pulsus durus* est frequens, inæqualis, & fortè *serratus* quasi *Serræ* dentes repræsentans; quum alia pars attolli, sed alia non attolli videatur; & ob phlegmonem Pleuritidi pulsus in-

inæqualis eſt admodum familiaris;tamen in *nothâ* pulſus haud erit fortaſſe tam tenſus ac durus.

5. Denique *Tuſſis* eſt cruenta ac doloroſa propter excrementitium ſanguinem *Pulmone* coacervatum, & tumorem Pleuræ membranam occupantem; Quis hæc omnia *pathognomonica* (conſpectu) ſolertèr expendet, *pleuritidem* veram ab aliis affectibus facillimè diſcriminabit; ſic *Rondeletius* de *PLEURITIDE. Pleuritis* (inquit) *eſt duplex*, 1. *Altera, quæ extenditur per partem interiorem omnium coſtarum*; 2. *Altera, quæ Coſtam undiquaque inveſtit tanquam perioſtium Coſtarum, & in utraque membrana fit inflammatio, diſtinguitur autem ſpecies ex decubitu.*—— *Hac nota certiſſima deprehenditur; conveniunt omnes in dolore punctorio, in pulſu duro, in difficultate anhelandi; Febre verò & ſputo diſtinguuntur. Omnes enim inflammationes internæ febrem acquirunt, ſed dolor lateris abſq; Febre à materiâ frigidâ vel flatulentâ excitari ſolet.* Et ſatis hæc dicta ſunto de *Diagnoſticis.*

COROL. VIII.

Prognoſtica.

QUoad ejus PROGNOSIN, ab *eventu quadruplici*; nimirum, ad mortem, ad ſalutem, ad ambiguitatem, vel ad metaſtaſin morbi; Quamvis enim primis ejus veſtigiis, morbi ipſius vires gravitate maximâ nondum prementur, nihilominùs remedia convenientia citiſſimaque tuta, nuſpiàm negligenda ſint. Eventus futurus à VIRIBUS *Naturæ* (viz. in *Oeconomi* â

miâ animali aut vitali) vel *Intemperiei* viz. à signis Coctionis ac Cruditatis materiei indicetur, quippe Cruditas morbi diuturnitatem & fortè mortem, *Coctio* verò matura λύσιν ac ejus solutionem ex *Hippocratianâ* doctrinâ prænuntiabit, per *Hippoc.* Aphor. 12. Sect. 1. Οἷσιν ἐν Πλευριτικοῖσι πτύελον, ἣν αὐτίκα ἐπιφαίνηται ἀρχομένης βραχύνει, ἣν δ' ὕστερον ἐπιφαίνηται μηκύνει. Ast *Pleuritide* quâ nihil aut incocta excutiuntur, (ita κακοήθεος aut valdè glutinosum ac viscidum sine Coctione, & χλωρὸν æruginosum sputum, nigrumque, &c.) periculum apparens immineat, forsan *Delirium*(sputis biliosis evacuantibus) sin etiam tardius æger expuere incipiat, tunc morbi solutio tardior erit; insuper ex *Pulsu parvo*, celeri, summoperè duro, vel *serrato*, ægri interitus prognoscetur; è *Galen.* de *præsag.* ex *pulsu* cap. 5. Quibus & ægerrimè *Pleuritis* exantlatur, nisi supernè Recrementa purgentur per sputum, iisque *Empyema* intra dies 14. pertimescatur ex Aphor. *Hipp.* ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι τουτέοισιν ἐς Εμπύημα μεθίσταται. Aph. 5, 8, & 12.

Et *Empyici* nisi diebus quadraginta repurgentur per aliam morbi *metastasin* in tabem transeunt. Porrò *Diarrhœa* (ab *hepatis* & ventriculi inflammatione & è pravâ chylosi, *chymosiq;* superveniens) periculum haud exiguum inferat. Aphor. 16. Sect. 6. ὑπὸ Πλευρίτιδος ἐχομένω Διαῤῥοια ἐπιγινομένη κακόν. Denique terminetur ad salutem per ἔκκρισιν aut excretionem materiæ morbificæ quum bene cocta sit; aut per μετάστασιν materiæ vel *Diadosin*, ad articulos, glandes, aliasve partes (quum non bene cocta) aut per διαφόρησιν & discussionem materiæ, aut per *Hæmorrhagiam*, Hæmorrhoidumque mensiumque

umque profluvia, quæ *criticum in diem* & post coctionis signa bonum præsagiant. Hucusque de *Prognosticis* : nunc hujus morbi *Therapeiæ* protinus accedamus.

COROL. IX.

Medendi Methodus Dogmatica.

AD Ἰατρικὴν *Therapeiam*, methodumque accuratissimè dogmaticam, pensum hoc propter *indicationes* omnes nobis maximoperè incumbit; nimirum à *temperie Corporis*, ægri ætate, Causis procatarcticis & προηγουμένοις, fermentis & succis biliosis febribusque fervidis, ægri morbique viribus, motibus, symptomatibus longitudinem aut brevitatem indicantibus, intemperiei temporibus, principio, statu, vel declinatione, necnon *Planetarum* ab influxibus, (quum morbus ingruerit,) efficaciora remedia medicus imponet. Laconicè tamen loqui, & his quam de jure merito perpensis *Pleuritidis* curatio stabit.

1. Causis Procatarct. Antecedent. & Continentibus auferendis. 2. Dyscrasiam succorum & Symptomata temperando. 3. Dolores gravissimos alleviando. 4. *Symptomata* deteriora præoccupando. 5. rationeque Diætetica omnimodâ regulando.

COROL.

COROL. X.

Phlebotomia.

QUapropter ad *intentionem* primam, ſanguinis emiſſionem in Plethoricis (& quum metuatur aut heluetur inflammatio non aliter) acceleremus; tam *Evacuatoriam* è Corpore toto, quam *Revulſoriam* ad partem contrariam. *Hipp.* 2. de Ratione Vict. in acut. t. 10. & 11. vel ante vel poſt *Enema* detergens, & emolliens, aut fortè ſtimulans (ex *Hiera* in eo diſſoluta) prout exquiramus à Cauſarum meritis ac motivis. Vena deinde *Baſilica* ejuſdemque lateris ſecanda, ſanguis & emittendus ſit ſaltem ad ℥ 10. modò vires ſint robuſtæ; ſed hâc Cautione ſemper, modò corpus ſit *plethoricum*; quippe tàm *Cacochymiæ* purgatio, quàm *Plethoræ* phlebotomia celebranda ſit; & ſolutione venæ quatenùs *Evacuatoriâ* hoc videndum ſit ut Corpus humorum ita ſuccus particularum Symmetriâ prorſus congruâ fruatur, & ut efferi hoſpites foràs ferantur; ſed quatenus eſt *Revulſoria*, & averſoria, humores fluentes retroſpiciat, unde dicitur hæc operatio Græcis ἀντίσπασις, dum eorum fit tractio ad oppoſitam partem; & hæc vena de jure merito eligatur per cujus apertionem *fluxiones* morbiles inhibeantur imò & revellantur κατ' ἴξιν 'Ιαβικῶ per corporis *longitudinem* ſaltem, *Gal. in Hippoc. de* fract. t. o. b. 2. ad Glaucon. cap. 2. Quippe licet ejuſdem lateris, tamen imponitur *Venæſectio* ab externâ parte, dum *pleuritica* hæc inflammatio vel *phlegmon* partem internam dein

&

& *contrariam* occupavit; adeò ut *Revulsio* fit hæc ex *opposito* planè per longitudinem & *circulationem* τὸ κατ' ἴξιν & ad partem contrariam (prout extricavimus.) Quinetiam humores revellantur hirudinibus, vinculis, enemate, Glande, frictionibus, lotionibus, Epithemate, Cucurbitis, Emplast. Epipast. Gallinis & Columbis partibus extremis & oppositis admotis. Sed sufficiant hæc.

COROL. XI.

Sanguinis emissio paulatim, ac præparatio.

ETiamque Venæ-sectio (*Pleuritidis* angore non apertè diminuente) die proximo vel postridie possit iterari; nec esset tutum semel sanguinem ex *Galeni* tramite profuso vel tantis Copiis usque ad animæ deliquium ac lipothymiam effundere. Qui 6. libras uno die (propter plethoram) eduxisse & augurio felici videbatur. D. *Heurnius* etiam (in *Instit. Medic* Lib. 12. de methodo Medendi cap. 4.) una vice plus quam 4. libras sanguinis extraxit successuque sano, nihilominus res hæreat in vado; & hac de re fuerit *Hippocratis* consilium optimum ac incolume prosequendum, sanguinem educendi vel ad Coloris mutationem, *Hipp.* de Ratione vict. in Acut. t. 10. vel κατ' ἴχνος & κατ' ὀλίγον Aphor. 51. Sect. 2. Τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης κενοῦν, ἢ πληροῦν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως ὁκωσοῦν τὸ σῶμα κινεῖν σφαλερόν. Καὶ γὰρ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον. Τὸ δὲ κατ' ὀλίγον ἀσφαλὲς, καὶ ἄλλως ἢν, καὶ τὶς ἐξ ἑτέρου ἐφ' ἕτερον μεταβαίνῃ. Namque plurimùm

&

& repentinè evacuare unâ vice, vel replere perniciosum erit, sed *paulatim* tutum; præterea tamen ad humores benè præparandos, hoc *enema* ante venæ-sectionem optime injiciatur.

℞ *Rad.* Altheæ, malv. Betæ, & Lill. alb. ana ℥ 1. *fol.* violar. fragar. parietar. mercurial. acetos. Endiviæ ana. M. 1.
Flor. Cammomil. sambuc. meliloti, violar. ana p. 1. decoq. in *Aq. Font.* vel potius Aq. Hordei excortic. S. Q. ad ℔. 1. & ß, deinde in Colaturâ dissolve Sacchar. rubrum ℥ 1. Syr. Papav. rhæad. violar. & Elect. Lenit. ana ℥ 1. M. F. Clysterem iterandum toties, uti venæ-sectio repetatur.

Deinceps hujus morbi principio, laxantia potius quam purgantia congruunt, ex Mannâ Calab. aut Cassiâ, vel Diaprun. Diacathol. Syr. Ros. solut, vel *violar.* per se vel decoctis pectoral. & hoc Lenitivum limine præmissum proponemus, viz.

℞ Hieræ. P. S. ʒ 1. Cassiæ recenter extract. ʒ 6. M. F. cum Sacchar. bolus haustulo passular. prunorum aut tamarind. decoct. sumendus.

Fotus etiam ex Malv. Chamæmil. melilot. Rosar. & semin. Fœnugræci, Anili, & Altheæ, cum ficubus lacte, cum vini albi modico decoctis, & forsan utatur spongiis vel linteis extrinsecis regioni Thoracis. Cavendum tamen ne fomenta sint nimis calida & discutientia.

E COROL.

COROL. XII.

Ad aliam intentionem, dolores alleviando.

AD *dolorem pungitivum* mitigandum, quædam *internè*, quædam *externè* famulabunt. 1. *Internè* κάτω vel ἄνω, ideóque bolum Anodynum statuamus cum Laudani opiat. gr. 3. aut 4. aut philonii Rom. ℥ ß. & *Cynoglossi*, pilul. ad ℈ 1. aut pilulas ex terebinth. lotâ in Aq. violar. cum vitello ovi, Sacchar. Albiss. & pulvere Glycyrrhiz. confect. insuper & Rasur. dentis apri vel potius magister. à ℈ 1. ad ℥ 1. Olei Amygdal. dulc. ℥: 2. aut 3. vel. Aq. Papav. rhæados tepidâ q. pl. vel aliis vehiculis appropriatis! ita semen Urticarum in syrupo violarum, & *Stercus* Equinum in Aq. Card. benedict. maceratum per noctem (vel aliâ Aq. specificâ) & manè colat. cum syr. violar. ℥ 1. & *spir. vitriol.* vel sulphuris gutt. 3. aut 4. sumatur intùs successuque bono. Emulsiones etiam *Amygdal. dulc.* in usu fiant, itidemque Trochisc. Diaspermat. & *Lohoc.* de *papav.* leniendo plurimùm conferant, lambendo cum *Glycyrrhiza* bacillo; necnon Enemata *Anodyna* dentur ex *decoctis* lenientium & emollientium ad ℔ 1. Syrupo *Papav.* vel *Violar.* aut ol. Amygdal. aut lini, &c. Olibanum etiam ad ℥ 1. pomo cocto ac sumptum ore, plurimùm laudatur; cui partem sacchari cand. æqualem ex gratiâ melius accipiendi miscetur.

Sed 2. Externè pectus & latus dextrum hoc unguento inungemus, viz.

℞. Mu-

℞. Mucilag. sem. Altheæ, Psyllii, Cydonii, ana ʒ 3. Ol. viol. Camomil. Amygd. & Anethi ana ℥ ß. pingued Anatis, aut anserin. & butyri non saliti, ana ʒ 6. cum cerâ. f. linimentum.

Cataplasmata quoque *Radic.* alb. lilior. & Alth. coct. ad mollitiem, & per setac. transm. ana ℥ 4. farin. fabarum, sem. lin. fænugr. ana ℥ ß. ol. Amygd. dulc. & pingued. Gal. anserin. ℥ ß. cum foliis & flor. viol. malv. consolid. regal. aut aliis ex Anodynis, fiant & commode applicentur.

Emplastrum etiam de *Meliloto* & resumptivum Unguentumque d' Althæa, Popul. & Comitiss. tamen & inter omnia commodissimè decoct. Altheæ, Papav. & specif. fol. in melle ac lacte, calidè (quantum ferri possit) per vesicam porcinam feliciterque imponatur lateri, pro tribus horis una vice; Attamen Pleuritide nothâ omnibus externis sem. Carui, Cumini, Fœnic. oleaque Rutæ; Anethi, Camæmil. meliloti, Ireos, Fimusque Columb. Gallin. aut Caprin. ovorumque vitella usurpantur. Et Aq. è floribus Camæmel. distillat. cujus ℥ 4. cum Sacchar. aut Syr. viol. ℥ 1. erit admirabile præsidium.

COROL. XIII.

Ad tertiam Intentionem ; succorum dyscrasin & Sypmtomata gravia mitigando.

MEdicamenta hæc omnia comparata esse debent tam ad particularum, succorumq; *symmetriam* sanam, quam ad humorum pravorum *reductionem bonam* ; non tantum *crassos* humores attenuando, *viscidos* incidendo, *fixos* solvendo, *adhærescentes* abstergendo & abluendo, sed meatus *omnes* apertos reddendo ; & etiam principia succorum & coctionum omnia, particulasque efferas, fervidas, & nimium activas ad metam πεπειωτέρων ac elaborationem δικαιοτέρων reducendo. Perinde, remedia fiant vel ex *alterationis*, vel *purgationis* gratiâ. 1. Ad calorem temperandum & ex alterationis gratiâ exhibeatur *Julep. sequent.*

℞ Aq. Endiv. Borrag. Acetos. ungulæ Cabal. papav. rhæad. ana ℥ 4.
Syr. violar. rosar. solut. citri ana ℥ 1.
Sal. prunel & Crystal. Tartari ana ℈ 1.
guttulis cum paucis vitrioli ad saporem gratum m. f. *Julepus.* Vel

℞. ▽. rheados & Endiv. ana ℥ *6.*

Syrup. { Portulac. & de 5. Radic. ana ℥ 1. & viol. ℥ 1. cum spirit. vitriol. gutt. *6.* }

Insuper & *Antipleuritica tragæa HARTMANNI* sequens, propinari possit.

℞. Sal.

℞. Salis prunellæ, pulveris flor. papaveris rheados ana ʒ 2.
Corallor. rubrorum ʒ 1.
Sacchari violacei ℥ ß. M.
Dosis sit ʒ 2. cum Aqu. papav. rhead.

Porrò & *Lynchtus* hic ad lambendum

℞. Syr. de *Glycyrrhiz.* & de *hispidula* ana ℥. ß. de hyssopo ℥ 1. Aq. Ungulæ Caballi ℥. 1. & ß. & Oxymelit. S. ℥. 1. addantur etiam *Lohoch* de pino ℥ ß. Rad. brioniæ & urtic. semin. ana ʒ ß. spec. diatragacanth. ʒ 1: spec. diaireos ʒ ß. Syr. Capil. Ven. & Glycyrrhiz. ana q. p. f. lohoch.

Et POTIO fiat à *Radic.* Glycyrrhiz. ʒ 2. Altheæ. ℥ ß. *Semin.* fœnic. sparag. anisi ana ʒ 1. & frigid. major. ʒ 1.
FOL. Veronicæ, violar. salv. Hysop. ana M. ß. Fruct. *Caricarum* n. 4. *jujub.* n. 6. decoct. Aq. Com. ad tertiam, & ad colatur. ℔ 1. adde oxymelitis. S. ℥ 2. syrupis Glycyrr. & Capill. q. f. potio.

Sed contra febriles particulas ebullientes, præter *julep.* hoc etiam lambile sequens exhibeatur,

℞. Syr. viol. ℥ 1. papav. & Ros. ana ℥ 1. Aq. veronicæ ℥ 1. & Portulacæ ℥ 1. & cinamomi ℈ 2. pulv. Glycyrrhiz. ʒ. 1. & pulp. 4. sem. frigid. major. ana ʒ ß. f. Eclegma.

Ejusque μικροποσία (per totum) sal prunellæ commodissimè dissolvetur ad ʒ ß. haustulo cum quoque 3. aut 4. vitrioli sulphurisve guttulis. Victusque tenuis ei cum ptisanâ vel potu hordei decortic. cum passulis & rad. Glycyrrhiz. decoctis optimè concedetur; & sæpe jusculum ex

 hord.

hord. decort. sorbeat. inter hæc Elect. lenit. ad ℥ 1. horis decumbendi detur.

Sed materiam ad expectorandam ulteriorem haustus hujus potionis diebus singulis propinetur.

℞. *Rad.* Glycyrrhiz. ℥ 2. Altheæ, consol. regal. Fenic. Asparag. ana 1. & ß.
Sem. Anisi ℥ 1. melon. ℥ 2.
Fol. Hysop. Beton. Salv. ana M. ß.
Flor. viol. & papav. rhead. ana p. 2. caricarum & jujub. sebest. ana n. 4. cum passulis aliquot coq. in Q. S. Aq. Font. ad tertiam; cui adde oxymel. ℥ 1. Syr. ungulæ Cabal. & viol. ana ℥ 1. f. potio, & Perlarum essentiam quint. gutt. 4.

His continuandis pro 11. diebus si Febris tam diu sisteret. Electuarium quoque de diatragacanth. frigido concinnè, s. a. cam syr viol. & sulphuris lacte paratum plurimùm prodest.

COROL. XIV.

Cathartica & Sudorifica.

His præmissis ex gratiâ purgandi, lenientia imprimis adhibenda (ne humores & activæ particulæ nimium concitarentur aut promoverentur) nempe ad ℥ 1. Elect. Lenit. Diacathol. Diacassiæ, Diaprunis, aut Mannæ; post septimum diem de Rhabarb. ʒ 1. de Cassia ʒ 6. cum saccharo bolum sumat; deinde ad fortiora, ut Elect. benedict. laxativ. & Infus. Rhabarb. vel cum succo cichorii compos. sed ad sudandum in lecto & corroborandum, de hoc solido.

℞. Uni-

℞. Unicorn. C. C. præp. ana ℨ I. pulv. Dicarein. ℨ I. Coral. rubr. margarit. cryſtal. præpar. ana ℨ ß. Dentis apri ℨ I. M. detur de pulv. pro doſ. ℨ ß. in Aqu. Card. benedict.

Aut de hoc ſequenti liquido.

℞. ſpir. ſalis nitri & ſp. vini ana ℈ I. aut ℨ ß. Salis & Card. bened. ℈ ß. Miſce cum Aq. tepidâ papav. rheados gr. 2. aut 3. Patientemque diſpone ad ſudamen cum regimine.

COROL. XV.

Ad quartam Intentionem, Diarrhœamq; præcavendo.

ORdine *Procedendi* & Corporis humores hos velut hoſtes *proſequendi*, tantò *Medicis*, quantò *Ductoribus Exercituum* occurrunt Regulæ Generales hæ.

1. Ut id ſit priùs agendum, quod præmiſſum viam ſternit ad actiones neceſſariò ſequentes aut remedia; deinde Cauſæ de jure primò poſtulantur, quippe dum hæ foventur, remedia inania reddentur; & quoad intemperiei *Therapeiam*, Cauſæ rationem impedimenti continent, unde Cauſæ ſint averruncandæ vel minuendæ ſaltem.

2. Indicanti vehementiſſimè prementi prius ut remediis appropriatis ſubveniamus (niſi de legibus naturæ vel medicinæ præceptis quid obſtabit). Ex his quoque Regulis, Praxis hujus ſpecimini huic ſuccincto obtemperavi. Jam verò Medici periтiſſimi penſum (his ſequentibus *Coroll.*) eſt idem penè *Strategi* μεγαλοψύχου officio, quum magnâ

ex clade sævorum hostium, Copias debellaverit, Trophæis & Insignibus erectis, victoriæ vestigia, inimicorumque in fugam inclinantium terga, (vel ad calces eorum) sedulissime premit ; dum fortitudine prudentissimâ fugam & eorum subterfugium intercludit, nisi vel aciei gladii subjiciunt, Victoris ad jura subeunt, vel vias per apertas (clypeis scutisque abjectis) dissipant. Hâc etiam solertiâ, nec eorum vires fractas ac dispersas in unum uspiam recolligere permittat ; nec alio campo locove dominatum usurpare, vel ἐνκεργσίας leges & sanitatis jugum excutere. Demumque victoriam Cautione justâ interponit, ac à futuris incendiis, & conflictibus, securam sibi reddere molitur.

Parique ratione, solertiâ, & stratagemate ; MEDICUS hostiles hos corporis humores & hospites effrænos, usque ad eorum subductionem, vel subter aciem priorum *Medicam.* dispersionem ad amussim sectari, venari, & audacter ἀγρεύειν, utpote θηρεύειν, plurimum exantlavit ; ne vires novas aut eorum fractas per Morbi *Metastasin*, in altero loco vel sede *ad caput* recolligerent ; ideóque per oculatissimam Ἰατροτέχνην deprehenduntur, per apertas vias depelluntur & franguntur, ne *Diarrhœâ superveniente* (ex *Viscerum* κακοπραγία) novis cum viribus redintegratis invictisque æger ad extremum vitæ sterneretur. Nunc apertæ viæ, per quas materia hæc morbilis evacuatur, sunt per *Tussim* cum sputo, per *Vesicam* cum Urinâ *Gal.* 6. de loc affect. c. 4. per *Alvum*, *Gal.* 6. method. Med. cap. per *Abscessum* aut Empyema. *Senn.* Lib. 2. præpar. 2. Cap. 16. Q. 5. per *Sudorem*, & insensilem *transpirationem*, ob particulas

culas penitiores ac nimis evectas. His quoque viis quoad intentiones priores medicandi, nocuos humores & *Pleuritificos* protrudendos indigitavimus; hâc tamen intentione quartâ, *Diarrhœæ* morbo diligentiùs obviam ire restet. Etenim ὑπὸ Πλευρίτιδος ἢ περιπνευμονίης ἐχομένῳ Διαῤῥοιη ἐπιγινομένη κακόν· Aphor. 16. Sect. 6. quoniam vires naturæ tunc languescunt, morbique summum ad periculum ἐχομένοις formidolosè valent. Quapropter ad hujus præcautionem opportunam, *Syrupi Myrtorum*, Cydoniorum, taliumque *astringentium* felicissimè ministrentur. Oleumqne ♂ in *conserv. Rosar.* aut rad. *Symphyti* remedium haud secus ac præstantissimum celebratur. Sed ad *Pleuritidis* ipsius præcautionem; si pomi dulcis pars superior orbiculatim amputetur, inferior excavetur & *Thure masculo* bene pulverisato, succoque *Glycyrrhizæ*, sacchari & *amylo*, commodè compleatur; repositâque parte absectâ velut operculo, stuppis & involutâ vel ligatâ simul, sub Cineribus coquatur, vel in hypocausti fornace; & postea magis commodè comedatur, vel multoties ex augurio comprobato.

COROL. XVI.

Ad quintam Intentionem, aut rationem diæteticam.

POstremò, quoad *Diætæ rationem*, (ob Causas *procatarticas* ac forinsecùs Corporibus obtingentes) *Classim* integram rebus ex 6. non-naturalibus proferamus; & imprimis *Aër* optime temperatus *Pleuritifero* conveniat, qui vitiis & *Anomaliis*

maliis ab immoderatione qualitatum aut ab aliis *inquinamentis* haud correptus est; quippe quando nimio calore, vel frigore, vel siccitate præditus τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων locum hâc intemperie præcipuum forte postulabit. Aëris enim Diathesis ut in Regionibus ac temporibus æstuosis fervida, particulas sulphureas & sanguinis inflammabiles nimis augeat. Ast *frigida* è contrà, succos incrassando, spirituum influentias quasi consopiendo, eos torpidos & ignavos reddendo, motumque eorum ad has partes retundendo, unde partes hæ nervosæ forsan hyeme languescant. Adeò ut à Dogmate *Hippocratico* Aphor. 23. Lib. 3. τοῦ δὲ χειμῶνος πλευρίτιδες &c: Hibernis temporibus & *Aquiloniis* hi morbi luxuriant, succi quoqne nutritii tum elaborationem & *Pneumatosin* sanam, tum à sero ac phlegmate depurationem, tum in has partes & membranas ejus distributionem frigor impediat. A *siccitate* tamen *aëris ferventis* & æstuosi, particulæ sulphureæ biliosæque acritèr exacuantur; deinde *membranæ laterales* ex horum hospitum effrænâ tripudiandi libidine compungerentur velut à *Tarantulæ* morsibus aut ictibus *Aspidis*; insuper & insignes *Syderum* ac Constellationum Zyzygiæ quædam, commistionesque haud dubio hujus intemperiei proclivitatem longè majorem reddere solent; quidni credamus? dum ex variis eorundem syderum motibus, ortu, occasu, configurationibusque tam varias vicissitudines pariter aërem subire facillimè cernamus, quibus hominum (etiam) temperamenta diversimodè ac aptiùs afficiuntur; ideoque ratione sanâ *Ptolomæus* ipse dixit, Planetæ motum περὶ τὴν συγκινότητα, καὶ τὴν τῶν ὑγρῶν ἀναθυμίασιν efficacem esse, & pro eo Cœli positu

quo

quo quis natus est, ejus vim cuique corpori forsan accomodari: quo & certo sidere remedia diversimodè variari ac animari censuit *Antiquitas*. Necnon ex *Hippocratis* autoritate, *Aristotelis*, *Galeni*, *Avicennæ*, & aliorum; nonnulli *Syderum* φαινόμενα diversis affectuum procreationibus & inter alia Pleuritidi inservientia statuerunt. Porrò motus & corporis *immoderatus* quamplurima affert salubritati incommoda, ab omnibus (præcipuéque *Pleuritidi* pronis) vitari debet; ne nervorum *balsamum* absumeretur, oleaginosum humidumque exsiccaretur, & sanguinis inflammabiles particulæ concremarent ad morborum ortum aut *Oeconomiæ* naturæ interitum. *Vigiliæ* etiam *nimiæ* vitentur, ne spiritus exhaurirentur, succique fervoribus & acrimoniis exacerbati, partesque geniis propriis orbatæ aut defraudatæ essent; & insuper sit somnus placidus. Sed à πολυποσίᾳ vinisq; generosis abstinendum, quanquam ea *Pleuriticus* avidissimè cupiret tamen ante morbi declinationem Pleuriticis *Vinum* est instar veneni τὸ γὰρ ἄκαιρον πανταχοῦ λυπηρόν. Ut & *Poeta* lepidè cantaverit;

Temporibus Medicina valet: data tempore prosunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Potus ideò sit *Ptisana* vel Aqua saccharata cum Cinamomi modico, *Glycyrrhiz.* passulis, & Oxymelite; sive decoctum pectorale cum *jujubis* & *melicrato*, Victus etiam tenuis rationeque accuratissimâ. Deinde Αἱ γὰρ πληρώσιες, αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἀφιγμέναι χαλεπαί. Aph. 4. Sect. 1. *post tenuem diætam* (ut in hujus morbi vigore) *renutritiones subitæ sunt periculo plenæ*; unde fit, *ut à*

victu

victu pleniore ad parciorem gradatim deducamur, ita ab exhaustu, ac Pleuritidis expectoratione copiosa PAULATIM ac præcautim (ad diætam plenam) *reducimur.* Salsamenta quoque & exasperantia vitentur omnia; Alvus & *Enematibus* lenientibus aperta continuetur, sed in morbi declinatione Cibus εὔχυμος liberiùs assumatur, vinoque fortasse tenuiori; & breviter hæc dicta sunto.

DIS-

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
IN
APOPLEXIAM.

QUÆ

Numine Divino Favente & Fovente
Ex Authoritate Magnifici D. Rectoris Clarissimi
D. HENRICI REGII,
Equitis Aurati, & Medicinæ in hâc Inclytâ Florentissimâque Academiâ *Ultrajectinâ,* Professoris Primarii:

NEC NON

Nobilissimi Senatus Academici Consensu, Celeberrimæq; Facultatis Medic. Decreto;

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in Medicinâ Privilegiis, honoribus, & Laureis insignibus, ritè ac solenniter consequendis,
Publicè ad ventilandam & Discussionem profertur aut proponitur.

Per JOHANNEM ROGERSIUM, Anglo-Brit. *Academ. Cantabrig.*

Ad diem 15 Octobris, horâ locoque solitis.

EDITIO SECUNDA.

LONDINI,
Typis *E. Cotes,* pro *H. Eversden,* apud insigne Canis Leporarii in *Cœmeterio S. Pauli,*
M.DC.LXIV.



Eruditiſsimis, Eximiis, & Clariſsimis Viris

Mihique in honore ſummoperè habendis & Colendis

D. D. HENRICO REGIO: Equiti Aurato, Medic. Celeberrimæ Academiæ Rheno-Traject. Profeſſori Primario & Præſigni.

NEC NON

D. D. ISBRANDO de DIEMERBROECK, Ejuſdem Academiæ Medic. Profeſſori, Præſtanti, & feliciſſimè Practico.

Se, Suum, Theſeſq; has Inaugurales

Ut & Animi Gratiſſimi τὸ Μικρο-τεκμήριον

Addictiſsimè & humillimè

Dat, Dicat, Dedicatque

JOHANNES ROGERSIUS, *Author & Reſp.*



CAP. IV.

DISCEPTATIO MEDICA INAUGURALIS, IN

APOPLEXIAM

Τὸ Προοίμιον.

Inter omnes Morbos, Corpus humanum avidissimè belluantes, Hic de Apoplexia *in Cymbâ Cha*rontis *sedem summam fastidicamque pro suo postulavit. Et Quantum, heu! Quantum incommodi Capitis* Dyscrasia (*præ aliis, humano generi adversam*) *præproperè propagaverit, non Praxi tantum* Medicæ, *sed Politicis experimentis (ab hoc* Naturæ *Protocypo commentario) sit obvium. Et uno hoc Morbo (cujus hyparxis* constat *in obstructione,) Natura ipsa prævalet ad animadvertendum; Sanguis conjectus, calamitates, dolores, Deliquia & Symptomata (ad totum populi Corpus) lethifera ex omnibus* [illegible] *Animantium, deprimuntur tam Spiri-*



CAP. IV.

DISCEPTATIO MEDICA INAUGURALIS, IN

APOPLEXIAM

Τὸ Προοίμιον.

INter omnes Morbos, Corpus humanum avidissimè heluantes, Hic de Apoplexia in Cymbâ Charontis sedem summam fatidicamque pro suo postulavit. Et Quantum, heu! Quantum incommodi! Capitis Dyscrasia (præ aliis, humano generi adversans) præproperè propagaverit; non Praxi tantum Medicæ, sed Politicis experimentis (ab hoc Naturæ Prototypo mutuatis) fit obvium. Et uno hoc Morbo (cujus hyparxis constat in obstructione,) Natura ipsa protulit ad animadvertendum; Quantæ miseriæ, calamitates, dolores, Deliquia & Symptomata (ad totum populi Corpus) lethifera ex omnibus eorum Διαπολιτείαις depromantur, cum Spiri-

tus Animales eorum Capitis (*aut Principalium*) *intercipiuntur & grassantur*, *ex eorum influentiis benignis*.

Ah miseri! miseri! tanta laborare Charybdi!

Tum Quis? Quis tam ferus? tam ferreus? aut torpedine Μεγαλο-πίνηρος; *Qui Consiliis, Auxiliis*, *Remediis Optimis & optatissimis, ad hoc Caput adjuvandum, ad ejus* εὐκρασίαν *recuperandam*, (*& proin Corpus totum ad emergendum à Faucibus Fati*) *seipsum non involveret & evigilaret? ita* Caput humanum *ab hâc intemperie*, *& Animales Spiritus ab his Læsionibus quis oscitantèr tunc ratione postponere queat? Quapropter ad rem & Rhombum festinemus*.

THE-



THESIS I.

De Apoplexiâ.



Poplexiæ nomen haud immeritò depromptum est à *Plexibus* aut ab ἀπὸ & πλήττω propter Animalium reverberationes, & Percussiones tam repentinas in Organa Sensuum & Motuum grassantes; unde, Arterias, Venas, & Plexûs Choroidis Glandulas intumescere in *Apoplexiâ* forti continuò contingit. Hoc etiam fiat a Sanguine Glandulas illas infarciente, Qui permeare nequit, sed ab aliquo Novo affluxu ex *Arteriis Carotidibus* impellatur, ad Orificia venarum Capillarium divulsa; undè Cerebri *Ventriculi*, ultra limites omnes à Naturâ præscriptos exundantur illo Sanguine & Naturæ tota *Oeconomia* miserrimè pessundatur aut pervertitur. Latinis etiam & ab Antiquitate ob ejus casum tam improvisum *Sideratio*, quasi *Fulmen Sidus*, erat nuncupata.

II.

Quocirca de *Morbo Apoplectico* definitionem hanc dispendam, viz. *Apoplexia est functionum Animalium interceptio subita, & ex improviso surrepta (Respiratione tantùm exceptâ) usque ad privationem*; in quâ Æger ita susceptus vix indicium sensûs unum aut Motûs Arbitrii præbeat.

III.

Estque vel *Vera* & Fortis, vel *Notha* & debilis. Nunc *notha* aut spuria, sopor est profundus, ab humoribus mixtis originem ducens, lenius & paulatim invadens, cujus vitium propagatur ad vasorum Carotidum poros, & in Venis, Arteriis, aut viis EUNTIBUS AD CEREBRUM sæpissime insignitur. Et exinde dicatur forsan *Apoplexia* per SYMPATHIAM, dum aditu non exitu spiritus inhibentur.

IV.

Sed *Apoplexia Vera* & *Exquisita* oritur ab humore *Sanguineo* aut pituitoso, acutissime & inopinato diripiente; Cujus vitium fœnoratur in Cerebri ipsius SUBSTANTIA, sed *fit* in Ventriculis, Nervis, Spinalisque Medullæ Radicibus, aut Viis à CEREBRO & EXEUNTIBUS. Unde Æger tantoperè surreptus est (q. oculi nictu) *Symptomatibus* tam mortiferis, & *ablatu* difficillimis; Quæ ex *Hippocratis* ipsius τοῦ Ἀστέρος Ἰατρικῆς Βιωτικῆς ore aut oraculo optime prædicantur Aphor. 42. Lib 2. Λύειν ἀποπληξίην ἰσχυρὴν μὲν ἀδύνατον, καὶ ἀσθενέα δὲ ῥηΐδιον, Solvere fortem *Apoplexiam* impossibile, & *debilem* difficile videatur. Hæc *Apoplectica Diathesis* fit per IDIOPATHIAM.

V.

Partes tunc *affectæ*, non tantum *ventriculi* sunt Cerebri, verum etiam & *primariò* PORI inferiores (ob eorum Compressionem aut occlusionem) ubi Nervi Originem duxêrunt. Sed *secundariò* & per *Sympathiam* Cor, at inde totum Corpus. Etenim ex Arteriarum *Carotidum*, venarumque jugularium obstructionibus, *Circulatio* Sanguinis

Sanguinis justa, Cor versus, impeditur; unde uno & eodem tempore, *Spiritus Animales* ex cerebro ad Corpus & *Spiritus Naturales* à *Corde* ad Cerebrum pertinaciter sufflaminantur: Nunc *plexus Choroidis* partes reticulatim complicantur (præter Membranam pertenuem) de *Glandulis* & *Vasis* viz. Venis & *Arteriis*, in tribus Cerebri ventriculis superioribus ramificatis, (& χοροειδῆ πλέγματα nuncupantur) quæ per *Anastomosin* coeunt; & quoad *Usum*, ARTERIÆ Sanguinem vitalem Caloremque Meditullio *infundere*, sed VENÆ (calefacto Cerebroque vivificato) sanguinem residuum *refundere* statuuntur. Nunc hæc vasorum ancillantium officia præ-occupantur, Nervi comprimuntur, Animales spiritus Corruunt, & Ventriculi (Sanguine superfluo referti) deprehenduntur ad *Apoplexiam* fortem, aut idiopathicam.

VI.

Morbum tamen hunc enucleare debemus, juxta ejus discrepantiâ à *Comate*, Caro, & *Lethargo*. Quamvis enim intemperies Lethargi oritur à Sanguine crasso, aut pituitoso, Cerebri posterioribus infestante, etiamque profunda propensitate ad somnum; cum *Febre* tamen, & aliquando *Delirio*, gravescit & obtorpescit. Sic in *Comate*, Æger oculos aperit, loquitur, ac Responsa edit, quæ nuspiam in Apoplexiâ fiunt. Et quanquam *Carus* est Febris expers, vixque oculos aut os aperire potens, vellicatus tamen sentit, nec humores in illa mole tantâ congesti sunt, quam in hac intemperie, dum Apoplexiæ fortis hyparxi, *copia* Sanguinis immensâ Ventriculi omne, implentur, Nervi omnes oblidentur, Spirituum

rituum influxus reipsâ & rapidissimè prohibentur, donec *Agnum Lupus devoravit* & à *Galeno* 2. Aphor. 42. vocatur φλεγμονώδης διάθεσις.

VII.

Hic morbus rapidus ut faciliùs gignatur quibusdam *Temporibus* Anni, ita Quibusdam Corporis *Temperamentis*, & quibusdam *Ætatibus*; ut ab illo *Promo* Medicinæ exprimitur, Aphor. 57. lib. 6. Ἀπόπληκτοι δὲ μάλιστα γίνονται, ἡλικίῃ τῇ ἀπὸ τεσσαράκοντα ἐτέων ἄχρις ἑξήκοντα. Namque *Juvenes* rariùs, sed *Senes* & viriles ab An. Quadragesimo ad Sexagesimum sæpius helluantur ab hoc morbo, propter sanguinis quantitatem, aut qualitatem crassam ac grumosam ætate illâ provectâ, circa *Carotides* & plexûs Reticularis *Glandulas* egregiè luxuriantem, plerumque tamen à Pituitâ & interdum à Tartareis fæcibus & melancholiæ succis.

VIII.

Ad *Causam Procatarcticam*. Diathesis Naturalisve prædispositio interdum humanum genus huic morbo aptè præstituit; propter habitum Corporis *Athleticum* & *plethoricum*, etiam propter vitæ genus studiosum sedentarium aut nimium & egregiè laboriosum. Etiam *imbres ingentes*, & nebulosum Cœlum nonnihil ad causam συνεχομένην contribuunt. Sed uberrimè ab *Hip.* dedeprom tur. lib. 3. Aphor. 16. Νοσήματα δὲ, ἐν μὲν τῇσιν ἐπομβρίῃσιν ὡς τὰ πολλὰ γίνεται πυρετοὶ &c. Καὶ ἐπίληπτοι, καὶ ἀπόπληκτοι &c. Namque Sanguis aut corporis Succus est viscidior, & ad *glutinationem* aut obstructionem plurimum paratior. Prætereà Commessationes, compotationesque lautæ *ex-*

Bacchi

Bacchi Corde, vinis generosis & optimis, pariterque exercitia nimia, animique pathemata, ira, & Sanguinis ebullitiones, intumescentes, sic Evacuationes præpeditæ, (venæ-sectione omissâ Remediisque *prophylacticis*;) necnon Tempus *Vernale* & *Autumnale* propter Sanguinis efflorescentiam & fermentationem iis temporibus, hæc Causam *Antecedentem* constituere possunt.

IX.

Sed *Causa continens* aut *conjuncta* est Materia Sanguinis Crassa aut Pituitæ *Apoplectica* circa venas jugulares, *Arteriasq; Carotides* collata & dilata, ibidemque arctans & comprimens, ipsiusque plexus Glandulas nimiopere infarciens; insuper & particulæ activæ terrestrioribus, tartareis, grumolis aut concretis inviscentur hac compage morbili, spiritusq; animales *exitu* prohibeantur, & ex tramite verisimilitudinis ipsa *Pneumatosis* sistetur; præcipuéque quum *novis ab effluviis* sanguinis, (ut extricare prælibavimus) ventriculi forsan amplius ingruantur ac premantur; Succi tunc nervosi generis & *Animales* surriperentur, sensorium sterneretur, æger & pathognomonicis omnibus prosterneretur, respiratione solum restante. Sed hæc etiam ob nervos Respiratorios affectos difficilis sit usque ad Stertorem & Ronchum.

X.

Quoad morbi *Diagnosin*. Συνεδρεύοντα & Επιφαινόμενα statuemus. 1 Συνεδρεύοντα aut morbo invadentia, sunt Spirituum talis inopinata interceptio, sensuum & motuum abolitio, in humum Ægri prostratio, sed pulsu (pro tempore) pleno & va-

 lido.

lidos. *Epiphenomena* verò aut supervenientia, sunt *Ronchus* & *Stertor*, alteratio pulsûs paulatim, & (si sit à Sanguinis plethorâ) facies à sanguine benè tincta, (& abinde facillimè discriminetur à *Syncope*.) Hoc signum de Patre meo Clar. & Charissimo N. *Rogerso* Anglo-Britanno Verbi Dei Dispensatore, Nominis & insignis Eliensi *Præbenda*, confabularer. Qui in Die Dominico post concionem matutinam, & in cœmeterio dum domum rediebat absque ullo præsagio aut querelâ, inopinatò & in humum mutus & immobilis prostratus fuit, sed ante Concionem pomeridianam mortuus; nunc post obitum ejus, usque ad Sepulchrum, vultus erat amabilis, sanguine tinctus & omnibus spectabilis, veluti Rosa rubra; Nonnunquam quoque post obitum copiosa sanguinis effusio fiat è *Naribus*, ex ventriculis Cerebri nimiopere inundatis & refertis.

CLXI.

Quoad PROGNOSIN. Peracutissimè diripit, fortis Apoplexia: *hyparxin* aut per idiopathiam, & invadit penè ad desperationem, præcipuéque absque *Stertore*, aut absque *febricula* superveniente ad materiam Apoplect. dissipandam; & hoc optimè profatur ab *Hipp*. Aphor. 51. lib. 6. Ὁκόσοισιν ὑγιαίνουσιν ὀδύναι ἐξαίφνης γίνονται ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ παραχρῆμα ἄφωνοι γίνονται καὶ ῥέγχουσιν, ἀπόλλυνται ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ, absque febre intra septem dies Ægri subitò correpti & obmutescentes certè intereant. Sed febris mediocris est laudabilis; item *Hæmorrhoides* ad revellendum, & *Hæmorrhagia* ad derivandum humorem tam benè & benignè conferunt, ut à peritis medicis tunc *Morbus* in *vado* videatur esse, & profectò ab Arte hâc Apollineâ restitu-

ti

ti fuerunt, rarissimè tamen absque Paralysi vel in toto (viz.) per Paraplegiam, vel ex parte, & uno latere, nempe per Hemiplegiam. At tamen quoniam hæc affectio diversis Medicorum usibus succurrere solet (imò & crebrò casibus desperatis,) ideoque omnibus herbis ad morbum amovendum commendemus.

XII.

Jam quoad THERAPEIAM, Medico incumbit hoc admodum difficile Pensum ad duplicem medendi Methodum. 1. Ad Prophylacticum, Quæ tam præcautiones Diæteticas, quam institutiones alias (ad indicationes præservativas) edit. Sed ad causam, προηγουμένην, & Antecedentem præoccupandam instituuntur phlebotomia (Lunâ in Aquario existente) Cathartica, & Frictiones extremorum Crebræ, ad derivandum aut revellendum; ita Ligaturæ, Cucurbitæ, Scarificationes, necnon Decocta â Chinâ Diaphoretica & similia; quæ juxta causarum varietatem variantur, & diversimodè tractantur. Hæmorrhagia etiam, & venæ Hæmorrhoidales ad sanguinem profluendum accommodissimè excitentur. Deinceps methodo Dogmatica (qui τόλμαν καινὸν ἢ γνώμην) adveniamus; & inter omnia Biantis sententiam diathesi hâc ac hyparxi Apoplecticâ consulemus in limine, Ἡδέως καὶ τὸ πρᾶττε. Quippe maximâ cautione susciperetur hoc opus, ideoque

XIII.

2. Ad Methodum Therapeuticam, Hæc intentiones curativas respiciat, & circa Indicationes 6. ad Revalescentiam perfectam versatur. 1. Circa Revulsionem. 2. Corroborationem. 3. Discussionem.

cusſionem. 4. Evacuationem. 5. Præcautionem. 6. Diætam. In limine tamen (dum *Animales* à cerebro, & *Vitales* à corde ad cerebrum obſtruuntur & tam contumaciter) *Prognoſtica* primò penſitemus ac retroſpiciamus à magnitudine *Symptomatum*; Ori ſpuma inſidens eſt *Symptoma* lethiferens, quoniam humiditas genuina pulmonum *parenchymatis* exprimatur per *Apoplecticam* percuſſionem vimque fortem, & ſi non ſternutabit æger à *Sternutoriis* de *Pulv. Euphorbii* Caſtor. Helleb. albi *&c.* ſit lethale. Quæ verò cum *dyſcraſiâ* febrili ingruunt, curabiles magis indicentur; ſed ægrius curentur, quæ à *contumaciore* humore pituitoſo, & ægerrimè quæ ab atrâ bile aut melancholiâ pertinacitèr inviſcante ſpiritusque animales ſuffocante. Idcircò prognoſis ſit interponenda, & ſi curandi ſpes affulſerit ulla tunc prorſus amplectendo; tamen urgentiùs ſymptoma primò curandum, & deinde cauſæ impugnandæ ſint tutiùs. Porro numne ſpirat Æger per Κάτοπτρον aut Candelæ flammam ad *os* propè poſitam probemus. Etiamque jus dicere de *Pulſu* Neceſſe ſit; Qui à Naturâ conſtituitur *Thermometron*, & Index eſt Cordis; deinde ad Intentiones Curativas citò tutò & jucundè progrediamur, *καιρὸν γνῶθειν ϗ κινδυνεύειν φρονίμως, ἀλλὰ βίᾳ μηδὲν πράττειν.*

XIV.

1. Ad *Sanguinem revellendum* & *derivandum*; Venæ viz. (Cephalica, & *Mediana* itidemq; *Saphæna* pedis utriuſque) aperiantur. Acria quoque & valida *Suppoſitoria*, aut *Enemata* uſurpentur. Apoplecticæ venæ poſt aures aperiantur, præcipuèque quum facies cruore tincta ſit, & haud dubio

ad

ad rem proficuam *sanguisugis* pone aures admotis *causam continentem* derivemus. Urticarum folia nuchæ & cruribus ad revulsionem utuntur. *Cucurbitulæ* etiam capitis vertici aut Collo, aut Scapulis, & *vesicatoria* ad *Nucham* vel pone aures bonis auguriis imponantur. Partes extremæ sale & nitro, aut acri aceto, aut Spiritu vini perfricentur, *crura* & brachia arctissime ligentur, oleisque Castorei aut Rutæ, *Tempora* & *Nares* ungantur. Sed *Enematis* robusti Exemplum unum proponemus.

℞. *Radic. Ireos, Pyrethri ana* ʒ 1. *Ari & Hellebori ana* ℥ 1.

℞ *Herb. Beton. Salviæ, Melissæ & Marjoranæ Calaminthæ montan. Rorismar. Rutæ, Centaur. minor. ana M* 1.
Fol. Senæ. ℥ 6. *Pulp. colocynthidos* ℥ 1.
Sem. Urtic. Cumini. Anisi ana ℥ 2. & ß. *coquantur in Aq. & vini S. A. & coletur ad* ℔ 1. *tunc adde, de Elect. Hier. Simpl.* ℥ 6. *Ol. Rutæ, camomil. Mellis Mercurii, castorei ana* ℥ 6. & *Salis gemmæ* ℥ ß. *M. F. Clyster.*

Et in omnibus *Clysteribus* Apoplecticis dissolvemus *Ben. Laxativum*, Hieram, Diacolocynthiden aut talia fortia & specifica ; ut Mel Mercurii, & Olea de Castor. Anethi, Rutæ, Absinthii &c. aut crocum Metall. ℥ ß. cum infusione specific. demus pro Clystere.

XV.

2. Ad *Cerebrum corroborandum* & Animalem facultatem ac Pneumatosin excitandam dentur *Aquæ Anti-epilepticæ* ; Mirabilis, & Cœlestis ; etiam Aq. *Theriacalis* Cephalica, Quercitani Cochlear. 1.

Item

Item Aqua Matthioli bezoardic. cum *Syrrupis* aut potissimum cum *Spiritibus* Cerasorum nigrorum, Pæoniæ, & Lavendulæ. Etiam *Elixir* Proprietatis Paracelsi guttulis aliquot; & Oxymel. scillit. cum Mithridat. & Aqu. cerasorum nigrorum permixtum. Porro *Essentia* Rorismar. & Salviæ. Sed optime convenit *Theriaca Andromachi* Aquâ cœlesti, aut Apoplecticâ, & linguæ aut palato imponatur. Necnon *Hartmanni* Aq. *Antapoplectica* laudatur. ℞ Flor. Lilii Convall. recentis (mense Maio) & sine apiculis, flores in vino generoso digere per *ignem* aut *solem* in vitro optime clauso, donec lavendula quoque floreat; cujus Flores cœruleos absque apiculis & calicibus diligentèr separatis æquali pondere conjunge, cum floribus lilii convallii in idem vitrum, quod firmiter clausum relinque ad *mensem Septembris* (tamen ad efficaciam majorem, flor. primulæ Veris ad ℔ 1. Anthosat. salviæ, bugloss. Tiliæ, Stœchados, ana ℥ 1. cum Rad. *Pæoniæ*, iridis flor. caryophil. ana ʒ 6. macis, galangæ & lign. Sassafr. ana ʒ 1. semin. Fænic. Pæoniæ ana ʒ 2. in maceratione (floribus prioribus) imponerem) tandem per alembicum ex M.B. distilletur, quippe *Apoplecticis* tam prophylacticè quam *curativè* plurimum prodest & ex capite mortuo sal eliciatur ad ulteriorem hujus spiritus Antapoplectici imprægnationem. Dosis hujus ▽ Cochl. ß. vel 1. sit per se vel cum gutt. 1. Ol. succini jejunè sumend. Illinatur etiam Caput oleis *Castorei*, Anethi, *Camæmil.* in quo coquuntur Dictamnum, Zedoaria, & Calaminthi. Balsamum etiam hoc Apoplecticum felicius adhibeatur.

℞ *Ol.*

℞. *Ol. nucis mosch per express.* ℥ I.
Castorei, Rutæ, spicæ nard. ana ℨ ß.
Caryophil. gutt. 16. *Succini gutt.* 6.
Ambr. Gryseæ gr. 12. *mosch. Benzoes,*
Styracis cal. laudani opt. ana ℈ ß.
f. Balsam; & eo inungantur tempora, nares, suturæ Capitis, & extremit. manuum. Capillis prius rasis à Cranio.

Aliique Capiti nudo *Sinapismum* sequent. imponunt, viz. Pulp. Ficuum, Sinapis ana ℥ I. *Stercoris* Columb. aut *Gallin.* aut *hirundinum,* ℨ 3. Euphorbii, Castor. piperis, ana ℨ I. Croci gr. aliquot. Ol. succini 3. gutt. m. cum aceto forti.

Balsama etiam & olea *Ligni Buxi,* Rutæ, feniculi, Majoran, & *Succini* ad tempora & nares inungendos feliciter usurpentur.

XVI.

3. Ad humores discutiendos, *Errhina* ac Sternutatoria usurpantur augurio felici ex pulveribus *Euphorbii, Castorei,* Pyrethri, marjoran. aut albi *Hellebori* ad ℈. 2. etiam *Nicotianæ,* & *Zinziberis,* & Piperis. Item *Sinapis* in aceto forti coct. prospere detur ad *palatum* abluendum, & fricetur (cum digito) Mithridat. (cum sinapi) soluto in spiritu Antapoplectico priore; imponantur etiam Sinapismi & dropaces in suturam Coronariam, vel spinæ ortum.

Nempe de Ol. Rut. & Anethi *ana* ℨ 2. *Picis* ℨ 3. *liquescat, & tunc adde Sinapis, Pyrethri, Ambræ, Euphorb. piperis ana* ℨ ß. *f. Sinapismus cum Oxycroceo.*

Vapores etiam *Aceti* in quo coquuntur *Calamint.* Euphorb. Castor. Sinap. Caryophil.

phil. &c. forinsecùs habeantur; sed intùs Theriac. Diacalaminth. Salviæ Extract. Diacartham. Diaphænicon Elect. de citro Sol. optimè sumantur; insuper & ad loquelam, ℞. Theriac. Vet. ʒ. Mithridat. ʒ. 2. Syr. de Stœchad. & Oxymel. scyllitico ana ʒ ß. M. & tunc linguam bene frica. Cauteriæ quoque Fonticulique potissimùm conficiantur in collo, ponè aures, & in brachiis (inter *Musculum* bicipitem & deltoidem) aut aliis partibus vicinis.

XVII.

4. Ad *humores* à capite *evacuandos*, cùm æger tam benè vitam traducit, ut diglutire possit, exhibeantur

De Elect. Diamoschi dulcis ʒ 2. *mane.*
vel Extract. Catholic. ℈ 1.
vel Extract. Rudii ℈ 1.
vel. Pil. { *Aggregat.* / *Cochiæ, ana* / *Hieræpic.* } ʒ ß. / ʒ ß.
vel Trochisch. Alkandal. ℈ ß.

Et posteà Apozema purgans ex specificis & ad artem confectum ad evacuandas reliquias morbificas. Attamen quum succi melancholescunt, *Helleborum* addamus, Hysopum, Veronic. Rutam, Epithym. Polypodium, marjor. &c. in decoctis & eorum sales. Ast quum pituitescunt graviter, *Castoreum*, Euphorb. *Aq. vitæ*, Oxymel. *Scyllit.* &c.

℞. *Oxymelitis Scyll. mellis rosati Syrup. Betonic. vel Stœchados & Hysopi* ℥ ß.

Decoct. Anis. Fœnic. Pæon. Sinapis, Petrosilini, Urticæ, Cinamom, ex hydromel. ℥ 4. *f. potio & propinetur aurorâ.*

Porrò

Porro (*ante cathartica*) materia *Apoplectica* præparata sit accuratiùs ex Julep.

℞. *Syr.* Betonic. *de* Stœchade, *de Hyssopo & Rorismarin. ana* ℥ 2. *Oxymel. Scyllit.* ℥ 1. Aquar. *Salviæ melissæ, Bugloss. Lavendulæ, Cerasor. nigror. ana* ℥ 3. *fiat* julep. *pro* 4. *vicibus & aromatizetur Cinnamomo.*

Humoribus præparatis, hæc Potio purgans sequatur ad *Pituitam.*

℞ *Agaric. infusi in Oxymel. Scyllit. & aquis Veronicæ, Salviæ, & Rorismarin. ana* ℨ. 1. & ß. *Zingib. infusi* ℈ 1. *f. expressio, & in Colat. dissolve Diaphænic. Diacartham. ana* ℨ. 1. *& Alhandal.* ℈ ß. *f. Potio.*

Deinde pharmaca ex *Pilulis Euphorb.* in *decoct.* hyssopi, betonic. & Rutæ, aut de Agaric. Mesue &c. Cochiæ, Aureæque pil. aut aggregat. vel de *Diacartham.* Diaturbith. Diaphænic. &c. tutiùs & commodiùs exhibeantur.

XVIII.

5. Sed ex metu *Paralysis* ingruentis, *Alvi* obstructiones præcaveantur.

Ex Conservis Rosar. Solut.
Cremore Tartar. & Therinca,
Diatessaron. ana. ℨ 1.
Aut pil. de Opoponace. ℨ ß.
Vel Conserv: flor. Anthos. Betonic: ana ℥ 2. *Lavendulæ & Salviæ ana* ℨ 1. *Mithridat. Theriac. Androm. ana* ℨ 2. *Spec. Diambr. & Diamosch. dulc. ana* ℨ 1. *Syrup. de Stœchade & Cerasor. nigror. & Oxymel. Scyllit. ana* ℥ ß. *f. Elect.*

Decocta etiam Rad. cichor. cum passulis dentur, & Spiritus vitrioli ex Marte præpar. ita *Olea* piperis, Rutæ, Absinthii, &c. (ad cerebrum (& Spinam Medullæ) integrè reducendum ac corroborandum)

roborandum) pulverem sequentem demus; Sin in partes *tremor* ingruit.

℞. *Ol. Vulpin.* ℥ ß. *Camamil.* & *Rutæ ana* ℥ ß. *Castor.* ʒ. 2. *aut* 3. *cum Cerâ* : Unguentum *fiat.*

De Spec. Diarrhod. Abbatis ʒ 1.
Ambrygryseæ. ℈ 1.
Diamosch. dulc. ʒ ß.
Albi succini præpar. ʒ. ß.
Magister. coral. ℈ 1.
& *Smaragd. præpar.* ℈ ß.
f. pulvis.
de quo ʒ ß. *sæpe sumatur*
in Aquâ Lavendulæ aut aliâ specificâ.

XIX.

6. *Postremò*, quoad Diætæ *Rationem*, Aër temperatus (*spirituum* uti pabulū) ei optimè conveniat, cibus etiam εὔχυμος, εὔπεπτος & εὐκρατος eligendus. Conservæ Leucoii, & Betonicæ indies sumantur, item confectio Mithrid. & conserv. Salviæ, & ex floribus Rorismarini &c. & intùs acorum conditum calamum Aromat. nucem moschat. Theriacam, diacalaminth. Zedoariam, Cinnamom. Caryophil. Cubeb. Extract. Salviæ & Confect. anacardin. una vice ʒ ß. sæpe sumat; paritèr & Aq. Vitæ in qua *Castoreum*, salvia, nux moschat. Cinnamom. & mastix macerantur. Vina verò generosa, Cervisia crassa, Crapulæ, & Exercitia immodica, pariterque Animi *Pathemata*, solicitudines, studia nimium intensa & protensa vigilanter vitentur, & Aurea illa *Phocylidis* Regula strictè excubetur (viz.)

Μέτρῳ μὲν φαγέειν τι, πιεῖν, καὶ Μυθολογεύειν,
Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναί.

Præterea

Præterea comparetur *Sacculus sericus* quo pulveres sequentes indantur.

℞. *Rad. pæoniæ maris & visci Querni ana* ℨ 1. *ungul. Alcis Nuc. mosch. macis & Caryophil. ana* ℨ 2. *Pulv. Marjoran. Rutæ, Hyssop. & Myrrhæ opt. ana* ℨ 1. *&* ß. *Castor. Calamint. Arom. Calam. Succin. ana* ℨ ß. *& mosch. gr.* 6. *Pulverisentur omnia & super collum sacculo serico ferantur indies.*

Et tabulæ hæ jejunè sumantur augurio felici, viz.

℞. *Pulv. humani Cranii* ℨ 1.
Sem. urticæ nigell. & pæon. maris, magist. Coral. & Perlar. ana ℨ 1.
f. Tabella cum sacchar. & Aqu. theriac.

Balnea quoque pro pedibus constituantur ex *Anethi*, Salviæ, *Rutæ*, Beton. *Lavendul.* Calendul. flor. *Calaminth.* puleg. *Camomil.* & rosarum decoctis, & hæc Rationi *Diætetica* inserviant optimè. Sed heic *Lector* advertetur hujus disceptationis *Editio secunda* ex Aliorum commodis agendis & augendis, Medic. nonnullorum additamento forsan in lucem proditur & excuditur.

COROLLARIA.

ESt Quarta Coctio, *nempè* Pneumatosis, *aut Spirituum Animalium in ventriculis cerebri generatio.* *Cum* Cl. D. Regio.

2. *Nervi subserviunt ad Nutritionem Corporis. Cum* Doct. Glysson. *&* Wharton.

3. *In* febribus *Nervosi* succi *sunt affecti.*

4. *Omnes* partes *non aluntur sanguine.*

5. *Est vitiosa* fermentatio Sanguinis *in febribus. Cum D.* Willisio *oxoniensi.*

6. *Sanguis* pellitur *non trahitur. Cum Clar. D. Regio.*

FINIS.

DIATRIBÆ DISQUISITORIÆ
ἸΑΤΡΟΣΟΦΙΚΑΙ
DE
PNEUMATOSI

SIVE

De quartâ Corporis humani Concoctine, Cerebrique Vasis ac Ventriculis elaborata.

LIB. II.

Per Authorem JOHANNEM ROGERSIUM
Medic. Doctorem.

Τὰς μὲν Πόλεις ἀναθήμασι, τὰς δὲ Ψυχὰς μαθήμασι δεῖ κοσμεῖν. Democrit.

LONDINI,

Typis *E. Cotes*, pro *H. Eversden*, apud insigne Canis Leporarii in *Cœmeterio S. Pauli*, M.DC.LXIV.



INCLYTIS 'ΟΝΟΜΑΣΤΑ'ΤΟΙΣ

Et Perquam Eruditis Viris

MEDICORUM

Londinensium Collegii

PRÆSIDI

Sociisque Ornatissimis:

AUTHORI

Semper in honore & amore Colendis,

JOHANNES ROGERSIUS, *M. D.*

Hanc suam Disquisitionem Iatroso-phicam de PNEUMATOSI

instar ejus Observantiæ

Καὶ τοῦ πρωτοτιμημένου πιστοτάτου

D. D. D.



DIATRIBÆ DISQUISITORIÆ DE PNEUMATOSI

Procemium ad Lectorem.



ALATON *olim ὁ ζώγραφος Ingeniiq; acumine maximoperè comptus* τὸν Ὅμηρον ἐμοῦντα, τοὺς δ᾽ ἄλλους Ποιητὰς ἐμημεσμένα ἀρυομένους Homerum *evomentem cæterosq; infelicioris ingenii Poetas vomitum* Homericum (*& fortasse nihil aliud*) *haurientes salse, sed facetè delineabat. Et quis eorum socordiæ ac ineptitudini irasci? vel paribus Sarcasmis increpari nollet? Qui supinis his temporibus inter* Antiquos *& Neotericos* Iatrophilos *in utramq; aurem dormiunt? Et aliorum tramiti, nervis, oleisq; absq; ulteriori Scrutinio vel penitiori, rebus naturæ subierunt? & quid minùs mererem ab* Apollinis *ore? vel ab* Apellis *penecillâ? Si nihil his* Anthroposophiæ *arcanis ex oleo & indagine propriori navarem? Et humanis* κειμηλίοις *quid* virtutis *eluceat; nisi* ἐκ τῇ Θεωρίᾳ τῶν ὄντων *sive* Πράξει τῶν δεόντων *vel utrâque conjunctâ nobis insit pensum ac incumbet? Quippe* οὐ μόνον, ἡ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ ἡ μετὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου ἕξις Ἀρετή ἐστι *Virtus est congrua rectæ rationi, & insupèr est habi-*

tus cum ratiocinio rectéq́ philosophando conjunctissimus ex Arist. lib. 4. Ethic. cap. 3. *nunc Authores legere & non labores æmulare* καὶ τῇ αἰσθήσει μᾶλλον ἢ τῷ λόγῳ προσέχειν *quid minus esset? ac forsan aliorum Enucleus aut Excerata avidissimè perhaurinet? Nec quis uspiam ad hanc* Ἰατροτέχνην *scientiferam pervenire dogmaticè queat, nisi prius ejus Animum virtus ipsa satis expurgavit* ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἀλογίας τῶν παθῶν *à fæculentiis inscitiæ.*

Quacirca dum Medici sunt χειρόσοφοι, *& præ omnibus (præter Theologos) oculis in* manibus extentis, *manibusq́* oculis intentis *perfruentes, Qui* ἐν τῇ ἐπιστήμῃ καὶ θεωρίᾳ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ *occupari delent; nempè primum bonum contemplando, Ælohimq́ colendo, & reverà credere quæ edere virtutis tam habitu quam actu,* φιλιατρῶν *est officium primarium; &* οὐ μόνον θεωρητικὸν εἶναι τῶν ὄντων, ἀλλὰ καὶ πρακτικὸν τῶν δεόντων *non tantum* (ex autopliâ) *spectare, quæ inter humana Corpora sunt intuenda sed ab hâc arte* Machaoneâ *agere quæ sunt agenda, sit eorum officium secundarium.*

Quantum ad placita, lucubrationes, & Ornatissimorum præeuntium indagines debemus absq́ vacillatione & ab eorum ingeniis sanciatur: Attamen eorum olea intra modestiæ limites æmulemur, & eorum exempla de rebus τῆς φύσεως, *ulterius explorando ac philosophando perscandamus, qui nostras Artes Apollinares sanè vindicârunt, & inter omnes virtutibus præstantes nitore pristino præluxêrunt.* Multùm enim egerunt *(prout ab ore ferè Christiano* Seneca *profatur)* qui ante nos fuerunt sed haud peregêrunt; multum adhuc restat operis, multumque restabit, nec ulli post mille secula præcludetur occasio aliquid adhuc adjiciendi. *Quippe plurima sunt latifundia & humani* Corporis *ar-*

can

cana incognita, quæ vix nunc fortasse perperam a quibusdam intelliguntur; tamen in lucem alia protrahuntur, quæ antiquitùs erant parùm cognita. Scaliger *inde solertissimus autumavit, Exer.* 306. Nihil infelicius iis ingeniis, quæ mordicus sentiunt, Majores nostros nihil ignorâsse; & multa prius ignota Italiæ, simul cum Principum Laureis advecta fuerunt. Καὶ Πάντα καιρός. *Quapropter velùt à Majorum virtutibus ac vestigiis absq; rubore fronteve perfrictâ desciscere, atque resilire nequeamus; ità nec aliorum Placitis absq; propriis oleis ac indagine, conquiescere, nec περὶ μέτρον φρονεῖν absq; ratiociniis verò apodictis; vel aliquid σοφιστεύειν τῆς ἀληθείας ἐρωτικὴν μανίαν, ὥσπερ ἐνθουσιῶν haberemus.*

Dum verò ΙΑΤΡΟΤΕΧΝΗΣ *nostræ* Procerū, *Magniq; nominis & Celeberrimorum tramitem calcare conabor, ab eorum fontibus delibare & fastigiis instare nobis pensum haud exiguum incumbit. Corporis tamen COCTIONES ulteriùs exquirendo, quantisper haud omnia* juxta Regulas *ad amussim & Doctrinas vulgò* imbibitas *de hâc re, descripserim, tantispèr insistens tramiti minùs calcato partim à ratiociniis & philosophandi principiis, & partim ex meritis Disquisitionis ipsius veniam meruero; quamvis agnoscerem cum* Scalig. Subtilissimo. *Exer.* 297. ut Sapientum sententias propugnare paratius sit unicuique, quam suam tutò alienis proponere judiciis. *Attamen* τὴν ἐξοχὴν *hujus materiæ disquirendæ inferamus ex ore* Galeni *lib.* 6. *de usu Part. & his verbis* Ὅπως δέ μοι τῷ λόγῳ μὴ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ εἰσαῦθις ἕποιο παρακούων μηδὲν, ἐθέλω σοι διελθεῖν ἐξ ὧν χρὴ διαγνώσκειν ἐν ζώου σώματι μόριον] ἄκυρον τι, καὶ κύριον. ἀπὸ μὲν δὴ τῆς χρείας ἄμφω κρίνειν. ἐπεὶ δέ ἐστιν αὕτη τρίτη κατὰ γένος ἡ γὰρ

εἰς

εἰς αὐτὸ τὸ ζῆν, ἢ εἰς τὸ καλῶς ζῆν, ἢ εἰς τὸ ζῆν αὐτὸ χρήσιμα μόρια, κύρια πάντως ἡγεῖται. *Inter partes Corporis summopere nobiles, & functiones emolumentis ex insignibus, vitæ Conservationi uberrimè destinatas & necessariò conflatas, Coctiones & earum vasa existimentur.*

Deniq; heic nulla praconia quæramus, culpâ tantum (quantum possumus) vacâre velimus, & enixè postulemus (cum Scal. *Lib.* 1. *de* Plant. *& ejusdem verbis)* ut absque Contentione vicissim, sed humanè unusquisque conferat in medium quod habet ad rei literariæ incrementum. *Ideoq;* οὐ μόνον κατανοεῖ ὡς ἔχει τὰ ὄντα, ἀλλὰ καὶ βουλεύεται περὶ τῶν πρακτέων, ἵνα τὸ συμφέρον ἐν τῇ βουλῇ ἑλόμενος καὶ ἐκλόμενος πράξῃ. *Medicus non solum ea quæ sunt, sed quæ fieri debent, optimè consulit, consulta elegit & ad publicum lucrum electa agit; unde meâ tam multum refert his chartulis aliorum commoda consulere &* ἀκριβῶς οὐκ ἀκρίτως de Coctionibus, *has Cogitationes edere (quæ mecum evigilârunt); & ad* calculum publicum *liberrimè discussiones has (tam properè quàm vix satis paratè) cudendas litare. Forsan & de hâc re ac ratione, verisimilitudinisq; tramite, nodos solvemus, controversias tollemus,* Tinediâqne bipenni *velut omnibus de jure, nec non æqualiter inserviamus. Unde, adhuc me desperationis nihil occupavit, quin plurimos* Philiatros, *literarumque Proceres & Alumnos (favente Numine Divino) his obligare possim.*Etenim ὁ μικρὸν τοῦ εὖ παρεκβαίνων οὐ ψέγεται, ἀλλ' ὁ πλέον, *Non qui parvulum sed multum aberrat, increpetur. Cæterosque imò* Lynceos, *nos non philosophiam sputare, nec somniare, nec somnia mera hoc discursu philosophari forsan evincamus.* Καὶ πρὸς τὸ καλῶς φιλοσοφῆσαι ταῦτ' ἂν εἴη ἀναγκαῖα ἡ τῶν αἰσθήσεων ὀξύτης, ἡ τοῦ λογισμοῦ ἀγχίνοια.

ἀγχίνοια, ἀληθινή τε καὶ ἀκριβὴς, ἡ τῶν ὄντων ἱςορία, ὥστε δέον εἰδέναι τί πρότερον ὅτι ἐστὶ, πρὶν ἢ ζητῆσαι τὴν τε οὐσίαν αὐτοῦ καὶ τὰς αἰτίας: *Et ad pulchrè philoſophandum neceſſaria ſunt humanis* κριτηρίοις *ſenſuum acies, ratiocinandi ſagacitas, veritas, & ſolertia perſcrutandi rerum cauſas & naturas. Inſuper & ut Apes* ὥσπερ δὲ τὴν μέλιτταν ὁρῶμεν ἐφ᾽ ἅπαντα μὲν τὰ βλαστήματα καθιζάνουσαν ἀφ᾽ ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβάνουσαν· οὕτω χρὴ δὲ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους, μηδενὸς μὲν ἀπείρους ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν· μόλις γὰρ ἄν τις ἐκ ταύτης τῆς ἐπιμελείας τὰς τῆς φύσεως ἁμαρτίας ἐπικρατήσειεν *à floſculis ſingulis utilia decerpunt; conſimiliter hoc Tyrocinio*, Artis *noſtræ Candidati &* Alumni, *forſan ab his* lineis *atq; rebus quæ vel à Naturæ legibus, vel ab* Arte *ac philoſophandi jure nobis obveniant; & ſic intra Diſquiſitionis hujus* Campum, *aut* Parietem *pedem inferamus, ad Cap.* 1.

CAP.

CAP. I.

De Corporis humani Coctionibus 5. & 1. *De* CHYLOSI. 2. CHYMOSI. 3. HEMATOSI. 4. PNEUMATOSI *ad Individui Conserv. Sed* 5. *De* SPERMATOSI *ad Speciei Propag. de jure merito configuratis, & exquirendis.*

SECT. I.

De Coctionibus, & succis nutritiis.

Peripatetici sane satis eraloquuntur (ex *Arist.* Lib. 6. Ethic. Cap. 4.) Artem habitum esse μετὰ λόγου ποιητικὴν aut effectivum ex opere rectè ratiocinandi. Quippe Na- ... τὸ τέχναζειν & θεωρεῖν tum quid AGERE tum quid CONTEMPLARE ancillae; deinde & in hac arte Palaestraque Minervali, quae a Medicis maximique Nominis eduntur, de Corporis *Coctionibus* exposcamus, Scholis & Medicinae futius agitemus ac veniremus, ...

Ars est habitus effectivus. *Arist.*

Hoc in Medicinae Scholis ...



CAP. I.

De Corporis humani Coctionibus 5. & 1. De CHYLOSI. 2. CHYMOSI. 3. HÆMATOSI. 4. PNEUMATOSI ad Individui* Conserv. *Sed 5. De SPERMATOSI ad Speciei* Propag. *de jure merito consignatis, & exquirendis.

SECT. I.

De Coctionibus, & succis nutritiis.



PEripatetici sanè satis traloquuntur (ex *Arist.* Lib. 6. Ethic. Cap. 7.) Artem habitum esse μετὰ λόγυ ἀληθῦς ποιητικὸν aut effectivum ex ope rectè ratiocinandi. Quippe πᾶσα τέχνη περὶ γένεσιν, ϗ τὸ TEXNAZEIN ϗ ΘΕΩΡΕΙΝ tum *quid* AGERE tum *quid* CONTEMPLARE ancillat; deinde & in hâc arte Palæstraque Minervali, quæ à Medicis maximique Nominis eduntur, de Corporis *Coctionibus* exposcamus, Scholis & Medicinæ fusiùs agitemus ac ventilemus, Ἡ σχολὴ γάρ ἐςὶ τὸ ἐργαςήριον τῦ μεταχείρισαι τὴν παίδευσιν ἐν βιβλίων εἰς ἀνθρώπυς φιλοσάτυς, ὐ μόνον ἐν τῇ παιδείᾳ, ἀλλὰ δὲ ἐν ἅπασιν, ἅτινα ἐκτελοῦ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, δηλονότι ἵνα συμμανθάνωσιν ὀρθῶς φρονεῖν, ὀρθῶς πράττειν, ὀρθῶς

Ars est habitus effectivus, Arist.

Hæc de Medicinâ Scholis sedulissimè discutienda.

ὀρθῶς λέγειν. Dum *Schola medicinalis* ELABORATORIUM est transferendi literas è libris in mentes, & è chartulis in corda *Tyronum*, ut *rectè sapere, rectè agere, rectè loqui* quoque prædiscant. Vulgi tamen, humani Corporis COCTIONES duntaxàt TRES ferè literis & Commentariolis omnibus statuêrunt, nempe *Chylosin, Chymosin, & Hæmatosin*. In primam *Walæus*, perquam Eruditus, de *motu Chyli*, Porrò & *Picquetus* acutissimè disseruit; sed in *CHYMOSIN* aut secundam, Clariss. *Regius* Ultraj. Eques *Auratus*, necnon mihi Præceptor summopere venerandus, *Walæus* & alii. Prætereà in tertiam aut *Hæmatosin HARVEIUS* nostras Præsignis & (inquam) ad veritatis æthera menteque generosissimâ jugitèr aspirans, haud ex *trajectitiis* tramitibus, aut aliorum tralatitiis vulgaribus (penè radiis cum solaribus) edocuit; *Walæus* & Epistolis ad *Bartholin.* in lucem nuper editis; insuper & Plerique (nervis omnibus Argumentisque strenuis) sanguificationem, *Harvæanumque* Circuitum suffragantur. Ordine quoque tractantur hæ concoctiones *ab Authoribus*, prorsus & *à naturâ* Biolychnium vel oleum vitæ ad conservandum constituuntur; vel instaurandarum partium ad *Resarcitionem* & ὑπέκκαυμα. In limine tamen, Alimenti Corporis dispendium pro *biolychnii* pabulo bifariàm nobis occurrat, viz. 1. ad *Sanguinis*. 2. Deinde ad *succi nutritii* reparationem ex CHYLO, & ut historiam nutritionis ad metam ejus facilius deprehendemus, ex ratiocimiis *apodictis* hic succus nutritius à *postliminio* (quoad ejus *elaborationem*), sed in *præliminio* (quoad intentionem naturæ) sanciatur. 1. Ob ejus præparationem ex necessariis præviam. 2. Ob ejus rarefactionem

Concoctiones Corporis quot? An tres? an plures?

Walæus. Picquetus Regius. Harvæus.

Barthol.

Succus nutritius quoad ejus elaborationem & intentionem.

Sub. 6. Classibus expendatur

refactionem congruam, & sublimationem in *Animali Familiâ* Coctioneque. 3. A Depuratione *Pneumatosis* consectaneâ. 4. Ab *homogeneitate* hujus succi ac unione *conjugali* cum *spiritu Animali*, dum sanguis planè sic heterogeneus. 5. A *benignitate*, mitis hujusque succi suavitate, ovorum albuminis instar, dum sanguis particulis nitrosioribus forsan & bituminosioribus multò magis repleatur. 6. Denuò à Doctrinâ *Peripatet.* de Materiâ *ex quâ* corpus augeatur, & *ex quâ* (primo stamine rudimentoque) *constituatur*; Ast ejus prima materia, *ex quâ* primo stamine constituitur, non fit à primâ, secundâ, vel *tertiâ coctione*; non à *chylo*, chymo, nec *sanguine*; ideóque quam plurimùm hallucinati sunt, qui CHYLI portionem (absque ulteriori elaboratione vel coctione) in *succum nutritium* translatam esse statuêrunt, mox exquiremus. Quamobrem Coctioni singulæ jam prorsus accedamus. *Haud tamen immediatè à Chylo.*

SECT. II.

De Chylosi, *vel primâ Coctione.*

AD Flammulæ *vitalis* prædam perpetuò reparandam, ejus & *elychnii* oleum ex novis copiis supplendum CHYLOSIS (è Naturæ nutu) veluti *Coctio prima* clavem postulabit; quæ Ventriculo & *Intestinis* tenuibus elaboratur, ex vi quoque Caloris, acrisque *Fermenti* nidulantis in *Ventric.* cum colore cineritio digestionem & tincturam proficuam saltèm acquirat; deinceps & de jure propellatur ad *Chymosin*, aut ulteri- *Chylosis est prima Coctio Corporis.*

orem

orem Coctionem per poros ac meatus. Ast hujusce Concoctionis ORDO Analyticè profertur ab aliis, qui hâc de re *facem* nobis optimè prætulerunt; de quâ Laconicè nihilominus eloquar & deponam Ἡ τροφὴ τοῖς τομεῦσι τμηθεῖσα (ἣν δὲ τὶ σκληρὸν ἐτύγχανεν ὄν, συντριβεῖσα τοῖς κυνόδουσι) τοῖς μύλοις (γομφίοις) μασᾶται, καὶ μασηθεῖσα, ἐκ τῆς γνάθου διὰ τοῦ λάρυγγος καταβάλλεται εἰς τὴν ἄνω γαστέρα, ὅπου ἡ πρώτη ΧΥΛΩΣΙΣ γίνεται, τοῦτ' ἔστι, τοῦ ἐμβεβλημένου ἐδέσματος καὶ ποτοῦ εἰς χυλὸν τροπή. Ὁ χυλὸς κατενεχθεὶς διὰ τοῦ κατωτέρου στόματος τοῦ ἐπιγαστριδίου εἰς τὰ λεπτότερα τῶν ἐντέρων (τὰ εἰς πολυτρόπους ἕλικας συμπλεκόμενα, καὶ τῷ Μεσεντερείῳ περιελιττόμενα) ἐκθλίβεται. Τῶν δὲ παχυτέρων περιττωμάτων διὰ τῶν ἐνδοθίων (ἐντέρων) προωθουμένων, καὶ ἐκκομιζομένων, ἤτοι ἐκβαλλομένων κόπροι (ἀποσκυβαλιζόμενα) καὶ σκάρμινθοι λέγονται.

Quomodo præparatur & efficitur.

His ritè perpensis, Quicquid alimenti solidi masticatur ore, præparatur dentibus, & dimittitur, à primâ mensâ reverà detruditur in gulam, ac per diglutitionem (εἰς τὴν κοιλίαν) in ventriculum per *Oesophagum*; ibidemque protinùs à *Fermento* Plicis *ventriculi* & anfractibus *Intestin.* hospitante ut & accrescente complectitur. Finito jam pastu, eduliisque gratè sumptis, mox ventriculus, & ejus orificia coarctantur (nimirum *Oesophagus Pylorusque*,) instar *Crumenæ* pecuniis repletæ, *Globulumve* continentis, nè fuligines ad partes superiores nimis evaporarent, aut ad inferiores præproperè semicruda dejicerent, (ut ex ingluvie *crapulaque* insignitèr eveniat) quum Orificia *Ventric.* eorum contractione debitâ (post convivia) planè deficiant, & deinde *fluxiles* intemperies, *Lienteria*, *Cœliaca*, &c. corpus

corpus avidè grassentur; immò ab aciditatis defectu, caloris depasti, & laxitatis adventu, morsuli plurimi ciborum à semicruditate provecti, & ferè immutati in *Intestina Crassiora* volutatìm absolventur ac labefaciant. Constructione verò *Ventriculi* manente, *fermentatio* quædam excitatur ad *Coctionem primam* ope caloris; & acris *fermenti* forsàn advecti adminiculo, per *Arterias*; aut intùs perpetuò in *plicis* implantati ad elaborationes; undè particulæ plurimùm heterogeneæ, (tam subtiles, agiles & sulphureæ, quam crassiores *Tartareæ* & nitrosæ) inter se mutuò colluctantes ac contranitentes exagitantur; imò quaquaversùs, horsùm vorsùm promiscuè, tumultuoseque feruntur. Exinde varias vices subeunt, usque ad succi, tincturæ *lacteæ*, ejusdemque macerationis unionem quandam (ac magis uniformem,) aptamque *CHYLOSIN*. Quippè tota Compages aut mixtura instar *albidi*, hordeique cremoris tam colore quam consistentiâ jugitèr æmulans, in *succi* formulam mox transmigrabit; qui succus insignitur appellatione τῦ χύλυ Chyli. Nunc quibus ille liquor acidus & fermentativus planè defecerit, illis *apepsia* sæpissimè contingit (prout appareat *Dysentericis* febricitantibus, *&c.*) Sic & appetitus dejectio, ἔτι ὄπω ἱκανῶς ἐπέφθη, τὸ ΦΛΕΓΜΑ ἐπίδοσιν λαμβάνει, pituitosa *Ventriculi* Dyscrasia, *Hydropica*, Leucophlegmatica, & Πυρετοποιητικὴ, haud etiam ratione prorsùs absimili massæ *frumentaceæ* benè fermentatæ loco calidiori; sed frigido, difficultèr acorem idoneum aut *fermenti* naturam induentis. Insuper & censu *Hippocratico* (Aphor. 1. Sect. 6.) hujus aciditatis restitutio convalescentiæ signum numeratur Ἐν τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσιν ὀξυρεγμίη ἐπιγενομένη, μὴ γενο-

Ex ope caloris humidi & acris fermenti.

Intemperies illeque à fermenti naturalis defectu.

Hippoc.

μένη πρότερον σημεῖον ἀγαθόν. Ructus enim acidus & nidorosus nobis *eupepsiam*; aut fermenti, calorisque suscitationem *Chylosin* versùs optimè prodit; proindeque *Dictator* hic Magnus *περὶ τῶν ἐπιγενομένων* de *Symptom. Lienteriam* fœlicissimè supervenientem ὀξυνεγμίαν statuebat. Et licèt sanâ constitutione fermentum esset in ventriculo mediocritèr acidum; quum tamen à statu laudabili deflectit, vel *acoris nimium* (uti *boulimiâ* sive *fame* caninâ, necnon affectibus *hypocondriacis*) vel debito minus contrahat. Heic demùm advertendum sit, hanc *CHYLOSIS* elaborationem ἐν τῷ τελείῳ successivam esse, ac dein in *Venas Lacteas* aut ad *Chymosin* etiam successivè detrudi. Fateor tamen hanc alimenti Coctionem vel subactionem primariam *Coctionum* subsequentium rudimenta & principia nonnulla corripuisse; tamen haud rationi consentaneum mihi videatur, ut tota *Chylosis* portio tam diu retineretur hoc ejus elaboratorio; donec omnes eduliorum coctorum partes debitam simul exaltationem, commutationemque suscipiant; adeo ut *Chylosin* καθ' ἴχνος aut ordine successionis ad *secundam coctionem* (nempe *Chymosin*) confici ac exagitari, sit mihi decretum.

Et ab ejus excessu.

SECT.

SECT. III.

De Chymosi *vel secunda Coctione.*

QUum *CHYLUS* è fermento (quod *ventriculi* plicis & aufractibus *Intestin. tenuium* nidulatur) ad *Chylosis* ἀκμὴν aut ad Unionem Spirituum cum *liquore* cineritio elaboratur, tunc ad aliam & ulteriorem Coctionem iter sensim conficere moliatur; quo tramite quoque nobis ejus vestigia prosequi pensum hoc incumbat. Intestina quippè tenuia hoc liquore cineritio (è *ventriculo* qui motu *limacis* & peristaltico dimittitur) distenta & onerata, per idoneos Poros (ex ope *fibrarum & spirituum Anim.* influeutijs) in *Galaxiam* aut *Lacteas venas*, Chylum *protrudunt*; ast nè heic velùt in stagno hærerem, inani *bariolationis* conjecturæ vix parùm concedamus, dum cum Oculatissimis Artis nostræ Patronibus, *tractioni* liquoris hujus inficias eamus; *D. Jo. Van. Hornio*, mihique *Amicissimo*, necnon Anatomico *Peritissimo Leidensi*, (qui per eandem *Clariss. Diribitoris* nostri. D. D. *Regij* manum promotus erat ad *Cathedram* in *Acad. Ultral.*) immò & celeberrimo. D. *Regio* ipso, quo *lib.* 4. *cap.* 7. de *Nat. Phil.* extricatur hæc *Chymi PULSIO*; & enervatur opinio de *tractione* contraria, uti perperàm olim ferè ab omnibus suffragata fuit ac Sancita. Quippè *TRAHENS rei attrahendæ non est affixum*, (inquit ille) *Sed* PULSIO *sola, à partium succos alimentarios continentium calore, succorum & illorum effervescentiâ, item à spontaneâ partium* CHYMUM *continentium*

Chymosis vestigia prioris premit.

Non à tractione sed à pulsione.

V. Horn.

D. Regius.

tinentium, & eo distentarum contractione, & vicinarum pressione, necnon ab ætheris in succis alimentariis existentis agitatione, facta ac statuenda est, eamque satis validam esse, ascensus ille CHYMI, *per nullam aliam causam explicabilis, satis evidentèr demonstrat.* Ideoque verbis hisce pauculis *Chymosin* astruam, Ὅ τι δὲ θρεπτικὸν ἔνεσι τῷ χύλῳ αἱ φλέβες μεσαραϊκαὶ διὰ πυλαίας φλεβὸς ἐμβάλλουσι τῷ ἥπατι, ὅπου ἡ δευτέρα χύλωσις ἢ ΧΥΜΩΣΙΣ ἐκτελεῖται τῶν τριῶν περιπλωμάτων (τῶν ὀρρωδῶν δηλονότι, τῶν θολερῶν, καὶ τῶν περικαύστων) διὰ τριῶν ὁδῶν ἐκεῖθεν ἀποκινηθέντων. *CHYMUS* enim immittitur vel in *venas lacteas*, vel in *Mesaraicas*; 1. In *venas lacteas* aut *Galaxiam* ubi color est placidiùs *albicans*, ilicoque vergit ad commune conceptaculum, sacculumque *Picquetianum* nunc *Mesenterij* medio nunc *alibi* collocatum, prout à Naturâ (quæ nihil egit frustrà) constituatur; quamvis hujus incertæ dispositionis causa fortè nobis vix cognita sit, haud dubiò tamen optimè coctionibus & corporum *Oeconomiis* diversis inserviat hæc *Glandium* dispositio. 2. In *venas Mesaraicas*, ubi *CHYMUS* erit rubicundus ob *Arteriarum* conjugium his venulis; exinde *tincturam* prorsus à materie Arteriosâ (instar *vini rubri*) postulabit, ut ex *Apodeixi* fusiori diludiorique Clar. D. D. *Regij*, proprijsque verbis advertemur. SUCCUM *hunc albicantem* VENIS LACTEIS *contentum, non* CHYLUM *sed* CHYMUM *appello. Chylus enim tantùm in ventriculo & Intestinis gignitur & existit, isque eas partes egrediens mòx in* CHYMUM ALBUM *venarum Lactearum, & in* RUBRUM CHYMUM *venarum mesaraicarum gastricarumque poris commutatur: quemadmodùm succus alimentarius ex luteo*

Chymosis quid est?

Chymus in venis lacteis est albicans & Cur?

In Venis Mesaraicis rubicundus.

Clar. D. Regij testimonium ad rem.

luteo & albumine ovi in venam pulli umbilicalem, etiam ante ſuum in cor ingreſſum, hepatiſque productionem tranſiens in SUCCUM RUBRUM *convertitur. Atque ita jam commoda ratio, ex iis quæ jam diximus reddi poteſt, cur venæ Lacteæ* ALBO SUCCO, *& meſaraicæ* RUBRO *repleantur; venæ lacteæ semper albicent, quod extremitates ipſarum cum nullis arteriis ſint continuatæ, ac ideò nullum ſanguinem ab illis in cavitates ſuas recipiant; cum contrarium fiat in venis meſaraicis & gaſtricis aliiſque; in quibus albicans Chylus (è ventriculo & Inteſtin.) ob ſanguinem copioſum ab Arteriis in illas continuatis perpetuò propulſum, mox ita* RUBOREM *contrahit, ut album vinum in Cyathum rubelli conjectum ſtatim rubedine tingitur;* Sic *ille.* Nunc in *Chymi* candicantis itinere vel *Galaxiâ*, ex hoc communi ſacculo *Picquetiano* Ductus emergunt Chymiferi; Quibus, ex *Abdomine* per *Diaphragm.* Thoracem, & propè *Spinam Dorſi* valdè interiùs ad venas *ſubclavias*, dein & in *venæ cavæ* truncum, tandem & in *cordis* dextrum ventric. importetur *CHYMUS* hic. Attamèn hæc altera vel rubra *CHYMI* portio διὰ πυλαίας φλεβὸς ἐμβάλλει τῷ ἥπατι, motu reptili & teſtudineo ad *Venam Portam* emittitur, ac per illam in *Hepatis Cavum*; quemadmodùm à D. *Reg.* de *Nat. Phil.* luculentèr effulgeat; dum ab ejus ratiocinandi radiis objectiones ſolvuntur; & iter hujus *Chymi* rubedine tincti potiùs ad *hepar* quàm ad alias partes inire extricavit. Etenim *ſcrupula* colluſtrantur ex opinione præconceptâ de *CHYMI* genere, & itinere tantùm *uno*, ſcilicet in *Galaxiâ*; & hoc cæptum alterius Chymi per *venam Portam* vix cognitum aut concreditum fuerit. Præterea *Hepatis* parenchyma-

Chymoſis iter albicantis.

Et iter rubri Chymi ad hepar dein inde & ad Ven. Cavam.

Depuratur in hepatis colo vel parenchymate. D. Glisson.

chymate depuratur hic *CHYMUS*; nec in *Venam Cavam* remittatur ab hepate donec satis à bile secernatur, velut è Doctissimi D. *Glissonij* fonte (in *Anat.* Hepatis) exhauriamus. Nunc, qualitèr per *Parenchymatis* jecorini poros diversimodos Chymi ipsius *particulæ* percolantur, talitèr & excreta *Chymosis* admodum varianda mihi  videantur; & exindè recrementa quædam fortassè *Serosiora* sint, alia *Crassiora*, & alia media.

Cujus recrementa serosa vergunt ad Renes.

Sed, 1. Ad aquosiora & serosa; quicquid est serosum aut καθαρὸν id meat *ad renes* per venas emulgentes, Ὅ τι ὀῤῥῶδές ἐστιν ἐξ ἥπατος ἐκρεῖ διὰ τῶν φλεβῶν ἐξαμελγουσῶν πρὸς τοὺς νεφροὺς περιπλέξω διὰ τῶν οὐρητήρων εἰς τὴν κύστιν, ἢ τίνι τὸ οὖρον ἐπισαλάζεται καὶ ἐκεῖθεν ἐν τῷ οὐρεῖν ἐκφέρεται; deinde per ureteres ad vesicam.

Crassiora ad lienem.

2. Ast ad Crassiora; quicquid est fæculentum crassum aut terrestrius Ὅ τι θολερὸν ἐστιν (τοῦ χύμου) ἀποβάλλεται τῷ Σπλῆνι τὸ τῆς μελαίνης χολῆς δοχεῖον, καὶ ἐκπέμπει πάλιν διά τινων φλεβῶν τοῦ παχυτάτου τῶν ἐντέρων, ejicitur ad lienem; De quo à quibusdam omnia bona dicuntur, ratione tamen ejus structuræ, succique terrestris intùs hospitantis, conjecturam hujusmodi facillimè promoveamus, veluti de *promptuario*, propter fæculentias illic depositas tam à *Chymo* quam à sanguine importatas; & quasi de *capite mortuo Chymosis* ac *Hæmatosis*, dum earum particulæ limosæ terrestres tartareæque conceptaculo huic conferuntur; quare plerumque *Lien* est fusci vel lividi coloris. Attamen haud omnino sit inutilis hic succus ad fermentationem, & non statim (uti bilis) emittatur in Intestina, aut in cloacam.

Recrementa media disponuntur ad Kystim felleam.

3. Ad ejus *excreta* mediæ *consistentiæ*, biliosa ac sulphurea; hoc felleum recrementum ex sulphure & nitro acuente, quam plurimùm existens *paren-*

parenchymate hepatico, partim in *porum bilarium* ejuſque ſurculos mediantes (in ſubſtantiâ hepatis diſperſos,) partim in *Cyſtim felleam* per proprias radices ſenſim deponitur, & deinde *Chymus* ab humore bilioſo commodiùs elutriatur, τὸ τέλος τὰς μεσείδας περικαύσας ἐκδέχεται ἡ κύστις χοληδόχος καὶ ἐκπέμπει ὡσαύτως διά τινων φλεβῶν εἰς τὰ ἔντερα, ἃ ἐντεῦθεν παραξωίεται εἰς τὸ ἐκφορεῖν τὸν κόπρον. Et hepati ab eximio D. *Gliſſonio* (cap. 37. de Hep.) hic publicus ac nobilis uſus annuitur; Sanguis (inquit) hoc pacto à *vena Portâ* profluviens non debuit in *Cavam* ingredi priuſquam ab eo humore bilioſo depurgaretur: unde humorem hunc non *nutritium* ſed planè *excrementitium* ſtatuendum aſſeruit. *Galenus* & ipſe (*lib.* de *ſucco bono & malo*) profatur his verbis. BONUS SUCCUS *nec pituitâ carebit, nec bile, nec ſeroſo excremento. Naturalis pituita (quam intelligimus nec ſalſam, nec acidam, ſed inſipidam aut dulcem) in ſuccum bonum excoqui poſſit, & corpori in alimentum cedere. Bilis autèm nec unquam ſanguinis formam recipiet, nec niſi paucas omninò partes ad ſuam ipſius temperationem propenſas alet, idque ſanguinis, aut* BONI SUCCI *admixti beneficio.* Ergo *peſſimus ille ſuccus in quem* BILIS *valdè redundat ex ejus acribus ac mordacibus particulis, aut in quem pituita ſi quidem multa, nequit ſanè approbari; ſi pauca non nimis improbari.* Et paulo poſt. *Certè enim quamvis accuratè obſerves, nunquam invenies* BONI SUCCI *rem eſſe, quæ ſanguinem gignet bilioſum, melancholicum, ſalſum, amarum aut valde tenuem, nempè ſeroſum.* Quapropter *dum* jecur inſtar variorum *cribrorum*, poris *magnitudine figuraque variis* eſt præditum, è *CHYMO* Recrementa hæc omnia bono cum

Clar. D. Gliſſon.

Galen *de ſucco bono & malo.*

Augurio detrudantur & pororum aptorum *Hepatis* ope forsàn elutrientur ac emittantur; exindeque *Jecur* & *Lien* si sanguinem exprimeres, expallescerent; residuum autèm hujus *CHYMI* depuratum ab his *fæcibus* & à cæteris segregatum, ex hepatici *fermenti* calorisque adminiculo, parenchymate nidulantis, *uniatur* & cum *spiritu naturali* quasi matrimonio felicissimo; & dein junctim ad *VENAM CAVAM* exaltatur, tandemque ad tertiam coctionem aut *HÆMATOSIN* in corde.

Elaboratur è fermento Jecorino & exaltatur in Vena Cava ad Cor, &c.

SECT. IV.

De HÆMATOSI *aut tertiâ Coctione.*

Tertia, Hæmatosis est tertia Concoctio & regit in corde, quâ sex expenduntur.

CHYMOSIS iter & vestigia ad *Cavæ* truncum calcavimus & Ἡ χύμωσις οὕτως ἤδη κεκαθαρισμένη διὰ τῆς κοίλης φλεβὸς διαπέμπεται, ubi *Chymificationis* elaboratio integre absolvitur, quum deferatur ad *tertiam Coctionem*, cordis in ventriculis exagitandam, nempè *Hæmatosin*. Cujus extricatione sectatoribus *Harvæanis* sex occurrunt expendenda. Nempè, 1. *Elaboratio* ipsa. 2. *Efficiens*. 3. Ejusque *Elaboratoria*. 4. *Modus* quo fit. 5. Hujusque Coctionis *finis*. 6. Et ejus *Distributio*.

1. Hæmatosis actio.

1. Hæmatosis actionem prorsus esse similarem, & per *assimilationem* fieri, *Neoterici* suffragantur.

2. Ejus efficiens aut spiritus vitalis. D. Glisson.

2. Et ejus *efficiens* nec hepar, nec cor, nec organum quodpiam sit; sed *Sagacissimo D. Glissonio* (de hepate *cap.* 35.) spiritus insitus ac vitalis potissimùm celebratur.

3. Hæmatosis

3. Hæmatosis tamèn *Elaboratoria* cordis in ventriculis maximoperè conspiciuntur, caloris innati, fermentique ope quod cordis foco vel appensis vasis nidulatur; & ad sanguinis tincturam micantem plurimum confert hic spiritus vitalis calor & innatus cum *fermento*; quippè forsan ab aciditate haud parum rubescat, huic etiam *vir* ille Magnus Pereruditusque D. D. *Entius* (in Apol. *adv. Paris.*) subinnuere videatur *Ruborémque sanguinis solummodo ex aciditate spiritûs vitalis salinei ortum trahere censuit, prorsus & eo modo, quo Julapia à tantillulo spiritus vitrioli*, Guttulisvè sulphuris olei pauculis *rubescunt*. 3. Ejusque elaboratoria. D. D. Entius.

4. Quoad modum hujus coctionis, *Hæmatosis* chorea inchoatur per *Diastolen*, aut cordis *dilatationem*; quâ *Chymum* defæcatum quam primùm in thalamo dextro cor amplexatur; qui pulsatur in *Arteriam Pulmon.* (aut venam Arteriosam) per *Systolen* ad pulmonem, & mòx repellitur è pulmonis parenchymate per *Arteriam venosam* (aut venam pulmonariam) in cordis *thalamum* sinistrum; ubi per *Diastolen* accipitur ad elaborationem τελειωτέραν, & confestim ferè nictu oculi retunditur in *Arteriam Aortam* per *Systolen* aliam, & pulsationem; haud omnino Rotæ molendinariæ *ictibus* imparem & à Perpetuo Aquarum insultu exagitatam; Jam quò vis *efficientis* strenuiùs existit, eo citiùs effectus proveniat. Insupèr haud secùs ac quum *Tinctor* Panni villosi portionem è baphiâ in fluvium *Thames.* emissam *ictibus* plurimis fortibusque fustibus exquisitissimè feriat ad optatioris Glossæ gratiam; A ratione pari pulsatur sanguis è corde, ad tincturam recentiorem & ferè coccineam. Hoc quoque modo primaria *nectaris* hujus elaborati circuitûs necessitas statuatur 4. Ejusque Modus. Simi.

tur stabuleturque, dum vita superstes erit.

5. Et ejus causa finalis. 5. Finalis *HÆMATOSIS* causa præcipua sanciatur ab ejus *spiritu vitali* (quoad *formale*) & ab ejus alitione vitali (quoad materiale;) Primoque censu reverà *spiritûs vitalis* & caloris *Thesaurus* appellatur, instar *laris familiaris* ab *Arist.* de *Anim.* lib. 2. cap. 2. & ob eximias ejus dotes ex *Harvæanâ* doctrinâ Exerc. 70. de Gen. Anim. vocatur *COELESTIS* in *cujus spiritu hospitatur natura ipsa*, & αἷμα τὸ ζωτικὸν τοῦ ἀνθρώπου profatur *Suidas*, vitalis ipsius flammulæ pabulumque perpetuum, oleumque Analogicum *Biolichnij* fit cum succo nutritio. Neenon de hàc re Pereximius D. D. *Entius* edocuit, in mediumque protulit, eorum *unionem spiritusque vitales in perpetuo fluore esse cum sanguine*; tamèn hujus succi *vitalis* (quam prius *Chymosis* aut *succi naturalis*) particulæ activæ gradatim rarescunt, ac volatilisantur, & citiùs aut seriùs hoc perpetuo vitalitatis *Charagmate* vel curriculo forsàn omnia sublimantur. At censu secundo, partes non omnes aluntur hoc succo, (sed heic *Clar.* D. *Glisson.* de *Hep.* cap. 45. optimè consulamus) nec ullæ partes hoc solo vel absque conjugio *succi nutritij*, & liquore leniori; deindè sanguis & ipsemet nutritur ab illo succo, Chymique novo proventu. Postremò in *Hæmatosis* causâ *finali*, sanguinis *tinctura coccinea*, micans & splendida interponitur ex hâc elaboratione & haud minùs ab illustratione animali, uti mox enucleabitur.

Arist. *Harvæus.* *Suidas.* *D. Entius.* *Unio spiritus vitalis & sanguinis.* *D. Glisson.*

6. Ejus motus quoad heterogenea à fermento vitali, & quoad homogenea à suo spiritu vitali.

6. Demum ad ejus *distributionem*; Motus Hæmatosis bifariàm cietur. 1. Quoad ejus *particulas heterogeneas*; nempe motus è *fermento vitali* quaquaversus & confusè, horsum vorsum, sursum deorsum, dextrorsum lævorsum, undique & omnimode

mode exagitatus in elaboratione. 2. Quoad ejus *particulas homogeneas*, ita sanguis in orbem perpetuò cursitetur forsan à suo *spiritu vitali* iterum iterumque rediens in perenni circuitu ac refluxu.

Atque ejus semper redeat labor actus in Orbem.

Quippè Sanguis a Corde propulsatus in *Aortam* tam sursum quam deorsum distribuitur.

1. *Sursum* ad *PNEUMATOSIN*, aut quartam *Coctionem* per Arterias *Carotides* in cerebri ventriculis.

1. Ejus iter ad Pneumatosin sursum.

2. *Deorsum* vadit per Arteriolas omnes ad extremitates, deinceps ex *Arteriolis* fortassè per *Anastomoses* in venulas (tamen â quibusdam *Anastomoses* aut oscula hæc hæsitantur, quia nondum ad autopsiæ criterion uspiam conspiciuntur) dein in venas majores, refluit ad *Cavam*, & denuò in Cor. Ex hâc peripheriâ, *videlicet* ex *Cava* in Cor, ex corde in *Arterias*, ex Arteriis in *Venas*, ex Venis in *Cavam*, & ex *Cavâ* in Cor, *Hæmatosis* hujus distributio, sanguinisvè circumgyratio ab institutione *Harvæanâ* suffragatur ; & omnes ferè nunc hanc veritatem imbiberunt, â quibus *Harvæus* ille nostras *Oedipus* per orbem magnum, gratiùs ac cordatiùs agnoscitur forsàn tamen â *Venetiis* Medicis & *Hematophilis* ante *Harvæum* nostratem nonnihil lucis (velùt è crepusculo) & â *Paulo* servita *Veneto*, ad hanc doctrinam de *Peripheriâ* Sanguinis irradiabat ; & antiquitùs apud *Egyptios* hoc Arcanum *Circuitus Sanguinis* ex eorum *Hieroglyphicis* celebrari videatur ; Si de hâc re verum Censuerit P. *Jo. Faber* in ejus *Palladio Spagyrico* Cap. 4. nempè quod *Character Arcani Sanguinis apud eos hieroglyphicè palàm ostendebatur sub figura Serpentis caudam suam sub guttur attractum occultantis*, quod Hieroglyphicum nonnulli pro *ANNUO CIR-*

2. Ejus iter deorsum ad circulatoriam peripheriam.

Ex Harvæanis institutionibus.

Et Hieroglyphicis forsàn Ægyptiis. P. Io. Faber.

CIRCVITV, *pro ætate*, *& pro immortalitate posuêrunt*. Nibilominus & haud dubio sanguinis *circulationem* ab hoc optimè & ad amussim enucleare possemus. Sed ad pleniorem *Hæmatosis* rationem Doctrinas *Harvæanas* consultemus, & iter hujus tertiæ *Coctionis* aut *hæmatologiam* concludamus his dictis Ἡ καρδία ἡ τῆς ζωῆς πηγὴ ἐφέψει ἐν καθαρωτάτης τοῦ αἵματος μερίδος πλόγιον τὶ, τὸ Πνεῦμα ζωοποιὸν λεγόμενον, διὰ τῶν ἀρτηριῶν εἰς ἅπαντα τὰ μέλη διανεμητέον.

SECT. V.

De PNEVMATOSI aut quartâ Coctione

HIS de jure præstitutis *Flammulæ* familiæque *vitali* magis accommodis, Sanguinis ad *iter* hoc acclive per *Arterias Carotides* nosmet impensiùs accingamus; donec in cerebri ventriculis, (*Pneumatosis* aut *Coctionis quartæ*, vel *ulterioris ELABORATORIIS*) succus hic absolvatur, inibique de novo fermento (nempe Animali) & *calore* temperatiori exagitetur ad succum, mitiorem magisque nutritium, & *Animalium Spirituum* procreationem ac refectionem; non tamen prorsus pristinis facultatibus *vitalitatis* hic succus dispoliatur per hanc elaborationem cerebri vasis ac ventriculis. Quæ *Coctio* nempe *Pneumatosis* velùt è radiis solis ab obelisco judicii Clar. D. *Regii* luculentèr effulgeat; jampridèm quoque in ejus ultimâ *Nat. Philosophiæ* editione, (& ad *Augustissimi* nostri *Regis Caroli* pedes depositâ, imò quasi *Thure* vinoque *Nomen ad hoc*

Pneumatosis in cerebri ventriculis officiatur ex animali fermentatione.

D. Regius *de hîc re clarissimè micat inter omnes & splendidè.*

Magnum

Magnum immolatâ) Sancitur, eòque nomine depromamus. Sin usque ad hujus *Coctionis* merita rite perpensa forsàn (Plurimorum Sententiis) haùd satis ἀποδεικτικῶς extricatur, cujus & verborum parsimoniæ de hâc re â quibusdam *Pneumatophilis* ægrè ferùntur; ab iis Analysis multò fusior ac explicatior exoptetur. Quorum ex gratiâ, *Chylosis* & *Chymosis* (è fermento Naturali) & *Hæmatosis* iter (e Fermento Vitali) ad PNEUMATOSIN, hanc (quanquam *Minervâ rudiori* tamen fideli) diligentiùs explorabo. Pro stylo hoc fortassè minùs eleganti *Apologiam* ampliorem instituerem, nisi tam plurimum *Lectorum* Jatrophilων favorem (ex subjecti gratiâ) conciliare sperâssem, quàm & illum virum *Magnum* celeberrimumque *Regium* ipsum, in omnia Candoris, Mansuetudinis, Amicitiæque munera mirè compositum esse deprehendissem ac probâssem. Idcircò talis qualis sit hæc disquisitio, omnia de hâc *Pneumatosi* perquisita (modo) enucleantur; *Animaliumque Spirituum* generationi inservientia, nempè ejus *vasa*, ventirculi, & *Elaborationes* variæ, *Efficiens*, Modus, *Motus* & distributiones. Motus etiam hâc de re bifariam sumatur, *viz.* *Authoris Apologia propter hoc captum nimis raptum ac unde* *Motus hujus Pneumatosis.*

1. *Motus Fermentativus Animalis* est ab *heterogeneitate* totius compagis, & contentione inter se suapteque sponte concitatâ quum materies elaboratur & coquitur. *1. Fermentativus.*

2. Ast *Motus Distributivus Animalis* est nervosi generis è cerebro quatenùs è principio *dispensationis*, utpotè nervosi canales ortum ab iis desumunt & ad partes Corporis singulas distrahuntur; eoque nomine succus hic nutritius è Spiritibus Anim. facillimè ac commodissime derivatur per hos nervos subsidiarios ad partes omnes. *2. Distributivus.*

Ὁ μὲν ἐμψύχων πνευμάτων τόπος ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἐστίν. ὅθεν ἐκεῖνα διὰ τῶν νεύρων ἐκδραμόντα ποιοῦσιν, ἵνα ἔτι οὖν ἡμῖν ἐφάπτηται, οἷον τί ποτ᾽ εἴη, διαγνῶναι δυνάμεθ᾽ ἄν· Καὶ αὕτη ἡ πρώτη τῶν Αἰσθήσεων ἡ Ἁφή; αὐτὸ τὸ πνεῦμα ἐξελάσει καὶ ἀνακρίνει τοὺς χυμοὺς τῇ γλώσσῃ, πορώδη καὶ νευρώδει τῷ μέλει. Ἡ τρίτη ὄσφρανσίς ἐστι τὰς ὀδμὰς διακρίνουσα, τοῦτ᾽ ἐστί, λεπτομερεστάτας τὰς ἀποφορὰς τῶν χρημάτων. Καὶ ἐν τοῖς ὦσιν ἐστὶ τὸ ἐργαστήριον τῆς ἀκοῆς, ὅπου τὸ πνεῦμα τοὺς ἤχους διαγινώσκει. τῇ ὄψει τὰ χρώματα ἀνακρίνομεν. Ἀλλὰ ἵνα δὲ αἴσθοιο αἰσθόμενος, τρεῖς αἰσθήσεις αἱ ἔσωθεν κείμεναι σοὶ δέδονται, α. Ἡ αἴσθησις Κοινή. β΄. Ἡ Φαντασία. γ΄. Ἡ μνήμη. ὅπου μὲν τὸ πνεῦμα ὡς ἐν τῇ σκοπιᾷ ἱστάν, νοήματα θεωρεῖ τοῦ παντὸς ὁρατοῦ, ἀκουστοῦ, ὀσφραντοῦ, γευστοῦ, ἁπτοῦ. Καὶ ἐνθάδε αὐτὰ κατασκοπεῖ καὶ διακρίνει; ἐνταυθοῖ δὲ τὰς εἰκόνας ἐκείνας εἰς τὸ μέλλειν ἀνατίθησι, καὶ εὐκαίρως εἰς χρῆσιν ἐκφέρει. Τὸ προσῆκόν τοῦν τῆς κοινῆς αἰσθήσεως ἐστὶ προσέχειν τῆς φαντασίας, φαντάζεσθαι. ἐὰν δέ τινος καὶ ἐπελαθόμεθα τῇ ἀναμνήσει ἀνακυκλεῖν. Τὸ τελευταῖον, αὐτὸ τὸ ἔμψυχον πνεῦμα τὴν τοπικὴν Κίνησιν ἐνεργεῖ· ὅταν διατρέχον διὰ τῶν νεύρων, καὶ ἐμπληροῦν τοὺς μύας, ἐντεῦθεν ἐπιτείνει τοὺς τένοντας, ἀκεῖθεν ἀνασύρει ἢ ἐπιτάσει καὶ ἑλκυσμῷ ἡ κίνησις τοῦ μέλους παρέπεται.

Motuque di pensativo Spirituum & succorum animalium iter ad 5. Coctionem, aut Spermatosin.

Undè Sedes *Spir. Animal.* fit in cerebro, & per nervulos quaquaversus excurrunt tam ad sentiendi quam ad movendi munera; deinde & dispensatione *succi nutritii* & Spirituum, in *unione* Spermaticæque *materiæ*, mercuriique; Non parum fortasse communicentur ad quintam ultimamque Corporis Coctionem ex *SPECIEI* conservandæ gratiâ, nempè *SPERMATOSIN.* Prætereà rerum naturam perscrutandi ratiocinandique vis penetrativa vel ingenium, pascitur a *Pneumatosi*, τῇ ἐπὶ τὰ ἄποντα δια-

περίηται,

περῆσαι, τοῦ τὰ ἀπόκρυφα ἐξετάζεσθαι, τοῦ τὰ μέλλοντα προειπεῖν (?), abstrusa indagandó, futuraque præsagiendó. Τὴν δύναμιν ἐκείνην τὴν διανοητικὴν ΛΟΓΟΝ ὀνομάζομεν, ὅστις τῶν ὄντων τὴν σύνεσιν ἢ διάνοιαν ζητεῖ. Τὴν δύναμιν ὀρεκτικὴν ἀγαθοῦ ΒΟΥΛΗΣΙΝ λέγομεν, τὴν δύναμιν τὴν ἀκολουθητικὴν τοῖς ἐπιθυμουμένοις ΘΥΜΟΝ προσαγορεύομεν. Ἔπειτα δὲ ὁ πολλὰ ἐξερευνῶν, ἐπιμελής, ὁ εὐχερῶς τι μανθάνων εὐφυής, ὁ ἐπινοούμενος φρόνιμος, ὁ εἰδὼς ἐπιστήμων, ὁ χρησάμενος. Σοφός, ὁ ἀποχρώμενος πανοῦργος, ὁ τὴν ἐπιστήμην τῇ ἐμπειρίᾳ βεβαιώσας, ἔμπειρος. Ὅ τι ἂν τὶς τῇ αἰσθήσει γινώσκει ἐπίσταται, Ὅ τι τῷ λόγῳ συνίησιν, ὅ τι τῇ πίστει πιστεύει; Ἀλλὰ τὰ λοιπὰ τῆς ψυχῆς ΠΑΘΗ ἔρχεται. Et hæc *omnia* nempè ratiocinandi vis penetrativa, solertia, & acumen ingenii, necnon Animi pathemata perpenduntur in *Pneumatosi*, quibus ad hanc coctionem ejusque *Causam Finalem* metam imponamus, & accedamus ad *quintam* vel *Spermatosin*.

Et huic Pneumatosi debentur acies ingenii ratiocinandi, animique pathemata.

SECT. VI.

De SPERMATOSI *vel Concoctione quintâ.*

COctiones hæ præeuntes ad *Individui Conservationem* (Divini Numinis â nutu) Corpori donantur; Alii ad conservationem *Speciei* superest altera & ultima, quasi cæterarum *extractum* & quinta essentia, *viz. Spermatosis*, aut elaboratio materiæ Seminalis in Testibus, *Epididymid. Parast.* vasisque spermaticis ad *Germen.* Cujus ad præliminium, *Pneumatosis* ipsius *iter* expendamus. Quippè seminis materies ex quâ partes

Priores concoctiones statuuntur ad individuum, sed hac quinta celebratur in specie propaganda.

Animalis

Animalis Singulæ proximiùs efformantur non tantò à sanguine, uti plerique perperàm existimârunt, quantò à *succo nutritio* vel humore albugineo & multò suaviore ex *Pneumatosi* provecto, per *nervosque* plurimos vasis seminariis advecto; prout ab Eximio D. *Glissonio* de *Hep. cap.* 45. ejusque Sectatoribus eruditis, *Neotericis* suffragari necnon enodari queamus. Pauxillum tamèn sanguinis per *Arterias & Venas*, hujus elaborationi inserviens haud inficiamur. Semen ex doctrinâ Pythagoreâ *FLORIS Alimenti* nomine celebratur; & *Alcmæo* veluti *pars Cerebri*; reverà verò sit succi nutritii Portio, & ex toto composito præstantissima; Quæ â summo naturæ labore vigore, & Arte exautlatur ἐν τῷ τελείῳ, vel ad *GERMEN*, aut fructus, *Fermenti Seminalis* ac caloris adminiculo; & ex *Animal. Spirituum* influxibus aut radiis optimè maturatur; deindè ac de jure meritò Semen *FLOS* sed Germen *FRUCTUS* hominis appelletur. Cujus quam *COCTIONEM* è *mixto* tam *ELABORATIONEM* è *particulis* fermentativis κατ' ἴχνος αἰσω sequor in *Lib. tertio* ad omnium unionem *Conjugalem* aut inter mercurium *fixum volatilemque* per omnes ejus *Causas*, materialem, *instrumentalem*, efficientem, *formalem* & finalem ad *GERMEN* ipsum tam *potentiale* quam in *actu* & utero; vel ad ejus summam exaltationem & *totius* tam essentialis quam integralis *Elixerem*. Dum verò nihil hujus generis absque sale nigro forsàn & *Bionæo*, vel invidiæ & detrectionis aleâ proponatur aut excudatur licèt hujus disquisitionis promulgandæ inconvenientias fortassè sim aptus, (& ultra modum) consulere; promissa tamèn emissa sanctè observare, hujus & indaginis,

D. Glisson.

Semen est Flos & Germen & Fructus.

Hanc Coctionem per omnes causas exquiramus ad exaltationem omnium & unionem conjugalem.

nis Ratiocinia, & ex ingeniis nostræ *Palæstræ*, scintillam saltèm unam aut igniculum (velut è lapidûm conflictibus) excutere, alacritèr pertentavi; & non tam de nomine meo quàm de bono publico solicitavi. Quippè *Galenus* ipse statuit quæ nobis Cognita κείνειν καὶ βασανίζειν χρόνῳ παμπόλλῳ καὶ σκοπεῖν πόσα μὲν ὁμολογεῖ τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις, πόσα δὲ διαφέρεται, καὶ οὕτως τὰ μὲν αἱρεῖσθαι, τὰ δ' ἀποστρέφεσθαι. Et quanquam hoc iter â lynceis, & orbitam ab aliis incalcatam nimis audactèr conficere videar; attamèn haud absque ducibus & Sociis Celeberrimis nempè & Hipocratis ipsius, *Galeni*, *Aristotelis* aliorumque τῷ φῶτι λαμπεστέρῳ velut è Jovis cerebro hujus opusculi stadiolum transirem. Nec quicquam approbandum mihi proposuerim, nisi *quod* certissimis illis in τοῖς φυσίκοις ἀληθεύειν humanisque Κειτηρίοις λόγῳ καὶ Πείρᾳ Convenerit. Idcircò Doctiorum trutinam accuratam, opusculo hoc tam modestè digesto pervolvor; & nemo velùt ex imprecationibus Thyestæis aut *Circæis* modestiâ ullâ malè vertat, donèc aucupia nostra de hâc re solertissimè perquirat, & ex ornatiori *Minervâ* vel uberiori Fructu *Errata* nostra corrigat, aut opimiora proferat.

Galen.

Hippoc. *Galen.* *Aristot.* & alii hâc disquisitione nobis lucem prætulerunt.

SECT. VII.

Corollaria de Corporis 5. Coctionibus.

INtereà *verisimilitudinis* tramite de hisce Corporis elaborationibus hæc sex Corollaria foràs & prius eliminentur, nempe.

1. Chylosis ac Chymosis è *fermento* Spiritu-

 que

1. Cor. Ex differentiâ fermentationis.

que *Naturali*, cum calore innato, & *Animal: Spirituum* influxu conficiantur in *Ventriculo*, Intestinis tenuibus, prorsus et *Venis lacteis*, vasisque meseraicis, & Hepate ad *CAVAM*; Sed *Hæmatosis*, E fermento Spirituque *Vitali* cum calore insito, Spirituum jugiter & Animalium influxibus subservientibus; *Pneumatosis* è fermento Animali & calore partim insito, partimque *Vitali* vel â corde per Arterias. *Spermatosis* etiam è *fermento Seminali*, Spiritibus subsidiariisque, potissimùm autem ab *Animalibus* per nervos ferè innumeros volitantibus; deindè per Arterias à *Vitali* Spiritu, & à *Naturali* per venas; Adeò ut ex intestinis diversisque motibus, inter particulas succorum *Heterogeneas* Antipraxis vel Lucta fit indesinens, ad elaborationem debitam institutamque Coctionis exaltationem & succorum & spirituum conjugium Mercuriale.

☞

2. Cor. Ex differentiâ coloris.

2. Chylosis Chymosisque liquores, quibus insunt Spiritus Naturales colore mixto creberrimè imbuuntur; ast succi vitales ex *Hæmatosi* (quibus & insunt Spiritus Vitales) & calore & colore flammigero, florido, coccineovè, procliviores sunt ad rubedinem; Succi nihilominùs animales *Pneumatosi* & *Spermatosi* quibus insunt Animales Spiritus, humidoque radicali magnoperè redundantes, colore candidiori, albugineo, ac nitore puriori gaudent.

3. Cor. à Micatione sanguinis vitalis & quomodò fit?

3. Deindè succi venis color, haud tam splendidè vel φλογοφορῶς eluceat quam in *ARTERIIS*, partim ob mixturam Chymosis ad *Cavam*, & partim ob humidiorem frigidioremque Crasin. Porrò Sanguinis in *Spiritibus* sint gradus varii ad volatilisationem & ignescentiam, partim è naturâ fermenti, partimque cordis ex viciniâ

ciniâ, ejusque caloris. Quippè singulo sanguinis circuitu, à fermento vitali & ex cordis foculo ab accensione novâ magis atque magis ignescet; hoc quoque Charagmate vitalis spiritus emicabit in Arteriis; dum forsitan in venis misceatur sanguis ex novâ Chymosis *provinciâ*, vel â temperamento frigidiore, & è diversâ fermentatione nempè naturali; pro-hinc enim interrumpatur ejusdem *micatio*, talisque perstat, donec ad Cor rediens, postliminio aut peripheriâ proximâ de novo excandescat; & dein ad vitalitatis illustrem suam dignitatem, splendidamque restituatur, micationemque intermissam ilicò succus hic de jure recuperabit.

4. Insupèr, & per Colorem nativum *Vasorum*, Domiciliorumque Coctionis singulæ, primordium de hâc re nonnihil extricetur *Chylosis*, jugitèr & Chymosis *Elaboratoria* colore cineritio vel mixto fruuntur; Imò *Jecur* calorem coloremque verisimilitèr ex ejus officio, *Chymique* coctione, mutuatur; & haud ab *Hæmatosi* ut olim Plurimi perperàm excogitârint; nec est color *Hepatis* nativus (vel ab origine) sanguineus, ast potiùs miscellaneus aut ex *pallido* flavescens, cæsiumvè colorem subiens; paulatim tamen ex innumeris perpetuisque sanguinis circuitibus magis & magis è rubedine Sanguinis tingatur. Cordis autem parenchyma, colore rubro fortitèr & sanguineo micabit; dum *Cerebri* vasa, & *Seminaria*, ab eorum geniis, liquoribus, succisque sanè *elaboratis*, admodum ac præ aliis albescunt.

4. Cor. à nativi coloris Vasorum & officinarum discrepantiâ inter se.

5. Ex inopiâ fermentationis *Naturalis*, & caloris in *Oeconomiâ Naturali* Cachexiæ postulabunt ortum; & Evanescente *calore Vitali* fermentoque in *Oeconomiâ Vitali* sanguis ipsemet trans-

5. Cor. ex morborum differentiis in diversas lesiones coctionum.

transmutetur *ad Cruorem* parùm aut *nihil* emicantem. Et citra Spirituosi Sanguinis, (*vel vitalis*) effluvium *per Arterias*, Caloris etiam Vitalis influentiæ sufflaminarentur. Ast è penuriâ vel socordiâ fermentationis ac Caloris in *Oeconomiâ Animali*, succus ille nutritius limpescat, Spiritus Animales deprædentur & evanescant, undè & partes per ἀλογοτεϱφίαν aut κακόϯϱφίαν degenerent. Quippè *Spiritus Animales* luminosi corporis more, radios suos velùt in orbem totius hujus microcosmi & instar solis dispergere, concredo; Quorum ex absentiâ (non secùs ac fructus, Arbores aut terræ partes elanguescunt) flaccescunt, acescunt aut nuspiam gratè maturescent. Torpor enim hic, aut Spirituum insitorum defectus summoperè cernatur in præliminio, ex imminatâ vel pravatâ Coctione, dein & â nutritione in postliminio, demumque aversatione motûs, uti (divino Numine favente) lineis postnatis enucleare Conabimur.

6. Cor: una coctio ad alteram ministret, & rudimenta promoveantur â Chylosi ad Spermatosin Sim.

6. Postremò, ingens est profectò naturæ vis, arcanum, & imperium his Animalium *concoctionibus*, dum *una* alteram ancillat ad *Biolychnii* flammulæ, Individuique conservationem; imò & succorum vegetabilium elaborationibus, ex semine, radice, (fermenti vegetalis & caloris ope) in nudâ terræ matrice; dum Spiritus hic vegetus (& instar limacis) prorepet ad omnes partes, summitates versus ex *Germinationis* gratiâ, dein & ad *flosculos*, tunc ad fruges maturandas, tandem ex *peripheriâ* perfectâ, velùt â totâ *Plantæ* mole particulæ succorum nobiliores & magis activæ segregantur ad *Semen*, tanquam ad totius hujus Corpusculi *Quintam-Essentiam*. Quapropter *Aristoteles* de hâc re optimè Philosophatur. Lib. 3. de Gener. Anim.

Arist.

Anim. Cap. 11. ἐν γῇ ὑπάρχειν τὸ ὑγρὸν, ἐν δὲ ὕδατι πνεῦμα, ἐν δὲ Πνεύματι θερμότητα ψυχικήν: ὥς τρόπον τινα πάντα ψυχῆς εἶναι πλήρη. Et abinde dixit πάντα πλήρη ψυχῆς omnia sint Animæ plena. Pariter & ἴσως ultimam Animalium *Coctionem*, metam usque, nempè *SPERMATOSIN*, Coctiones priores omnes (Individuo inservientes, ex *Speciei* conservandæ gratiâ) cum pabulo de jure merito subserviant; dum Seminificationis ipsius rudimenta primordia vel principia per hoc iter totum à *Chylosi* provehuntur. In omni quidèm *Alimento* vel succo Cocto nidulantur Spiritus quidam, sed in *Spermatosi* insupèr omnes, tam *Naturales* quàm *Vitales* & *Animales* hospitantur ad operationem τελειωτατην. His autem priùs limine dispensatis; ad Palæstram *PNEUMATOSIS*, & *Analysin* locupletiorem adeamus.



CAP. II.

1. *Coctionis* φερωνυμία, 2. *Pneumatosis* Definitio, 3 Tàm ab *Artis*, quàm 4. A *Naturæ* Principiis Externis & Internis Enudatio, 5. Ejusque Vindicatio.

SECT. I.

De Coctionis φερωνυμία *tam a Chymicis quam à Coquis.*

Epictet.



PICTETI dictum, (inter cætera dilectissima dulcissimaque) proditur in medium hoc unum, *viz.* ut Ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις Nominum explicatio, litterarum sit principium; Aures etiam nostras permulcendo summâ cum facundiâ, *Aristotelem* ipsum exaudiamus. 2. Top. Cap. 2. ἁμαρτάνουσι, οἱ τοῖς ἀλλοτρίοις ὀνόμασι τὰ πράγματα προσαγορεύοντες; Et nè de merito culpam hanc incurramus, inprimis velut in vestibulo *Disquisitionis* hujus ac in genere, *COCTIONIS* Nomen deindeque Naturam commodiùs exquiramus. Quare *COCTIO*

Arist.

Coctio à coquendo & i. ab operationibus coquinariis.

CTIO denominatur apte â *Coquendo*, cujus & naturam per ejus nomen gratiùs enodemus. *Galen.*

1. Vel ex *Camino & Foculo* (quoad nutritionem) ex operationibus Coquinariis *ab humido calore* Gal. Com. 2. in Lib. de Rat. Vict. Cap. 22. necnon ab *Elixatione Peripateticâ*, quam eorum Princeps. 4. Meteor Cap. 3. sic definit ἕψησις δ' ἐστὶ τὸ μὲν ὅλον πέψιν ὑπὸ θερμότητος ὑγρᾶς τοῦ ἐν πάρχοντες ἀορίστου ἐν τῷ ὑγρῷ. E ab humido calore.

2. Vel ex *Furno* a fornace (quoad medicinam) ex operationibus *Chymicis* aut Spagyricis ab *IGNE SICCO* necnon *FERMENTO* celebratur; undè exautlantur & segregantur *heterogenea*, purificantur *particulæ*, & exaltantur *homogenea* per elaborationes varias. 2. Vel à Chymicis operationibus & à calore sicco.

3. Nostro tamen Calculo & huic disquisitioni sicubi *Via Media* (vel ab utrisque consistens) palmam præripuit; partim ob ejus rarefactionem ex *vi Caloris*, & partim ob ejus resolutionem â crassioribus tartareisque principiis ex vi *Coctionis*; hoc quoque censu optimè parantur alimenta, omniaque depurantur â fæculentiis, & ad ἀκμὴν auspicatam promoventur. *Aristotelem* & ipsum cum *Veteribus* facillimè de hâc re deprehendamus, quibus πέψις elaboratur ὑπὸ θερμότητος ξηρᾶς καὶ ἀλλοτρίας, â *Sicco* vel *alieno Calore*, nimirum è Cordis foco ac furno. Insuper & hâc nostrâ Sententiâ *Neotericos*, Neophytos *Chymiatros* Postnatos in mutuam gratiam cum *Majorum* & *Veterum* familiâ felicissimè conciliamus, & utrinque ratiociniis justis subinnuamus; dum quoque de hâc disquisitione Plerique *Philiatri* inter se vehementissimè digladiant, *Ariadnis* hoc filo & ad clariorem doctrinam ex eorum umbraculis & litibus nosmetipsos extricabimus. Quippè propter ele- 3. Vel in mediâ viâ ex Authoris sententiâ. *Aristot.* Hæc Authoris opinio pacem inter Veteres & Neotericos (inter se digladiantes) conciliat, & quærit.

mentorum, Mixtorum, *oppositorumque patibilium* ebullitionem, è vi caloris humidi & Coquinarii nomen â *Coquis*; ast ob particularum, (*Mercurii*, salis, *sulphuris*, Spiritus, *Tartarique*, &c.) variè, horsum vorsum, quoquoversus & confusè colluctantium exagitationes *è vi CALORIS* spagyrici, sicci, & *fermentativi*, nomen â *Chymicis* haud immeritò, haud impropriè mutuetur; sed ab utrisque ad ejus indaginem δημιουργικώτερον quantùm nominis tantum Coctionis â *Naturâ* jugitèr investigabimus; Primo sensu, *Naturæ* phænomena apertiora ex *quatuor elementis* eorumque *Diathesi*, vel *Metathesi* clariùs expendenda; secundo tamèn, ænigmaticos naturæ motus & recessus subtiliores ex particulis minutissimis (velùt ex atomis) & spiritibus utpote diversimodè concitatis ad calculum accersimus, & utroque sensu, ἡ Ἀρχὴ τῆς τελειώσεως ὑπὸ θερμότητος τῆς οἰκείας, ἣ τῆς ἐν αὐτῷ συμβαίνει, κἂν δ᾽ ἄτινος τῶν ἐκτὸς βοηθείας συνεπιτελεσθῇ. Calor est huic elaborationi proprius ac adæquatus, etsi forsan haud omninò omnique sufficiens, Propterea dein alieno calore, vel *Vulcano* cordis Vitali & ficciore (velùt adminiculo) indigeat, ad particularum Heterogenearum Concoctionem, meliùs ac rectiùs absolvendam. Suffragatur & hujus Caloris necessitas ab ipso *Galeno* de Vict. Rat. in Com. 3. ac Cap. 29. & Com. 4. in Lib. 6. Epid. Cap. 14. in *Hipp.* dum Coctioni perpetuæ *CALOREM* hunc & innatum instituit. Com. 1. in Prog. cap. 34. & de Nat. Facult. l. 2. luculentissimeque demonstrat. Imò & ævo (plurimis ex lustris) præoccupato, uti *Chyrographis* ab antiquis jam pridèm trans mare nobis occurrentibus Testimonium (ita vulgò existimatum *Zoroastris* Chald. *Hermetis* Trismegist. & *Asclepij* in ejus Dialogo) translatum

A duplici Calore fit Coctio viz. innato & alieno, humido & ficco.

Galen.

Zoroaster.

tum fuit de variis alterationibus, & *COCTIONIBUS* tam inter vegetabilia, quam *animalia* terrestria cœlestiaque, quæ per *IGNEM* (eorum idiomate) vel *CALOREM* conficiuntur: & sic ex *Arist.* de Anim. lib. 2. cap. 5. ἐργάζεται δὲ τὴν Πέψιν τὸ Θερμόν; *Hæc autem* tam *Chymico* quam *coquinario* more conjugium subit sic de *Pneumatosis* coctione luculentèr enucleabitur, & Doctissimo *Heurnio* de Prax. Med. lib. 2. cap. 1. concludamus, *Coctionem apud Medicos fieri ex ope* CALIDI *& innati; unde separatur benigna à materiâ pravâ, ut* FORMÆ *cultum quam* MAXIMUM *induat.* Heurnius.

SECT. II.

VINDICATIO *Capitis Principatûs & ἐξοχῆς.*

HOc tamèn itinere & tramite; ut & aucupia nostra (de hâc re) perquisita cum uberiori fructu decerpamus ac delibemus; *Pneumatosis* officinæ vel *capitis* ipsius ἐξοχὴν ac Dignitatem (præ aliis) sartam, nervis ex omnibus Ἰατρικοῖς adversùs Peripateticos tueamur; & cor minus esse nobile, cum *Viris Magnis* (primariæ philosophando celebritatis) argumentaremur. Ab Arce hâc Animæ *Basilicâ* ex quâ *per totum microcosmum*, sceptrum & *Clavum imperij* tenet. Facultatum & principum est *sedes*, ubi sensus omnes simul vigent; Nervorumque originatio (quoad & succi nervosi dispensationes) sancitur cerebro, & abinde spiritus Animales irradiant universim. Ex *Hermetis Trismeg.* Philoso- Dignitas capitis ab animâ. Hermes Trismegistus.

Philosophiâ *Clav.* lib. 4. ad *Asclep.* astruitur capitis *eminentia* tam *ab usu* quam *ab ordine*, dum Anima quæ potissimum cerebro residet, ex ejus verbis hoc modo per totum corpus fertur. *Mens in Ratione, Ratio in Animâ, Anima in Spiritu Animali, Spiritus & penetrans per totum movet Animal. Anima vero & ipsa divinum quid existens tanquam ministro utitur spiritu; spiritus & regit Animal.* Insuper à *Capite* potiùs quam à *Corde* figura fit hominis erecta, quia maximè congruit homini, functiones ad obeundas & ad quas à Deo Creatus erat. *Aristoteles* etiam innuit lib. 4. de part. Anim. cap. 4. & ait. Ἄνθρωπος ὀρθὸν ἐστι μόνον τῶν ζώων, διὰ τὸ τὴν φύσιν αὐτοῦ καὶ τὴν οὐσίαν εἶναι θείαν, ἔργον δὲ τοῦ θειοτάτου τὸ νοεῖν καὶ φρονεῖν, hoc opus esse divinissimum intelligere, & sapere de hâc hominis figurâ erectâ. Temporibus etiam *Saturni* Regnantis, & *Osiridis*, & *Isidis* (ex *Diodoro*) constitit hanc *Anthroposophiam* floruisse, satis & ex *Hermetis* sermonibus, necnon è libro antiquitùs edito per nomen *Camephes* hisce verbis Πρόσεχε τέκνον Ὧρε κρυπτῆς γὰρ ἐπακούσῃς θεωρίας ἧς ὁ μὲν Προπάτωρ Καμήφης ἔτυχεν ἐπακούσας παρὰ Ἑρμοῦ τοῦ πάντων ἔργων ὑπομνηματογράφου, παρὰ τοῦ πάντων προγενεστέρου Καμήφεως, *&c. Mentem adhibe, mi fili HORE! quippè contemplationes abstrusas & occultas exaudias, quas & avunculus tuus ab* HERMETE *ipso, & à Progenitore tuo* CAMEPHE *audierat.* Hic *HORUS* Osiridis filius dicitur, Osiris *CHUSI*, hic verò *CHAMI*, i.e. *Camephis*; & Camephis Progenitor *NOACHUS* ipse, qui & insupèr appellatur *Saturnus* senior, cujus etiam sermones de homine *Hermes* hic *Primus*, aut senior & Proavus audivisse dicitur; & non multò post eum, *Asclepius*, *Imuthes*, *Hephestobulus* aliique sed postea *Hermes Termaximus* & *Nepos*, alter etiam *Asclepius*

MEDI-

Et à figurâ hominis erectâ.

Aristot.

Veterum doctrina de Anthropo-sophia.
Diodor.

(*MEDICINÆ* deindè instar inventoris re-putantur: sed *Asclepij* verba sunt, quæ *miranda sunt de* HOMINE *dicta sunto, sed omnium mirabilium vincit admirationem, quod homo potuit invenire* NATURAM *eamque efficere.* Porrò a verbo ἀναθρέω & ὤψ (oculus) quasi sursùm oculis adspicere pedibus & arrectis ambulare denominatur Ἄνθρωπος, de hâc quoque figurâ quam sanè, quam lepidè Poeta Cecinit. *Ovid.* lib. I. *Metaph.* quis sit ignarus.

Pronaque cum spectent animalia Cætera terram
Os homini sublime dedit, Cœlumque tueri
Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Nec figura hæc hominis erecta tantoperè fiat è cerebri *Substantiâ* (quemadmodùm Doct. *Riolanus* putaverit) quantoperè è *Pneumatosis* elaboratione sanâ, & *animalibus* spiritibus, ut à *Rachitidis* intemperie appareat; quum cerebri ipsius moles perquam & magnoperè sit aucta, nihilominus taliter laborantis nec ambulatio nec figura sit erecta. Ibidemque mens ipsa potissimùm dominatur (ut anteà diximus) & omnium sensuum, motuumque, succorumque *nervosi generis* in eodem cerebro imò *Rationis*, intellectûs & *sensorij Communis* Principium aut sedes ilicò collocatur. Hujus etiam prioritas quam *ab usu* tam *ab ordine* fusiùs *Thom. Aquin.* philosophatur, quoniam à *capite*, sensus omnes intrinsecùs ac extrinsecùs influentissimè coeunt. Necnon ex sacris Scripturis *Salvator* noster ex hâc causâ *Ephes.* I. Corpori *Ecclesiæ* toti plenitudinem communicare dicitur, velut è *CAPITE* (non è corde) *per ejus spiritum.* Hæc etiam Doctrina *Danielis* ejus philosophiæ (de *Nebuchadnezaris* insomnio & statuâ, *cap.* 2, 32.) optimè conveniat

Figura erecta ab animalibus spiritibus.
Riolanus.

Et à principio dispensandi sensus omnes à capite.

Thom. Aquin.

Et è sacris Scripturis.

conveniat הִיא רֹאשֹׁה דִּי דְהַב טָב cujus caput erat de auro optimo in *Sept.* ἡ κεφαλὴ χρυσίου χρηστοῦ. Sed quare heic commoror? in disquisitionis hujus limine, *Pneumatosis* officinæ vel *Elaboratorii* præstantiæ sufficiant hæc raptim dicta; ast ne marcentem *Lectoris* stomachum, aut ad somnum plùs, quam ad ampliùs legendum irritarem, ad *Pneumatosis* ipsius *DEFINITIONEM* hâc sede *corporis* celeberrimâ, protinùs ac promptiùs accelerabo.

SECT. III.

Definitio Pneumatosis, & ejus Analysis. 1. *Ab Arte* Coquinariâ *in ollis*, Chymicâque *in Alembicis.*

Hermetica doctrina.

HERMES *Trismegist.* ejus *Asclepio Dialogo* nihil in Mundo (nec megacosmo nec microcosmo) perfici absque ordine aut *rotatione* statuebat; & hæc elaboratio *utrique* plurimùm conferat. Ex *Hermeticâ* hâc doctrinâ triplex εἱμαρμένη rerum imponitur, nempè. 1. *Fatum.* 2. Necessitas. Et, 3. Ordo. Et prima veluti jacto semine, futurorum forsàn omnium suscipiat prolem: Secunda deindè sequitur aut *Necessitas*, quâ coguntur omnia ad effectum: Tertia verò, (nimirùm *ORDO* rerum) à Divini *Numinis* immutabili celebretur lege, & considerationi nostræ de *Pneumatosi* mox inserviat; intereà nè censorum *spongias* inferremus, Definitionem hujus concoctionis explicatiorem impendemus. *PNEUMATOSIS enim est (Animalis) quarta coctio succorum elementorumque MIXTI, insupèr & particularum oppositorumque*

Pneumatosis definitio.

rumque patibilium elaboratio, quæ cerebri vasis & ventriculis de jure sancitur ab efficiente SPIRITU *vel animâ, ex materiâ præcipuè provectâ per arterias carotides, nares, nervosque odoratorios; caloris fermentique animalis ex virtute; ad animales spiritus, succosque spissos in unione procreandos, per exagitationes varias & fermentativas usque ad eorum* (ab heterogeneis) *exaltationem & ἀκμὴν summam; Nervorumque ex ope dispensantur in corpus totum, ob sentiendi, movendi, nutriendique gratiam.* Et ab hâc defin. legitimâ, causas *COCTIONIS* hujus *Materialem*, Efficientem, *Formalem*, Instrumentalem ac *Finalem* ex Ambagibus perplexis & erroribus extricare queamus. Necnon ex magnâ parte philosophia Peripatetica de hâc re congruit. *Aristot.* lib. 4. Meteor. cap. 2. Πέψις μὲν οὖν ἐστὶ τελείωσις ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ καὶ θερμοῦ ἐκ τῶν ἀντικειμένων Παθητικῶν; ταῦτα δ' ἐστὶν ἡ οἰκεία ἑκάστῳ ὕλη. Tamen hæc de *Pneumatosi* concretâ denudetur ad amussim, ac optime forsan ab *Artis* vel à *Naturæ* ipsius operationibus; & *Aristot.* *Ejusque explicatio generalis.*

1. Ex *ARTE* vel *Agente Externo*; quippè Materies hæc excoquenda vasis cerebrique ventriculis à cordis foculo, & calore. *1. Ab arte & inibi.*

1. Non secùs quam in *ollâ Coquinariâ* cupreâ; cujus liquor ebulliens ac effervescens super ignem circulatorium coquatur; unde Heterogenea & elementa multifariè prorsus agitantur, fæculentiæ despumantur, succi clarificantur, præcipueque præparantur hæc vasis aut *Arteriis Carotidibus*, rareficantur ex effervescentiâ motuque; denique hoc *igne circulari* coquuntur in ventriculis, velut *ollulis* ad perfectionem. Quippè pravæ qualitates & humores excrementitij franguntur, discutiunturque, sed homogenea colliguntur in unum, & virtutes omnium sanæ in *1. Ab arte coquinariâ velut ollâ liquoris super ignem circulatorium à foco cordis.*

succum

ſuccum nutritium aut animalem; cerebroque velut ab *HUMIDO Calore Pneumatoſis* elixatur. Nihilominùs hæc *Coctio* citiùs aut tardiùs, puriùs aut impuriùs efficiatur à Calore *Cordis* aut *alieno* majore vel minore, magiſvè minuſvè temperato; potius quam ab *humido Calore* qui cerebri ventriculis nidulatur; qui tamen ad hujus Coctionem τελειωτέραν expoſcatur.

2. Ab arte ſpagyricâ velùt in Alembico Spirituum ſuper ignem Reverberatorium. 1. A Priori.

2. Aſt ad hujus *Coctionem* τελειώτατην & elaboratiſſimam, uſque ad Pneumatoſis exaltationem, & animales ſpiritus conficiendos; particulæ minutiſſimæ velùt in *Alembico* Chymico, partim à *SICCIORE Calore* & reverberatorio, forſitan, (è *cordis* fornace) vel *vitali*; partimque ex *fermentatione* Animali peraguntur. Quippe priori elaboratione totius compagis *elementa* (convertibilia inter ſe mediis) ex ſuis qualitatibus operantur; nempe *calor* aut ignis, *aër*, *aqua*, & *terra*; quæ ſanguinis circuitu vel mixto compoſitoque promoveantur, & hæc elementa convertantur inter ſe invicem, *viz. aër in ignem*, (mediante *calore ſicco*) rursùs & *ignis in aërem* (ab *humido calore* vel animali) ita terra (ſanguinis) in *aquam* vel *pituitam*; & hæc iterùm in *terram*; ſed hæc à priori. Poſteriori autem hâc *elaboratione* & ultimâ, *principia* ſubtiliſſima, corpuſcula vix ſenſibilia aut ἄφθαρτα, & *particulæ* minutiſſimæ (quæ clauduntur mixtis vel elementis ſingulis & ex quibus illa Mixta conflata ſunt) indeſinenter exagitantur; exindeque varias mutationum vices colluctationeſque, Sulphureæ, terreſtres, nitroſæ, ſpirituoſæ, mercuriales aquoſæque particulæ ſubeunt; donec *Craſſiores*, ad fundum aut *infundibulum* præcipitentur & ſubſidant; ſpirituoſæque, ſalinæ, magis agiles

2. A poſteriori Elaboratione.

tes & subtiliores è cæteris inviscantibus erumpentes, exaltari volatilisarique polleant; è quibus velut ex operatione *Chymicâ* proliciantur. In hujus rei gratiorem confirmationem ad D. *Willisii*, *Galeno-Chymici* perquam *Eruditi* placita verbis ex propriis & elegantioribus adeamus (de *Ferment.* cap. 5.) *Videtur autem mihi, quod cerebrum cum calvariâ superobductâ & nervis appensis, repræsentet capitellum, seu* ALEMBICUM VITREUM, *quo pro spiritu vini summè rectificando uti solemus; equidem sanguis è cordis foco cum effervescentiâ rarefactus ad caput defertur, non secùs ac spiritus vini in cucurbitâ ebulliens, ac in vaporem resolutus in Alembicum elevatur. Non absimili modo sanguine in caput delato, spirituosæ volatiles & subtiles ejus particulæ è calvariâ ejusque meningibus velut ab Alembico, intus coercitæ, à spongiosâ cerebri substantia imbibuntur, ibidemque in majorem nobilitatem evectæ, in Nervos velut in totidem* ROSTRA *huic appensa derivantur.* Sic ille, & quid clarius? Tantùm per Canales, cerebrique gyros labyrinthæos velut per spirituum *REFRIGERATORIUM* jugiter & cerebri substantiâ spongiosâ) transire (vel ad *quartum ventriculum* prorepere) spiritus hos & succos autumaverim; ibidemque per *descensum* à liquore ferente ad nervos tanquam ad Alembici *ROSTRUM* consignentur. Quum verò *Particulæ* fæculentiores & haud satis coctæ, ab ingressu cùm succis spiritibusque satis elaboratis de jure merito sistuntur aut remorantur, ad circulationem forsàn aliam aut accuratiorem concoctionem optimè remandentur; haud aliter quam *Chymici* spagyricis ex Artibus distillandi qui partes subtiles & spiritus in *caput mortuum* ad ulteriorem

D. *Willisius* de Ferment. quoad ulteriorem & hanc posteriorem elaborationem elegantiùs & fusiùs edidit.

Ad hanc operationem spagyricam refrigeratorium quid?



Et Rostrum quid?

Caput mortuum quid?

riorem imprægnationem creberrimè reaffundunt, hoc opus & toties donec omnes spiritus summoperè rectificentur, cohobentur & exaltentur, ad ἀκμὴν; aut ex repetitis vicibus *Alcohol* fiant. Hoc modo comparantur matrimonio cum succis spiritus Animales; Et hæc quarta *Coctio* vel Pneumatosis ἐν τῷ τελείῳ, ex antlatur: discrepantia tamen est his ἐργασίαις admodum egregia; & inter priorem aut imperfectiorem elaborationem (velùt ab Arte *Coquinariâ*) & hanc perfectissimam aut ultimam (quasi per artem *spagyricam*) *Chymico-philis* facillimè fiat obvia. 1. A *Materiâ* coquenda vel elaboranda. 2. Ex *Instrumento* vel ignis naturâ. 3. *Gradu* *CALORIS*. 4. Materiæque *præparatione*. 5. *Formâ*. Et, 6. Operationis *Fine*.

Et Alcohol spirituum quid?

Differentia inter priorem & posteriorem elaborationem valde conspicua.

SECT.

SECT. IV.

PNEUMATOSIS *Coctio prior ab Elaboratione posteriori differt.*

1. *Coctio Prior.*

1. RAtione materiæ ex *Elementis* totius compagis, per *Arterias Carotides* & nares adeptæ Coctionem versus, cum succo & sanguine spirituoso provectæ; hisce quoque principiis mistis et compositis haud dubio *sensui* satis obviis, succisque junctim coquendis *elixatio*, donec eorum vires et qualitates imbibantur; et sic ex *Arist* 4. Meteor. *cap.* 3. ἕψησις δ' ἐστὶ ὑπὸ θερμότητος ὑγρᾶς τοῦ ἐν ὑπάρχοντος ἀορίστου ἐν τῷ ὑγρῷ, uti *Galeni* ipsius ex fonte de Nat. *Facult.* lib. 3. et *Aristot.* 3. Meteorol. 4. exhauriamus; Coctionem hanc elixationi haud absimilem esse, quâ ex ratione *coquendi* alterationesque varias subeundi velut

Elaboratio Perfectior.

1. RAtione *particularum* Heterogenearum mixtis vel concretis insitarum et prægnantium, elaborationem versus, quæ *gremio* vel amplexibus *Elementorum* aut compagis strictæ sunt; forsan et de principiis sanguinis seorsim agitatis et haud satis obviis *sensui externo* ob subtilitatem; tamen intellectu ac internis sensibus ex ratiocinando et qualitatibus luculenter *appareant*, et uti sagacissime deponitur apud *Hippoc.* lib. de *Arist.* casuque consimili τὴν τῶν ὀμμάτων ὄψιν ἐκφεύγει ταῦτα, τῇ δὲ τῆς γνώμης ὄψει κεκράτηται ex oculis acieque Mentis comprehendantur, dum motus diversimodos, processus et attemperationes varias subeunt, do-

Pneum. Coctio prior.

ἐν διπλώματι, virtutes in succum hunc animalem transmittendi, de *calido*, frigido, *humido*, siccoque; *principiaque* ad ulteriorem elaborationem *more Chymico*, communicandi; vel ad coctionem ὑπὸ θερμότητος ξηρᾶς καὶ ἀλλοτρίας.

2. *Instrumentique* Coctionis ratione, nimirùm Caloris *humidioris*, et *circularis* more coquinario, quoniam ex cerebri substantiâ frigidiore felicissime temperetur ex *Hippoc.* Ὅν μὲν ἂν δήπου χρόνον μεμιγμένα αὐτὰ αὐτέοισιν ἅμα τὸ ψυχρὸν δὲ θερμὸν ᾖ, οὐ λυπέει, κρῆσις γὰρ καὶ μετριότης τῷ μὲν ψυχρῷ γίνεται ἀπὸ τοῦ θερμοῦ, τῷ δὲ θερμῷ ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ. Ὅταν δὲ ἀποκριθείη χωρὶς ἑκάτερον τότε λυπέει. Unde Calidum et frigidum quum inter se permixta sunt, molestiâ non afficiunt: quippe *crasis* habet frigidum à calido, calidum à frigido et humido contemperatum, quum vero alterum ab altero segregetur, tunc aleæ incertæ

Pneum. Elaboratio perfectior.

nec ἀκρότητας et exaltationes justas conciliant.

2. Et *Instrumenti* hujus exagitationis ratione, nempe caloris *siccioris* ac fortasse *Reverberatorii*, more Chymico quoniam Calor ex *Arteriis* et in *Ventriculis*, materiam quasi verberat ac quaquaversus ambit; unde et *Anima*, igne tam plena sit ita testatur *Hippoc.* lib. περὶ τῶν ἀρχῶν ex his verbis, Δοκέει δέ μοι ὃ καλέομεν θερμὸν, ἀθάνατόν τι εἶναι, καὶ νοεῖν πάντα καὶ ὁρᾶν, καὶ ἀκούειν, καὶ εἰδέναι πάντα, καὶ τὰ ὄντα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. Porrò per inspirationem fors n et nares, et processus mamillares non tantum refrigeratur cerebrum, sed et *Calor* ventriculis (saltem ad ejus eucrasin) novas copias

1. *Coctio Prior.*

ſubjugetur craſis; et intemperies veriſimilitèr ad functionum læſionem graſſetur.

3. Et in *GRADU* Caloris coquentis poſt modum coquinarium, quippe nonnulli ex *BALNEI* calore vel primo gradu tanquam *aquis à tepidis* hunc ſtatuerunt; aut Μόλυνσις inſtar ob ejus inchoatam *Elixationem*, per *Calorem* in humido. Quo gradu forſan excoctio tota concreta, vel totius mixti et omnium ſimul optime celebretur.

4. Ex *Ordine* Coctionis prioris et ex materiæ *Præparationis* ratione, vaſis in *Carotidibus* reteque *mirabili*; et ex liquoris hujus proventu perenni, in quo fiat hæc comparatio.

2. *Elaboratio perfectior.*

ad exagitandas excitetur, vix ſecus ac operatio ſpagyrica *per oſtia* et *ſpiracula* patentia, quum magnæ carbonum moles, unâ vice in fornacem jactantur, ne ignis et ipſe ſufflaminaretur.

3. Ex *Gradu* Caloris elaborantis modo ſpagyrico, vel gradu majore, nempe Calore *CINERUM* et *nuſpiam* (inquit inſignis *Geber*. Lib. 1. *Summ. Perfect*. Part. 4. Cap. 5.) *acuitatem tantam ignitionis ſuſcipiat aqua quàm cineres; nec cineres quam arena vel limatura*. Quo gradu *Caloris*, particularum minutiſſimarum per ſe ſeorſim exagitatarum elaboratio ventriculis his optimè conficiatur.

4. Ex *Ordine* poſterioris elaborationis, et ex particularum *Maturationis* ratione, in cerebri ipſius vel *Ventriculis*, vel *Gyris*, ex earum copiis et reparationibus, à quibus fiat hæc elaboratio.

1. *Coctio Prior.*

5. Insuper et hujus Coctionis *Formæ* respectu nempè per Metastasin aut τελείωσιν, prout è doctrinâ Peripate*. *Arist.* Sect. 12. Probl. 7. hauriamus ἡ γὰρ Πέψις ἀλλοίωσις ἐστί τῶ πεπλομένω, quippè vocatur Alteratio, quæ nihil aliud est quam ultima sui temperamenti absolutio. Succique unius generis ad alteram proportionem transmutatio; hæc fiat à *Qualitatibus PASSIVIS*, et Decoctis vel *Apozemat.* apposite Constabit.

6. Deinde et ex *FINE* subjecto; quippe Coctio hæc prior est *SUCCORUM* et in *Succos* optimè nutritios vel animales fixos occupatur. Proin et omnes partes *individui* sensibiliter et æqualiter (κατὰ φύσιν) alantur, tam ad *augmentationem* corporis, quam ad ejus τὸ ἐν ἔιναι vel *individui* conser-

2 *Elaboratio Prior.*

5. Quoad hujus elaborationis *Formam*, nempè per maturationem et *exaltationem* spirituum et ἡ τ ἐν τοῖς περικαρπίοις τροφῆς Πέψις πέπανσις λέγεται sic appellatur à fructibus sub influentiis solaribus, (quàm hæc ab Animalibus,) usque ad spirituum volatilium subtiliumque *sublimationem* quum ex compage Crassiorum erumpunt, hæc prorsus exertetur, segregando *heterogenea*, et aggregando *homogenea*. Mesuesque in *Antid. Med. Dist.* 21. de Ol. Ovor. *Quæ sunt occulta rebus, aperienda & delegenda* per hanc ἐργασίαν asserebat; quæ fit à Principiis *ACTIVIS*, et â ☿ *sublimatò* luculentèr appareat.

6. Quoad hujus *FINEM*, nempe *SPIRITUUM* Animalium procreationem, et eorum cum succis nutritiis unionem. Quippè spiritus sane *speciei* sint *conservatores*, dum fortitèr ac imperceptibilitèr penetrant, et ad τὸ ἔιναι vivendum Biolychniique flammulam reparandam quàm vatio-

vationem. Sanguinemque revera non esse corporis Alimentum universum solidissimè disseruit Clar. D. *Gliss.* de Hepat. *cap.* 45. sanguis et ipse absque succi hujus animali proventu ad alendas partes ullas plane sit ineptus.

7. Quoad hujus *motum graviorem humidioremque*, succus enim hic paratus, velùt Arborum succus *ex radice* prorepet in omnes partes, surculos et usque ad extremas foliorum fibrulas, longè, late, profundeque.

8. Denique *Pneumatosis* hæc Coctio prior velùt ad *hylæum* succum fixum et concretum coquinario more conficitur; nunc per *HYLEN* deprehendamus compositum ac mixtum ex omnibus elementis necnon ad *fixationis* statum idoneum, quo liquore nutritio singulæ corporis partes per magis aut minùs aluntur, ad quas per nervos distribuatur.

plurimùm conferunt; etenim in *Puro* (quemadmodùm *Faber.* ejus *Pallad. Spagyric. cap.* 23. deposuerit) *consistat ipsius vitæ perennitas.*

7. In motu *posterioris* hujus elaborationis aridiore et rapidiore; namque spiritus Animales motu pernicissimo et *fulminis* instar è cerebro eorum fluxus refluxusque celebrant & observant per *nervos.*

8. Postremò, more *Chymico* principia velùt ad *ALCOHOL* elaborantur, aut ad spiritum subtilissimum et *volatilitatis* fastigium summum, quo *Lampas* vitæ tanquàm in socculo suo perennitèr et felicitèr ardet, micat et redintegratur. Hæc huic enucleationi præliminariæ ἀπὸ δεικλικῶς sufficiant.

Unio harum elaborationum in uno succo nutritio tam more Chymico, & spiritibus volatilibus quam more coquinario efficitur.

Attamen elaborationes hæ duæ ad unam & eandem *Pneumatosin* ancillantur ἐν τῷ τελείῳ, vel complectentium unionem perficiunt. Nec de hâc re separetur utraque. Quippe materia succosa & unctuosa forsan esset nimis crassa per *nervulos* minutissimos dispergi; ejusque spiritus Animalis esset nimis agilis, subtilis, ac volatilis; ideoque ex succo crassiore jugitèr & spiritu subtiliore, fit *media* substantia fixa cum spiritu volatili; vel unus succus nutritius Animalis ex hâc quartâ Coctione vel *Pneumatosi*, ἀποτελεσματικῶς effectâ tam more *Chymico* quam Coquinario; hæc raptìm, ast satis ab *artis* ἐργασίαις operibusque dicta sunto.

SECT. V.

Explicatur ex Operationibus Naturæ.

Pneumatosis explicatur ex operationibus naturæ. Et. 1. Inter *Mineralium* elaborationes.

INsuper & ex operibus *Naturæ* vel ab *AGENTE INTERNO*, hæc Coctio Cerebri Ventriculis elaborata facillimè deprehenditur; sin in immenso *Campo* naturæ inter *Mineralia* & *Vegetabilia* perambularemus, exempla plurima de hâc re vestigiis nostris evidentèr instarent. Quamvìs enim Corpuscula Mineralia *Metalliferaque* in terræ visceribus & *Utero* per viam Crypticam ac ἐνδόμυχον procreari videantur; hæc tamen in eorum *Fodinis* quasi *capitibus* è propriis grandescere & nutriri (partim ex *Spiritibus* metalliferis & particulis specificis; partimque è *substantiâ unctuosâ* succoque quasi *Mercuriali*) quis ab indagine oculatiore planè non

Partim à spiritibus particulisque elaboratis, sed partim è substantiâ unctuosa & mercuriali.

non novit? quamobrem Εἰ τὰ ἔνδον αὐλῆς κείμενα εἰσορᾷν ἐξείη, βλέποις ἂν πόρων τὲ καὶ σπηλαίων μεστὴν οὖσαν, τῶν πνευμάτων διαπνεόντων, καὶ τῶν ῥευμάτων διαῤῥεόντων, ἐξ ὧν ποικιλοτρόπως σωπημένων γίνεται τὰ ὀρύγματα καὶ τὰ μεταλλεῖα; à principiis Μεταλλοποιητικοῖς (vel saltèm aptitudine proprià mineralia ad generanda) præditis, ex ope caloris proprii, & convenientis, *fermentique* in terræ latifundiis ventriculisque Constituuntur *fossilia* & mineræ. Methodus autèm brevis & *Pneumatosis* tramiti haud omnino exotica proferatur; quâ methodo *Metallorum*, *Mineraliumvè* substantia oleosa fixa, vel *succus* Metallificus, & *Spiritus Minerales volatiles* huic elaborationi concurrunt; cujus quoque Coctionis (cum *Pneumatosi* nostrâ) ex rebus sex *Analysin* accuratam expenderemus. — Coctio mineralis observatur 6. rebus.

1. Ex eorum Materiâ (instar succi *Pneumatosis*) Terræ ventriculis congestâ, quæ nuncupatur ab *Anaxag.* substantia oleosa vel glutinosa, & a *Pet. Jo. Fabr.* cap. 9. Pall. *Spagyr. Spissitudo* quatuor Elementorum, sed ab *Aristot.* Ros veluti *guttas* in minimas coagulatus & *Gluten* Senn. de Met. Ex quâ spissitudine, Glutine vel unctuosâ materiâ, & ex *spiritibus* ibidem elaboratis figuras & qualitates peculiares obtinentibus *Mineralia* conficiuntur. Agunt & spiritus Minerales in illam materiam, haud secus ac spiritus Animales in *succum nutritium*, idcircò ex eâdem ratione generantur Mineralia. — 1. Ex materiâ Terræ Ventriculis congestâ & concoctâ, quæ vocatur *spissitudo* & Ros aut Gluten. *Arist. Faber.*

2. Ex succo Radicis *Centralis* Mineralium elaborato fit *Arcanum*, (velut in Cerebro, *Animalium Spir.*) eâdemque operatione volatilisantur spiritus Minerales ad eorum exaltationem, & vindicantur paritèr ab omnibus excernendis, — 2. Ex succo fit arcanum minerale.

quæ *Coctioni* huic repugnant ab heterogeneitate. Mineraliumque sublimatione præ aliis scateant fæculentiæ crassæ, quippè turgent fæcibus Tartareis & ex *Ilice*, Terra quoque Caloris Cœlestis & Mineralis sit scrinium, cujus in *Fodinis* (velùt in vintriculis Cerebri) coquuntur elementa per *Calorem* atque *fermentationem* ad spissitudinem, quæ tamen terræ *penetralibus* veluti solis Meridiani ex influentiis illustrentur; cujusque splendore ac Calore fermentativo particulæ Metalliferæ ad eorum spiritus exagitantur, cursus & eorum diriguntur in lucos *Proserpinæ* sacros, ubi pinguem dives hic succus opacat humum; & ita generantur Mineralia οἱ χυμοὶ ὀξυχλοὶ γίνονται ποικίλοι ἔντες τήν τε μορφὴν καὶ τὴν χρῶσιν, ἐὰν ἡ ὑγρότης ὀξυχλὴ ὡς ἥκιστα ἀλλοιουμένη συσῇ, modò Mineralis hæc humiditas ἐὰν ἡ ὑγρότης ὀξυχλὴ vel Oleaginositas Spiritibus Mineralibus & particulis Metallicis elaboratis uniatur ac impraegnetur.

3. E duplici calore vel instrumento.

3. Hæc quoque *Mineralia* laborantur è duplici CALORE vel *Instrumento* nempe proprio vel convenienti, Insito vel forinsico, Nativo vel Cœlesti, Humidoque vel Fermentativo. A priori mediante, Coquuntur mixta succique Minerales, sed à *posteriori* particulæ, spiritusque metalliferi, & ex hâc Copulâ fiunt Mineralia.

4. Ex morte *Draconis* vel spiritus ejus volatilis in primis *humido*.

4. Spiritus hujus unctuosæ substantiæ *Mineralis* & volatilis appellatur (ab *Hermete*) *Ventus*, & ab aliis nomine DRACONIS sancitur; qui *Draco volatilis*, (velùt ex elaboratione Chymicâ *Pneumatosis* spiritus animalis) educitur è mixto vel unctuosâ materiâ. Nunc ut *Ventus* cesset in macrocosmo, aquâ nimium cadente

dente in terram, ita ventus hic vel ſpiritus hic Mineralis & volatilis in *mixto nimium humido* vel aqueo; adeo ut Ænigmatis Chymici fiat enucleatio nempè : *Non moritur* DRACO *niſi cum fratre & ſorore ſuâ*, i. e. hic ſpiritus aut *Draco* Chymicus & volatilis non figatur aut Congeletur in ſuccum Mineralem niſi cum *ſpiritu humido fixo* uniatur, & inviſcetur. Quapropter.

5. Spiritus ejus radicalis & volatilis (proprietatibus, coloribus, & figuris propriis ad rem perfluens,) à fæcibus depuratur, & humido radicali, ſuccoque fixo Minerali nitideque defæcato conjugium init; dicitur etiam complectentium copulatio, dum quæ neceſſaria ſunt ad *arcanum* hoc Minerale peragendum in *unione* tantoperè ponuntur. Quæ unio equidem eſt nova & iterata ſpiritûs elaborati, Mercurialiſque ſpecifici, cum ſubſtantiâ oleoſâ *Minerarum* commixtio; atque quaſi conjugalis amplexus inter marem ſpirituoſum fœminamque hanc unctuoſam; deinceps. 5. Ex unione ſpirituum in humido radicali vel mercuriali cum ſucco fixo.

6. Ex *homogeneis* puris coagulatio aut fixatio fit humidi radicalis, ſpiritusque volatilis, ex hâc unione in *ſubſtantiam* Mineralem permanentem. Quippè fixatio & coagulatio inter ſe parum diſcrepant niſi ſecundum *magis & minus*, & humidum Mixtum vel Glutinoſum ſemper præſupponunt. Quo quaſi vinculis Geneſis ſpirituoſiora principia, Mercurialia, ſulphurea, & aliquantulum bilioſa colligantur. Attamen hujuſmodi *fixatio* vel congelatio ex *ſalis* & *terræ* majori proportione non tantò dependere mecum adhûc conjiciam, (quam Eruditiſſimus D. *Williſius Oxonienſis* Lib. de *Ferment*, Cap. 3. ad lucem 6. Ex eorum coagulatione & fixatione. Author differt à D. *Williſio* circa fixandi principia in hâc elaboratione & ex quibus ratiocinijs.

lucem prodidit) quia pars humida radicalis Mineralis, Copiolior debet esse tum quantitate tum pondere, quam substantia illa, sicca sive salina & terrea. 2. Ejusque ductilitas ad *fixum*, magis à *Mercuriali* humiditate pendeat. 3. Corruptio quoque Mineralium non fieret tam obvia, dum pars sicca quæ naturam *salis* sapit corruptionem nesciat ullam; & corruptio non fiat nisi *per humidum*. Sic à Mineralium *Coctione* ventriculis terræ, *Pneumatosin* dilucidiùs expenderemus.

SECT. VI.

Pneumatosis edificatur à Vegetabilibus.

Explicatur etiam à *Vegetabilibus*, unde vir *Arbor Inversa* nuncupatur. *Heidfeld.* *Alstea*, & à *Platone*.

PRætereà doctrinam hanc haud imparibus à ratiociniis inter *Arbores*, Plantas & *Herbas* disquiramus. Nec impropriè vel præter rem vir *ARBOR INVERSA* vocatur ab *Heidfield.* Cap. 10. de *Hom.* & ab *Alsted.* Lib. 1. *Syntag.* Cap. 14. dum pedes ejus & *Artus* instar ramorum & brachiorum *Arboris*, corpus instar *Trunci*, Cutis *Corticis*, Caro *Ligni* cum venulis disseminatis, ἀναλογικῶς exponuntur τὸ φυτὸν εἰς ὕψος ἐκφυόμενον, καὶ ἰσχυρῶς τοὺς κλάδους ἐκ τοῦ στελέχους ἐκπεταννὸν, δένδρον γίνεται, τῷ φλοιῷ περικαλυφθὲν, τὰ μὲν ξύλον ἔχει μεσοφλεβίοις διακεχωρισμένον, αὐλίκα τοῦ ξύλου τὴν ἐντεριώνην, καὶ ἐν μεσαιτάτῃ αὐλῇ τὸν μυελὸν & in Arboris *pulpâ* penitissimâ *Medulla* nidulatur à radice, sicuti viro *spina Medullæ* derivatur à cerebello; *RADIX* & Arboris (instar *Capitis*) spirituum Coctioni communicationique inserviens, quia

Radix & ad *Arborem* instar capitis, ad corpus *Animale* & quare? *Aristot.*

quia principium est longitudinis, & ab *Arist.* Lib. 2. de Cœlo Cap. 2. ὅτι τὸ ἄνω τοῦ μήκους ἀρχὴ Radix est principium generationis, *nutritionis*, & accretionis in *Plantâ* ὅτιν ἀπὸ μὲν τοῦ ἄνω ἡ αὔξησις; quippè per *RADICEM Alimentum* Arbor assumit, eaque crescente crescit etiam Arbor; *RADIX* & *Analogiam* impetrat cum *CAPITE* Animalis, quoniam ex Radice in singulas partes *nutritiva Vis* dispensatur. *Radix* etiam ab aliis *ORIS* nomine sancitur (*Arist.* Anim. Lib. 2. Cap. 1. *Senn.* Lib. 6. Cap. 3. de Nat. Phil.) ob fibrulas plurimas, per quas veluti per os pabulum è terris forsàn accipitur, sugitur, & exantlatur ad totius corporis alitionem; cujus est officium ex eduliis hisce terræ succosis, post Coctionem communicare non solum ad alimentum *stipitis* sed ulteriùs & lautiùs; undè *Truncus* augescit, germinat, fructificat & floret; fructus etiam, *solis* subter influentias auxiliares maturescit ad *SEMEN* (uti fusiùs in *Spermatosi* vel quintâ corporis *Coctione* denudemus.) Quippè *semen* latè sumptum appellatur naturæ *sublimatio*, cui competit *Entelechia* generationis speciei virtusque pura; sicut in *Mercurio* nostro sublimato, & à D. *Fabro* de *subl. Anim.* Cap. 20. dicitur hoc de jure *Rerum omnium Purissimum* ac elaboratissimum. Jam verò succorum Vegetalium Coctione Methodus talis, qualis etiam Mineralibus consignatur à naturâ. Succus & hic Vegetantium nutritius in *Radice* velùt in Arboris *Capite* præparatur, postea (prout *Plinius* asseruit) *succus hic à RADICIBUS ascendit in Arbores aut Herbas, ast nuspiam ex his in RADICES reducatur.* Et è D. *Chrysostomi* scaturiginibus, philosophiam hanc suavitèr imbibamus

Faber. Plinius. D. J. Chrys.

his

his verbis. *In arboribus accidit, si quis fructum cum foliis auferet, ramosque ferè omnes amputabit, ex* RADICE *tamèn manente, tota cum majori etiam ornatu arbor ipsa resuscitabit.* Etenim in *RADICE* velut in ἐργαστηρίῳ & *Promptuario* reservantur succi spiritusque *Vegetales* ad novam ejus Resurrectionem, qui verno tempore *radicibus* elaborantur velut ab *Arte Chymicâ*, quæ inprimis occidat & occisum modo suo resuscitet, quum elementa rerum à fæcibus depurantur, & eorum formæ redduntur activiores sublimationique procliviores, cui *particulæ* subtiles & spirituosæ choreas agere solebant ad *novam vitam*, efflorescentiam, ac germen. Et forsan à *Virgilio* ipso 2. Georg. celebratur hæc elaboratio. *Virgil.*

Quis & Caudicibus sectis (mirabile dictu!)
Traditur è sicco Radix OLEAGINE *ligno.*

Sed quorsum commeem? aut quorum vestigiis insistam? dum à S. *Script.* scaturiginibus ipsis hanc philosophiam tam suavitèr epotemus, ita 14. *Job* 7, 8, 9. Ἐστὶ γὰρ δένδρῳ ἐλπὶς, ἐὰν γὰρ ἐκκοπῇ ἔτι ἐπανθήσει, καὶ ὁ ῥάδαμνος αὐτοῦ, οὐ μὴ ἐκλείπῃ. Ἐὰν γὰρ γηράσῃ ἐν γῇ ἡ ῥίζα αὐτοῦ, ἐν δὲ πέτρᾳ τελευτήσῃ, τὸ στέλεχος αὐτοῦ. Deindeque sequitur de jure merito. מֵרֵיחַ מַיִם יַפְרִחַ *Mereach Majim Japhriach* ab Aquarum *ODORE Germinabit* vulgò legitur; vix autem à vulgis inelligitur מֵרֵיחַ à radice רוּחַ spirando *spiritu que volatili*, qui *ventus Chymicus* appellatur. Celebratur & hoc loco spirituum Vegetabilium *COCTIO*; qui forsàn à succis *aquarum* & Arboris *radicibus* elaboratis deprompti sunt, & à quibus *Radix* ad ejus fructus seminiferos unctuosam materiam *Et è Sacris Scriptis.*



aut

aut *Mercurialem* emittit; ita יַפְרִחַ *Japhriach* futuro ab Hebr. Radice פָּרָה *Parah* satis hoc emonstrabit; insuper & *Syris* & *Arabis* يفرع accipiatur ab Animalium procreatione, quam (*proximâ Coctione* vel *Spermatosi*) ex his spiritibus mercurialibus (quam *arboris* radice, tam cerebri ventriculis *animalis* potissimùm confectis) mox enucleabimus. Nunc ab hoc *Spiritu* vegetali pullulabit Arbor, וְעָשָׂה קָצִיר כְּמוֹ נָטַע & *faciet ejus* (non ut vulgò interpretatur *messem* sed) *excisum ramum aut truncum* (ab Hebr. קָצַר *Katzar*) *vegetare*, haud secus ac *plantam novellam* ὥσπερ Νεόφυτον efflorescere, & tempore seminifacere principiis ab illis *Radice* coctis & deinde dispersis, longè latè profundeque per totum corpus. Necnon hujus *elaborationis* methodum ab *interno agente* naturæ, paritèr operante, quàm fodinis & in mineralibus enodemus. Hujus coctionis methodus.

1. Ab ejus materiâ magis fixâ, elementisque mixtâ; & quicquid in vegetantibus, substantiæ fixæ vel succi mixti lateat, in eorum cineribus *à calcinatione* (philochymicorum judicio) scateat; Cætera verò volatilia, spirituosa & infixa vel magis activa principia, ignis flammis evaporabunt, & avolabunt in fugam. Tamèn inter Spiritus animales & vegetales, Chymicè sanciatur hæc differentia; quippè pars spissitudinis *ignis & aëris* subtilissima *ANIMALIS SPIRITUS* ab ijs appellatur, & *PLANTALIS SPIRITUS* ex *Aëris & Aquæ* spissitudine. Utrumque tamèn ex elaboratione & concoctione debitâ fixum esse *succo in spisso*, Mercuriali & *humido radicali*, rarissime (κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἀργυρῶσαι.) Quis uspiam tentavit.

1. A materiâ tam fixâ quam infixâ vel volatili.

Differentiâ tamen è Chymicâ sanctione inter spirituum animalium & Vegetalium Coctiones.

Et quibus conveniunt.

Et,

2. *A* calore quoque duplici.

Et, 2. Hæc ſpiſſa materia unctuoſa vel ſuccus vegetalis & concretus elaboratur *RADICIBUS* etiam ope Caloris duplicis & ad duplicem Coctionem.

1. *Ad* totum mixtum.

1. Ad totius *Mixti* vel *Elementaris* ſpiſſitudinem ſuccoſam.

2. *Ad* particulas inclusas.

2. Ad *Particularum* intùs clauſarum motus à fermentatione & Calore varios & proceſſus ad ἀκμὴν, unde ſpiritus hi ſublimentur ad ultimam & ſupremam plantalis aut *Arcani* vegetantis & *Elixeris* perfectionem. Quamvis etiam *Clar. D.*

D. *Willisius.*

Willisio de *Ferment.* cap. 4. in alijs majorem *Salis* Copiam, in alijs *Sulphuris*, in alijs *Spiritûs* vegetalis agnoſcamus; in omnibus tamen (ad perfectionem) *MERCURIUM* humidum & volatilem *DUCEM* non agnoſcimus; cujus maximam copiam & quantitatem forsàn obtineant omnia vegetalia; & cujus *Arcanum* humidum ſublimatio ac coagulatio poſtulabunt obnixè; unde & haud immeritò *Spagyrici* priſci coagulationem ac ſublimationem ſupra cætera Χυμικοτέχνης omnia coluêrunt.

Particularum *Mercurius* erit Dux,

3. Spiritus hi volatiles exaltentur in floſculos.

Ideoque, 3. Spiritus hi *vegetales* & volatiles exaltantur (ope calidi, humidi, fermentique) velut *elementorum* aut *mixtorum* partes ſubtiliſſimæ; quorum particulis elaboratis fortaſſe formæ plantarum & *figuræ* peculiares inſunt, quæ continuo ferè motu & circuitu, præcipueque *vernali tempore* ac æſtate in altiſſimas parteſque longinquas devehuntur; & quum principia magis activa & volatilia ſe craſſioribus extricant, versùs ſummitates ex ope *Mercurij* volatilis evadunt; mutuo coalitu ac *unione* in floſculos reponunt, aſt à *Coagulatione* in ſemina & fructus. Quibus ſpiritibus & operationibus naturæ ad

Divini

Divini Numinis summi gloriam quot miranda, quot stupenda celebraremus? Quorum centro aliquid ex arte humanâ felicitèr eliciendum donavit *JEHOVAH* quod nullam putredinem sapit, quod & omnem custodiam & ergastulum erumpit, immò divinum fere quoddam est, immortalitatis & incorruptibilitatis penê specimen aut testimonium.

Quanta mysteria creaturis tam vegetabilibus quam animalibus in sunt.

His debitè perpensis mihi, S. Scripturæ sensus de his rebus, *Rom.* 8. 20, 21, 22. luculentèr & placidiùs occurrit, τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα. ΕΠ' ΕΛΠΙ'ΔΙ ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. Οἴδαμεν γὰρ ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει καὶ συνωδίνει ἄχει τοῦ νῦν.


Quæ Sacris Scripturis quasi per transennam videamus.

Quòd creaturæ hæ non in se, vel suâ sponte corruptioni subeunt; nihilominùs ἐπ' ἐλπίδι sub spe eorùm vindicandi in libertatem purissimæ existentiæ, ex hoc servitio corrumpendi & intereundi ponuntur, καὶ τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται & *expectant hominum* (nempe quoad eorum divinitatem & immortalitatem) *revelationem*; homo quamdiu vivit in ergastulo hoc corporis, obscuras & immortalitatis occultas ideas sublustresque edit, quæ ratione & fide conspicuæ fiunt. Ast post mortem, quâ velut in *Calcinatione Spagyrica*, cæterisque Chymicorum elaborationibus impura omnia segregantur *à puris*, tunc hominis Divinitas mirifica & καθ' ἐξοχὴν clarissimè effulgesceret, ad Dei gloriam sacerrimè celebrandam, cujus honor in *puris* Naturæ partibus quam in alijs multò magis elucescit.

Ex purissimis naturæ Dei opt. Max. Gloria celebranda nobis.

Prætereà virtus actionis omnis, & ἐν τῷ τελείῳ fit à purâ substantiâ, non ab excremento nec fæcibus, quæ semper

Agendi virtus & energia maxima fit substantiæ puritate


semper actiones saluberrimas impediunt; Undè spiritus hi vegetales, quanto puriores & elaboratiores *à facibus*, tanto præpollentiores & celebriores sint agendi vi, scandendique potentiâ in *flores*, fructus & *semina*. Quapropter *Poëta* de jure hoc sanè cecinit,


Virgil.

Spiritus intus alit, totamque infusa per Artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

4. Spiritus hi succique spissi uniuntur à Coctione in uno *Mercurio*.

4. Attamèn *Spirituum horum* succorumque *spissorum* unio, in eorum *humido radicali* & *mercuriali* tam fixo & permanenti quam infixo volatilique, postulatur ad vegetandi peculiares energias & qualitates efficaciores. Licet ut anteà diximus, virtus & vis agendi τελειωτάτη fit à purâ substantiâ; mixtis tamèn omnibus optimè depuratis & extractis elaboratis spagyrica arcana fiunt virtuosiora. Paritèr & *unione* nostrâ secundum omnes suas debitas conditiones, velùt in *Matrimonio* vel conjugali legitimâque *copulatione* inter *Spiritum* & *Substantiam* humidiorem oleosamque, (non alioquin) absolvatur hoc *Arcanum* coctionis. Quippe tunc *Arbor* fit fertilis ex hâc unione tanquam *COITU*, ad legitimos fructus pullosque generandos; & ab eorùm disjunctione permanenti sterilitas ingruit. Quamobrèm mercurius succorum horum fixus ac permanens lotionibus multoties repetitis, *filtrationibus* evaporationibus cohobationibus & circuitibus defæcetur; eorumque mercurius infixus & volatilis à terris suis, Recrementis & Crassis, immò ab excernendis aqueis & Phlegmatibus tanquam ex *Chymica elaboratione* sublimetur. *UNIONE* nunc hos Conjungimus & simul elaboramus donec ambo fiant *unus succus*, unus spiritus,

Unde Coctionis hoc Arcanum absolvatur in *Arboris* fertilitate, sed alitèr in sterilitate.



Hâc unione demum elaborantur junctim in unum succum.

spiritus, aut *unus mercurius*. Nunc mercurius infixus & hic volatilis absque suo socio, priùs tamen in socium suum fixum & in *Radice* forsan adhuc subsidentem (velùt in fundo vasis) superinfundatur, quum Conjugium init; *Quâ copulatione* vel unione maneat, donec hic succus aut substantia vegetalis quasi *MERCURII ductilis* (& *spirituum* manuductione) cum suo socio ascendat. Qui deindè septies aut pluries est sublimandus, donec ultimum depurationis nitorem nanciscatur. Etenim nisi sublimatio recta fit & satis pura ad unionem hanc necessariam *totum perit ARCANUM*, nec absolvatur hæc coctio vegetalis in fructibus aut seminibus. Quippe flores arborum & plantarum (dum ante fructus efflorescunt) minus forsan ostendunt *unionem* hanc conjugalem subtilissimæ spissorum elementorum Partis, & *Spiritus* vegetalis ex particulis elaboratis; tandem verò coctione continuâ jugitèr & indesinenti, in floribus sublimantur & verisimilitèr ex majori copiâ *sulphuris*, quòd sulphur est omnium quasi flos; perinde etiam in *fructus* suavissimos ac maturos, forsàn ex Copijs *spirituum* majoribus; Demumque in *SEMEN* Coagulatum forsan ex *Mercurij* Copijs maximis, & in omnibus *HÆC UNIO* vel *COPULATIO* vehementèr ac obnixè postulatur. Et quum *Spiritus* intus inclusi sursum avolare moliantur, à particulis crassioribus & *liquoris* amplexibus detenti sunt; unde limacis instar *secum domum portantis* gradu graviori, reptili & Peristaltico, in longum latumque quaquaversùs conscendunt.

Quomodo sursum & undique vergit hic succus unitus, velut à conductu *Mercurii*.

5. Denique coagulantur in unum, qui præcipuè *Seminibus* appareant; forsan & ex hâc operatione sint *germinandi*, pullulandi & accrescendi facultates

Quare motu tam reptili & peristaltico.

5. Eorum coagulatio ultra fructus ad semen, unde facultates erunt vegetiores.

facultates *vegetiores*, uti (Deo volente) demonſtrabimus in *SPERMATOSI*; auctionem pariter & nutritionem maſculinam vel maximè virilem, Communicari à quintâ Coctione vel ſeminali & *MERCVLIALI* nutritione. Exindè *Plantæ* vel Arbores in molem magnam, altiſſimam crebroque vaſtiſſimam excreſcant, ac extendantur. Hâc methodo velùt in *Pneumatoſi* Spiritus *Plantales* exantlantur in *Radice*, & diſpenſantur per omnes partes ſummitatem verſus ad *floſculos*, fructus, & *ſemen*. Necnon ob hanc Cauſam hyberno tempore denudantur Arboris *RADICES*; Etiam ab *Hortulanis* circumaguntur & exponuntur haud ſecùs ac ad *REFRIGERATORIVM*, ſpiritibus his & ſuccis accomodum ex optimè coquendi parandique gratijs. Sed huic Capiti *metam* imponere ex hâc Coctione & elaboratâ materiâ radicatur vegetatio fructifera ſeminiferaque unde & *Ænigma* ex *Ariſtei* Philoſophi viſione Clariſſimè conſtabit: in qua Speculatione Philoſophus *ex mari ſuo phyſico piſciculum rotundum, ſed oſſibus ac ſquammis carentem, pinguedine ſummâ virtute quoque rariſſimâ fruentem, ortum ducere plane putabat; qui poſtea cum igne ſilenti coctus erat, donec ejus humor (aut pinguedo) prorsùs abſumptus & fortiſſimè tritus erat, ſed proprij maris aquâ imbuendus quouſque lenteſceret ſuaque rurſus indueretur pinguedine. Poſthàc per hebdomadem ſepulchro Conditus erat aut abſconſus rurſus & aſſandus, omnem depoſuit ejus pinguedinem, cui candido & albiſſimo facto (per ignem hunc aridum) iterumque pinguedo ſua erat reddenda.* Et hoc *Ænigmate* Philoſophico Coctionis ac elaborationis noſtræ *Arcanum* ſummariè Complectitur; hæc enim eſt

Et hac methodo earum non ſecus ac Pneumatoſi ſpiritus plantales exantlantur.




Sim.

Ænigma Ariſtei de hac duplici elaboratione.

illa

illa *pinguedo*, nempè substantia illa balsamica *mercurialis*, vel unctuosa spissitudinis elementariæ cum Spiritu unita quæ rebus in omnibus tam Animalibus, quam vegetalibus & mineralibus Continuitatem statuit, eâque absente perit & absumitur eorum omnium continuitas; quæ forsan abrodetur & teratur à *duplici Coctione*;



Nimirum, 1. Ab igne vel *CALORE HUMIDO* quo *mixtum totum* Coquitur, donec activæ particulæ & subtiles à cæteris erumpunt, undè pisciculus hic tabescit, & pinguedine privatur, tamèn ab *humido* radicali & *MERCURIO* suo fixo, pinguedine rursus imbuatur. 1. Coctio fertur ab humido calido.

2. Ab igne vel *CALORE SICCO*, quo particulæ *heterogeneæ* & *activæ* prorsus exagitantur; & hæc elaboratio dicitur, *Assatio* tam ab *Arist.* ὄπτησις πέψις, Met.*l*.4.c.2. quàm per *Aristæum*, Status etiam κατὰ τὸ ἓν καὶ τὸ ἄριστον hujus spiritus ac *Mercurij* bifariàm extricetur ex hàc visione, nempe. 1. Quoad ejus *volatilitatem*, subtilitatem, & colluctationem efferam. 2. Quoad ejus *fixationem* in *humido radicali*, & elementorum aut mixtorum spissitudine hâc inviscante, quasi *Sepulchro* (dixit *Aristeus*) aut in *hypogæo* subterraneo pro tempore; ubi rursùs ab innatâ pinguedine & primordiali orbari videatur; nihilominus ex elaboratione Candidatur, Concreto hujus succo Conjugatur sic de novo sua pinguedo reassumatur; & maneat purum hoc *Mercuriale* homogeneum (καὶ τὸ μὲν ἀγαθὸν μονοειδὲς, τὸ δὲ κακὸν πολυειδές) ad amussim elaboratum, sublimatum, nuptum, & coagulatum pro fructibus omnibus legitimis *Biolychniique* præsidijs; abheinc haud dubio quoque *Philochymici* plerumque sanè philosophantur in ☿ *Mercurio, quicquid omne sapientes investigent.* Sed

2. A calore ficciore.

Arist.

Et à duplici ☿ volatiliore à calore.

2. Fixiori ab humido radicali & succo spisso.

Usque ad unum purum & homogeneum & perfectam coctionem.

 satis

ſatis hæc ſuperque produntur in Coctionis *analyſi* Diaphaniore ex Artibus & operibus *Naturæ* ab *EXTERNO & INTERNO AGENTE*; Jam verò de hâc re (*Pneumatoſi*) reſtat ex *RATIONE* Philoſophiæq; principiis καὶ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἀληθεύειν. Quapropter penſum nobis maximum occurrit in hâc diſquiſitione accuratiori καλῶς βουλεύεσθαι περὶ τὰ αὐτῷ ἀγαθὰ καὶ συμφέροντα, κατὰ μέρος, ποῖα πρὸς ὑγίειαν ἢ ἰσχὺν, καὶ ποῖα πρὸς τὸ εὖ ζῆν ὅλον.

CAP.



CAP. III.

1. *Pneumatosis* Analysis *explicatior*, 2. *Ab ejus Principiis elaborandis Heterogeneis.* 3. *Cujus exegesis sit in* 8. Hypothesibus. 1. *De materiei* Particulis *& toto composito.* 2. *De Temperie, motuque* Pneumatosis. 3. *De* Resolutione *partium aut* Διαχεῖσι. 4. *De* Exaltatione *spirituum.* 5. *De* Præcipitatione *vel* Synchrisi 6. *De* unione *Conjugali Spirituum & succorum.* 7. *De* Pellicanitione *sive Rectificatione per circulationem.* 8. *Et de horum* Dispensatione *per totam Animalem familiam.*

SECT. I.

PNEUMATOSIS explicatior Analysis è materiâ Coquendâ.

HActenus in *Mineralium* & *Vegetalium* Familiis (velut ex opticis) Arcana Naturæ

μεγαλοπρεπῶς ex gratiâ *PNEUMATOSIS* excogitavimus. Arcanum tamen simpliciter & magis Animalium habendum exquirere, nobis incumbit; Quo & ipsa *Animalia* foventur, restaurantur, immo pene mortua resuscitentur ad eorum purissimam substantiam tam fixam quam spirituosam & volatilem. Huic quoque *Capiti* detur hæc Methodus ad explicatiorem *PNEUMATOSIS* definitionis *Analysin* & summe peculiarem, quoad hominis *HYLÆAM* (Chymico sensu) substantiam tam *fixam* quam *infixam* spirituosamque. Cujus & *Arcanum* residet in hujus succis nutritiis, *humidoque radicali* cum unione Spirituum Animalium Conjugali; Qui *Mercurii ductilis* manu longè, latè, profundè, necnon omnimodè per Animalem *Oeconomiam* prorsus efferuntur. Hujus & *Hieroglyphicam* inter *Ægyptios* quum *Arcanorum* horum *Hierophantæ* potissimùm florebant (ex *Testim.* D. *Rogerii Bachon.* de *secretis*) in eorum Templis insculptam fuisse decerpamus, & à *Pierio*. Qui sub figurâ *Serpentis* Caudam suam quasi vorantis & ore occultantis, Coctionis hujus *Animalis MYSTERIUM* nobis optimè deposuêrunt, duplicemque *Ægyptii* fecêrunt *Anguem*, viz. unum *Alatum* & volatilem, alterum autèm *inalatum* & reptilem in humum; unum tamen Alterius *ex Amplexibus* mutuis suppoluêrunt, ut amplexibus his, horum duorum *Conjugium*, unitatem & Copulationem indicarent. Et ab iisdem vel æquavalentibus ratiociniis, quod P. Jo. *FABER* edidit ἀποδεικτικῶς (*cap.* 4. *Pallad. Spagyr.*) in Explicatione suâ Characteris hujus & *Ænigmatis Hieroglyphici* ad arcanum sanguinis, optimè *Pneumatosis* ad has elaborationes exponetur.

Pneumatosis ex Hylæâ vel substantiâ mixtâ tam fixâ quam infixâ.

D. Roger. Bachon.

Hujus Hieroglyphica sub figurâ duorum serpentum.

Faber.

A pluri-mis rationibus.

1. Quippe *Serpens* imprimis repens in terram est mixta

mixta materia & *elementaris* hujus concocti-
onis.

2.Multiplicique variegatur *à colore*, potissimumq; à cæruleo, dum *materia prima* Pneumatosis mixta diversificetur in omnium *Elementorum* Compositionem, præcipueque in æthereum; abheinc quoque Spagyrici *Vitalem spiritum* aut *Hæmatosis* igneum & æthereum, sed hunc *Pneumatosis nutritium* æthereum & magis aqueum statuerunt. 2.

3. Serpens itidèm cum flexibus anfractuosis & finuosis in terram repit, hujusque *mixti* motus in cerebrum *perplexus* cum tortuosis ambagibus anfractibusque haud minùs evidentèr observetur, & sic in terram hujus microcosmi serpit hic succus. 3.

4. Serpens quotannis circuitibus, exuviis ejus depositis, senectutem quoque à juventute redeunte deponit, Caudamque suam devorat; & quid clarius in *Pneumatosi?* dum Spiritus animales defatigatique succi novis ex Copiis ac Circuitibus renovantur, finis & unius elaborationis in ore *Alterius* incipientis occultatur. 4.

5. Porrò *Serpens* in *Ægypto* verisimilis est *Hieroglyphica PNEUMATOSIS* Caudam propriam edens vel saltèm occultans ore, quum *Spiritus* aut ignis hujus *Arcani* & Coctionis, humiditatem devorat, & dehinc caudam comedere videatur. 5.

6. *Hieroglyphica* quoque fuit *Sanitatis* apud Artis nostræ Doctissimos Candidatos; & *Sanitati*, Pneumatosis hæc quamplurimùm, imò maximoperè confert. 6.

7. Sed *Serpens* alatus *Serpenti impennato* superponitur Arcano nostro de *Pneumatosi*, quum *Spiritus* aut ☿ volatilis cum *succo fixo*, elementari, & alimentario copulatur conjugiumque i- 7.

nit; Purum sempèr â fæcibus & heterogeneis (tam ex fixa & reptili quam infixâ volatilique materiâ) vindicando; ambo tamen in *circulum unum* conjunxêrunt matrimoniumque unum propalârunt, & faciunt unam *PNEUMATOSIN*, Quâ totum hoc opus absolvatur.

Pneumatosis hæc fit à coctione priori vel ab *humido calore & coquinario.*

Nunc succorum *HYLÆORUM* ex 4 *Elementis*, coctio fiat â *vi Caloris humidi* vel *coquinarii*; donec purum ab impuriori segregetur, & quasi despumetur. Puritas enim his arcanis peragendis semper est præhabenda, quoniam excrementa siquidèm perfectam unionem cum *spiritibus*, & fixationem in mixtis impediunt, facillimeque tunc *mixtum* hoc *hylæum* dissolvatur in sua elementa, vicissitudines subeat & corrumpatur; Insupèr & ex varietate *Recrementorum* quæ in præparatione hâc *humidi radicalis* adventitii & *Pneumatosis*, aut succi nutritii non (ut fas esset) absolvuntur; morbi varii maximique grassabuntur. Necnon luculentèr appareat, *Animam* ipsam (quum alimenta hæc purissima Spirituososque succos animales & optime coctos non obtineat) mirandos taliter effectus haud præstare. Jam verò quoniam *Natura* summoperè his *Coctionibus* & *Arcanis* exantlavit quasi Spagyricis in Artibus; principia harum elaborationum *PNEUMATOSIS* hujus proximâ vel sequenti sectione commonstranda sint.

SECT.

SECT. III.

De principiis Elaborandis & Heterogeneis.

Hâc Elaboratione totius *MIXTI* Hylæi *principia* diligentèr exploranda sint. Quæ sic ab *Aristot.* definiuntur, viz. *Principia sunt neque ex aliis, neque ex se mutuo, sed ex quibus omnia,* Idcircò nec sint elementa, nec mixta prior materia; Et Principia hæc accuratiùs exscrutanda sunt, quia non sunt ex aliis. Principium tamen omnium *PRIMARIUM* est prætermittendum hâc disquisitione, (nempe *Deus Opt. Max.* & ab ipsis *Peripateticis* sicubi agnitus) Lib. 1. Metaph. cap. 1. ὅτε γὰρ Θεὸς δοκεῖ τὸ αἴτιον πᾶσιν εἶναι, καὶ ἀρχή τις; ast hujus *MIXTI* elementaris coquendi proxima tantùm principia inquiramus, quæ vocantur, ab Antiquis τἀναντία πρῶτα vel contraria prima; 1. Ad *Formam.* 2. Ad *Materiam.* 1. Quoad formam sint *Prima*, ideoque non ex aliis; & *Contraria*, ideoque non fiunt ex se invicem; nec Contrarium in sui *Contrarii* substantiam transire possit, nec nisi ex *accidente* possit unumquodque *PRINCIPIUM* in Contrarium agere, â Contrario pati, ex Contrario fieri, & in Contrarium dissolvi, uti *Galenus* eleganter exposuerit 1. de *temper* Cap. 2. ita mutatio fit â contrario, & *ex contrario in Contrarium*; quippè ὅτι οὐκ ἐν τὰ ἐναντία Arist. 1. Phys. c. 6. t. 50. Unum sibimet contrarium esse (viz. quoad ejus essentiam) nequeat, Principium autèm est unum: In unoquoque tamèn genere sit contrarietas, pariter & hoc *mixto*;

Pneumatosis extruitur è particulis Heterogeneis & oppositis passivis.

Arist.

1. Quoad hujus formam τἀναντία quæ & quomodo, Galenice.

Galen.

mixto; Etenim unius contrarietatis duo sunt *Extrema*, & duobus his extremis statuenda sunt principia; unum *à quo* fit *Recessus*, aut *Terminus à quo*; Alterum ad quod fit *Processus*, aut *Terminus ad quem*. Nihilominus hæc contraria non sufficiant ad rei *formam*, absque medio inter unum & alterum *Extremum*; nec quicquid è contrario in contrarium fiat citra materiam communem, aut ejus principium quod nulli duorum sit directè contrarium; Sed hæc tria sufficiant *ad elaborandi formam*. Namque unum subjectum satis esset ad *patiendum*, dum Duo alia sufficiunt ad *agendum*, quemadmodùm fusius explicavit D. *Senn.* Lib. 1. Cap. 3. De *Natur. Physic.*

D. *Sennert.*

2. Quoad Materiam ταναντία quæ & quomodo spagyricè? D. *Willis.*


2. Quoad *Materiam*; Pneumatosis hujus exquisita Cognitio, ab ejus *Principiorum* præceptione clarà fortasse dependeat; quæ de jure Chymico nuncupentur *PARTICULÆ HETEROGENEÆ*, (Vide D. *Will.* de Ferment.) ex quibus perindè mixtum aut Elementare deprehenditur, vel vocentur è dogmatibus Peripateticis *OPPOSITA PATIBILIA*, his quoque terminis Coctioni definitionem impertit *Aristot.* in Lib. 4. Meteor. Cap. 2. Πέψις μὲν ἐν ὅτι τελείωσις ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ καὶ θερμοῦ ἐκ τῶν ἈΝΤΙΚΕΙΜΕ'ΝΩΝ ΠΑΘΗΤΙΚΩ'Ν ταῦτα δέ ἐςὶν ἡ οἰκεία ἑκάςῳ ὕλη; nempè quòd fit ex *OPPOSITIS Patibilibus*, & ope *Caloris DUPLICIS*, *viz.* Animalis vel *Humidi*, & siccioris vel è Cordis foco vitali. Quapropter hìc Compage *Pneumatosis*, vel *Mixtione*, non tantùm Elementa quatuor ex Instit. *Galenicis* excogitemus; verum etiam ex variis *particulis* radicalibus & elementa ipsa constituentibus, more spa-

Aristot.

A duplici calore. 1. *Animali.* 2. Vitali.

gyrico *Pneumatosin* expendamus. Nimirum ex principiis *sulphureis*, nitrosis, *tartareis*, aquosis, spirituosis & *mercurialibus*, quæ inter se ex heterogeneitate plurimùm colluctantur; & ex quibus fiat (ope caloris fermentique animalis) Elaboratio perennis. Adeò ut *Particulæ* subtiles crassioribus, spirituosæ terrestrioribus, salsæ mercurialibus, sulphureæ & igneæ magis aëreis & aquosis, sicciores etiam humidioribus tanquam in duellis efferis & ferocissimis digladiantur. Aut velùt in *Alembico*, per calorem *Chymicum* elaborantur in Ventriculis cerebri ad *ALCOHOL*, & donec à fæcibus depurentur, ab heterogeneis segregentur & ad prioris coctionis *homogeneum* vel suum Animalem nutritiumque uniantur. Sed optime & ulterius de hâc re, ex P. *Jo. Fabri* verbis inferamus, *cap.* 16. *Pallad. Spagyr.* Succus *à corde defertur ad caput tanquam ad* CUCURBITAM *quandam, ut in eâ suprema exaltatione veluti* DISTILLATIONE *ultimam & supremam acquirat attenuitatem, cujus tenuitatis auxilio mirabiles & stupendos in Animalibus producit effectus. Quid enim ratione, Intellectu, Memoria, Voluntate, Visu, Auditu, & reliquis Sensibus in Naturâ mirabilius est? Neminem existimo in dubium revocare stupendas Animalium energias & operationes, à subtilitate & sublimitate eorum spirituum dependere, quapropter huic rei probandæ verba non impendam; dicam tamèn per transennam, quod dum morbo aliquo spiritus vitales è Corde ad Caput feruntur tenebricosi & impuri Puros ergo & puritate ipsâ puriores decet esse Spiritus Animales, ut vita fælix & sancta omni ex parte persistat.* Sic ille, tamèn hæ particulæ forsàn heterogeneæ (à quibus hæc confusio

Ad Alcohol animalium.



Faber.



Post confusionem & Chaos, ordo fælix ac homogeneum Mixtum purum.

confusio simulàc principio distillandi proveniat) visu, sed nuspiam omninò sensu aufugiant & ἀμύητοι γάρ εἰσι, οἱ οὐδὲν ἄλλο οἰόμενοι εἶναι, ἢ οὗ ἂν δύνωνται ἀπρὶξ τῶν χεροῖν λαβέσθαι. Illiterati sunt qui parùm aut nihil existere censuèrunt, nisi quod eorum manibus palpare, aut tenaciter prehendere possunt (*Plato* in *Theæt.*) Quum autem ab omnibus impuritatibus satis expurgantur, & excreta præcipitantur ad fundum, quasi *CAPUT MORTUUM* (uti præliminavimus) post varias cohobationes hoc opus totum felicitèr absolvatur in *Puro mixto* homogeneo, vel animali *succo* spirituoso. Sed satis hæc dicta sunto huic *Sectioni*, dum *Subtilissimo Jul. Scalig.* Exerc. 307. §. 29. εἰς νοῦν ἐμβάλλεσθαι prælibavi, *quòd materia potentiâ sit, & apta perfici, sed forma Actiones perficere prompta*; Materia quoque mixta vel elementum, principium est passivum, sed hæ particulæ sunt activæ; tamen in hoc scatet exquisitissima *Pneumatosis* inspectio, quomodo ex duobus pluribusve contrariis fiat unum homogeneum proficuum; Et ex methodi instruendiq; gratiâ *Tyrones* ac *Alumnos* Ἰατροτέχνης, hoc *Arcanum* Animale per octo *Hypotheses* plurimas ac Analytices *Regulas* extricare conabor.

Plato.

Jul. Scalig.

SECT.

SECT. III.

Succi & Animales spiritus è Particulis variis & Toto Mixto.

1. *HYPOTHES*: In *PLEXUM Choroidem per Arterias CAROTIDES, succi spiritusque vitales emittuntur à cordis foco, in Vasis cerebrique Ventriculis elaborandi, tam quoad eorum particulas varias & contranitentes, quàm totum mixtum.*

HOc iter *à corde* per *ARTERIAS* in cerebri ventriculos quis uspiam hæsitabit? *Galenus* ipse *Com.* 5. *lib.* 6. & *Hip. Epid. cap.* 5. *Spiritum naturalem* à sanguinis (nobiscum autèm *Chymosis* & Chylosis) particulis purioribus & magnis aëreis, *Vitalem* in corde à ferventi calore (nobisque à fermentatione vitali) vivificoque nectare partes rigantem; sed *Animalem Spiritum* in ventriculis cerebri à *vitali succo* coquendum esse, primariumque Animæ Instrumentum sanciri de jure merito statuebat. Et *ANIMALIS* nuncupatur quia solis *Animalibus*, & haud *Vegetabilibus* insit: Pariterque Peripateticis 2. *lib.* de *Anim.* Animal esse tale propter sensus & *hos spiritus* exagitandos in cerebro luculentissimè constabit. Naturalis enim spiritus in serie spirituum vel *numericè* sedem primariam forsàn exposcat, qui reverà spiritibus alijs se præbeat alimentum, sed haud *Dignitate.* Itaque verbis eruditissimi, D. *Heurnii* Lib. 3. Instit. Med. de Facult.

Hypothesis extricatur ab *itinere* succi spiritusque vitalis à corde ad cerebrum. *Galen.*

Vndè vocantur animales spiritus; & eorum dignitas.

D. *Heurnius* Facult. Cap. 2. hoc iter ac tramitem perquiramus; quippe *portio* (dixit ille) *vitalis spiritus, quæ per Arterias Carotides* (*quæ per Cervicem ascendunt*) *in cerebri basin rapitur, contextuque illo admirabili, qui &* RETIFORMIS *dicitur mitigata, mox in* CEREBRI *ventriculos rapitur; ibi cerebrum vi suâ insitâ spiritum hunc moderatur* (i. e. ab humido calore) *qui alioquin* (*ut dixit* ALEXANDER APHRODISÆUS) *esset velut* EQUUS INDOMITUS (nimirùm à sicco calore, vel à cordis foculo.)

Spiritus è cerebro moderantur. *Alexand. Aphrodis.*



Utilitas est etiam maxima in disquirendo, corpus utrùm hominis sit simplex, an ex quatuor simplicibus compositum (ut ex ore mellifluo *Platonis* expromamus evidenter appareat;) nihil minus in hâc *Pneumatosi*. Quapropter in memoriam revocamus differentiam è concessione *Galenicâ* (Lib. de *Nat. Hum.* Com. in *Hipp.*) inter *elementa* & *principia* vel particulas hæc constituentes, tamen de eâdem re confusiùs agebant Veteres. Duæ res invicèm discrepant, viz. *Elementa* ipsa, & sanè sint minimæ *TOTIUS* particulæ, quippè hæc principia sunt & materia *rerum* (aut coctionum) non elementa sola quemadmodum *Galenus* edocuit, (in *Hipp.* Lib. de *Nat. Hum.*) & exemplo Grammaticorum illustrat hoc, quorum rudimenta vocantur *elementa*, hæc tamèn in *syllabas* & *literas* velùt in *particulas* elementa consignantes aptè dirimuntur. Insupèr & ἀληθεύειν ex *Galeno*, verbis propriis, quibus hominis substantiam *Pneumatosis* à pari ratione enodemus; quam ὕλην Græci denominarunt, & *Hippocrates* appellat *UNUM* & *OMNE*. Quòd enim non unum sit, sed plura hominis naturam (ita Pneumatosin

Plato.

Galen. Differentia inter elementa & principia, vel particulas.

Hippoc.

Galen.

Hippoc.

matosin & coctionem) sint instituentia. His & rebus *Elementorum* 4 substantias misceri totas *Stoici* censuêrunt, qualitates autèm solas *Peripatetici.* *Empedocles* etiam ante hos corporum compositorum naturam aut τ̀ φύσιν è quatuor elementis & ab illis principiis inter se commistis asserebat; Itidemque mecum conjicerem de hâc re *Pneumatosi.* Namque ab *Aristotele* Lib. 4. de Meteor. Cap. 2. Coctio philosophatur ex hisce *oppositis Heterogeneis* (& non solum *ab Elementis*) inter quæ, altera aliis vehementèr oppugnent motuque confuso colluctante, virtute caloris & fermentationis diversimodè (velùt *Atomi* cubiculo terso sursum deorsumque volantes) peragantur. Veruntamèn hujus elaborationis per *TOTUM*, Calor ac Animales fermentationes in particulis his *heterogeneis* (quasi *Sisyphi* saxum volvere) conamine magnoperè ac agilitèr ἐκπονεῖν exantlare videntur; dum particulæ subtiliores & tenues à crassioribus & densis vix extricari aut solvi queant, & dum omnia inter se tam ferocitèr [illegible] *dominatu* concitantur ac digladiantur; donèc agiliores irretiantur à patibilioribus; & haùd secùs quam ex hostium *amplexibus* implicitis athleticè liberentur; donec etiam ex *humido calido* moderentur, & totum opus *in unùm* τὸ τέλειον absolvantur. *Galenus* & ipse fatetur nobis in *Hipp. lib. de Nat. Hum. Com.* his verbis. *Qui Elementum statuunt, ex hoc etiam alia* (nempè principia) *generali volunt densato concretoque.* Et ex scholiâ *Joannis Guinterij Andernaci* hæc Analysi explicatiori subeuntur, *viz. Non tamèn ut elementa, sed ex elementis corpuscula prodeuntia per fusionem à calido fiunt calida,* quæ corpuscula fortassè sint principia hæc si corpora

Græcorum ὕλη quid?

Empedocles.

Hæc elaboratio particularum heterogenearum fit vi caloris & fermenti animalis.

Quæ pro dominatu concertant efferè.

Galenus

Guinterius.

ra vocentur, dum spiritualiora videantur; nihilominus ex ijs potiùs (ab ortu primo) elementa constituta fuisse, quam hæc ex elementis, plerique *Magni Nominis* deposuerunt. Coctionemque à *pluribus* non ab *UNO Elemento*, vel *Principio*, conflari ex ratiocinijs *Galenicis* & *Hippocraticis* argumentaremur; quippe si Pneumatosis esset unum *Elementum* solum, nuspiam doleret (ut dixerit, *Hippoc.* de hominis Natura Text. 31.) neque enim esset à quo dolorem perciperet, sin autem dolebit tunc necesse erit remedium solum unum esse; præterea dixit *Hippoc.* perturbationes in corpore gravissimas non ab elementariis qualitatibus tantoperè, quam τῷ ἀνθρώπῳ παθήματα ἀπὸ δυνάμεων ἔρχεσθαι; & appellat Δυνάμεις τὰς τῶν χυμῶν ἀκρότητας δὲ καὶ ἰσχῦς particulas humorum minimas, & ὅτι κακοπαθέει ἄνθρωπος πάντα ἀπὸ δυνάμεων ἔρχεται, loquitur ille. Sed in *Textum* *GALENUS* insupèr adversùs *MELISSI* sententiam, 3. Lib. Physic. C. 1. plurimùm exposuit, & nihil *ab uno* procreari probavit, nec fieri potest ut unum à seipso patiatur, porrò quum multa in hâc re non sunt, multos curandi modos esse non liceat (dixit ille.) Quamobrem plurima ac varia sint hujus materiæ coquendæ principia, & dein intemperies varientur; uti posthàc in verisimilitudinis tramite fusius exploremus. Jam verò principiorum horum qualitates extricare nobis occurrit; Et, 1. Hæc principia *quæ* sunt, 2. Ad *quod* tendunt exscrutemur.

A pluribus non ab uno fit hæc elaboratio.

Hippoc.

Galen.

Ex Variis principiis varii morbi.

1. Ad vocem *Principii* monendi sumus nè nos ignoraremus, quomodo plurimi celeberrimique nominis inter *Elementa* & *Principia* (uti memoriâ teneamus) benè distinguunt. Et ex *Aristotele*

1. Quæ sunt principia? denominationis acceptatio.

Aristotele Lib. Metaph. 2. Cap. 1. concludamus. *Omnibus principiis esse commune*, PRIMUM *esse*, *unde aut incipiat*, *aut fiat*, *aut cognoscatur aliquid*. Et hæc principia vocantur heterogenea & inter se *mista*, quorum constitutioni forsàn elementa nonnihil impertiant; tamen ab iis in ipsâ creatione discrepari videantur, quum Κοσμήτωρ Opt. *Max.* suo jussu elementis inprimis principia dederit, undè mista fuerunt elementa, & illis mistis formas peculiares, essentiales atque astris analogas πρὸ τῶν ἀστέρων στοιχείων obtinuerunt. Ideoque particulas has *ex elementis* tantùm & ab origine conflatas esse ne statuamus; in elementis tamen hospitari, peculiaresque formas, figuras, qualitates, dimensiones, & energias impetrare non inficias eamus. Hæc autèm ordine complectamur quam *ab ortu* primo principia, dein & elementa mixta, tunc insupèr & particulæ hæ *heterogeneæ*, viz. *Sal*, aqua, sulphur, Tartarum, spiritus & *Mercurius*; quæ tamen (à concessione *Sennertianâ* Cap. 11. de Princip. Chymic.) formas habent peculiares, quibus ab elementis ipsis differunt nec à formis *Elementorum* inter se mistis ortas, sed inditas à *Conditore* Mundi primâ creatione. Denique ex his tam diversimodè mixtis, concurrentibus etiam elementis (inter alia) Coctiones nostræ conficiuntur & elaborantur; quippè principia hæc non tollunt elementa, sed tam elementa Galenica quam hæc *principia* Chymica in *Mistorum* omnium constitutione perfectâ admittantur. Abheinc quoque verbis D. *Sennerti* clariùs asseramus, *Hæc uti de iis recentiores loquuntur*, *temperamentorum*, *craseων*, *separationum*, COCTIONUM *aliarumque actionum causæ sunt propinquæ*, ABDITOSQUE *agendi*

Ordo cernatur in constitutione rerum. 1. A principiis. 2. Ab elementis.

Sennertus.

Sennertus.

M

Et ab his principiis explicantur occulta.

agendi modos aperiunt & OCCULTARUM proprietatum, quæ vulgò inscitiæ asylum esse soleant, explicationem suppeditant. Adeò ùt eorum elaboratio viis ex abditis aut minùs obviis à primâ vel *Mixti Elementaris* Coctione plurimùm differat ac enucleatur. Immò præter *elementa* propiora, quædam principia, è quibus res naturales aguntur & afficiuntur ex *Hippocratis* fonte bibamus, Lib. de Nat. Hum. Text. 31.

Hippoc.

Τὰ φυόμενα καὶ σπειρόμενα ὁκόταν εἰς τὴν γῆν ἔλθῃ, ἕλκει ἕκαστον τὸ κατὰ φύσιν ἑαυτῷ ἐνεὸν ἐν τῇ γῇ, ἔνι δὲ καὶ ὀξὺ, καὶ πικρὸν, καὶ γλυκὺ, καὶ ἁλμυρὸν, καὶ παντοῖον, & in Lib. de Prisc. Medul. Hæc principia præter elementa ut in *Vegetabilibus*, sic hominibus inesse prolixiùs agit. Ἔνι ἀνθρώπῳ καὶ πικρὸν, καὶ ἁλμυρὸν, καὶ γλυκὺ καὶ ὀξὺ, καὶ στρυφνὸν, καὶ πλαδαρὸν, καὶ ἄλλα μυρία παντοίας δυνάμιας ἔχοντα πλῆθός τε καὶ ἰσχύν. Ταῦτα μὲν μεμιγμένα καὶ κεκρημένα ἀλλήλοισιν, οὔτε φανερά ἐστιν οὔτε λυπέει τὸν ἄνθρωπον. Ὅταν δέ τι τούτων ἀποκριθῇ, καὶ αὐτὸ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ γίνεται, τό τε καὶ φανερόν ἐστι, δὲ λυπέει τὸν ἄνθρωπον. Τοῦτο δὲ τῶν βρωμάτων ὅσα ἡμῖν ἀνεπιτήδεια, ἐστὶ καὶ λυμαίνεται τὸν ἄνθρωπον ἐμπεσόντα, τούτων ἕκαστον ἢ πικρόν τι, καὶ ἀκρητόν ἐστιν, ἢ ἁλμυρὸν, ἢ ὀξὺ ἢ ἄλλο τι ἄκρητόν δὲ καὶ ἰσχυρὸν, καὶ διὰ τοῦτο ταρασσόμεθα ὑπ᾽ αὐτέων, ὥσπερ καὶ ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ σώματος ἀποκρινομένων. Πάντα δὲ ὅσα ἄνθρωπος ἐσθίει, ἢ πίνει, τὰ τοιαῦτα βρώματα ἥκιστα τούτου χυμοῦ ἀκρήτου δὲ καὶ διαφέροντες δῆλα ἐστὶ μετέχοντα. Οἷον ἄρτος δὲ καὶ μᾶζα, καὶ τὰ ἑπόμενα τούτοισιν, οἷσιν εἰθίσται ἄνθρωπος πλείστοισι τε καὶ αἰεὶ χρέεσθαι.

Particulæ elaborandæ sunt Heterogeneæ & diversimodæ.

In viro insunt amaræ, nitrosæ, dulces, acidæ, acerbæ, & insipidæ particulæ, immò aliæque μυρίαι infinitæ, quæ varias habent operationes &

& facultates; sic paulo post ὃ τὸ θερμὸν ὅτι τὸ τὴν μεγάλην δύναμιν ἔχον, ἀλλὰ τὸ στρυφνὸν καὶ πλαδαρὸν, καὶ τἄλλα, ὅσα μοὶ εἴρηται, καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, δὲ ἔξω τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐσθιόμενα, καὶ πινόμενα, καὶ ἔξωθεν ἐπιχειρόμενα τὲ καὶ πῶς πλασσόμενα. Haud tam à calido, quam ab insitâ virtute particularum harum in homine (sic in *Pneumatosi*) fit magna vis elaborativa, dein & à fermentatione debitâ. Necnon ex strenuis Argumentis de hisce principiis suffragetur hæc opinio nostra, quippe *Galenus* expositor ille Medicinæ, *Lib.* 1. *Cap.* 3. de Elementis, & *Aristotel.* Lib. 3. de Cœl. Cap. 3. Text. 35. eorumque Sectatores planè probârunt ex iis *res naturales* constare, in quæ resolvantur, sed resolventur in hæc *principia*, (viz. *sulphurea*, spirituosa, salina, *bituminosa*, tartarea & *mercurialia*,) ideoque ex iisdem constant. Sin ex vegetabilibus, Mineralibus, *&c.* ἀληθεύειν hoc fiat, quare nondum de *Animalibus* eorumque concoctionibus? Namque proculdubiò non minùs insunt hæ particulæ in sanguine vel Arterioso *succo* quam in *Musto* vel vino *Rhenensi*; sed in *Musto* vinoque Rhenensi, harum particularum salis, sulphuris, spiritus, *mercuriique* copiæ nidulantur, & à fermentatione conspicuè nostris oculis elaborantur ad vinum aut maturationem. Harumque particularum proprietates à *Severino*, Beguino in *Tyrocinio* Chym. Scheunamano *Quercetano* in Defens. contra *Anonymum*, *Sennerto* de princ. Chymic. D. *Willisio* de Ferment. aliisque magni Nominis descriptæ fuerunt. Sed ad rem laconice loquamur quoad *Pneumatosin* nostram.

Galen. *Arist.* Illustratur à particulis Musti. Sim. *Severinus*, *Beguinus*, *Quercetan*, *Willisius*, *&c.*

Etenim, 1. Ejus *SULPHUR* quasi caloris alimentum oleaginosum est, vi dulcificandi & 1. De *Sulphure* quid?

leniendique forsan & agglutinandi feliciter imbuatur, statimque post *mercurij* & *spirituum* principia, (quæ choreas & motus initiant) ex compage erumpere, subsequique moliuntur. Quippè particulæ hæ quum efferæ & indomitæ fiunt, repagula totius compagis effringunt, attamen tam spiritibus unâ parte quam alterâ terrestrioribus, dabit leges. Spiritus enim uniuntur (sulphuris interventu) cæterarum in amplexibus, particulæ sulphureæque æquiparam (cum sale tartaroque concretæ) ab iis etiam *fixationem* justam postulabunt; à quibus *Pneumatosis* consistentia, crasis, & amiabilis textura summoperè dependeant, imo & ex maximâ parte pulchritudo colorum, & saporum varietas; spiritus & ex ipsis oleaginosi vel *pingues* i.e. Mercuriales ad *UNIONEM* glutinationemque procliviores fiunt; Et ut *Spiritus* optimè mercurialibus & sulphureis, parìtèr hæc principia tartareis & salinis intim[illegible] adhæreant, quo pacto spiritus & Animales succi conjugium fælix & connubium ineunt.

2. Mercurius quid? 2. Hujus Coctionis *MERCURIUS* est principium *Sulphureum* aereumque mediocritèr, cæterorumque *Conductor* erit optimus, ☿ ductilis ad eorum sublimationem *COAGULATIONEMVE* ex ejus *fixitate*, vocetur & (ex *Quercetano*) principium ἐστιῶδες, pabulumque spirituum, unctuosæ fluidæque labilisque substantiæ, mistionemque omnem huic elaborationi faciliorem & faustiorem reddit; omnique motu & exagitatione principiorum pro *sulphureis* principiis viam faciet. Sin quispiam objiciat[illegible] è *Chymicis*, spiritum *Mercurij* hâc nomenclatione vulgò & frequentèr insigniri, ex *Clar. Glissonii* (de hâc re) disquisitione responsum ei demus (Anat.

Quercetan.

D. Glisson.

Hepatis

Hepatis Cap. 39. Etenim *Mercurius* vel pinguis est vel gracilis; nunc pinguis eliciatur in forma olei & propriè *Mercurius* appelletur; ast gracilis & macilentus sub *Aquæ* tenuis specie. Prioris sunt olea Chymica, sed posterioris *Alcobol* aut Vini spiritus; & hujus posterioris sunt principia Pneumatosis spirituosa. — Mercurius accipiatur bifariam.

3. Pneumatosis *SPIRITUS* principium summè *Mercuriale*, liquori Animali, Mercurialique inest permeabilis, penetrabilis & *VOLATILIS* (quum mercurius tantum fuerit mediocriter *ductilis*) maximè subtilis & æthereus, processus ascendendi præ cæteris agens, ad *MATURATIONEM*; pabulumque vitæ, & ex præsentiâ suâ mixtionis vincula conservant. Hâc quoque Concoctione, *Mercurii* & *Spirituum* quantitas uberior appareat. Attamen à *Mercurio* discriminetur. — 3. Spiritus aut Ventus Chymicus quid?

1. Ob ejus motum & unde vocatur *VENTUS* Chymicus, exhalatio ad *abitum* maximè proclivis, & *DRACO*. — Spiritus à Mercurio plane differt. 1. Quoad volatilitatem.


2. Ob ejus salem & gracilitatem; spiritus enim hi sint salosi, sed *Mercuriales* sint magis sulphurei, & inter *Mercurium sulphurque* fit clarior intercapedo. — 2. Familiaritatem sulphuream.

3. Ob ejus finem, namque *Spiritus* ex gratiâ conservandi, sed ☿ *Mercurii* principia ex *gratiâ* ducendi, *cæteraque* ad exaltationem coagulationemque energiis propriis fruuntur; spiritus hic viam ducat ad evaporationem & volatilisationem sed nusquam ad *coagulationem* in humido. — 3. Quoad finem.

4. Et *spiritûs* officium celebratur vel statu *volatilisationis* vel statu *fixationis*, quum ab aliis *principiis* implicantur, & reservantur in toto *fixo* — 4. Et officium diversum.

 unctuoso;

unctuoso, primo statu in principio & secundo in fine; sed *Mercurii* munus potissimùm sancitur in statu *FUSIONIS* & principio, quamprimùm spiritus sunt in *itinere* medio, quo è crassioribus principiis liberantur & evaporant ante fluorem, (uti succini *oleum* eliciendo, optimè cernemus) unde luctæ maximæ proveniunt, & ad misturam æqualem fortasse tendunt. Tunc quoque *fusionis* aut fluoris medii status adipiscitur, Ubi *Mercurius* præcipuus erit, πραγματό-ποιος, vel in *Statu COAGULATIONIS* sint ex sulphureorum principiorum familiaritate consocioque, unde tam facilè possint in eandem familiam & operam coalescere.



Mercurius statu fusionis.

5. Quoad odorem dulcedinem & saporem.

5. Ex *spiritibus* dulcedo famelica fiat, ex *sulphure* solo fortasse fortior. & ad nauseam potius quam ad nutricatum; sed ex ☿ *Mercurio dulci* mediocrior, opimior, & nutricatior, à *spirituum particularumque* sulphurearum *dominio* conjuncto velùt in uno Mercurio. Quo fœdere cætera provehantur etiam (in socio) ad unum *MIXTUM* coagulandum & maturandum.

6. Liquorisque mutationem.

6. Spiritibus abhinc *fugatis* quicquid hujus misturæ (in *Pneumatosi*) superest, *acescat*; Mercurio *fugato* amarescat; sed *sulphure*, limpescat: & quæ principia mutationes hasce singulas suscipiunt, haud dubio pro distinctis principiis celebrari possint. Veruntamèn hæc sufficiant ad principia & eorum *syzygias* aut affinia, quæ cæteris omnibus *activitate* & elaborando ad ἀκμὴν præpollent, *Pneumatosis* etiàm stamina prima constituunt.

Activa principia primâ scenâ.

2. Principia minus activa secundo stamine Pneumatosis.


2. Cætera principia velùt altero *Coctionis* hujus stamine longè minus activa sunt, nihilominùs

nùs ad omnium fixationem plurimùm, imò potissimùm conferant, & tria sunt, viz. *Sal*, *Aqua*, *Tartarum*.

Et, 1. Sal est naturæ paulò fixioris, quam spiritus Mercurius aut sulphur, nec adeo habilis ad avolandum (ait D. *Willis.*) unde ex *Mercurii* vel *sulphuris interventu*, spiritus nimis evolantes implexu suo (& in ordine ad fixationem ac unionem) detineat, mirandis etiàm virtutibus præditur, nempè cætera principia figendo, recrementa detergendo, coagulationem promovendo, corruptioni impugnando, & sulphuris spirituumque inflammabiles particulas mitigando. Et ab ejus *volatilitate* cum particulis activis forsàn ascendat, ast ab ejus *Soliditate* versus maturitatem disponat; compactionem, soliditatem, pondus ac durationem his succis largiatur, adeò ut uno modo *primis* sed altero *secundis* rerum staminibus inserviat. Ab hoc quoque principio salis speciei propagatio (ex D. *Willisii* Doctrinâ de Ferm. *Cap.* 2.) plurimum dependeat unde *VENUS* appellatur *SALACITAS* à sale, quippè (ut paulò post explicavit.) *Sal iste velut Androginus*, *particulis etiam sulphureis combinatis plurimùm TURGESCAT*, & intermedio *sulphuris* principia spirituosa necnon Mercurialia facillimè connectantur ac uniantur. Attamèn (pace viri tantò præsignis) Mercurius *Spermatosi* multum plus plurimùm condonare mihi videatur, & *l.* 3. *de Sperm. c.* 4. ex ratiociniis fusiùs enodabimus. Intereà quoad principiorum *dominatum*, concoctiones hâc methodo determinentur nimirùm *Hæmatosis* à *SALE sulphure* & *Mercurio* cum spiritibus vitalibus & fermentativis; *Pneumatosis* à

Et 1. Sal.

D. Willis.



Principiorum Dominatus.

1. Hæmatosi.

2. Pneumatosi.

 SULPHU-

3. Spermatosi. *SULPHURE Sale* & *Mercurio* cum spiritibus Animalibus & fermentativis; sed *Spermatosis* à *MERCURIO* principe, *sulphure* & *sale* proferuntur.

2. Aqua quid? & quomodo vehiculum. 2. *AQUA* quæ forsan eliciatur è mixto, non omninò deficiat, ne *Principia Activa* nimis arctè coëunt, mutuòque perplexant inter se, imò particulæ subtiles & activæ principiis terrestrioribus & Tartareis nimis incarcerentur & quasi *CAPITI MORTUO* succumbant. Quapropter appelletur hoc *Vehiculum*, dum hoc humore aquoso & succo principia cætera saltem diluuntur, motuique fluidiori accomodantur. Subjectum tamen iners, socors, motuique ineptum planè fiat ex *Aquâ* vel humiditate nimiâ, deinceps & activa principia laxentur inordinatè & compage distrahantur, & implexu mutuo haud retineantur. Sed ad hoc *Arcanum*, quamvis

Ejusque conjugium *Aqua & sulphur* conjugium nunquam ineant absque alio mediante, tamen interventu *Salis*; spiritus, sulphur & Mercurius cum *Aquâ* ad Magnum proficuum commisceantur; & hoc pacto *Pneumatosi* plus quam parùm inserviat.

3 Tartarum quid? 3 *TARTARUM* autem est principium crassissimum & maximè terrestre, activorum principiorum violentiam & Actionem indomitam summoperè inhibens, crassitieque suâ *volatilitatem* restringens. Et quò quidpiam hoc principio redundat, eò minoris erit activitatis. Sed hoc principium variè deprehenditur à *Chymicis Philosophis* & *Jatrophilis*, in *Pneumatosi* verò sumatur pro materiâ quâdam coagulationi admodum aptâ, ab impuritate *succorum* vel Alimenti,

Paracelsus. (& sic à *Paracelso*, de *Tartar*, Lib. 1. Tract. 1. Cap. 1.) Cum portione nonnullâ *Salis*. Quippe *TARTARO*, omnium salium species ferè

continean-

contineantur, nempè *Communis*, aluminosi, *vitriolati*, Petrosi, *marini*, & vegetalis. Et ab excessu salis in his principiis tartareis morbi plurimi & Arthritici produntur, punctionibus & doloribus acerbis. Quum autèm à cæteris præcipitetur *Terra damnata* vel *Caput mortuum* appelletur (ex *Paracelso de Tart.*) Et hujus *Tinctura Tartarea* ad spirituum volatilitatem aut acrimoniam reprimendam plurimùm valeat; haud secùs ac *Oleum Tartari* quum *Spiritum* vitrioli, *Tartarique*, salis acerbitatem corrigere statuitur, Tartareorumq; tunc Princip. hæ tincturæ sint potentiores. Hæc tria secundis rerum staminibus optimè occurrunt; & quasi compendio, principia omnia hæc tàm magis activa, (viz. *Spirituum*, *Mercurii*, & *Sulphuris*,) quam minus, (*viz. Salis*, *Aquæ*, *Tartarique*,) hujus elaborationis ad unam *nobilissimam MISTURAM* collustravimus. Quâ tum elementa primiceria & Peripatetica (priori Coctione,) tum humores omnes et *Galenici*, (hâc posteriori) subter hæc principia spagyrica uniuntur. Ad *Spiritum* enim particulæ spirituosæ et Mercuriales; Ad *Bilem* Mercurius et sulphur; ad *Melancholiam Sal* & *Tartarum*; sed ad *Pituitam* Tartarum et Aqua et forsan *Sal* potissimùm feruntur ac operantur; à *Fermentatione* tamèn *Animali*, Calore intestino, motuque confuso propter efferam concertationem et luctam inter particulas has heterogeneas (quemadmodùm prædigitavimus). Hæ quoque particulæ utcunque sibi invicem affinia fuerint et *Syzygiæ*, satis tamèn inter se mutuò distinguantur, sed inter *quas Mercuriales* sulphureas *nitrosas* aut alias Partic. magna familiaritas (ut diximus) intercedit, feliciter in eandem fan il-am

Pneumatosis Tinctura Tartarea, quare?

Omnia concurrunt ad unam Misturam.

Quæ insunt humoribus. Corporis.

Et quomodo in unam familiam Animalem elaborantur omnia.

am & misturam coalescere, conjugiumque & nuptias inire possint; hucusque ad eorum explicationes, affectiones, intentiones, & conjugationes. Nunc

2. *Ad* quod hæc principia processus agunt.

2. Postremò *ad QVOD* tendunt, nimirum ad unum *Homogeneum* unctuosum.

Nonnulli, necnon (inter *Chymiatros*) celeberrimi *misturis talibus* corpus duplex inesse philosophantur. 1. Unum *essentiale*, (& hoc ex principiis τελέως elaboratis.) 2. Alterum *elementare*; & utrumque ad *Misti* constitutionem pertinere statuêrunt: quoniam partes *Heterogeneæ* vintriculis cerebri exagitantur usque ad unionem omnium, quum excrementa & impura scateant atque segregentur, quæ alitèr unionem, & totius *Familiæ* vel Oeconomiæ Animalis matrimonium hoc faustum impediant. Quippè *MISTURA* hæc unctuosa nimis esset crassa in stamine secundo *Pneumatosis* vel Elementari; spiritusque animalis ex principiis activis eorumque volatilitate nimis esset subtilis in stamine primo vel *essentiali*. Adeò ut ex uno nimio *crasso* & altero nimio *subtili* fiat animalis substantia *media*, unctuosa succosaque, quæ nuncupatur à Græcis ὕλη (apud *Herodot.* ἐξ ὕλης ἀργίης ζώοντα ἔθνεα) & quâ tam *OMNE* τὸ πᾶν quam *UNUM* τὸ τέλειον contineri Veteres autumârunt. Stoici quoq; mutationem *elementorum* mutuam ad fusionem; sed unionem & *misturam* ad *densationem* oleaginosam referebant in *Gal.* 3. Nat. Facult. *Lib.* 1. in initio. Et horum *substantias* ipsas misceri Stoici, qualitates autem solas *Peripatetici* voluêrunt. Hâc tamen misturâ & ὕλη omnia tam elementaria quam qualitativa ex principiis deprehendamus velut in *uno CONCRETO*; haud secùs ac (inquit

Viz. ad unionem homogeneam.

Ex omnibus fit una Mistura unctuosa & succosa.

Herodot. aut ὕλη.

Stoici.

Peripatetici

(inquit *Galenus* in Com. de Human. Nat.) in Medicamento *tetrapharmaco* vel (ex *rebus* quatuor) composito explicatiùs ad omnes sensus ostenderemus: ubi principia spirituosa & Elementaria felicissimè connectantur & uniantur. Hâc methodo & hoc Arcano volatilia fixaque mutuò agunt & egent; hi quoque *Dracones* ambo *à Chymicis* omnibus, *viz.* *VOLATILIS* aut spirituosus, & *REPTILIS* aut succosus *Elementarisque* coëunt; auxilioque *volatilis* Elementaria eleventur, & ex *Dracone reptili* Hermetico succus his mixtus in *DRACONEM volatilem Ægyptiorum, &* *AQUILAM Hermeticam* transeat. Nunc morte *mistura* hæc frustratur, & *Draco* volatilis aëra sulcat ac evolat à *Reptili*, omniaque mixta dissolventur; & forsàn in Elementa sua principiaque ex quibus orta vel comparata fuerunt, reducantur. Proptereà quum *Mercurius* est incoctus, heterogeneorumque admixtio veram & firmam homogeneorum *unionem*, aut conjugium impedit, saltemvè retardat; quum spiritus volatiles & activæ particulæ separantur à fixo radicali (velùt ab arte *pyreusnicâ*) mors limen insideat, vel saltem immineat putrefactio; ideoque Vitæ tum perennitas tum felicitas ab hujusce *mixtionis* firmitate & unione sanâ corpori prorsus impendat; sic huic *Sectioni* ex *Jul. Scalig.* Exerc. 138. Sect. 2. metam imponam; *Omnemque formam cujusque perfectè* MIXTI, *etiamsi non sit anima, naturam esse* QUINTAM *& longè aliam à quatuor elementis* concredo.

Galen. Sim.

Et exin ambo Dracones in unum Coëunt.

Aquila Hermetica.

Mors aut dissolutio quid?

Jul. Scalig.

SECT.

SECT. IV.

De Temperie & Pneumatosis *æquabili Motu.*

2. Hypothes. *Elaborationis hujus in omnimodo motu vasis Ventriculisque cerebri confecto, temperamentum justum, & mediocritatem æquiparam evigilaremus.*

Explicatur à Ratione hujus elaborationis. *Hippoc.*

HIS præmissis, *Hypotheses* sequentes ficciore pede percurramus; de Jure elaborationis hujusmodi, vel ratione, *Hippocratem* Ἀρχ. ἰατρ. *de Prisc. Medic.* optimè consulamus his verbis ταῦτα μεμιγμένα, καὶ κεκρημένα ἀλλήλοισιν, οὔτε φανερά ἐστιν, οὔτε λυπέει τὸν ἄνθρωπον: ὅταν δέ τι τουτέων ἀποκριθῇ δὲ αὐτὸ ἐφ' ἑωυτοῦ γένηται, τότε καὶ φανερόν ἐστι, καὶ λυπέει τὸν ἄνθρωπον. Equidem hâc misturâ & contemperaturâ, principia non tantum non dolore sed laudabiliori sanitate afficiuntur. Quam crasin proficuam elegantius edocuit. *Lib. de Nat. Hum. Text.* 31.

Hippocrat.

Ὃν μὲν ἂν δήπου χρόνον μεμιγμένα αὐτὰ αὐτέοισιν, ἅμα τὸ ψυχρὸν δὲ θερμὸν ἦ, οὐ λυπέει. Κρῆσις γὰρ καὶ μετριότης τοῦ μὲν ψυχροῦ γίνεται ἀπὸ τοῦ θερμοῦ, τοῦ δὲ θερμοῦ ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ. Ὅταν δὲ ἀποκριθείη χωρὶς ἑκάτερον, τότε λυπέει. Quamdiu calidum & frigidum inter se & proportionalitèr contemperata sunt, nullâ læsione dehinc heluemur; quippè frigidum à calido Calidumque à frigido commoderationem sanam obtinuit, sed quum alterum ab altero sejungatur familia hæc animalis *Discrasiis* & doloribus aucupetur. Ob has

has causas *CRASIS* hujus coctionis tam accuratè & necessario præcaveatur; namque ferventior hic spiritus minus erit idoneus ad *Oeconomiæ* Animalis officia; pariterque spiritus crassior & humidior, (ut in *Lethargiis*, Apoplexiis, *Comatosis*, *&c.*) vitalis itaque spiritus à cordis *foculo* in cerebri vintriculis per *Arterias Carotides* rapitur, Contextu tamèn illo, *Mirabili & Retiformi*, *PLEXUQUE Choroide* (quatenus Elementaris) præparatur; & ab humiditate cerebrique temperatura vìque infirâ moderatur; nihilominùs ulterius elaboratur in Ventriculis (quoad principia) nè spiritus hic absque moderamine necnon instar *Equi* indomiti & perquam efferi fieret. Sensuique *Hippocratico* sententia hæc nostra optimè conveniat; quo læsiones hæ non solùm ab excessu, vel primarum qualitatum defectu nobis obvenire solebant, verumetiàm ab his principiis & particulis supra memoratis. (ἀλλὰ τὸ στρυφνὸν, καὶ πλαδαρὸν, ὀξὺ, γλυκὺ, ἁλμυρὸν καὶ τἆλλα ὅσα μοὶ εἴρηται, καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, δὲ ἔξω τοῦ ἀνθρώπου, inquit ille) acerbis, insipidis, acidis, amaris, dulcibus, aut salsis, *&c.* Etenim (inquit) *quum humor amarus* (Coctione hâc) *abundat*, *quem flavam bilem nominamus*; heu! *quantæ sint anxietates! & Dyscrases! Sed ab acribus salsis, acidis, quanti furores! & innumeri dolores! à frigidis* atque tartareis crassioribus haud minus noxæ proveniant. Deinde *Familia*, sive facultas Animalis ad Tragædias plerasque efficiendas, tam quoad sensum & motum, quàm Animalem nutricatum gravissimè distrahatur hoc pacto. Cujus facultatis (inquit *Heurnius* in *Instit. Med.* Lib. 3. de *Facult.* Cap. 5.) *Instrumentum primarium est hic Spiritus*

Quare *crasis hujus* præcavetur

Spiritus efferi.

Hippocrat.

Hujus *familia tragedia* de contrariis efficiontur

Heurnius.

ſpiritus ANIMALIS, *qui (* magnâ à parte*) fabricatur à* VITALI, quum per *Arterias Carotides*, per Regionem Cervicis in *Contextum admirabilem*, dilatum *in* CEREBRO, *ab ejus vi ingenita, elaboratur & mutatur in Animalem ſpiritum*; *ibidem ex novo decore* vigoreque *fulgens* ac irradians, ad omnia Conſtitutionis ☞ *Animalis* Munera mirabilitèr aſtruitur & comparatur, adeo ut ejus craſis aut temperies ſeduliſſimè ſervetur.

1. Una confuſio ex nimiâ effervеſcentiâ, & fermento

1. Sed explicatiùs agere, modò per *efferveſcentiam* nimiam, modò per inordinatam *fermentationem*, & heterogeneitatem materiei; particulæ ſubtiles à cæteris nimium activè, volatiliter & vehementer efferuntur, nimiumque mordaces, feroces & acerbæ redduntur, nec compage vel vinculis mixtionis hujus contineantur; unde ☞ conſtitutionis animalis *Craſis* interpellatur, & à particulis ſulphureis nimis evectis *membranæ* forſan ingruantur ad accenſiones febriles vel pejores in *Animali Familiâ.* Et quid Clarius obſervetur vel *ab Arte* vel *à Natura*? quippe ab *ebullitione* nimiâ in Alembicis, *Cucurbitis*, & in Vinis, *Muſtis*, ſpiritus activæque particulæ motibus efferis & Anomaliis plurimis exaltantur; aut potiùs confunduntur inter ſe invicèm ad *totius* turbationem & prædam; imò & vas ipſum in fracturas crebrò diſſiliatur.

2. *Altera* confuſio *Pneumatoſis* ex cruditate & nimio frigore

2. Et è contra, quum particulæ ſunt parùm elaboratæ (*Caloris*, fermentationis animalis, *ſpirituumvè* defectu) per *nimiam Cruditatem* aut obſtruentiam, ſpiritus & activa principia facilè ſe vindicare aut extricare nequeant; unde fiat altera confuſio *Pneumatoſis*, quum elaborationes ſuffla-

sufflaminantur, & particulæ nondùm satis subtiliatæ aut exaltatæ crassioribus incoctis & compedibus obvolvuntur, imò post inanem litigationem & luctam miserrimè captivantur. Quapropter cautiones opportunas circa calorem & operam spagyricam *Chymicophili* semper exhibuerunt, ne quid *nimium* aut *parum* proveniret, aut non ad proportionem vel materiæ elaborandæ consistentiam debitam. Calor enim humidus aut *Balnei* congruit optimè rebus levioris compagis, sed ignis *siccior* & per arenas aut cineres, rebus solidioris & texturæ firmioris. Posterior *Pneumatosis* Heterogeneorum Principiorum exagitationi conveniat, sed potissimum *Hæmatosi* propter ejus spiritus graviores; & prior *Pneumatosis* elementari materiæ. Nunc haud secùs quam in *Chymicâ distillatione*, cavendum, nè calor sit *intensus nimis*, & ab igne nimis sicco; ne particulæ subtiliores velùt *aculeis Tarantularumque morsibus* instructæ luxuriarent, tripudiarent, sensoriaque percellerent; & ne nimis levi calore utamur, quo non tam essentiam materiæ quam *inutile phlegma* proliciamus, undè succi vappescere protinùs incipiant spiritusque torpedine suffocentur, ex crassioribus & incoctis aut Heterogeneis oblanguescentes: Intereà velut in *elixatione* caloris aptè proportionali, *particulæ* succum quasi *menstruum aqueum*, aut liquorem subingrediantur, hujusque principiis omnibus unitis, sese in rem altiùs atque ulteriùs elaborandam fæliciter insinuant; distillata tamen & à *Vulcano Chymico* (formâ modoque) præparata, quæ homogeneis, aut non multoperè diversis constant *particulis* sarta tecta longè diutiùs serventur. Idcircò non tantum cum *Chymici* Peri-tissimi

Calor Balnei & Arenæ.




Cautiones de calore à Spagyris.

Mediocritas astinenda. tissimi vigiliis & excubiis elaborationes hujus *Pneumatosis* expendamus, sed ejus *temperiem* æquabilem asservemus, astituamus, & à vitiis atque pravitate avocemus. Cæterumque hâc de

D. *Willis.* re vestigiis & *Eruditissimi* D. *Willisii* tramiti *de Ferment.* lubentiùs inItabo; prout in Oenopolis (inquit ille clariùs & ἀποδεικτικῶς) quum Vinitores eorum vina recuperare soleant; nempè tenuia & flaccida, cum aliis generosioribus, aut ditioribus succis, calorem & fermentum vegetale suscitare, particulasque eorum segniores & combinatas ad majorem activitatem promovere; sed vinum immodicè vel plus quam satis effervescens & fermentescens, lac, aquam, aut talia infundendo vel crassiora de jure debito miscendo, spiritus & particulas reddere mitiores, impetumque suum exantlantem compescere.

Sim. Et ut in ollam nimium ebullientem, aquam frigidam, ferventiam suam revellere, *Coqui* superfundunt. Paribus obitèr artificiis, *particularum* nimiam & inordinatam elaborationem, *spirituumque* violentèr erumpentium volatilisationem,

Ad æquabilem motum *Pneumatosis.* refrigerantibus, incrassantibus, aut corrigentibus inhibere atque comprimere, medico pensum incumbat; necnon in æquabilem fermentationis & eorum exantlandi *Motum* principia reducere. Quinetiam, quæ plane sunt inepta *Coctioni* huic (vel segnitèr) agitentur cruditatibus, atque heterogeneis equidem subeunt; unde spiritus depauperentur, depraventur & languescant, liquores etiam Animales tam inopes fiant, ut

 haud absque saccharis, syrupis, aromatibus aut alimentis rarefacientibus, attenuantibus digestivis & appropriatis efflagitari, recuperari, vel suscitari possint. Quibus calor aut fermentum

tam

tam cordis *vitale*, quam *Animale* cerebri ventriculis & vasis irritetur ad *PNEUMATOSIS apotelesma*, totiusque constitutionis Animalis refectionem, ex ejus gratiâ corpus nutriendi, quam sentiendi, movendique ab æquabili temperie. *Ita textu Hippocratico* de Nat. Hum. Com. *Sanum dicitur potissimum*, quum hæc & virtute & Copiâ inter se *MEDIOCRITER* habent; præsertimque quum commixta sunt: *Galenus* etiam (in Commentariolo suo) recensuit his verbis. *Ex omnium & Medicorum & Philosophorum* (*qui absolutè dogmatici sunt*) *censu* COMMODERATIO *hæc sanitatem efficiat*; & elementorum institutiones, bifariam celebrantur. 1. Ex eorum complexu & principiorum unione. 2. Sed altera ab eorum temperaturâ. Quæ crasis aut commoderatio suffragatur per *Hippoc.* ex *Copiâ virtuteque*, *i. e.* ex *quantitate & qualitate*; unde *Functiones Animales* manifesto sanciuntur. Quamobrem ut τὸ μηθὲν γὰρ ἄγαν, ἄγαν μὲ τέρπει, ita *nimium* aut extremum hâc Animali Concoctione summopere vitetur, & ejus elaborationis *motus æquabilis* sedulius excubetur.

Effectus hujus contemperiei *Pneumat.* *Hippoc.*

Galenus.

Ad sanam constitutionem,

Et ad animales functiones sanè perfruendas & obeundas.

SECT. V.

De Resolutione *Heterogeneorum versus Homogeneum.*

3. Hypothes. *Per hanc Elaborationem & (Animali Jure) Commensuratam, è fermento atque calore rarefaciente* RESOLUTIO *seu* Διάκρισις *exantlatur.*

Diacrisis hujus *Pneumatosis*, 1. ejus resolutione.

PNEUMATOSIS hæc ἐργασία dirimetur appositè, digeraturque in Διάκρισιν & Σύγκρισιν. Quibus ferè, totus ambitus *Chymiæ* comprehendatur. Nunc diacrisis hujus elaborationis est, quum compages ex *uno mixto* vel concreto in discrepantes partes resolvitur; quum subtiliores à crassior bus, particulæ magis activæ à cæteris segnioribus, volatiles à fixis, & homogeneæ ab heterogeneis segregantur. Hæc quoque *Diacrisis* accipiatur bifariam in nostro calculo. Nempe, 1. A *Resolutione* partium et principiorum. 2. Ab *exaltatione*, vel magis agilium ac spirituum sublimatione. Ast hâc Sectione *Resolutionem* exploremus; hujusque disquisitionis vestibulo, *SOLVENDI* significationes varias expendamus; quippè *solvere* sensu Grammatico est *à vinculis liberare*; sed Philosophico Compagem totam *patefacere*; Medico liquare et *mollefacere*; sed Chymico ex vinculis *mixti* reserare atque *rarefacere*. Hâc etiam Coctione velùt è duris

solvendi vocabulum excogitemus, diversimodè.



ris Materiei *Claustris*, activarum particularum eruptio fit, insuper & separatio tanquàm ab arte spagyricâ; è quibus reseratis *Encyclopædia* vocabuli enucleatur. Cujus beneficio flammula vitæ vel *biolychnii* splendore suo conservetur. Itaque ex explicatioris hujus *disquisitionis* methodi gratiâ quatuor occurrunt.

Quatuor incumbunt huic Hypothesi.

1. Quòd succi è variis *particulis* & oppositis fermentescunt, variasque mutationum vices subeunt; & hujus *Compositi* compages aut massa quò laxior eò facilior & agilior erit ad resolutionem partium, & quò durior eò difficilior. Haud secus ac in *Semine*, sanguine, *Lignis Gummosis* & aliis spagyricè per Chymiculos exantlatis atque operatis appareat; quum particulæ volatiles & infixæ (per *Mercurium* ductilem) velùt ab effracto carcere prosiliunt; & soluto mixtionis vinculo à se invicèm fit separatio, atque propter *diathesin* erumpentium *diversam*, secessus solummodò principiorum priùs mutuò combinatorum in partes diversas, observetur. Adeò ut resolutio non datur ad materiam elementarem, nisi alius gradus operationis alterativus introducatur à principiis prioribus, fortioribusque Actu. Spissitudo tamen elementaris maneat, velùt alia *Diana* hoc fonte limpidissimo proluenda, & ab omnibus impuris liberanda. Proin hâc elaboratione reperiantur operationes duæ; Nempe, 1. *Solutio Mixti* tanquam in Aquam purissimam aut liquorem. 2. Congelatio & ablutio Materiæ spissioris elementarisque; velut in fonte *DIANA*, sese separans & nudè recedens ab omnibus crassis (aut viris) ex gratiâ puritatis, castitatisque; & Ἄρτεμις hæc proluit in *Valle Garganöe*, vel ven-

1. Defermentatione ex heterogeneis & variis particulis.

Diana nostra quid?

Diana in fonte quid? & quomodo?

triculis cerebri velut aquis nitidissimis, (aut succis nutritiis animalibus.) Insuper & à *Pneumatosi*, inordinatâ *crassum* aliquid velut *Actæon* ultra modestiæ limites exsiliens, nudamque *Dianam* conspiciens, in *cervum* aut *feram* facillimè mutatur; quem sui ipsius *canes* avidè devorant ob *dyscrasias*, & hujus elaborationis motus irregulares. Pneumatosis Anomalias & vitia ab ejus *subtilitate spirituum* procliviùs (& absque summâ cautione) incidamus; quippè quo sublimior est & subtilior *Animalium* spiritus, eo difficilior eorum solutio; nec fieri possit nisi cum spiritibus ejusdem naturæ.

Et *Actæon* quid?

2. In uno composito Actus & Potentia.

2. Omnibus compositis *Actus & Potentia* satis insunt ad hanc *Resolutionem*; & licèt omnes partes (quoad *Totum*) in potentiâ sunt, singulæ tamen & una quoad alteram in Actu. Undè principia magis activa ad *Resolutionis* impetum & laxationem summoperè solvenda sint; *Scholarum* etiam assertio luculentiùs illustretur, viz. *Quòd* COMPOSITUM *est aliquid, quod non (quà compositum) suarum partium alicui conveniat, sed principiorum, partiumque discrepantium fiat exagitatio talis, ut quod* DE TOTO *non ritè, de* PARTE *& principio satis aptè philosophetur.* Etenim partes simplices unius, & ejusdem compositi prædicemus è contra; pariter hâc elaboratione (cujus principium non est unum simplex) nec possit *unum simplex* ad Resolutionem elaborari; quoniam RESOLUTIO fit partium & Heterogeneorum inter se colluctantium, ex *composito* non à *simplici* conficienda; cujus & principia sunt disgregantia, atque viribus ex ambiguis Victoriam versùs concitata; nimirùm versus partium subtiliorum à crassioribus



In actu *Resolutio* quid? *ex heterogeneis.*

Non homogeneis.

ribus

ribus ſeceſſus; dum partes omninò conſimiles haud tantoperè pugnabunt, aſt potiùs torpidè jaceant.

3. Hâc elaboratione *proprium ad centrum* tendunt omnia principia, nempe magis activa ſurſum, craſſioraque deorſum. Et uti τῆς φύσεως ita τῆς τέχνης operibus hujus *Reſolutionis* documenta valdè conſpiciuntur & promoventur; quemadmodum *Caſei* butyrique confectione. Vid. *Sennert.* de Princ. Chymic. *Cap.* 11. quippè *cremorem* & lac acriter conquaſſando, fit *RESOLUTIO* tenuium partium à craſſis, unde partes *Mercuriales*, ſulphureæ, *ſaloſæ*, & ſpirituoſæ colligantur *in unum*, & coagulantur ad *butyrum*, quum mixtionis vinculum ex hâc elaboratione ſolvatur, & omnes particulæ ſedibus propriis concentricentur & reſolvantur; ita *Prov.* 30. 33. â ſacris. מִיץ חָלָב יוֹצִיא רִיב ex lactis emulſione; Attamen hujus conquaſſationis *MEDIOCRITAS* præferri oporteat, quoniam nec ex *nimio motu*, vel vehementiſſimo, nec ex ſegni vel torpido butyrum coaguletur; necnon à pari ratione conficiatur hoc noſtrum *animale butyrum* aut coagulum in cerebri *ſideliis* aut ventriculis tam *ab extra* quam *ab intra*.

3. Omnia tendunt ad eorum centrum, hâc operatione.

Sennertus.

Sim.

Butyrum cerebri celebratur.

1. Ab *extra* vel ope mediocris commenſuratæque conquaſſationis per *Syſtolen* & *Diaſtolen*. Sed,

1. Ab extra conquaſſando per ſyſtolen & diaſtolen.

2. Ab *intra* vel ope caloris & animalis *Fermenti*. Propterea, quid clarius obſervetur in rerum *Menſtruis*? Infuſionibus? *Coctionibus*? Diſtillationibus? *Mineraliumque* ſolutionibus? quum partes grandiores & terreſtres ad fundum aut deorſum demittuntur, aſt leviores particulæ ſpirituoſæque ſurſum & omnino ſeorſim evehuntur;

2. Ab intra caloris ope fermentique.

Etenim omnia hæc hominibus insunt ut dixerit olim *Morienus* Regi; quum Rex interrogabat illum ex quâ Minerâ eliceretur *Lapis Physicus*, responsum dedit his verbis. *Hæc res à tè prolicitatur, cujus etiam Minera saltèm tu existis*; nempe quoad eorum *radicalia* principia, et dein eorum operationes atque elaborationes, ex quibus fit Resolutio tam animantibus quam Mineralibus ac Vegetantibus. Ut flosculo Pyri luculenter appareat, quo quidem non adnuc est *Forma Pyri*, tamen adsunt spiritus vegetantes à *principiis* et particulis priùs et in ordine formam Pyri introducendi. Species tamen et *vegetabilium* et *Mineralium* diversæ statuuntur, à puritatis gradu dissimili, et hic gradus in *elaborationem* majorem vel minorem, meliorem vel deteriorem longiorem vel breviorem optimè dependet, totam compagem solvendo, heterogenea segregando (et omnia quæ impediunt Coctionem perfectam) principia ad centrum disponendo, et ad sublimationem debitam promovendo. Quapropter immaturis fructibus (quam Metallis impuris suligo) lanugo longè copiosior insit quàm maturis; in maturis tamèn est aliquid excrementi separandi, sed illud quod est haud impedit elaborationem τελειωτέραν ob ejus paucitatem, et sic evenit Metallis probè resolutis. Jamverò Resolutionis actio valde conspicua fiat inter Mineralia, Vegetabilia, et Animalia. Quibus activa *principia* colluctantur inter se, et insupèr elementa totius compositi ob eorum heterogeneitatem; donec subtilia secernentur à crassis, volatilia à fixis, tenuia & spirituosa à terrestribus aut tartareis, obiter et pura à Fæculentioribus, hæc est *Diacrisis ad Resolutionem*; vel

Morienus.

Sim.

Gradus hujus caloris ad resolutionem.

Sim.

Lucta principiorum inter se.

Diacrisis ad resolutionem quid ex principiis?

vel donec craſſa ſubtilientur, cruda digerantur, denſa attenuentur, particulæ magis activæ promoveantur, et ſpiritus Animales exaltentur, hæc eſt *Diacriſis ad ſublimationem*. Et utraque caloris ope fermentationiſque agitantis, rarefacientis, proritantis, ac perficientis; unde partes agiles ſublimiſſimæ ſulphuris, Mercurii, ſpiritus et ſalis velùt ex ergaſtulo liberantur; et accomodantur undique muneribus *Oeconomiæ Animalis* obeundis. Sicubi ab horum principiorum activitate forti, ex vinculis confeſtim et confertim erumpunt; necnon æſtimetur *Sal* (quoad ejus *fuſionem*) inter principia *ſolutionis* (nihilominus *Sal* (quoad ſtatum *fixationis*) *coagulationi* nonnihil conferat.) Et ex his principiis Ἀρχ' ἰατρὸς *Hippocrates* ipſe 1. *Lib. de Nat. Hum. Text.* 31. vocabulum hujus ſecretionis uſurpavit, quod amarum, ſalſum, acidum et alia *μεμιγμένα καὶ κεκειμένα ἀλλήλοισιν, οὐ φανερά ἐστιν· ὅταν δέ τι τούτων ἀποκριθῇ, τότε φανερόν ἐστι.* Et ex his Reſolutis veriſimilitèr animalis *nutritius* ſuccus elaboretur et emancipetur verſus *unum homogeneum* liquorem, vel unctuoſam ſubſtantiam.

Diacriſis ad exaltationem quid ex principiis? — *Hippoc.*

4. Quum vero heterogenea hæc deturbentur *in ſeceſſus*, et activæ particulæ velùt ad *unum centrum* et altiorem ſedem evehantur; tunc ab iis *homogeneum* (licèt adhuc *infixum*) proveniat, conjugiumque ineat, (ut ſupra demonſtravimus,) propter particularum harum affinia *ſyzygias* et combinationes mutuas. Nunc ab hujus *homogeneitate* ſpiſſitudo forſàn elementaris in centro reperiatur et materia radicalis ad *Pneumatoſin*; hoc quoque cenſu illud *Philoſophicum axioma* manibus ambabus amplexamur, *viz.* Res

4. Ex hâc elaboratione proferatur homogeneum.

quælibet RESOLVITUR *in eis, è quibus constat*; dum principia duplicia cernamus hoc apotteleſmate, *viz.* 1. *Communia* quæ omnibus æqualiter inſunt. 2. Et *propria* quæ *Pneumatosi* vel Animali concoctioni ſunt peculiaria. Unde pleriſque *Philo-Chymicis* & clariſſimis viris *Sennerto, Fernelio, Valeriola, Schegkio, Quercetano, Fabro, Williſio, &c.* conſtanter aſſerimus eſſe *quid ſpirituoſum rebus naturalibus præter elementa*; Proinde hac elaboratione tam *principiorum* quam *elementorum* ad hanc Reſolutionem Homogeneam videamus principia eorum actus eſſe, quorum ſunt principia, & quod dicitur ab *Ariſt.* Lib 1. Meteor. *Cap* 9 de *Sole*, Meteoris generandis ἐν ᾧ φανερῶς ἡ τῦ ἡλίυ φορὰ διακρίνυσα ϗ συγκρίνυσα, huic etiam conveniat, ab hujus ſegregando diſſimilia, conſimiliaque (in ordine *ad exaltationem*) congregando. Hæc quoque nomenclatio ſegregandi retinetur ab illo *Lib.* 3. *de Cœlo Cap.* 3. *Text.* 35. ἐν μὲν γὰρ σαρκὶ, ϗ ξύλῳ, ϗ ἑκάςῳ τῶν τοιύτων ἔνεςι δυνάμει πῦρ ϗ γῆ; φανερὰ γὰρ ταῦτα ἐξ ἐκείνων ἐκκρινόμενα; & hæc principia τῦ πυρὸς ϗ τῆς γῆς ignis & terræ potentiâ inſunt, ſed *actu* fiunt hæc aperte ſegregata. E quibus, quatenus è mixto & tangibili corpore vel compage conſiſtente ex heterogeneis ſpirituoſa, Mercurialia, & ſubtilia proſiluerunt & evaſerunt, *Reſolutio fit incipiens* ad ſtatum fuſionis; ſed ex iis quatenus ex *uno Spirituoſo*, rarefacto vel *infixo* volatilique liquore, & homogeneo fit *Reſolutio præcipiens*, & inſtituens ad ſtatum *exaltationis*. Cæteroquin ex Anomaliis hujus elaborationis *Actæon* potius in ſanguine ſuo, quam in Fonte limpidiſſimo *Diana* proluit; deinde quum *Reſolutio* ſana non proferatur, nec heterogenea nec homogenea

Ariſt.

Reſolutio inchoans ex heterogeneis & perficiens ex homogeneis.

☞

homogenea benè disponentur ad ulteriorem exagitationem, *Pneumatosis* graviter afficietur; & quod *crudum aut incoctum est* inquit *Faber Pall. Spagyr.* Cap. 13.) *coquere vel perficere nequeat.* **Faberi** Et à *Vallesio cap.* 1. Lib. 7. *Controv. Med. Phil.* **Vallesius.** *Nihil coqui possit quod nutire nequeat.* Ab his crudis impurisque Resolutionis actio perficiens (usque ad *homogeneum*) impeditur & coctio deprædatur aut heluatur, adeo ut *Cruditas & Coctio* sint *contrariæ* per *Diathesin* ex *Arist.* lib. 4. Meteor. ἀτέλεια δι' ἔνδειαν τῆς οἰκείας **Aristot.** θερμότητος, ἡ δ' ἔνδεια τῆς θερμότητος ψυχρότης ἐστὶν· ἡ δ' ἀτέλεια ἐστὶ τῶν ἀντικειμένων Παθητικῶν. Sed *cruditas & excrementum* per *Metathesin*, ut & mox enucleabimus.

SECT. VI.

Pneumatosis exaltatio planiùs eluceat 6. Rebus præviis.

4. Hypothes. *Hujus* RESOLUTIONIS *Vestigiis instabit* EXALTATIO *spirituum, partiumque volatilium sublimatio, in ordine ad unionem omnium, & ad agendas functiones animales.*

DIACRISIS altera *Pneumatosis* (& quæ comitem aut pedissequam *RESOLUTIONI* sese præbeat) est *exaltatio* spirituum particularumque, ex compage priori resolventium; **2. Diacrisis hujus *Pneumatosis*.**

um; quum à crassis & impuris solventur, è cæteris ad summitatem evehantur, & humiditates superfluæ transpirentur, aut alioquin evaporentur, consistentiamque perquam laudabilem conciliârunt. Cujus nomen sonat apud Latinos, quasi *promovere* in altum, & metaphoricῶς ad honores *exaltare*, ab inauguratione viri digni, necnon sublimiùs in honoris gradum aut thronum summum fortasse desumpti. Pariterque è triplici ratione spiritus hi sublimentur in Altum cerebri & ad honorem animalem.

Exaltatio quid? nomine?

1. 1. De jure *merito*, veluti qui virtute, honore, gloriaque sublimes fiunt & reliquorum hominum turbâ separantur atque distinguuntur; & eliguntur ad dignitatis gradus officiaque tanquam ab aliorum fæculentiis & misturis; itidemque sublimantur hi spiritus à cæteris, emancipantur & mundantur ab eorum fæcibus velùt electissimi.

2. Et, 2. Ad celsissimam honoris apicem promoventur, administrandi Munus, & Provinciam hàc Animali constitutione capessere, melioremque clavi imperii vel officii perfungendi accessionem inire. Quibus qualitèr officiis, taliter exaltationis beneficiis & fastigiis præluceant aliis.

3. 3. Et ex *actu publico*, vel ab Animâ proportionalitèr efferuntur hi spiritus ad altiorem sedem elaborandi, & proin è nostro calculo hæc *exaltatio* nihil aliud est quam spirituum & principiorum (à cæteris segregatorum *per Resolutionem*) ex ope caloris, fermentationis animalis & Animæ sublimatio, in ordine ad unionem humidi volatilis radicalis cum fixo humido & succo nutritio; cujus enucleationi & emolumento majori

Exaltatio quid re?

6. Huic sunt prævia.

jori sex sequentia inserviant.

1. Quod omnibus mixturis profunde & intrinsecùs *PVRVM* lateat ad exaltandum (sed imprimis à cæteris secernendum) quoniam *virtute* sit maximum, quanquam quantitate fortasse minimum. Insuper & hujus principiorum activitas partim ab halitibus spirituosis & æthereis, partim à Vitali *Vulcano* vel è cordis foculo & fermento; sed præcipuè ac jugitèr ab *Animali fermentatione* caloreque congenito excitetur & imprægnetur; Undè *Pneumatosis* hæc operatio præstabiliùs exantlatur. Et ex hujus *puri* subtilitate necnon affinitate; Cœlum atque æthera petit, dum sursìm evolat; nihilominùs *Eruditiss*. D. *Williss*. de *Ferm*. substantiam ipsam cerebri *sale volatili* abundè refertam esse subinnuamus, actionique *volatilisationis* hujus nonnihil conferentem, sed absque dubio (quoad Fusionem) *Mercurius & sulphur* ancillantur, & (quoad activitatem) *spiritus ad exaltationis* consistentiam atque efflorescentiam. Salis enim (inquit *Faber*. Pall. *Spagyr*. cap. 19.) Chrystallini *flosculi* vel particulæ (nivis instar) lateribus vasis suspendantur; haud secus ac si *Mercurius* vulgaris ex *sale Petra & Vitriolo* simul mixtis sublimatus esset; & quod non est ex naturâ *PVRI* hujus humidi *radicalis* & volatilis (& è mixtis separati) sublimari nequeat.

1. Purum in omnis mixti claustris absconda. tur.

Unde Cœlum & æthera petit. D. *Williss*.

Ex sale volatili cerebri ☿ & sulphure.

Jo. Faber.

Sim. Purum tantùm exaltandum.

2. Et hoc *PVRVM* exaltandum inter *occulta* quærendum sit (ex opinione *Trismegisti* in *Pymandro* Cap. 4.) quod per operationes Caloris & fermenti περιεργως appareat & scateat. Atqui profectò mirandum sit observare quot arcana, purissima principia, & qualitates ex elaborationibus *Vulcani* Chymici produntur. Præterea


2. Purum hoc inter arcana perquirendum.

Hermes Trismeg.

tereà dum à fæculentiis & impuris omnibus spiritus hi transferuntur velùt ex actione *calcinationis* propter ignem, *Naturam* statuisse hanc calcinationem ad *astralem virtutem* expendamus, quum *mixtum* prorsùs à spiritibus suis volatilibus denudetur necnon à fæcibus elementariis depuretur, & appelletur *CALCINATIO* à subjecto; Tamen Animalia à subtiliori, & à crassiori Vegetantia ducunt ortum. Deinde ab hujus doctrinâ, Sacras Scripturas de Die Novissimo, *Elementorum* calcinatione, Cœlique conflagratione deprehendamus, 2 *Pet.* 3. 7. 10. 12. 1 *Cor.* 3. 13, *&c.* Οἱ δὲ νῦν οὐρανοὶ, καὶ ἡ γῆ αὐτῷ λόγῳ τεθησαυρισμένοι εἰσὶ πυρὶ τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως. Ἐν ᾗ οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται; καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται, & paulo post δι᾽ ἣν οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται, καὶ στοιχεῖα καυσούμενα τήκεται. Καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ γῆν καινὴν κατὰ τὸ ἐπάγγελμα αὐτοῦ προσδοκοῦμεν. Et ex *Arabicâ translatione* asservantur omnia in igne non destruuntur, in ordine ad Cœlos puriores, & novas aut renovatas terras; ita *Syriis, & à Vulgari versione*, ut ardentes Cœli solventur è mixturis in novam terram & Cœlum, adeò *CALCINATIONEM* evidentissimè subeant quasi per *ignem*, in 1 *Cor.* 3. 13. Ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ δοκιμάσει. Unde per ignem opus cujusque purgabitur & servabitur Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται, αὐτὸς δὲ ΣΩΘΗΣΕΤΑΙ, οὕτως δὲ ὡς διὰ πυρός. Quippè tunc Cœlum & terra & *elementa* mirificè defæcata ab impuritatibus & heterogeneis, clariùs omnia multis parasangis effulgebunt; & *Astra, Sol, & Lumina* longè splendidiùs emicabunt,

Velùt ex calcinatione

Et quomodo statuitur à Naturâ.



Igne calcinanda sunt omnia die novissimo.

Et ad quem finem fit *calcinatio.*

bunt, quum ab eorum *mixturis* & impuris, satis liberá elaborabuntur; & quum tam majori splendore quam ferventiori calore lumen eorum repercutiat. Et à pari ratione, fæcibus ab omnibus hi spiritus animales satis expurgati sint proin etiam exaltati, succus eorum tunc Animalis aut spiritus confectus *Pneumatosi*, velut ab *astrali materia* (quemadmodum *Aristoteles* ipse deposuit) subtilitèr irradiabit microcosmum nostrum. A quo spiritu splendido, Animali succo, & ab ejus puritate nitente flammula vitæ pellucidè conservetur; & quantò puriores animales spiritus, tanto diaphaniores ac nitidiores; quanto quoque depuratior succus, tantò vitam ad fovendam, pabulumque *biolychnii* oleaginosum ad restaurandum aptior erit.

Unde Spiritus animales eluceant in microcosmo.

Et enutriunt per totam oeconomiam animalem.

3. Et hoc *PURUM* à fæculentiis crassioribusque tantoperè vindicatum, naturaliter sursum à suâ subtilitate viam faciet; quod autèm est *grave* deorsum detrudetur. Etenim omnes activæ particulæ proclives sunt *in altum* volitare, & quamprimum ad hanc activitatem pertingunt, magis magisque per *orbiculum* hominis & κυκλίσκον eluceant, ultimamque & supremam acquirant sedem. Sic jugiter à sublimitate mirabiliores effectus hâc *Oeconomiâ* functionesque ἐνεργητικῶς exertent. Undè puros & puritate ipsâ puriores spiritus animales esse debent, necnon ex omni parte ad vitam augustissimam. Quum autem à mixtis, *hetterogeneis*, tenebricosis & tetris vaporibus interturbantur functiones sensibilius incommodantur & ingruuntur; uti morbis *hystericis*, ebriosis & aliis, quibus hi spiritus obscurantur & conspurcantur. Subter hâc consideratione *Fabula* Gigantis *Antæi* Commentatur

3. Purum hoc naturaliter sursum emergit & tendit ad *Astra*.

Quum & quomodo functiones animales heluantur.

P. J. Faber. tur à P. *Jo. Fabro*, necnon emedullatur, qui quoties in humum proſtraverat toties ad novam vitam fortitudinemque redibat; pariter et hujus *PURI* fit *exaltatio* principiis elementiſque ex impuris et mixtis (velùt ab humo) ob *elaborationem novam* ac fortiorem. Sin materia ſublimanda fixa ſit, miſceatur tamen cum ſpiritibus infixis et volatilibus qui vel totam vel partem ejus *in altum* ſecum tollant; quippè quum res in minima principia decimatur, à calore faciliùs in altiorem ſedem elevetur, et ad extractionem *eſſentiæ* vel tincturæ ſaporiſque pergratè celebretur.

Quomodo fit exaltatio puri totius.


4. Ex ope Mercurij ductilis fit exaltatio.

4. Hoc quoque *PURUM* à fæcibus ſuis ſummè depuratum in *Altum* exaltetur ex ope *MERCURII volatilis* et ductilis. Namque quò ſubtilior eſt exaltatio, eò purior et volatilior eſt *Mercurius*; ſed ab ejus defectu vel interitu, Recrementa, Fæces et *ILEX* abundant atque turgent, ut *Mineralibus* liquidò conſtabunt. Quæ Fæces et Ilices haud ſublimentur, nec *poſſunt ſurſum* ferri, qui *Mercurii volatilis* Naturam et eſſentiam non redoleant. *Faber* autèm de hâc re fuſiùs explicavit (*Cap.* 21. *Pal. Spagyr.*) *Cui ſublimatio fit ultima attritio phyſica & abſoluta Mercurii ſurſùm evecti*; et à morte vel ab omnibus *excrementis* et mixturis (ejus actionem veram ſufflaminantibus) liberari. Hanc etiam elaborationem ex Mercurii *Charactere* Veteres indigitârunt, quippe figurâ ☿ depicti, *Luna*, Soliſque Character cum Cruce pro fulcro videatur. *Crux* ✠ in baſi, *paſſionem* aut elaborationem ipſam ad Reſolutionem indicat è calore; ſed varias mutationum vices hanc operationem ſubire per fermentationem *Luna* liquidò

Faber.

Sublimatio quid?

☿ Characteris ratio necnon explicatio in hâc elaboratione.



dò facit, et est ☽ *exaltationis* figura; præcipueque *SOL* medio (☼) Characterem *Unionis* optime nobis edit, et in quo totum *opus* fæliciter absolvatur tam *ab infra* et Resolutione, quam *ab Alto* et exaltationis *elaboratorio*. 1. Ab infra et ex Charactere liquoris *Aceti* distill. (✠) Et, 2. Ab altiori loco vel ab *Argenti* figura ☽,☾, et Philosophi ⌒, (cujus pensum est *ad sidera* literas et Theoremata sublimare) sed ad unum integrum *CIRCULUM* et figuram *Unionis* atque coagulationis ○; *Auri* ☉; *Salis* nitri ⊖, et *Olei* ◎, vel ad omnium spissitudinem oleosam et Animalem succum. Adeo ut his tribus præcipuis operationibus, nempe *Resolutione*, exaltatione et *Unione* Mercurius erit optime *ductilis* et pragmaticus, palmamque præripit à cæteris. Inter Vegetabilia quid luculentius appareat? dum *Flores* exaltationis plantalis sunt signa, et flores omnium arborum (ante fructus) nihil aliud attestantur quam quòd subtilissimæ spissorum elementorum et principiorum partes exaltantur à cæteris crassioribus; quæ tandem per Coctionem continuam ac indesinentem, et à perenni foco fermentatoque vegetali *fructus in dulces* et maturos hanc exaltationem perficiunt, in unione omniumque coagulatione. Jamverò sicut Arbores fructus producere nuspiam queant quin floreant, *i. e.* quin *principiorum* portio subtilissima (quæ earum nutritioni debetur) priùs in flosculos exaltabitur; Sic arcanum hoc nostrum *Animalium* perfici non possit, quin prius omnium *Mercurius* hic infixus et volatilis, (qui cæterarum particularum est portio purissima) exaltetur, et deinceps jugiter cum *sulphure* naturæ puro (quod est cum ☿ flos omnium) et *sale* promoveat *UNIONEM*, atque coagulationem;

Sim.

Exaltatio Vegetabilium in floscculis.

Sim.

☞

Vnde semen flos hominis, vid. Spermatosi.

lationem; potissimum autem *Mercurius & Sulphur* appareant has ἐργασίας excitare proximo *Libro* de *Spermatosi* (*speciei* propagatione) unde SEMEN hominis appellatur *flos hominis*, tunc *GERMEN* est *fructus*. Ideoque plerique Chymiatri non abs re τὸ πᾶν *Mercurium* nominant, qui quatenus volatilis et à fæculentiis depuratus, est hujus elaborationis causa præcipua.

5. Hujus elaborationis mediocritas justa perquam necessaria.

5. Sed huic *exaltationi* Mediocritatem debitam præviam excogitemus; ejusque Temperiem summopere præcavendam. Cui debetur Calor mediocris. sin enim materiam sublimandam parum adscendere deprehendes, augeatur; quum verò spiritus hi cum fæcibus aut mixturis elevantur, Calor vel insitus vel adventitius nimiopere *perfungitur*. Ast hujus elaborationis modo consulatur, optimè *Geber* (lib. 2. Summ. perfect. cap. 42.) Quapropter hâc Pneumatosi magis atque magis assumatur aër temperatus per nares (necnon cerebri cum Diastole) non solùm ad spirituum Animalium reparationem (ut mox clarius enodetur) ex ejus *virtute* Cœlesti, sed etiam ad *refrigerium* caloris nativi vel adventitii, et *Pneumatosis* ad commoderaturam summè necessariam. Etenim à Calore nimio, (radiis solaribus ferventibus, æstivo tempore, diebusque caninis, et à vinis generosis vel spiritibus lautissime compotatis, ac similibus) spiritus volatiles et inflammabiles particulæ (velùt in hypocausto) cerebri ventriculis inordinatè et nullo jure invadant, penetrent, evaporent, et quasi *Tarantularum* morsibus aculeant. Quippè sulphureæ particulæ et spirituosæ nimis accensæ ultra limites præstitutos impetuosius ebulliunt, et (*caput objectare periclis*) ope *Salis*, aculeis cum flammiferis ac æstuantibus imbuuntur, unde *Tragediæ* plurimæ

Geber.



Quare per Nares aër Cœlestis accipitur ad Pneumatosin.

Ex nimio calore fit inordinata.


gravissi-

graviſſimæque proferuntur; & quum ſpiritus evolant, (ope Mercurii, ſulphuriſque pellentis evaporant) atque terga dant, tunc ardentes particulæ (ſulphuris, & ſalis) efferæ cerebri clavum imperare arrogant, & agilitate mirificâ quaquaverſûs effervescunt, earumque cum effluviis aculeatis *Senſoria* doloroſe percellunt. Contrà vero *Pneumatoſis* corripiatur à frigore, & torpore nimio; quæ *Dyſcraſia* vel à cauſis extrinſecis vel intrinſecis proveniat, ab aëre gelido *Boreali*, vel *Brumali*; & intùs à *Narcoticis* ſumptis, *opiatis* aut Nimium incraſſantibus, frigefacientibus, obſtruentibus, *&c.* quippe ab eorum vi puknoticâ pori conſtipentur, meatus obſtruantur, motus & operationes ſufflaminentur, tranſpirationes etiam præpediantur, activæ particulæ ſuffocentur, ſpiritus animales & ſucci forte figantur poris & meatibus, & ſubſideant. Etenim hoc erat in propatulo nobis Arce *Londinenſi* *Anno* 1657. ex unius *Syndercombii* diſſectione, ſubter Tyrannide *Cromwellianâ* morti & cruciatibus adjudicati, qui capitis damnatum (ab immanitate temporum) antecapere καὶ προφθάνειν, ſtygiæ morti manu propriâ ſeſe dedit per venenum, aut opium ultra modum; quod exitiale medicamentum alacritèr in dormitorio ſumpſit, & protinus ab illo rore lethæo vel opiato cum ſopore mors quieta fuit amplexata. Quapropter quum hic *felo de ſe* diſſectus fuiſſet αὐθεντικῶς plerique tam Medici quam alii in cerebri ſubſtantiâ ſuccos animales incraſſatos eſſe denotabant; & ex his narcoticis atque ſtupefacientibus porulos omnes cerebri materiâ viſcoſâ, craſſiorique mirè repletos eſſe deprehendebant; cerebrique *meditullium* manibus comprimenti-

E nimio frigore Pneumatoſis exaltatio debita ſufflaminatur.

Hiſtoria.

Syndercom.



bus succum glutinosum tanquam viscum è porulis conferebat; unde *Pneumatosis* materiem condensatam, spiritum inopem, ejusque motum vel elaborationem sufflaminatam, aut segniorem reddi; ad Animalium læsiones lethiferas per immodicum frigorem succos incrassatos aut dyscrasias similes ediscebamus. Et ob has causas, *PNEUMATOSIS* omnes operationes *exantlatas* tam à frigoribus quam à fervoribus nimiis optimè contemperandas esse concludamus; hujusque elaborationis *Crasis* postulatu, atque conatu dignissima, pro vili nunquàm habenda sit.

6. Spirituum & succorum unio.

6. Postremò, *Spirituum & succorum* Animalium fit *UNIO* quâ Pneumatosis ἐργασία (quoad ejus exaltationem) absolvitur, velùt in ejus *metam*. Quippè *præcipua sublimationis* intentio, est unio volatilium cum fixo, donec unum fiunt inseparabile; & quamvis *sublimare* latè sumpto vocabulo (quoad ejus ultimum naturæ finem) quasi unum facere & *coagulare* supputatur, tamen in *unione* atque *coagulatione* cæteræ lateant operationes, quas mox propalemus; sed coagulationis intentiones *in Spermatosi* clariùs eluceant; intereà sine debitâ spirituum animalium exaltatione, nec *unio* nec *coagulatio* fieri possit, & tunc totum pereat Arcanum. Quamobrem *Chymiatrorum* illius dicti ratio vindicanda sit, *viz. fac fixum volatile, & volatile fixum, & totum habebis* MAGISTERIUM. Atqui huic metam imponere, causis è variis celebretur hæc exaltationis *elaboratio*.

Coagulatio fit Clarior in *Spermatosi*.

Ex quibus causis celebrator hæc exaltatio.

1. 1. Ut non *fixum* figatur, sed hujus *mixti* resoluti portio fiat infixa & volatilis.

2. 2. Et hæc infixa pars fiat corpus aut substantia humida radicalis & unctuosa.

3. Aliam

3. Aliamque quasi formam, aliasque qualitates rei huic exaltatæ confert hæc elaboratio (uti *spagyricâ arte* constabit ex ☿ sublimato.) 3.

4. Ad *essentiæ* & tincturæ animalis extractionem. 4.

5. Denique per hanc operationem diversæ res à spurcitiis satis elevatæ & expurgatæ, forsan ope *Mercurii* fæliciter uniuntur & incorporantur ad unum *succum nutritium* & animalem. Sed hæc sufficiant ad Pneumatosis Diacrisin. 5.

SECT. VII.

De Pneumatosis Synchrisi, *&*, 1. *Quoad ejus Præcipitationem.*

---

5. Hypothes. *Recrementa verò & Crassiora segregata, ex Vi Præcipitativâ* PNEUMATOSIS *emittantur ad eorum Centrum; unde materia defæcetur & depuretur satis ab omnibus spurcitiis atque inquinamentis heterogeneis ad unum Homogeneum.*

PNEUMATOSIS processus eamus ordine rato classicoque, dum à *RESOLUTIONIS* elaboratione (compagis vinculum) erumpunt activa principia, & crassiora relinquuntur, fæcium deturbationem detrusionemque proximè perscrutemur: In *DIACRISI Resolutionem & Exaltationem* pertrectavimus, jam Συγκρίσεως disquisitioni accedamus. Et *SYNCHRISIS* hujus

Synchrisis: hujus concoctionis quibus consistit, & 1. in præcipitatione.

hujus est quum quæ diversa sunt & segregantur in unum corpus, conjungantur aut uniantur. Hoc operationis genere *PRÆCIPITATIONEM* fæcium, spirituum & succorum *UNIONEM* aut *Reductionem*, eorumque *CIRCULATIONEM* atque cohobationem deprehendimus; sed huic *Sectioni* *PRÆCIPITATIO* Pneumatosis incumbit, quæ videatur *Exaltationi* quam diversa, tam adversa; quippè residuum quod relinquitur, secernitur & superest, terrestre ac fæculentum inest *mixtis*, ejusque naturâ nullatenus sapiat in *Altum* cum spiritibus exaltandis; imò plurimùm impediat ne aliud sublimetur; tantique facit illius connexus & complexus, ut nisi fæces has subtilitèr hæc coctio detruderet ab hujus coctionis *Vi præcipitativâ*, purum hoc *Arcanum* adeo expectatum nuspiam habebimus. Idcirco *Trismegistus Hermes* in Tabellâ suâ *Smaragdinâ* sanè statuit fæcium præcipitationem his verbis. *Separabis terram ab igne, subtile à crasso subtilitèr & magno cum ingenio*; nimirùm exagitationibus spagyricis quas imitari Natura summoperè delectat. Nunc Pneumatosis *PRÆCIPITATIO* quatuor aut quinque rebus optimè constabit.

Trismegist. Hermes.

Præcipitatio quibus Constat.

1. Et, 1. A *crassioribus solutis*, fæculentioribus reprobatis, & (ab altiori gradu dignitatis) deturbatis.

2 2. Consistit à rebus deorsum & in præceps aut *ad fundum* secernendis, protrudendis.


3. 3. Et prius forsàn in minutissimas particulas (à solutis) quæ tamen in *unum corpus* excernendum aut præcipitandum (ex iis confectum) conjugium ineunt.

4. 4. Nihilominus eveniat, quousque spiritus solvens

vens aut *menstruum* succosum per *Particulas Mercuriales*, unitum maneat, eousque corpus hoc solutum non adhuc *ad fundum* descendat sed liquori Animali, vel *succo huic nutritio* cohæreat. Quum verò contingat, ut spiritus hic solvens aut *Mercurius* iterum à corpore hoc soluto segregetur & evoletur; tunc crassiores, fæculentioresque particulæ in præceps detruduntur; & ad fundum, infundibulum, aut *Glandes* præstitutas descendunt.

5. Quapropter, & obitèr hi spiritus & animales liquores sub duplici consideratione purificentur. 1. A *Depurationis* Ritu. Et, 2. *Defæcationis*. 5.

1. *DEPURATIONE*, dum recrementa leviora spumifera atque tenuiora cum liquore sursum evehantur, & in ejus superficie quasi floream *spumam* constituant è *calore* coquendi, clibani urgentis aut à *coctione puriori* & imperfectiori; quippè depurandis omnibus particulæ spirituosæ, magis activæ & subtilissimæ à fæculentiis his hujus succi ad clarificationem quaquaversus exagitantur. 1. Quoad ejus *Depurationem*.



2. Sed *DEFÆCATIONE*, crassiora & magis excrementitia, deorsum ad *fundum* vel latera ventriculorum athleticè deturbentur, & fit à calore *Chymico* vel ab ulteriori *elaboratione* (uti supra memoravimus;) dum à materiâ præcipitante & *fermentatione* particulæ quædam à cæteris (quasi vi & armis) secedere coguntur; uti tum in *Naturalibus*, (viz. *Lacte*, *Cerevisiâ*, *Sanguine*, Musto, succisque Vegetabilibus) tum in *Artificialibus* diversimodæ Operationis, mineraliumque solutionibus, summâ cum voluptate observavi. Prætereà *Particulæ* hujus elaborationis sunt. 2. Et quoad ejus Defæcationem.

1. A Particulis & principiis Chymicis.

Vel, 1. *Partiales*, *i. e.* à principiis spagyricis inter se colluctantibus, (*viz. sulphureæ*, *salosæ*, *terrestres*, *aquosæ & pituitosæ*,) quæ separantur aut separandæ sint à cæteris;

2. A Toto.

Vel, 2. *Totales* aut mixti totius *integrales*, quasi totius compositi Elementaris naturam participantes, & sunt tantum minutulæ totius plurimùm confractæ. Nunc quum spiritus & activa principia satis exantlantur velut è toto concreto, tunc depurantur à levioribus & defæcantur à crassioribus grandioribusque fæcibus, & heterogeneis *totius mixti* recrementis. Attamèn ut in *levioribus* & magis activis sursum ascendentibus nonnullæ forsan particulæ crassiores; ita *Grandioribus*, pondere & mole deorsum tendentibus, particulæ quædam subtiliores (ex quâdam tenacitate, cæterarumque viscositate) permisceantur; unde modò citiores, modò tardiores sint in motu, & in præceps datæ prorsus, haud visu facillimè discernantur, neque protinus in fundum descendant.

Præcipitationis ordo.

Galen.

Quamobrem *Galenus* ipse (*Lib. de Temp. Morb.*) materiam alicujus Coctionis totam, haud in omnes partes simul, ast ob inæqualitatem partium, unam ante alteram excoquendam esse statuit; tunc *terrestriores* particulæ velut in aufugium præcipites, & *ad fundum* decliviores repercutiantur, & à Calore necnon exagitatione indesinenti devolvantur & subsideant; fæculæ tamèn grandiores fortassè non tantum *à vi præcipitativâ*, sed etiam à mole & pondere ad imum aut *Centrum* festinant, nec amplius sustentare molem tantam (tanquam excentricam) queant. Hujusque *præcipitationis* ratio valdè conspicua fit à virtutibus & *Pneumatosis* energiis,

Præcipitationis hujus ratio.

cujus

cujus functiones ac utilitates graviter heluentur & ingruantur ab his fæculentiis *præcipitandis* quum non secernuntur. Exinde *Pneumatosis* Arcanum hoc impediatur, purum conspurcetur, spiritus sufflaminentur, Coctiones depraventur, operationes depr[illegible]dentur, morbi pullulentur, Tragediæ efficiantur,& Oeconomia universalis (impuris ab his heterogeneis) grassetur. E contra, *præcipitatione* eorum debitâ, functionibus *Oeconomia Animalis* accomodetur, Pneumatosis & elaborationes liberentur ad ejus *Apotelesma*; oleumque biolychnii depal[illegible]i purum instar pabuli sustentetur, homogenea & oleaginosa gratè retineantur & perfungantur, imò ditiùs & diutiùs virtutibus & usu conserventur. Quinetiam interdùm spumiferæ fæces & excreta leviora quæ sursùm evehuntur, nonnullâ unctuosæ, sulphureæque materiæ tincturâ saltem cum particulis imbuantur: Et heic historiam (*P. J. FABRI Pall. Spagyr.* Cap. 14.) de Puella e crinibus unctuosis (*capitis* flammulas pectinante forsan excogitemus opportune. *Et hoc vidi* (dixit ille) *in Puellâ Nobili, formâ gratissimâ præditâ, quæ dum coram me capillos venustè admodum Pectine implicatos dissolveret, flammas veluti cadentes Cœlo stellas, è capite suo in sinum excutiebat suum, quo meteoro perterrita ipsa Puella in Syncopen fere incidisset, ni subitò verbis lepidissimis refocillata metum è pectore depressisset, explicata harum flammarum causâ illi ipsi & parentibus suis, &c.* Etenim vapores è Capite glutinosi Crinibus adhærebant, & cum pectine sulphuris instar inflammabiles particulæ decidebant veluti *stellæ cadentes*; quippè materiam *Pneumatosis* oleosam (quum liquores animales & *Mercuriales spiritus* uniuntur) astrali

Et ejus efficacia.

Nonnunquam Spumiferæ fæces sunt pingues & oleosæ.

P. Jo. Faber Historia Puellæ.

materiæ persimillimam esse, haud perperàm censuerunt *Academici*, ὀσίαν ἀνάλογον τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ satis hæc dicta sunto de *Recrementis* hujus elaborationis tam crassioribus quam levioribus.

SECT. VIII.

De Pneumatosis Unione *Conjugali.*

6. Hypothes. *His præmissis, dum activæ particulæ sursum evehuntur & exaltantur, terrestriores & fæculentiores præcipitantur, restat* UNIO CONJUGALIS *inter spiritus infixos volatilesque, & liquores animales magisque fixos ad Unum Homogeneum,* SUCCUMQUE NUTRITIUM & ANIMALEM.

Unio & fixio.

HYPOTHESIS hujus ad *Analysin* fusiorem *Unio* & omnium Reductio, *PNEUMATOSIS* hâc *Synchrisi* proximè & de jure summè merito sese nobis obtulêrunt. Nunc apud *Chymiatros* unio & fixio fere coincidunt; nec è ritu distinguantur, nisi quatenùs *UNIO* præcedat *fixationem*; ambæ tamèn ab unâ & eâdem elaboratione conficiuntur, nec nobis esset opus de *fixatione*, vel *coagulatione* Sectiones distinctas instituere, dum omnia dicenda de rebus illis hâc Sectione sanè complectuntur, & de iis in

in *Spermatosi* fusiori disquisitione forsàn exquiramus. *Interea* UNIONEM *definiamus esse conjugium inter* MAREM *spirituum volatilisque puri nitidissimi*, & FÆMINAM *unctuosæ substantiæ radicalis, aut Animalis puri fixi succis in nutritiis hospitantis.* Sed extricemus à quinque rebus. Vnio quid? Extricetur a 5. rebus.

Et, 1. A *Copula* particularum complectentium ad *Arcanum* hoc animale peragendum admodum necessariâ. 1. *A* Copulatione legitimâ Particularum.

2. Et à *Commixtione* qualitatum ex earum affiniis, mutuisque amicitiis Elementorum in hâc elaboratione, unde tantâ pace profectò ligentur, ut à naturâ vix uspiam segregentur. 2. A Commixione qualitatum.

3. Et à Rerum disgregatarum *Reductione* vel Replicatione in unam *Hylen*, (nimirum spirituum & succorum, *Mercurii* volatilis & fixi;) quæ Compage primâ vel incocto concreto fuerint complicata; Postquam autem per *Resolutionem*, & (ob heterogeneorum, *Recrementorumque* depositionem), separata atque dispersa, partim cum animalibus spiritibus, partimque succis hisce nutritiis, qui rursùs *hâc unione* de novo conjunguntur perfectiores depurationes in hâc ultimâ misturâ *Pneumatosis*; & adeo vocatur hæc actio *REDUCTIO*, vel dispersorum fausta replicatio. 3. *A* Reductione Rerum in unam elaboratam *Hylen*.

4. Et à Principiorum omnium *Harmoniâ* concordi inter se invicem ex homogeneitate Materiæ comparatæ, adeo ut coæqualia sint & coæquata in agendi nutriendique facultatem eandem, & claritate retinendi per totam *OECONOMIAM*. 4. Ex *Harmoniâ* Principiorum fælici.

5. Et à *perpetuâ pace* inter hæc principia repugnantia, quæ *per hanc unionem* fælicissimê conciliatur, 5. Perpetuâ pace vel reconciliatione.

ciliatur, cujus unus est scopus λίαν κόσμειν τὸν ἀγῶνα dum contraria concilia & heterogenea, cum excretis deturbentur in præceps, & omnia optime disponuntur ad hanc pacem postulatam, ex præceptis *Chymicis* hoc modo deprehensis, *pacem inter inimicos instaurare perpetuam* & εἰς ὁμόνοιαν ἄγειν. Separata tamen hæc principia vix ineunt *unionem* hanc absque medio, quapropter inveniendum sit Medium ex *MERCURIO* tam fixo succis, quam infixo spiritibus mediante, cujus ope fœlix unio spirituum & succorum celebratur. Et *Mercurius* dicitur à quibusdam ignis ætherei pabulum, Lac Virgineum, Humidumque Radicale, sed à *Beguino* in *Tyrocin. Chim.* liquor acidus, permeabilis, penetrabilis, æthereus & Purissimus, à quo fiunt omnes *nutricationis*, *sensus, motûsque* processus, & à *Libavio* in *Examin. Phil.* vit. *cap.* 29. Liquor essentialis ex misto, separatis elementaribus impuritatibus, extractus. Imò per *Scheunemanum* in ejus Medicinâ Reformatâ *Mercurius* appellatur *PNEUMOSUS*, *æthereus, vitæque nostræ proximum & intimum indumentum, corporis humani lumen & numen, omniumque actionum* PROMOTOR & DIRECTOR, *qui cerebri* VENTRICULIS *hospitari creditur*; Sic ille. Forsàn & astralis virtus *Planetarum* huic *Unionis* Arcano nonnihil conferat, ex opitulatione aut accommodatione concurrente, non è necessitate occurrente; quippè quum Planeta sit amicus unioni nostræ, dominium ejus haud absque ratione speculandum sit ut augeatur *Arcani* vis. Tamen haud *ex necessitate*, quoniam Arcana nostra potentiora sint, & ipsis *influentiis* efficaciora, quippe *Pneumatosis* brachiis cum ambabus

Vnionis medium ex Mercurio.

Beguinus.

Libavius.

Scheunem.

Mercurius Pneumatosus quid?

Ceterique volunt à Planetariis influentiis.

ambabus *intra se* spiritus cœlestes & *influentias astrales* comprehendit; & dein *extra se* cœlestes influxus haud tantoperè respiciat. Porrò claro clarius est nobis, *energias* vel facultates hujus agendi non dependere in *Planetas*, sed in caloris innati, fermenti, *Mercurialis* etiam Puri *virtutem* nitorem ac operationem; quippe calor in impuro subjecto sufflaminatur *ab excrementis*, quæ ideò detruduntur in *præceps* ante puram hanc Animalium *unionem* quæ datur *in humido radicali* tam volatili quam fixo purissimo & hoc *PURO* unionis vitæ perennitas plurimùm consistit, pariter & actionum Animaliumque functionum energiæ peculiares. Præterea ab hoc Matrimonio, coituque legitimo Actiones nutriendi, sentiendi movendique debitæ tanquam liberi legitimi proferuntur. Unde *Unio* hæc ab aliis *Chymicophilis appellatur nova necnon iterata Animæ puræ cum corpore puro vel succo satis elaborato & defæcato commixtio.* Quam P. *Jo. Faber* copiosius & clariùs his verbis enucleavit. *Sicut in rerum mixtione* PRIMA *vis agendi & facultas, excrementorum copiâ, quæ à naturali elementorum permixtione dependet, omninò ferè extinguitur, quòd indies ipsorum Excrementorum acervus accrescat, ac magis magisque accumuletur; dispari ratione, eadem agendi omnium rerum vis & facultas in* SECUNDA RERUM MIXTIONE *angetur, quod in eadem ipsa secunda rerum mixtione excrementa quæcunque omnium elementorum dissipantur, & separantur à miscendis elementorum spissitudinibus, à quibus mixta fiunt & exoriuntur; adeò ut partes mixtorum ab omnibus excrementis vindicatæ* PURAM *inter se ineant* UNIONEM *cujus puritatis amicitia adeò uniuntur, ut in perpetuas fere Æternitates inter se devinciantur, absque ullo suæ societatis*

Cujus energia præcipuè dependet à virtute Mercuriali & Purâ.

Ab hoc matrimonio que Spirituum cum succis actiones legitimæ proveniunt.

P. *Io. Faber* in ejus *Pallad. Spagyr.* c. 23

Mixtione primâ *Recrementa* coacervuntur; Sed in secundâ dissipantur, unde *Pura* conficitur *Unio* & absque dissidio

societatis dissidio, quum nullas partes inter se pugnantes & dissidentes unionis suæ centro Coërceant, à quibus solis in mixtis dissidium & DIVORTIUM *dependet. Hæ autem partes dissidentes & contrariæ ab excrementis originem ferunt. In* SECUNDA *ergò nostrâ* UNIONE *major aderit agendi facultas quam in* PRIMA, *quam excrementis turgere & scatere demonstravimus.* Et paulò post ratiociniis his Apodictisque subjungit. *In* SECUNDA *nostrâ* UNIONE, *excrementis omnibus dissipatis, uniendarum partium quidni ingens aderit & infinita fere agendi facultas? ibi enim purissima aderunt elementa, & ibi illis purissimum Unitum Cœlum, ideoque purissimam adesse agendi actionem in hisce mixtis quæ* UNIONEM NOSTRAM *passa sunt, fateri necesse est. Ex his etiam omnibus* PURISSIMA *&* SIMPLICISSIMA *exoritur actio. Nunc actio simplicissima, est omnium actionum præpotentissima & validissima.* Sic ille. Quibus ex literis *UNIONIS* hujus *Pneumatosis* actiones & operationes fortiores atque liberiores, propter ejus *puritatem* unctuosam & *homogeneitatem*, quàm dilucidius extricaremus; tam ab *heterogeneitate*, spurcitiis, & impuritate materiæ vel *unionis* et congressûs, actiones impuras, copulationes illicitas et spurias inire; fortasse dein ipsum *DIVORTIUM* aut ab hujus matrimonii thoro *discessionem* gravem usque ad repudium subire percipiamus. Sed à purâ vel legitimâ *UNIONE* spirituum succorumque animalium nobiliores sunt actiones, simpliciores et omnium præpotentissimæ. Quibus *Pneumatosis* hoc opus et *Arcanum* fæliciùs absolvatur.

Quare hâc elaboratione & copulatione fiunt actiones *Animales* liberrimæ.

Actiones purissimæ & simpicissimæ.

Quibus hoc opus absolvitur.

SECT.

SECT. IX.

De Pneumat. Pellicanitione & Rectificatione.

7. Hypothes. *Ad ἀκμὴν omnium; partes hujus elaborationis crassiores nonnullæ processibus ulterioribus impediantur, priusquam Circulationem subeant; spiritus & animales rectificentur ad eorum impregnationem prænecessariam, qui deinceps sese insinuabunt in Sanguinis Compagem, & abindè verisimilitèr* CIRCULARI *possint.*

HIS omnibus examinatis & præmissis, hoc Arcanum *Animalium* haud secus ac *Vegetantium* observetur & absolvatur. Postquam tamèn *Mercurius PNEUMATOSIS* fixus, velùt ex lotionibus multoties iteratis repetitisque filtrationibus & evaporationibus depuratus aut defæcatus fuerit; cujusque *Mercurius* infixus atque volatilis, quasi *distillationibus* variis, resolutione, præcipitatione & rectificationibus, à terrestrioribus suis, tartareis aut aquosis phlegmatibus & fæcibus expurgatus fuerit, quum quoque spiritus animalis succo hoc nutritio unietur & purus ascendat, cum suo socio, tam pluries rectificetur donec ultimum & puritatis nitorem τελειωθέντον nanciscatur. Uti phlegma per *Rectificationem* separetur ab oleis, & spiritus à phlegmate, Circulationis hujus ratio.

te, & materia purior reddatur; dehinc etiam *circuletur* & in partes distribuatur. Quippè liquoribus iis adhibeatur CIRCULATIO vel *Pelicanitio*, qui jam à fæcibus omnibus depurati, tamen eorum saltèm *subtiliatio major* exquiretur, ut vinis aut spiritibus rectificatis, ad *Elixerem* vel essentiam quintam, & quum in orbem vel *circulum* redeat, appellatur *CIRCULATIO*. Cujus explicatione *celeberrimorum* vestigia, forsan & hujus *Hypothesis* sarta tecta æmularer; nempè Eruditissimorum *D. D. Regii*, *D. Glissonii*, *D. Whartonii*, necnon aliorum. Sed inter *Primarios D. H. Regii*, (mihique *Præceptoris* Clar.) sententia, rationique tam consentanea de Spirituum Animalium *CIRCULATIONE* motuque verbis ex ejus propriis *astipuletur* in *l.* 4. *Phil. Nat.* *Spiritus Animales postquam ex cerebro per totum corpus distributi sunt, partim dissipantur per insensibilem transpirationem, partimque venis sese* INSINUANTES *miscentur cum sanguine, &* *cum eo redeunt* AD COR *& inde* IN CEREBRUM; *unde postea in reliquum corpus rursus distribuuntur, &c.* Hæc quoque conjectura quamvis à Doct. *Bartholino* (*lib. 3. de Nervis*) impugnatur, tamen hujus rationalitati vel ingenuitati sanè subinnuit. Et vacillationes scrupulaque tollere, Ancipitemque magno cum discrimine causam protegere & propugnare, *Bartholini* ipsius trajectiones ex ambage remotâ refellere, necnon ἀληθεύειν ac de hâc re philosophari facillimè conaremur; licet *Animalium Spir.* motus ex *autopsiâ* vel ligaturis nervorum observari nequeat, quemadmodum D. *Walæus* de *Motu Chyli* pereximiè ratiocinatur. Quippè spiritus & hi succi non tam male sunt elaborati, non tam impu-

D. Regius.

Spirituum Animalium Circulatio quomodo.

Bartholinus

Ejus obiectiones enervantur.

Quare Spiritus Animales haud ex Autopsiâ cernatur. D. Walæus.

rati vel crassi fiunt quin ex motu *peristaltico* per nervorum porulos minutissimos permeare possint, aut aliter præ aliis omnibus avolare & penetrare faciunt impetum; uti spagyriis observetur. Deinde spiritibus his profligatis & elapsis, quicquid (inquit D. *Glissonius*) tunc illius liquoris superfit, flaccescat, vappescat, & ob ejus coctionem motumve sufflaminatum nihil observatu dignum accedat *ex autopsiâ,* nec à nervorum *sexti paris* ligaturis. Insuper his spiritibus *de vasis* aut receptaculis tantoperè perviatis & apertis quàm sanguine non opus est, (namque cavitates horum admodum exiguæ sunt ne spiritus hi majoribus canalibus tam facilè dissipati propter eorum penetrationem & pernicitatem evolarent;) specimenque rei vinis & spiritibus elicitis spagyricè conspicuum fit, ac præstatur. Etenim nisi arctè vasis & cellulis exilibus, aut hermeticè obsignatis occludantur, spiritus eorum liquorum volatiles emittantur, flaccescantque liquores. Porrò motus horum non est *ordinarius,* aut idem cum motu sanguinis, torrentis instar & *striatim*, adeo ut non erit tam perceptibilis ad *autopsiam,* sed valdè discrepans. Unde propter spirituum subtilitates præ aliis penetrantes & perforantes dubium hoc *Bartholini* solvetur & enodetur. Insuper & animadvertente *Regio* valdè conspicuus fit in *Limace,* phiala vitrea conclusa *motus* hic *Spirituum Animal.*circularis. Quippe quum incipit prorepere, confestim hi *Spiritus* dein alii & alii cum bullis apertis à caudâ, ad mediam Regionem tunc ad *supremum* vel caput à perenni motu propellunt, Limace sistente protinus sistitur bullarum aut spirituum motus à caudâ ad caput; rursus movente eorum circulatio

D. Glisson. Anatom. de Hepate Cap.45.



Clar. Regius.

latio

latio conspiciatur, ita ut spiritus à caudâ per ventrem aut mediam Regionem transeant ad caput, & à capite per tergum redeant ad caudam, indè rursus ad caput, statim & ab eorum penetratione. Quinetiam ad ejus 2. & 4. *Object.* Responsa verbis his pauculis statui. Quamvis enim sanguini venis inest *spiritus vitalis* aut à corde, tamen nihil impediat, quin sanguinis ipse possit imprægnari, spiritibus ab animalibus & è capite.

Ad obj. 2. & 4. Bartholini.

Resp. 1. 1. Ab ejus ingenuâ concessione per *LUMEN IRRADIATIVUM* cum spiritibus & succis animalibus evectum ad partes omnes singulasque.

Resp. 2. 2. Sanguinisque circuitûs & motûs forsàn ab animando ac influendo; dum illo succo spiritus quidam Animales nidulantur, circulantur, & exaltantur ad *fusionis statum*, hoc *vitalisatis* charagmate. Quibus *vitæ lampas* ὁ λύχνος perenniter ardens in socculo suo sustentetur & reficiatur.

Resp. 3. 3. A succis etiàm nutritiis atque purissimis hujus *Pneumatosis*; è quibus planiùs accedat, sanguinem esse liquorem opulentiorem & longè nobiliorem quum (ab animalibus spiritibus) imprægnetur; sed absque his, sanguinis est succus *jejunus*, famelicus, *inops*, furens ferè partium deprædator ac Heluo, nec ad alendas partes solidas valdè competens, ast ab hoc *Animali spiritu*, partibus eo nutriendis benè conveniat; tamen haud omnibus; & incomparabilis ille Vir. D. *Glissonius* nostras (de *Hepat.*) disseruit nervose; *Cerebrum principium esse dispensationis alimentariæ partes ad singulas & omnes*, prout iis distribui necesse fuerit; & hoc quod olim à *Veteribus* Hepa-

D. Gliss. Partes & corpus aluntur à cerebro vel Pneumatosi.

ti solo consignatum erat, jamdudum per Neotericos atque Neophytos (ex parte saltem) à *cerebro* sanciatur. Nunc hi spiritus animales cum succis nutritiis refundentur per *Circuitum sanguinis* in ventriculos cerebri; deindè quoque *Pneumatosi* novus fiat proventus ex eorum parte per sanguinem; necnon ex eorum satis *elaboratorum & circulatorum* parte, quasi per *Pellicanitionem*, Nervi, Membranæ, Tendines, Ossa, Cartilagines, *&c.* Cæteræque partes succis his nutritiis dicatæ velut è roribus & halitibus mirificè foveantur & pascantur; nec à sanguinis absumptione, aut ejus impuritate, quam ab horum spirituum defectibus atque dyscrasiis, totum aut pars à tabescentiâ, vel absumptione grassetur.

Ad *Objectaculum.* 3. *Bartholini* concedamus horum spirituum immensos sumptus & expendia, novis ex Vectigalibus indies reparari, & rursus exportari *per Nervos*, quibus hæc animalis & alibilis materia defluat aut derepat ad partes omnes. Ast vah! quantis! miris! & immensis sumptibus exantlavit natura flammulam hanc *biolichnii* conservare? dispendiaque perpetua supplere quis uspiam supputare? vel excogitare potuit? præstituto tamèn aliorum computo, propter eorum motum, elaborationem, circuitum perennem, & jacturam *momentaneam*, partim *ab alitione* Partium, partim à *circulatione* sanguinis, partim ab insensibili *transpiratione*, partimque ab eorum succorum terminatione *Vasis* in *Lymphaticis*, conjecturam nonullam opinari possemus; quippe quum liquor nutritius (ab *Aquila Hermetica* vel evolantibus spiritibus) fit inops & famelicus; quod superest effoetum fit & limpidum, adeò ut in *Lymphi*-

3. Obj. Barthol. Resp. ex concessis.

Circuitus ejus perennis.

ca Vasa (forsàn & ex iis in *Venas* & sanguinem) relegatur. Commercium etiam *Lymphæductuum* cum nervis hoc egregium, solertissimè demonstratur ex industriis, Virorum Magni Nominis summè recolendis. D. *Glissonii* de Hep. & D. *Whartonii* de *Thymo* in *Adenograph*, cap. 16. Ex quorum oleis lucubratoriis hæc Vascula lymphatica liquoribus (ex his) aquosis, flaccidis, pertenuibus & limpidis esse replenda, imò ad eorum accumulationem optimè cernamus. Hujusque ratio luculentiùs appareat è spiritibus vini; quippè haud secus ac *Alcohol* vini, spirituum Animalium hoc Arcanum & *Alcohol* nostrum à phlegmate, & à serosis his halitibus obtundetur. Sed satis hæc *Bartholini* scrupulis de hâc re dicta sunto.

Quando & quomodo vasa Lym. phatica re. pleantur. D Glisson. & D. Wharton.

2. Natura gaudet motu circulari.

2. Denique ad *Spirituum & succorum Animalium* circulationem hanc (verisimilem) tuendam aliquid amplius ex naturæ motibus & Muneribus augurari liceat, quippè motu CIRCULARI natura summè delectat,

Quòdque ejus sempèr redeat Labor actus in ORBEM.
Et Vitium capiunt ni moveantur Aquæ.

ita ni moveantur hi succi. Quapropter & edocuit, *Aristot.* Lib. 8. Phys. Cap. 1, 3, 32. τὸ μὲν ἓν πάντα ἠρεμεῖν, καὶ τούτου ζητεῖν λόγον, ἀφέντας τὴν αἴσθησιν ἀῤῥωστία ἐστὶ διανοίας, quòd est imbecillitas mentis & intellectualis luminis hæsitare motum hunc naturæ; & quòd ejus est *Actus*, cujus est *Potentia*, 3. Phys. Cap. 1. t. 16. Κίνησις ἐστὶν ἡ τοῦ δυνάμει ὄντος ἐντελέχεια ᾗ τοιοῦτον, ἡ ἐντελέχεια τοῦ κινητοῦ, ᾗ κινητόν. Hos etiam moveri *in orbem*, ex Rationum ac demonstrationum robore

Aristot.

cum

cum aliis in rebus Anatomicis planè peritis suffragemur; quippè nec *Re* nec *Ratione* fas sit eorum motum *periodicum* deprehendere, dum ἡ δὲ περιφορὰ πάλιν ἐπ' Ἀρχὴν ἀνακάμπτει *CIRCUITU* rursus hi feruntur ad eorum principium. Præterea *Motus hic circularis* aliis de jure Naturali præferantur ex *Aristot.* de Anim, *Lib.* 1. *Cap.* 3. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὅτι βέλτιον λέγεται καὶ τοί γ' ἔχειν τὸν Θεὸν διὰ τοῦτο κύκλῳ ποιεῖν φέρεσθαι τὴν ψυχὴν, ὅτι βέλτιον αὐτῇ τὸ κινεῖσθαι τοῦ μένειν; ΚΙΝΕΙΣΘΑΙ δὲ ΟΥΤΩΣ ἢ ΑΛΛΩΣ, quia melius sit moveri quam stagnare, & *ITA MOVERI* quam aliter nunc horum operatio in *circulatione*, nihil aliud est quam eorum *Circumvectio* per *PELLICANUM*.

Denique, 3. Nihil minùs utilis est aut ad *Oeconomiam Animalem* proficua fiat hæc actio *circularis*, quam sanguinis orbicularis motus *Oeconomiæ vitali* plurimum inserviens per totum corpus; dum vitales insupèr spiritus ipsi ex his nostris nobiliùs imprægnantur, & illustrantur, uti priùs indigitavimus. Et perquam instructus D. *Whartonius* in *Adenograph.* Cap. 16. de *Thymo* recensuit, liquorem nutritium (quem *sextæ Conjug.* *NERVI* rapidiùs acciperunt) per *Glandes* ab impuritate nonnullâ (ex motu forsan & parumpèr arreptâ vel contractâ) & ab acrimoniâ per *Circulationem* hanc contiguâ, prorsus ac omnimodè percolatum esse; (præcipueque in ejus transitu per *THYMI* substantiam) sed abinde per *Lymphæductus* auferri; utpotè *secrementum* potiùs quam *excrementum* recoluit. Purissimique succi *provincia* per nervos divaricatos resumatur, unde partium moles aut accretio gran-

Motus hujus circularis haud minus proficuus quam Sanguinis.

Clar. *D. Wharton* in ejus *Adenogr.*

descere videatur. Utcunque tamèn ut Arcanum nostrum *PURUMQUE Alcohol* satis impraegnaretur & ipsum in puritate suâ nativâ conservaretur, nostraeque *Pneumatosis* hoc *Charagma* singulas ad partes imprimeretur, fiat haec *CIRCULATIO.* Quâ multoties iteratâ spiritus & Animales succi simul *UNITI*, vindicentur à *secrementis* aquosis, habituosis & superfluis, uti prioribus elaborationibus ab *excrementis* aliis; unde nutritioni Animali & in *praedam* vel ὑπέκκαυμα *Biolychnii*, singulis momentis & omninò adaptentur atque repetantur.

Hâc peripheriâ vindi dicantur hi succi â secrementis.

SECT. X.

Spirituum horum DISPENSATIO, *per* TOTUM.

---

8. Hypothes. *Postremò*, *Pneumatosis* ἐν τῷ τελείῳ *spiritus Animales & succi de jure merito comparati*, *ab eorum* ELABORATORIIS *ad omnes* OFFICINAS *cerebri deferantur*, *&* (*à principio dispensationis*) *per* NERVOS *adaequatos*, *ad singulas partes eorum indigas transvebantur in* OECONOMIA ANIMALI, *functiones ejus omnes* LAUDABILITER *ad* OBEUNDAS.

Authoris Apologia pro re natâ.

CONCOCTIONIS hujus vestigiis & Theorematibus instabam per varias elaborationes ad hoc hujus ultimum stadium; nec hoc

hoc in medium aut lucem proferre ausus essem, (spretis melioribus;) tamen ex hoc certamine, conamine, *problematumque* scrutiniis, præclariora & ingenia fæliciora ad ulteriorem horum disquisitionem, imò ad arcana forsàn abstrusiora τ̃ φύσεως & insuper eruenda provocare necnon acuere sperabo. Ast ubi lux clarior de rebus his effulgeat, in promptu memet esse legibus altioris & optatioris luminis cedere profiteor. Interea quæ Στοχαστικῶς à nobis heic traduntur, & à sacro veritatis *ALBO*, verisimilitèr haud remotè ferentur inter *Lectores*, saltem Artis nostræ *Candidatos* Σκεπτικῶς amplexari de jure rogemus. Quippè laus aliqualis imò & erroribus ingeniosis, necnon hujus *Microcosmi terras* incognitas indagando debeatur, ast in excusationem satis sint hæc superque.

Nunc ad horum *spirituum & succorum DISPENSATIONEM* processus agamus. Prioribus *PNEUMATOSIS* exagitationibus tàm more Chymico quàm Coquinario perpensis & deprehensis ad unum *HOMOGENEUM* aut *succum nutritium Animalem* à fæcibus & ilice vindicatum indigitavimus; Adeo ut *Chymico-Philosophorum* legem hanc extricavimus, *viz. SOLVE* (è mixtis & totâ Compage) & *CONGELA* (*â spiritibus & succis* unitis, vel ☿ fixi & volatilis unione) *& quod* QUÆRIS *invenies.* Quo *succo Nutritio*, congelato, & rectificato (per *Circulationem*) complectamur *Arcani* hujus operationes cæteras; & Controversiam inter *Philosophos* qui digladiā[redacted] inter se de hâc re Calleamus; ita *Vallesii* Controv. *Lib.* 7. ex *Aristot.* & *Galeni* parte contra *Avicennam* de *Concoctionis* spissitudine. Insuper & instar *Oedi-*

De distributione ã Pneumatosi

Chymicæ lex absolvitur his elaborationibus.

Vallesius.

Et exponetur Ænigma Mathematicum de hâc re.

pi methodus nostræ *Pneumatosis* Ænigma Mathematicum hoc enodavit, *viz. Ex puncto fac* TRIANGULUM, *ex Triangulo Quadrangulum, ex Quadrangulo fac* CIRCULUM *& habebis Magisterium*; dum ab uno Mixto, *TRIA principia* magis activa (uti priùs explicavimus) per *RESOLUTIONEM* exaltantur, & ex his tribus *quatuor Elementa* per *UNIONEM* figuntur, deinde *CIRCULANTUR* & habebimus *succum* nutritium, aut *unum Homogeneum.* Imò

Sim.

sicut à *punctulo* Mathematico omnes dependent, lineæ & figuræ qualescunque sint; & ipsamet orbicularis Figura, seu *Circulus* omnium Pyxidis & Arcæ ducit ortum à puncto; sic à primo *MIXTO* cerebri ventriculis elaborando producuntur & exantlantur cætera. Sed hujus liquoris *Animalis* & nutritii *Principium Dispensationis* à cerebro fieri quasi Radiis *Phœbeis* ratiocinetur

D. Glisson.

è Doctrinâ *Glissonianâ* (de *Hepate.*) Quod munus ex cerebro de jure optimo vindicatur; tamen ad Magni hujus *Viri* mentem adhuc haud deprehendamus hunc succum fieri *Glandibus Mesenterii* (quemadmodum mox fusiùs enucleabitur) quoniam & *Animæ* sedes præcipua statuitur in cerebro, vel hâc *Arce Basilicâ & Eburneâ*, undè succis ejus nutritiis potissimùm inserviat. Porrò à *Peripateticis* (*Arist.* de *Anim.* Lib. 2. Cap. 2.) Anima *Principii Nutritivi* nomine sancitur,

Author censuit succum nutritium vix præparari in Mesenteriis sed Ventriculis cerebri potissimum.

Aristot.

Θρεπτικὸν δὲ λέγομεν τὸ τοιοῦτον μόριον τῆς ψυχῆς, οὗ καὶ τὰ φυτὰ μετέχει. Ὅτι ἡ ψυχὴ τούτων ἐστὶν ἀρχὴ τῶν εἰρημένων, καὶ τούτοις ὥρισται, θρεπτικῷ αἰσθητικῷ, διανοητικῷ, κινήσει. Quoniam principium est nutriendi, sentiendi, movendi intelligendique. Ex his quoque *principiis* demonstrantur *Mathematica Problemata*

Sedes Animæ præcipua in cerebro, & dehinc nutriendi sentiendi movendique principium ex *Arist.*

blemata priora, & eluceant clariùs ex *Arist.* de Anim. Lib. 2. Cap. 3. Παραπλησίως δ' ἔχει τῷ περὶ τῶν σχημάτων καὶ τὰ περὶ τὴν ψυχήν: ἀεὶ γὰρ ἐν τῷ ἐφεξῆς ὑπάρχει δυνάμει τὸ πρότερον, ἐπὶ τε τῶν σχημάτων καὶ τῶν ἐμψύχων: οἷον, ἐν τετραγώνῳ μὲν, τρίγωνον, ἐν αἰσθητικῷ δὲ τὸ θρεπτικόν. Ἄνευ μὲν γάρ τοῦ θρεπτικοῦ τὸ Αἰσθητικὸν τοῖς ζώοις οὐκ ἔστι: τοῦ δὲ αἰσθητικοῦ χωρίζεσθαι τὸ θρεπτικὸν ἐν τοῖς φυτοῖς. Uti *Quadrato* triangulus ineſt, ita *ſenſitivo* Nutritivum; & quamvis *Vegetantibus* nutritivum à ſenſitivo ſeparari poſſit, nihilominùs in *Animalibus* ſine Nutritivo non detur ſenſitivum principium; adeo ùt ab *Animæ THRONO* (in cerebro) forsàn unà Coeunt hæc principia tàm ſentiendi quàm nutriendi *Nervorum* ope. Proinde ſucci memorati *nutritii* conficiendi exortum in cerebri ventriculis, principiumque *Cauſandi* concludamus, aſt hujus *ſucci* principium Diſpenſandi, Medicinæ Reformatoris noſtri Celeberrimi D. *Gliſſonii* verbis deponamus; (de Hep. Cap. 45.) *Non* (inquit ille) *nego Cerebrum eſſe* PRINCIPIUM DISPENSATIONIS, *ab eoque Alimentum ad omnes partes, prout iis opus fuerit diſtribui; & ultimum & adæquatum partium dictarum nutrimentum à Cerebro & Medullâ ſpinali* MEDIANTIBUS NERVIS *ob illas derivari.* Utpotè Nervi deſumunt eorum ortum à *cerebro* & *ſpinâ*, jus hoc demerito vendicant, ſuccum nutritium partibus ſingulis deferre. Prætereà *MOTUS* hujus *PNEUMATOSIS* bifariam ſuſcipitur. *D. Gliſſonii.*

1. Ex *Heterogeneis* diverſimodè exantlatis (uti ſuprà memoravimus)

2. Ex *Homogeneis*, undè ſuccus hic *per NERVOS*

Pneumatoſis hujus motus duplex. 1. Heterogeneis. 2. Ex Homogeneis per Nervos.

VOS idoneos circulatur & dispensatur in *Oeconomiâ* corporis *Universali*. 1. Ad omnes *Officinas* cerebri. 2. Et ad *Partes* corporis singulas & varias.

1. *Ad* officinas cerebri, &c.

1. Ad OFFICINAS cerebri præstitutas intellectuum sensuumque *cellulas*, ubi spiritus *Animales* hospitantur ad officia sensuum tam internè quam externè peragenda; virtutesque specificaciores & impressus proprios ab iisdem exeruntur à *Sensorio* Communi. Quorum explicatiori *Analysi* SEQUELAS has annexas ex *Aristotele* τῷ Σοφίης τῷ Πρόμῳ sagacius expendamus.

1. De *sensorio* spiritibus suppeditato.

Arist.

1. Quod SENSORIUM est primum in quo *sentiendi facultas* (ab Animâ) leges tam internas quam foràs sancivit, & ab hisce spiritibus perpetuò fovetur. Sed ex dogmatibus *Peripateticis* de *Anim.* Lib. 2. Cap. 12. celebratur ut unum & idem cum *sensu* (*quoad subjectum*) sed diversum (quoad essentiam.) Ἀισθητήριον δὲ πρῶτον, ἐν ᾧ ἡ τοιαύτη δύναμις, ἔστι μὲν οὖν ταὐτον, τὸ δ' εἶναι ἕτερον.

2. De sensibus species accipientibus ut cera signum absque materia ferri vel auri.

Arist.

2. Sensus est id quod (ope MEDII tam *Interni* quam *Externi*) species sensibiles accipiat & absque *Materiâ*, quemadmodum ex *Aristot.* Cap. 12. Lib. 2. de Anim. dilucidiùs exponatur. Καθόλου δὲ περὶ πάσης αἰσθήσεως δεῖ λαβεῖν, ὅτι ἡ μὲν αἴσθησις ἐστὶ τὸ δεκτικὸν τῶν αἰσθητῶν εἰδῶν ΑΝΕΥ ΤΗΣ ΥΛΗΣ, οἷον ὁ κηρὸς τοῦ δακτυλίου ἄνευ τοῦ σιδήρου, καὶ τοῦ χρυσοῦ δέχεται τὸ σημεῖον· λαμβάνει δὲ τὸ χρυσοῦν, ἢ τὸ χαλκοῦν σημεῖον, ἀλλ' οὐχ ᾗ χαλκὸς, ἢ χρυσός.

3. Plantæ nonsentiant quia non habent interna Media & principia.

3. Quinetiam *Philosophandi* ratio, cur Vegetabilia non sentiant, quum patiantur à *qualitatibus*

tibus tactilibus, aut externis mediis (namque refrigerentur & calefiant) oritur ab *his internis Mediis*, spiritibus & principiis, quæ *Animalibus* solis insunt; & ex iisdem, species sensibiles accipiuntur citra materiam. *Arist.* Lib. 2 Cap. 12. de *Anim.* Καὶ διὰ τίνοτε τὰ φυλὰ ἐκ αἰσθάνεται, ἔχοντα τὶ μόειον ψυχικὸν, καὶ πάσχοντα τὶ ὑπὸ τῶν ἁπτῶν, καὶ γὰρ ψύχεται, καὶ θερμαίνεται; αἴτιον γὰρ τὸ μὴ ἔχειν μεσότητα, μηδὲ τοιαύτην Ἀρχὴν, οἷαν δέχεσθαι τὰ εἴδη τῶν αἰσθητῶν, ἀλλὰ πάσχειν μετὰ ὕλης. *Arist.*

4. Mediocritas aurea, hujus *Pneumatosis* elaborando quoad ejus formam & materiam, *sensorio* sensibusque, *Facultati* Functionibusque plurimùm confert; quæ tamen corripiuntur & heluantur ab irregularibus motibus, & *Pneumatosis* Anomaliis; aut à *spiritibus* exundantibus in quantitate vel qualitate; quoniam ab immodico motu Concentus aut *Harmonia* dissolvatur aut saltem confundatur; è *Peripateticorum* ratiociniis, (de *Animâ* Lib. 2. Cap. 12. Φανερὸν δ' ἐκ τύτων, καὶ διὰ τὶ ποτε τῶν αἰσθητῶν αἱ ὑπερβολαὶ φθείρουσι τὰ αἰσθητήρια; ἂν γὰρ ᾖ ἰσχυρότερα τῦ αἰσθητηρίου, ἡ κίνησις λύεται ὁ λόγος, τῦτο δὲ ἦν ἡ αἴσθησις, ὥσπερ δὲ ἡ συμφωνία καὶ ὁ τόνος κρουομένων σφόδρα τῶν χορδῶν.

4. Mediocritas aut Sana Temperatura conservat harmoniam & concentum omnium.

Arist.

5. Patet ex his, quod *sensus* patiatur partim ex principiis ipsis activis & *Internis Mediis*, partim etiam ex objectis & *Externis Mediis*, sed inter alia, hos flosculos ex *Aristot.* Hortis de *Anim.* decerpamus *Cap.* 5. Δῆλον οὖν, ὅτι τὸ αἰσθητικὸν ἐκ ἔστιν ἐνεργείᾳ, ἀλλὰ δυνάμει μόνον; διόπερ ἐκ αἰσθάνεται, καθάπερ τὸ καυστὸν ἐ καίεται αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἄνευ τῦ καυστικῦ, ἔκαιε γὰρ ἂν ἑαυτὸ, καὶ ἐδὲν ἐδεῖτο

5. Sensus patitur ab Internis & Externis Mediis.

τῦ

τῆ ἐντελεχείᾳ πυρὸς ὄντος. Et paulò post, huic rationem subjunxit, his verbis. Πάντα δὲ πάσχει καὶ κινεῖται ὑπὸ τοῦ ποιητικοῦ, καὶ ἐνεργείᾳ ὄντος· διὸ ἔστι μὲν ὡς ὑπὸ τοῦ ὁμοίου πάσχει, ἔστι δὲ ὡς ὑπὸ ἀνομοίου, καθάπερ εἴπομεν. Quia cuncta moventur & patiuntur ab eo quod vim habet efficiendi, & est in actu.

6. Sensibile fit *Commune* vel *Proprium*; ut 5. sensibus.

6. Porro & ex his *sensibile* fit, vel omnibus COMMVNE (ut motus organizatus) vel *proprium* ad hanc aut illam officinam sentiendi; adeo ut 5. *sensuum* Extern. officina quæque spiritibus & succis à *Pneumatosi* propriis & specifice consignatis fruatur & Cap. 6. inquit *Aristot.*

Arist.

Λέγω δ' ἴδιον μὲν, ὃ μὴ ἐνδέχεται ἑτέρᾳ αἰσθήσει αἰσθάνεσθαι, καὶ περὶ ὃ μὴ ἐνδέχεται ἀπατηθῆναι: οἷον ὄψις χρώματος, καὶ ἀκοὴ ψόφου, καὶ γεῦσις χυμοῦ, ἡ δ' ἁφὴ πλείους μὲν ἔχει διαφοράς. Proprium appello, quod non queat alio sensu sentiri, & circa quod haud aut raro contingat hallucinari. Quapropter in officinis 5. *sensuum* singulis paulisper explicatius, Animalium spirituum dispensationem inquiramus; etenim ex iis ad multifarias mutationum vices, & Actiones specificas subjiciuntur.

Sed insunt *singulo sensui* virtute propriâ & ejusmodi sensui specifice adaptâ.

Exempli gratia, spiritus hi *nervis opticis* aut visûs officinis insunt, virtute vique videndi sensui prorsus adaptâ; & in *Auditoriis* officinis, audiendi vigore; *Gustatoriis* gustandi, *Odoratoriis* olfaciendi; *Tactoriisque* tangendi facultate. Sensibus tamen in omnibus est unus & idem spiritibus Animalis. Quemadmodum ex eâdem pluviâ incrementum capiunt omnis generis *Plantæ*; quia *Aqua* quæ potentiâ similis erat omnibus fit jam Actu similis, postquam in earum substantiam transmutata fuerit, & amarescit in *Rutâ*, acescit

acescit in *Sinapi*, dulcescit in Glycyrrhizâ, similiter & in reliquis. Haud secùs ac in variis *Floribus* & *Plantis* ab uno & eodem succo nutritio *Vegetali*, varias energias vicesque virtutesque *Hortulanus* peritissimus deprehendat. Quippe succus sit ruber aut pallidus in *Rosâ*, viridis in Rutâ, cæruleus violâ, sed albus in Nymphæâ, flammeusque Cariophyllis; mutationemque tam Calore quam virtute fortassè concipit hic unus succus à potentiâ vegetali radicibus insitâ. Cum pari ratione, variaque virtute nidulantur hi spiritus animales in variis sensuum *officinis*; & ad varias actiones aut functiones dispensantur. Quid clariùs effulgeat e solaribus radiis philosophiæ? per *Aristotelem* ipsum, τ̃ Σοφίης Πρόμον, Lib. 2. Cap. 4. de *Anim.* ἵν μετέχειν δύνωνται ἕκαστον ταύτη κοινωνεῖ, τὸ μὲν μᾶλλον, τὸ δὲ ἧττον; καὶ διαμένει οὐκ αὐτὸ, ἀλλ' οἷον αὐτὸ, Ἀριθμῷ μὲν οὐκ ἓν εἴδει δ' ἕν. Et ita non *Numero* sed *SPECIE* fit unus hic succus Vegetalis, unus spiritus, aut unum homogeneum. Forsan & ex *Empedocleanâ philosophiâ* particulæ magìs vel minùs igneæ, vel terrestres, (nempe subtiliores aut crassiores) Vegetalium auctionibus & alterationibus nonnihil admittantur. Ἐμπεδοκλῆς οὐ καλῶς εἴρηκε τοῦτο, προστιθεὶς αὔξησιν συμβαίνειν τοῖς φυτοῖς, κάτω μὲν ῥιζουμένων, διὰ τὴν γῆν οὕτω φέρεσθαι κατὰ φύσιν; ἄνω διὰ τὸ πῦρ, ὡσαύτως. Ast verbis paucis succinctisque varietates has in 5. *sensibus* philosophiæque veræ principiis enucleare possumus.

Sim

Vnus & idem Spiritus *variis sensibus* & officiis imbuatur variis & specificis qualitatibus.

Non *Numero* sed *Specie* Spiritus hic est *VNVS* Empedocles

Et, 1. Nervorum opticorum *Cellulis* accedamus; ubi spiritus animales pellucidiores, rariores, spirituosiores penitiores fortàn & igne (Platonico sensu) hospitantur à *Pneumatosi*. Quippè triplex est *ignis* apud Platonicos. 1. *Lucens*

1. Officinis Nervorum opticorum Spiritus hi sunt rariores & ignei

cens & urens. 2. *Lucens sed non urens.* 3. *Urens & non lucens.* Nunc ignis in oculo non urens est sed αὐγῶδες, & inde ὀφθαλμὸς dicitur ἀπὸς θάλαμος & φάεα quòd ex ipsis lumen derivetur forsan ob *spiritum lucidissimum.* De naturâ tamèn videndi, Controversia fuit insignis sed potiùs philosophicè quam medice disceptatur *an emittendo an recipiendo.* Veruntamèn nos *Galeno,* Lib. 7. de Plac. Cap. 10. de *usu Part.* visionem partim *accipiendo* ab externo medio & objecto, sed partim & præcipuè ad *sensorium* ab *interno medio* spiritibusque pellucidis visum statuimus. Qui spiritus sunt instar *intermedii* interni ad *sensorium* commune, & *Medium* hoc ὅτι τὶ διαφανὲς non tantum exteriùs aut à *lumine,* verum etiam interiùs aut à *spiritu luminoso,* nervis opticis hospitante *Transparens* esse debet; usque ad *sensorium* ipsum. Idcirco nec aliquid videatur sine *lumine,* nec sine *spiritu animali* nervis nidulante. Porro à *Peripateticis,* lumen est quasi color pellucidi, quandò fit in actu pellucidum ab *igneo spiritu*; sed hujus coloris susceptivus est animalis spiritus in *Nervis,* ideoque colore non diaphanitate careat, ex *Arist.* Cap 7. Lib. 2, de Anim.

Videndi Medium Internum ab his ad sensorium commune.

Arist.

Τὸ δὲ φῶς οἷον χρῶμα ἐστὶ τοῦ διαφανοῦς, ὅταν ᾖ ἐντελεχείᾳ διαφανὲς ὑπὸ πυρὸς, ἢ τοιούτου, οἷον τὸ ἄνω σῶμα. Ἐστὶ δὲ χρώματος, μὲν δεκτικὸν τὸ ἄχρουν ψόφου δὲ τὸ ἄψοφον, ἄχρουν δὲ ἐστὶ τὸ διαφανὲς, καὶ τὸ ἀόρατον, ἢ τὸ μόλις ὁρώμενον.

2. *Spiritus Animales in Nervis Auditoriis sunt novâ facultate præditi & magis aërei.*

2. In *Auditoriorum Nervorum* receptaculis ex audiendi gratiâ, spiritus animales novâ facultate præditi subtiles & magis *aërei* clavum imperant â *Pneumatosi* ἐν τοῖς ὠσὶν ἐστὶ τὸ ἐργαστήριον τῆς ἀκοῆς. Vulgi tamèn exaudiendi sonorum energiam

am ab *aëre quodam* intrinsecùs hospitante vernaculoque intra *Tympani* membranas perperàm censuerunt, dum haud *aër ipse* sed spiritus hi Animales & *aërei*, subtiles & insiti non cavitate *Tympani* quam *Nervorum* hâc audiendi facultate fruuntur, & ad *sensorium* commune velut *intermedium* internum munere sonoroso verisimili præditum, Sunt ὅπου τὸ Πνεῦμα τοὺς ἤχους διαγινώσκει. Adeo ut ille *Philosophus* de *Anim.* Lib. 2. Cap. 8. in hanc rem optimè disseruit dum *Soni* potestatem, nec aëre, nec aquâ, sed *Solidioris* ictu, nempe nativo congenito & implantato spiritu nervis & cavitatibus asserebat. *Arist.*

Γίνεται δὲ ὁ κατ' ἐνέργειαν ψόφος, ἀεί τινος πρός τι, καὶ ἔν τινι· πληγὴ γάρ ἐστιν, ἡ ποιοῦσα· διὸ καὶ ἀδύνατον, ἑνὸς ὄντος γενέσθαι ψόφον, ἕτερον γὰρ τὸ τύπτον, καὶ τὸ τυπτόμενον, ὥστε τὸ ψοφοῦν πρός τι ψοφεῖ, πληγὴ δ' οὐ γίνεται ἄνευ φορᾶς. Ὥσπερ δ' εἴπομεν, οὐ τῶν τυχόντων πληγὴ ὁ ψόφος. οὐδένα γὰρ ψόφον ποιεῖ ἔριον ἢ πατάξαν ἢ πληγήν. Ἔτι ἀκούεται ἐν ἀέρι, καὶ ὕδατι, ἀλλ' ἧττον, οὐκ ἔστι δὲ ψόφου κύριος ὁ ἀὴρ οὐδὲ τὸ ὕδωρ; ἀλλὰ δεῖ στερεῶν πληγὴν γενέσθαι πρὸς ἄλληλα, καὶ πρὸς τὸν ἀέρα. Τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν ὑπομένῃ πληγεὶς ὁ ἀὴρ, καὶ μὴ διαχυθῇ. Et paulo post, Αὐτὸς μὲν δὲ ἄψοφον ὁ ἀὴρ, διὰ τὸ εὔθρυπτον; ὅταν δὲ κωλυθῇ θρύπτεσθαι, ἡ τούτου κίνησις ψόφος; ὁ δ' ἐν τοῖς ὠσὶν ἐγκατῳ-κοδόμεται πρὸς τὸ ἀκίνητος εἶναι, ὅπως ἀκριβῶς αἰσθάνηται πάσας τὰς διαφορὰς τῆς κινήσεως. Sonus enim audiendus, fit semper alicujus (forsàn ab externo *MEDIO*) *ad aliquid* (scilicet ad sensorium) *& in aliquo* (nimirum *Intermedio* interno;) Aër ipse soni sit expers, quia facilè dissipatur, sed *hic* in auribus implantatus est aër immobilis (inquit ille;) & paritèr *Hippocra-*

tes,

tes, Lib. περὶ ἀρχῶν, his verbis, τὸ δέρμα τὸ πρὸς τῇ ἀκοῇ πρὸς τῷ ὀστέῳ τῷ σκληρῷ λεπτὸν ἐστὶν ὥσπερ ἀράχνιον ξηρότατον τοῦ ἄλλου δέρματος; τεκμήρια δὲ πολλὰ ὅτι ξηρότατον ἠχεῖ μάλιστα, descripsit, quòd id quod siccissimum est, maximè resonet. Sic ex *Eustachio*, *Volckero*, & *Laurentio* concludamus, soni percussionem ad nervum ἀκουστικὸν trajicere. Vox enim repellitur velùt *Echo*, propter cavitatem, tamen à solidiori substantiâ (nempè ab his succis) reflectitur & reverberatur in Tympanum; τὰ δὲ κοῖλα, τῇ ἀνακλάσει πολλὰς ποιεῖ πληγὰς μετὰ τὴν πρώτην ἀδυνατοῦντος ἐξελθεῖν τοῦ κινηθέντος: quia nequeat exire & ἡ ἠχὼ δὲ οὖσα ἐξ ἀνακλάσεως.

Sonus unde fit auribus haud secùs ac Echo.

3. *Nervis Gustatoriis*, Spiritus insunt pinguiores.

3. Nervis *Gustatoriis* & eorum officinis insunt à *Pneumatosi*, spiritus animales humidiores pinguiores forsan & salosi, καὶ τὸ σῶμα δὲ, ἐν τῷ ὁ χυμὸς, τὸ γευστὸν ἐν ὑγρῷ ὡς ὕλῃ. Qui *Medium* ad sensorium sunt; ideoque lingua non gustat absque hoc medio, vel quum admodùm sit arida, sed oportet humectari non tantum ab extra scilicet *aquâ* vel *humido*, sed potissimum ab *intra* vel ex his spiritibus mercurialibus ac rorefacientibus ab humido primo radicali. Sic edocuit *Arist.* Lib. 2. Cap. 10. de *Anim.* Ἀναγκαῖον ἄρα ὑγρανθῆναι τὸ δυνάμενον ὑγραίνεσθαι σωζόμενον, μὴ ὑγρὸν δὲ τὸ γευστικὸν αἰσθητήριον; σημεῖον δὲ τὸ μήτε κατάξηρον οὖσαν τὴν γλῶσσαν αἰσθάνεσθαι, μήτε λίαν ὑγράν, αὕτη γὰρ ἁφὴ γίνεται τοῦ πρώτου ὑγροῦ.

Arist.

4. Nervis olfaciendi Spiritus sicciores.

4. In *odoratoriorum* loculis hospitantur animales spiritus sicciores & puriores à *Pneumatosi*, Ἔστι γὰρ ἡ ὀσμὴ τοῦ ξηροῦ, ὥσπερ ὁ χυμὸς τοῦ ὑγροῦ, quippe odor est sicci, sicut sapor humidi, & inquit *Aristot.* Cap. 9. Ἔοικε γὰρ ἀνάλογον ἔχειν πρὸς

Arist.

τὴν

τὴν γεῦσιν, καὶ ὁμοίως τὰ εἴδη τῶν χυμῶν; ἀλλ' ἀκει-βέστερον ἔχομεν τὴν γεῦσιν; διὰ τὸ αὐτὴν εἶναι ἁφήν τινα. ταύτην δ' ἔχειν τὴν αἴσθησιν τὸν ἄνθρωπον ἀκειβι-στάτην; ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις λείπεται πολλῶν τῶν ζώ-ων; κατὰ δὲ τὴν ἁφὴν πολλῷ τῶν ἄλλων διαφερόντως; διὸ καὶ φρονιμώτατον ἐστι τῶν ζώων. Ideoque virum Animalium prudentissimum esse, fit in argumento, dum ab *Animâ siccâ* prudens existimatur: insuper & exinde *Canes* odorem prosequuntur in quærendis feris, *viz.* ex siccitate spirituum in eorum nervis odoratoriis ὁ δὲ ἄνθρωπος ἀναπνέων; ἀλλὰ κατέχων τὸ πνεῦμα, οὐκ ὀσμᾶται. Hippoc.

5. Et in officinas nervorum *Tactoriorum à Pneumatosi* spiritus sensibiliores, blandi, communiores, & forte succosiores emittuntur, alii volunt *terrestriores* spiritus hos esse qui qualitatibus tactilibus imbuuntur, velut *INTERMEDIUM* ad *Sensorium* commune, ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ὅτι τὸ μεταξὺ, τὸ δὲ πρῶτον αἰσθητήριον, ἄλλο τι ἐστιν ἐντός, inquit *Arist.* Cap. 11. & paulo post, ᾗ δὲ δῆλον ὅτι 'ΕΝΤΟ'Σ τὸ τοῦ ἁπτοῦ αἰσθητήριον, ubi sensorium dicitur esse *internum*, & intelligitur *intermedium* nostrum; proindè datur hæc ratio, τὸ δὲ αἰσθητήριον αὐτῶν, τὸ ἁπτικὸν, καὶ ἐν ᾧ ἡ καλουμένη ἁφὴ ὑπάρχει πρώτῳ τὸ δυνάμει τοιοῦτον, ἐστι μόριον, τὸ γὰρ αἰσθάνεσθαι πάσχειν τι ἐστιν, ὥστε τὸ ποιοῦν οἷον αὐτὸ ἐνεργείᾳ τοιοῦτον ἐκεῖνο ποιεῖ δυνάμει ὄν. Quoniam horum sensorium est quod habet vim tangendi, & in quo primo sensus inest qui vocatur *TACTUS*; sed hisce spiritibus *tangendi* facultate præditis, sensus inest tangendi primò velut interno *Medio* & dein *Sensorio*; Porro 5. Nervis Tactoriis spiritus hi sunt blandiores æquabiliores forsan & spissiores cum succis.

profatur

profatur ille quòd τὸ Μέσον κειλικόν, γίνεται γὰ πρὸς ἑκάτερον ἀυτῶν θάτερον τῶν ἄκρων, Medium vim judicandi tenens. Quamvis etiam his variis sensibus & officinis cerebri forsan & à *virtute* iis peculiariter implantatâ, spiritus animales accommodantur, muneribusque eorum variis funguntur; tamen ab unâ *Pneumatosi*, dispensantur, & ab uno concentu tanquam inter *Chordulas & Symphonias* musicarum, quum harmonia placidissime nos rapuerit; & uti variis *floribus* diversimodè succus hic *plantalis* alteretur; si fas sit ex *officiis* instrumenta dicere eadem & diversa secundum *Arist.* Cap. 4. & à quo *CAPUT* Animalis propter has elaborationes, instar *RADICIS* vegetalis extricatur, ἀλλ' ὡς ἡ κεφαλὴ τῶν ζώων, οὕτως αἱ ῥίζαι τῶν φυτῶν, εἰ χρὴ τὰ ὄργανα ἕτερα λέγειν, καὶ ταῦτα τοῖς ἔργοις. Sed satis hæc enucleata sunto de spirituum horum distributione ad 5. sensuum officinas.

Caput *Animale* Radicis instar vegetalis est

2. Denuò succi nutritii à cerebro partes ad omnes nutriendas transvehendi munus per *NERVOS* exquirendum; spirituumque dispensationem ad motus omnes ex hâc *Pneumatosi* per totum corpus, posthàc fusiùs atque expliciatiùs expendemus. Etenim Ἀυτὸ τὸ ἔμψυχον Πνεῦμα τὴν τοπικὴν κίνησιν ἐνεργεῖ: ὅταν διατρέχον διὰ τῶν νεύρων, καὶ ἐμπλησῦν τὰς μῦας, ἐντεῦθεν ἐπιτείνει τὰς τένοντας ἐκεῖθεν ἀνασύρει; insuper & ad solvenda *Nutritionis* phænomena, dispensationem per *NERVOS* magis accommodatam, alacritèr amplecti & excolere *Philiatri* plurimi minimè recusârint. Intereà vero hujus succi spirituumque dispensatione, de Nervorum *VALVULIS* opinio *Cartesii* clarissimi & *instructissimi* non omnino repudianda sit; nec magnum commercium

2. Horum Spir. *Dispensatio* per *Nervos*.

Nervorum valvulæ.

Cartesius.

quod

quod intercedit nervis & ad vivum descriptum fuisse Doctissimis *Fallopio Glissonioque* ne vacillemus, dum Paris Ambulatorii vel sextæ *Conj.* Nervi disseminantur dorsum & prorsum; aliisque nervis diversimodè, magnificeque connectuntur, *Quæ connexiones* (inquit *D. Glisson.*) *succi nutritii commodam dispensationem subserviunt.* Succi spiritusque per hosce nervos aliosque sibi subsidiarios ad omnes corporis partes deriventur & deferantur, à cerebro *Pneumatosique* forsan autèm haud ex tantâ verisimilitudine à *Mesenteriis* aut aliis partibus ad cerebrum, uti sectatores *Glissoniani* supputarint. Et consociationes. *Fallopius.* *D. Glisson.* 1. Ex iis hæc dispensatio facilitetur.

2. Hujus *animalis succi* translationi è *Pneumatosi* satis inserviunt & accomodant motus cerebri pulsatiles, ut mox ampliùs explicemus; quippè cerebri constrictior compages, aut ejus *Systole* seu *Contractio*, nervorum tensionem proferat; hoc pacto liquor animalis è cerebri ventriculis in officinas, & è nervorum principiis, aut officinis in partes singulas (quibus terminantur) elidatur ac propulsetur, quasi à compessione cerebri, & extensione nervi. Sed ob *movendi* rationem, quoties musculus contrahitur toties extenditur Nervus insertus ex motûs gratiâ, uti chartulis posterioribus forsàn enucleabimus. 2. Et ex Systole Cerebri, vel pulsatili motu.

3. *Jugitèr & Modum* ejus motûs quam regularem tam irregularem posthàc luculentiùs exploremus, per hos *nervulorum* funiculos; haud secus ac *succus vegetalis* ad summa ramulorum cacumina in longum, latum & profundum prorepit, imò per extremas foliorum fibrulas, & costulas nervosas ad omnes partes. Consimilique modo, quo *Arundines Indicæ* sustentantur à spiritibus per infinita penè filamenta fibrosa dispensatis, & quasi per colum aut *Hippocratis* manicam trajèctis. Spiritus tamen ani- 3. Ex hujus modo dispensandi. *Sins.*


males summè volatiles & penetrantes ab *Alcohol*; minimos cerebri, nervorumque porulos, *Coruscationis instar*, cum incredibili pernicitate quandoque permeent: ast dum totum purum his modis & viis distribuitur, particulæ crassiores & minùs coctæ quæ deturbantur à cæteris (& haud præcipitantur) per *venas jugulares* sanguinisque circulatione remandatas esse corporis humani dissectione nec-non detectione Peritissimi autumârunt. Sed *Cl. Regii* Doctoratûs ad Cathedram *Promotoris* mei Præstantissimi verbis huic metam imponam quoad finem à P*neumatosi* variè movendi; Lib. 4. de Nat. Phil. Cap. 15. *SPIRITUS HI pro vario suo* MOTU *sunt apti Clavium variarum instar, varios cerebri, nervorumque poros aperire; & ideo alius observatur motus corporis in* LÆTITIA, *aliusque* TRISTITIA, *& alius aliis* AFFECTIBUS. *Iique aliquando sunt copiosiores, & vehementiùs moti; cerebrumque nervis annexis expandentes, instar venti vehementioris, cum velis; aliquando verò pauciores minorique vi agitati, tunc etiam patiuntur cerebrum cum suis nervis subsidere & complicari, ut* VELUM *ob ventum pauciorem aut leniorem subsidere & complicari solet.* Attamen horum omnium *potentia* vel vis agendi fit *à puritate spirituum Pneumatosis* aut hujus *Arcani*, plurimùm validior & mirabilior. Ingeniique humani & intellectûs vires quò puriori subjecto, eò facultates potentiores exeunt, & radios animales effundunt; haud secùs ac lumen quò nitidiori & politiori subjecto concluditur, eò magis augescit & effulgescit. Et à *quali* ratione purissimis in substantiis, imò in *Angelis* ipsis mirabilis ac incredibilis agendi potestas aut energia sanè prorsus experiatur; à *tali* reperiatur horum *spirituum* satis elaboratorum depuratorumque *virtus* velut è claustro cerebri coruscans & irradians

Quem ad finem motus sunt varii.

D. Regius Authoris Præceptor & Promotor.

Et eorum vis agendi unde.

Spirituum & Angelorum vis è tali Ratione



dians *Microcosmum Totum.* Etenim quantò puriores tanto potentiores; & quantò nitidiores tanto vegetiores ad omnia & mirabilia. Adeo ut impuri & spiritus crassiores animalibus functionibus imbecilliores redduntur: Sed huic *ARCHÆO* naturæ vel P*neumatosis COCTIONI* tam *Coquinarie* quam *Spagyrice* satis hæc explicata sunto. Quo puriores eò potentiores.



CAP. IV.

1. De Ventriculis vasisque *Pueumatosis*. 2. Eorumque spatijs coaptatis. 3. Et Arterijs huic inservientibus. 4. De materie *Pneumatosis* tam ab *intra* per Arterias quam ab *extra* per *Nares*, Ventriculis occurrente. 5. De succis *Lymphaticis* & structuris Ventriculorum. 6. De *Glandulis*, earumque officijs ad *Pneumatosin*.

SECT. I.

De Ventriculis cerebri vasisque hujus Pneumatosis & eorum usu.

De *Plexu Choroide* & ventriculis cerebri.

IN Coctionis hujus *Analysi*, vasa *Pneumatosi* adposita, & elaborationibus consignata planiùs exquiremus. Circa rerum principia satis è chartulis

tulis prioribus depromamus, perque *Carotides Arterias* materiam esse provectam & â corde trajectam in cerebri ventriculos vel *Pneumatosis* elaboratoria, spiritus hos animales ad generandos accuratiùs *hoc Capite* perpendamus. Disquisitionis hujus sanè palæstrâ Clarissimorum *Phil.* & *Med.* digladiationes plurimæ nobis occurrunt; tamèn ex sententiâ Inclyti D. *Regij* de Nat. Phil. *Lib.* 4. imò & illius Ἀρχ᾽ Ἰατρῶ *Galeni*, sed (inter *post-natos*) *Vesalii*, Laurentii, Fontani *Tulpii*, & *Athletarum* Medicinæ plerorumque *Plexus Choroides* ad materiam limine præparandam, à Corde; *processus mammillares* ad aërem cœlestem, sed *Ventriculos Cerebri* PNEUMATOSIS ad elaborationes prædictas, de jure celebri celebramus. Ideoque ex *tramite* diverso vel adverso Alteros perquam *Eruditos* & inter Medicinæ *proceres* ὑπαντᾶσθαι vel nobis obviam dare facillimè deprehendam. Qui nostræ *sententiæ* de Vasis hujus *Pneumatosis*, tam austeras & inficias strenuas eunt, ut intuitu primo (vel dum res *in vado* videatur) trophæum & manubias ferre καὶ νίκην ἀναίρεσθαι arbitrentur; nihilominùs rem animo volvere diligentius ex apodictis ratiociniis, nostramque doctrinam de hac re διανοεῖν ob discussionis gratiam eorum *tramiti* protinùs adveniamus & decertemus. Ventriculorum cerebri usus ab A. Kypero sanguinem arteriosum refrigerare & ventilare statuitur, nihilominùs in his spiritus animales elaborandos non palam negat. *Veslingius* autem peritissimus (in ejus *Syntagm.* Anatom.) quamvis *plexu Choroide* sanguinem animales spiritus ad efficiendos præparatum esse optimè disseruit, cerebri tamèn Ventriculis, hos succos animales & spiritus elaborandos

Δογματομαχίαι de *Pneumatosis* elaboratoriis & *Vasis* acerrimæ.

Sententia aliorum de hâc re.

A. Kyperius

D. Vesling.

borandos haud asseruit, ast *hos ventriculos* duntaxat aëris aut *pituitæ* ibidem exuberantis accumulationi consignatos esse deposuit. Itidemque Sectator ejus D. *Blasius* in *Vesling. Commentariolis* Ventriculorum usui huic (ex *Muci* in iis colligendi gratiâ) opposuit; obiter & *Bauhinus.*

D. Blasius.

Bauhinus.

Resp. 1.

Aër non impedit concoctionem ventriculis.

1. Attamen ex aëre ventriculis congesto, aut pituitâ mucosâ & per elaborationem præcipitatâ, *Coctionis hujus* nihil perturbetur, sed è contra nonnihil adjuvetur, & ex *hoc aëreo refrigerio* ad elaborationes (optimo jure) gratiores contemperetur; ita ventriculo cordis & *Hæmatosis* elaboratio, aër per pulmones (quam hic per processus mammillares) comparatus, est quasi cordi & ejus elaborationi *Refrigerium* sed nihil impediat.

2. *In uno vase vel organo fiant à nutu naturæ concoctio spirituum & expurgatio fæcium Arch-angelus.*

2. Ut *rebus Artis* & *Spagyriis* nihil luculentiùs & κριτικώς appareat; sic rebus *naturæ* non fit rerum sed minùs exoticum, quod unum & idem *vas* vel *organum* primariò spiritibus & succis, ast secundariò ex purgandis excretis inserviret. Necnon *Arch-Angelus* de organis *narium* ad rem & optimè ratiocinatur. Quippè *narium organa* non tantùm *aëri* imbibendo, & odoribus famulantur, sed etiam cerebri *muco* & excretis. Naturæ tamen legibus & principiis nares ad aërem & odores primariò statuuntur, secundariò verò ad evacuanda recrementa.

Resp. 3. *Chylosis ventriculis & vasis indicantur hæc.*

3. Præterea *Coctionibus* corporis aliis non minùs constabunt fæculentiæ in iisdem vasis, & intestina ipsa *Chylosi* partim ad Chyli succos partimque ad *Chyli* secretiones manifestè designantur, dum verò spiritus naturalis elaboratur cum succis & quasi per manicam *Hippocratis* percolatur,

percolatur, *i. e.* per *porulos* in venulas *mesentericas* & exaltatur ad CHYMOSIN, fæces præcipitantur ad excretionem, quæ modo consimili *visceribus* his cerebri vel PNEUMATOSIS de naturæ ritu præstentur. Et ex operibus *Artis* (ut memoravimus) hujus doctrinæ ratio denudetur oculis, dum spiritus agiliores eliciuntur ex *Alembicis*, particulæque magis activæ resolvuntur, recreta crassiora vel fæculentiora rite præcipitentur ad ejusdem vasis aut vitri fundum. Uti Pneumatosi hâc & è cerebri ventriculis mucosæ fæces ad *Infundibulum* aut Glandulas excretorias in *præceps* feruntur, vel elaborantur; Aër interim in cavitatum summitate SPIRITIBUS instar *Refrigeratorii* saltèm agnoscatur. Adeo ut ab his scrupulis nihil obstet, quin inter varias λογομαχίας Medicorumque sententias, hæc nostra tam rationi quam *Authoritati* congruere & congestare videatur. Doctissimus etiam *Vesalius* has elaborationes spirituum Animalium fieri *Ventriculis anterioribus*, & sinubus dextris strenue propugnavit. Sed alii spiritus hos esse conficiendos in cerebri ipsius *substantiâ*; alii *Gyris* & supra cerebrum; alii *Rete mirabili* plexuque *Choroide*; alii duntaxat in Ventriculo 4° vel *Galeni*, Veterumque Rete mirabili recensuèrunt; refelluntur autem eorum ratiocinia ab *Eruditissimo Sennerto*, Lib. 1. Cap. 6. de Spir. 6. Prax. Lib. 1. Par. 2. Cap. 33. Q. 3, *&c.* *Galeni* etiam ipsius census (quam primùm ex variis locis collatis vacillare videatur) ex elaborationis hujus gradibus nobis optimè concilietur, quippè modo *Plexui Choroidi*; modo *Cerebri Ventriculis*, Lib. 8. de Us. Part. Cap. 10, 11, & Lib. 12. de Method. Medend.

Et ex operibus Artis.

Vesalius.

Variæ sententiæ de hâc re.

Sennertus.

Galenus cum *Galeno* conciliatur hâc nostrâ Sententiâ.

Cap. 5. Lib. 3. de loc. affect. Cap. 7. modo cerebri *substantiæ*, Lib. 8. de Us. Part. Cap. 13. & Lib. 9. Cap. 4. modoque *Reti Mirabili*, *Ventriculoque* 4°. Lib. 9. de Us. Part. Cap. 3, & 4. spiritus animales Comparandos esse assignavit. Et hæc omnia de *Pneumatosis* vasis & locis (quoad unam aut alteram elaborationem) ἀληθεύειν & asserere possemus. Namque materiæ Pneumatosis *hyleæ* vel elementaris præparatio, & Rudimenti cujusdam attenuatio prima fit *plexibus Choroidibus* Reteque mirabili; deinde promovetur in cerebri ventriculos, ubi varias mutationes & elaborationes subit, & exaltatur ad summum capitis vel *supra Cerebrum*, deinceps forsan in *cerebri substantiâ* per porulos & Gyros refrigeretur, & *ad unionem* cum succis animalibus temperetur, postea verò circuletur, rectificetur & dispensetur in proprias cellulas aut officinas, & in *Nervos* per totum corpus, (quemadmodum priùs explicavimus.) Nonnulli tamèn autumârunt hos succos spiritusque paratos & adunatos primò complicatione vasorum & *arteriarum*, in *basi cerebri*, vel hoc *Galeni* Reticulo mirabili sumendos esse & posthàc (vel ex iis) distribuendos esse per *Nervos*; attamen de hâc re, verborum libertate tantâ vel audacter adhuc ne proloquamur; quippè nec διδακτικῶς nec αὐτοπτικῶς hoc rete *Galeni* nobis fit valdè conspicuum, nec ejus usus. Intereà hæc *Pneumatosis* vasorum & elaboratoriorum methodus, *Archangeli* sententiæ minùs convenit, cui Coctionis hujus inchoatio fit in *Rete mirabili*, sed perfectio vel Apotelesma *plexu Choroide*. Sed illum *Laurentius* acritèr & satis redarguit, & ejus Argumentum refutavit. Et *in totâ cerebri historiâ* (dixit ille *Lib*. 10. *Quest*. 14.) GALENUM

Vasorum hujus elaborationis, vel *Pneumatosis* ordo Numericus.

Laurentius.

NUM *errâsse non video nisi* PLEXU SUO MIRABILI : *Hic enim in homine ita exiguus sit, ut oculorum* ACIEM *ferè effugiat. Mallem cum Neotericis Choroidem plexum, qui superioribus cerebri ventriculis est conspicuus* RETE MIRABILE *appellare; in eo enim attenuatur vitalis spiritus, &* ANIMALIS *rudimentum quoddam consequitur.* Methodumque huic haud absimilem *Bartholinus* statuit. Lib. 3. Cap. 4. *Barthol.* *de Capite*; quo spiritu Animales preparantur in Rete, sed magis attenuantur & comparantur ad quoddam *Rudimentum* in Plexu Choroide, generantur deinceps, & elaborantur ad amussim *VENTRICULO QUARTO*, vel nobilissimo, sed posthàc in cerebro ipso conservantur ad usum & distributionem per *Nervos*; sic ille. A quibus omnibus & eorum placitis, qui clausos oculos non tenent hanc nostram sententiam satis suffragantur; & hoc medio vel è *PNEUMATOSIS* elaborationibus diversimodis, gradibusque nostris *GALENUS* ipse planiùs de hâc re, necnon concinniùs exponatur.

SECT.

SECT. II.

Arg. à VENTRICULORUM CEREBRI *spatiis appositis.*

Pneumatosis elaboratori i *detectio* per *Vasa* & ventriculos.

PRÆMISSIS & omnibus ritè perpensis, quid clarius è lumine solis effulgescat quam Pneumatosis hæc *Coctio* ? quis enim nisi talpâ cæcior sit ? aut insipientiâ mirabili præditus, *Choraboque* stultior? hoc vel illud esse P*andoxatorium* hæsitaret? quo vasa circumstantia omnia, juri *Cervisiarii* & usui dicata huc & illuc παπταίνειν aut circumspectare queat ? aut quis per *Organa*, *Vasa*, *Focos*, *Fornaces*, *Cucurbitulas*, vitreos & æneos alembicos, necnon alia ordine jureque debito posita, circumcircaque destinata de hoc aut illo *Distillatorio* vel *Elaboratorio* coram oculis ignoscat? & quis ex *Vasis*, *Ventriculis Cerebri*, *Focis*, *Organis*, *&* ἐργασίαις, P*neumatosis* hoc Ἐργαστήριον hæsitabit? aut ob stoliditatis *asylum* deprehendere nequeat? Attamen quia plurimi fuerunt hallucinati circa vasa *Ventriculosque* Cerebri, qui de P*neumatosis* elaborationibus in iis scrupula faciunt, vel inficias aut tergiversationes agunt; hujus assertionis dogmatis patrocinium subter octo *CLASSES* saltem, & ex *verisimilitudinis* tramite vel apodictis *ratiociniis* præstare moliar, Adversariorumq; tantorum pace veniam postulabo.

Sim.

1. Ex justâ proportione *Ventriculorum* ad hoc opus absolvendum.

1. Class. Ex *Cavitatum spatiis* satis amplis ad spiritus animales conficiendos. Namque ubi, vasa

vasa constituta sunt, et hujus *elaborationibus* adapta, ibi *COCTIO* fit, sed ventriculis cerebri vasa præstituuntur et omnimodè adapta, tam ad materiæ *Pneumatosis* receptionem per Arterias et ex *plexu*; quàm ad hujus exagitationes varias quibus exantlatur; et ad ejus dispositionem debitam ab uno ad *alterum ventriculum*, usque ad ἀκμὴν hujus Coctionis. Præterea hæc vasa sunt latitudine justâ *Pneumatosi* proportionata, nec nimis exigua nec ampla sunt.

1. Non nimìs exigua; liberioris ex elaborationis gratiâ; quippè spagyricis *operationibus* rem penitùs expertam calleamus indiès, quum vascula vitrea et nimis exilia franguntur ab intensiori, (et ex defectu spatiorum extricandi) *Vulcano*, quum particulæ summè activæ sint intus et penitiùs occlusæ luxuriantes, inordinatè turgescentes, mirâ activitate quaquaversus erumpentes ex halitibus *stimulisque sulphureis*, *salinis*, *spirituosis*, et acribus; quovis impetu vel strepitu vascula sæpè dissiliant in minimas fractiones. Et à pari ratione palæstricâ hâc particularum exantlatarum luctâ ventriculos hos satis amplos *Natura* fæliciffimè constituit, nè membranæ vel partes vicinæ percuterentur aut aculearentur earum sulphureis, acerbis, et salosis ἀκροθῆσι; sensibus omnibus paritèr molestis quum eos acerbè feriunt ab inordinato motu vel calore. Quamvis autem hoc à *Varolio* negatur, id tamen nec ab ejus *ratione*, nec *reipsâ* invalidetur. 1. Non ab ejus *philosophiâ*, ex oculorum spiritibus, quoniam optici eorum nervi uniuntur in ortu et eorum radice undè *uno oculo occluso*, forsàn alter utriusque nervis et spiritibus imprægnabitur et corroboretur. 2. Nec *reipsâ*; spiritus enim omnes

1. Hæc elaborandi vasa non nimis exilia sint.

Varolius.

Resp.

nes *in ventriculis* elaborandos ad nutum *Dei Opt. Max.* ex institutione naturæ, Vasorum *Constitutione* et aptitudine omnimodâ comprobavimus.

2. Nec vasa sint hujus elaboratorii: nimis spaciosa; & quare? *Sim.*

2. Nec *nimis ampli* sint hi *sinus* cerebri; nè spiritus hi vigorem amitterent; et rei specimen in spiritibus Chymicè prolatis planè prostat, qui vase spatioso (et nisi arctè occluduntur) spiritum eorum volatilem ac energiam amittent: paritèr et hi spiritus animales ex nimio spatio redderentur dilutiores, limpidiores, magis inopes, et in pejus declinarent; quum quoque vires eorum evolantur spiritusque velut exanimes depauperantur, flaccescunt, deinque postea corrumpuntur, necnon in vappam degenerant; et evadunt forsan in vasa lymphatica tenues, inutiles limpidique. Quapropter hæc vasa ventriculiq; ad optimam proportionem *Pneumatosis* elaborandæ constituuntur à naturâ.

3. Arg. ab *Hæmatosis* elaborationibus in *Ventriculis* cordis.

Barthol.

3. Denique et insupèr *A PARI*, respectu tertiæ *Concoctionis* corporis humani vel *Hæmatosis* argumentaremur. Spiritus enim vitales elaborantur in *Ventriculis* Cordis; et quare tunc nedum hi spiritus animales in *Ventriculis* cerebri? Sicuti verbis D. *Bartholini* deponamus in Lib. 3. Cap. 4. de Capite. *Tam subtilis generatio requirebat* (inquit ille) CAVITATEM *aliquam; quæ & vitalium generationi concessa est; undè aliqui adducti fuêre, spiritus Naturalis generationem in dextro Cordis Ventriculo statuere; quia in Hepate nulla est CAVITAS*; hi quoque cerebri ventriculi sunt *Cavitates* ad hanc functionem omnimodè, et haud minùs commodè *Pneumatosi* comparatæ quam Cavitates Cordis ad *Hæmatosin*. Sed accedamus *secundæ Classis* ad ulteriorem argumentationem.

SECT.

SECT. III.

De PNEUMATOSIN *Arteriis subservientibus.*

2. EX *ARTERIIS* materiem *Pneumatosis* hujus Cerebri Ventriculis adferentibus, iisque desinentibus & deosculantibus. *Riolanus* ad cerebri basin *Rete mirabile* collocavit, ast *plexus Choroides* ad anteriores *Ventriculos* ex membranâ tenui, glandulis, minutissimis & vasis, arteriose, venoseque mirificè complicatur. Nunc his plexibus communi ferè voto fit attenuatio sanguinis arteriosi vel *vitalis* à corde, & versus ejus coctionem præparatio. Quâ texturâ, ramuli *Carotidum Arteriarum* pallidiores & exiliores; sed inter *Arterias*, venulæ rubicundiores & majores αὐτοπτικῶς appareant. Et *plexus* hi *triplicem originem* (à Perspicacissimo D. *Whartonio*) vel ab aliis duplicem postulârunt. 1. Ex Arteriis *Carotidibus*: Sed, 2. E surculis & propaginibus quarti Ventriculi qui concumulantur. Sic (attestante *Vestingio*) elegans est, & mirifica per *Sinum* Ventriculorum inferiorem Distributio; & dein in *Basin* sinuum propagatio fit valde conspicua & plana. A *Vesalio* secumque *Platero* ac aliis, *Plexus* hic ab *Arteriis* vasisque quarti ventriculi per vertebras assurgentibus extruitur. Undè D. *Blasius* in *Vesting.* Comment. *p.* 184. ratione cum verisimili Complicationem, Arteriarum Carotidum duplicem, in principio spinalis

2. Amplius argumentatur è materiâ per arterias Carotides provectâ inventriculos. *Riolanus.*

Ab Arteriis ventriculis desinentibus.

Sententiæ variæ de hâc re.

D. Whart.

Vesting.

Vesal. *Plater.*

Plexuum complicatio duplex: 1. Interio[r] 2. Exter[ior] in ventriculos.

lis medullæ vel circa basin statuit; quædam textura fit intra vel circa vertebras, sed *altera* cerebri ventriculis ipsis desinit; attamen ex omnibus penè opinionibus, ab *Arteriis his*, Pneumatosis materies in ventriculos elaboranda deponitur; & quamvis hæc Coctio Cerebri Ventriculis impugnatur ab *Instructissimo* D. *Whartonio* tamen ex *arteriis unitis* propagines sibi frequentèr & invicem occurrere libentèr annuit, & hoc modo pluribus in locis Cerebrum tangere, meditulliumque à Corde Calefacere; nihilominus (pace *tanti viri* mihique Charissimi) vix deprehendam absque *arteriarum* anastomosibus aut duntaxàt earum transitu vel contactu meditullium Cerebri satis Calefieri; & inter omnes arterias Cerebri ferentes ad *partes receptorias* vel in quas exonerant *anastomoses* (à Solertissimis Anatomicis) esse frequentes, imò & ab ipso oculatissimo tam ingenuè fatetur; dumque vitale *mixtum* à corde provectum per has arterias ad usum longè nobiliorem, apprimeque Commodiorem, quam Cerebrum tantùm Calefacere, & à naturâ promotum esse videatur. Præterea Cerebrum ab arterioso hoc succo perluendum esse subinnuit, *Cap.* 24. & quare non Communicandum sit hoc *Hylæum* ventriculis, ignoro. Quapropter Clarissimis *Veslingio*, *Bartholino*, necnon aliis αὐλοπλικῶς peritis, *Plexus* hujus Choroidis exiguum Ramulum unum, circa superiorem ventriculorum Sinum, forsan & prope *Glandulam pinealem*; Sed *alterum*, inferiorem Sinum inire vel osculari deprehendi. Quibus ex *osculis* materies elementaris & mixta liquido deponitur; insuper & D. *Blasius* p. 185. portionem quandam, lateri *spinæ medullæ* (præter ventriculos)

D. Whart.

Veslingius.
Bartholinus

Arteriarum Ramuli duo 2.

los) consignavit. Tamèn hâc de re præ aliis Clar. D. *Wharton*, Cap. 24. optimè consulamus; à quo *Plexus hic Choroides*, Arterias accipere dicitur, non tantum per extremitates primi & secundi ventriculi sed & tertii *juxta Conarion*, partes & ejus in dextram, sinistramque dividi; portionemque dextram in primum ventriculum, sinistramque in secundum decerpamus. Sicubi à *Banhini* sententiâ Classem hanc supersedeam. Plexûs ideò *Choroidis* Arterias *in ventriculis* desinentes & effundentes partim à *Carotidibus* ascendentibus ad *Rete mirabile*, Cerebrique basin; partim ex vasis quarti Ventriculi, Duræ, Piæque matris ex portione; Glandulasque numerosas Complectentes excogitemus. His ex omnibus perpensis, materiem hujus Coctionis ex verisimilitudine potissimùm à vitali Concoctione per *Arterias* promulgatam percipiamus & inter Medicinæ Proceres ac Coryphæos concludamus. Exinde quoque Coctionem hanc in *Ventriculis* (quibus effunditur) faciliùs argueremus, partim *à vasis his adferentibus* PNEUMATOSI, terminantibusque in ventriculis, & ibidem exonerantibus, *viz.* *ARTERIIS*; partim *à vasis accipientibus*, viz. *VENTRICULIS* his, demum & à *VASIS auferentibus & excretoriis* uti mox ulterius explicemus.

D. Whart.

Bauhinus.

Argumentum à vasis afferentibus terminantibus & exonerantibus in iis.

SECT.

SECT. IV.

De Materiâ ipsâ & omnibus quæ occurrunt Ventriculis.

3. Argumentatur è materie *Pneumatosis* à Corde propulsatâ in ventriculos & ab aëre Cœlesti ad unam misturam elementatem.

3. CLASS. ex *MATERIA*, quæ capescitur *in Ventriculis*, & minutatim effunditur ad reparationem *Pneumatosis* ex novis Copiis, *COCTIO* ventriculis conjecturetur. Quippè *Materies* hujus in *Concreto* nuncupatur succus aut *spiritus vitalis*; licèt in arterioso sanguine (qui propellitur è corde per *Arterias Carotides* in ventriculos) velut uno Charagmate vitalitatis spiritus & succi vitales uniuntur & dispensantur ad *Pneumatosin*. Tamen in ventriculis ex eodem instanti his succis & spiritibus vitalibus occurrunt *particulæ aëreæ*, spirituosæ, forsan & *sulphureæ* per nares & processus mammillares ex aëre Cœlesti vel halitibus inspiratis. Quibus omnibus *heterogenea* principia vel opposita fermentantur & exantlantur. Sed succis vitalibus aut sanguinis per *Arterias* particulæ salosæ, bituminosæ, sulphureæ, aquosæ, forsan & tartareæ magis insunt. Tamen tam aëre quam sanguine *Mercuriales* particulæ magnoperè scaturiunt. Veruntamen in nullis succis reperiatur *Spirituum*, *Salis*, *Sulphuris & Mercurii* Copia locupletior aut insignior, quam hoc *arterioso sanguine*, necnon *aëre* ventriculis unà subacto, susceptoque per *Inspirationem*. Quapropter ex hâc Conventione *Ventriculis*

Vnde principia Heterogenea scaturiunt.

lis materiam triplicem deprompsi ; Nimirum, 1. *Remotam* a succo crudiori & mixto, velut e corde per arterias. 2. *Proximiorem*, è materiâ (*plexibus*) attenuatâ & præparatâ versus elaborationem in ventriculis. 3. Sed *proximam* ab aëre Cœlesti Comparato (partim per processus mammillares & odoratorios nervos, partimque per *plexus Choroides*) & dein in Ventriculis Cerebri promoto.

Ex hoc conventu, ventriculis scateat triplex mat:ria.

Obj. 1. Nec obstabit, quid objiciatur ab inflatu follium, ex quo *Processus hi*, hunc aërem coactum aut flatum non accipiunt in Cerebrum vel ejus ventriculos; dum ab his sufflatibus violentis *processuum* pori forsan incommodentur, aut sint in propugnaculo, vel suffocentur.

Object.

Resp. 1. Processus Mammillares incommodantur à violentis flatibus.

2. Hic aër turbulentus & tantopere Commotus, fit nimium Crassus, inconveniens atque degener, ad cerebrum & ad hanc Coctionem.

2. Talis aër est nimium turbulentus crassus & degener.

3. Insupèr dum per *processus mammillares* tam aër quam odor prius ventilatur, colatur & præparatur; tunc ex hoc aëre tam Comptè parato, *ventriculi* duntaxàt (& haud ab alio) suppeditantur.

3. Noster aër est primo paratus.

4. Et his flatibus violentis, *F I B R A-R V M* horum processuum adminiculis destituunt.

4. Adminicula desunt.

5. Sed aër congener ex motu *processuum* animali fit, ac voluntario, forsan è Cerebri Diastole, vel ex propriis geniis, cæteroquin inspirari nequeat; ast inter nostram inspirationem & illam inflationem discrepantia fit admodum egregia.

5 Inspiratio magnopere differt ab hâc inflatione.

6. Constabit ex *nervis odoratoriis* processus hos mammillares ingruentibus, & qualiter *odor* taliter

6. Ex nervis odoratoriis.

liter *aër* paretur atque suscipiatur in ventriculos; ast flatibus his turbulentis parum aut nihil inserviunt odoratorii Nervi.

7. Ex ictibus & casibus.

7. Casibus adveniat plurimis, & crebrius ictibus; hos nervos odorandi sufflaminatos esse vel oppressos forsàn sanguine, vel aliâ materia crassâ & è cerebro procidente; nunc à quali ratione vel per quas vias aliquid ex cerebro vel foràs exportetur, per eosdem meatus & à tali ratione valeat aërem in cerebrum ventriculosque importari.

8. Ex *Anatomicorum* conceptibus de processuum amplitudine.

8. Necnon ex *Anatomicis* solertissimis observemus; quantò minor est cerebri substantia tantò processus hi majores apparent. Et quam ob causam à naturâ constituuntur hi Processus majores ignoro, nisi refrigerandi temperandique ex gratiâ, anhelandi Communicandique aëris ad cerebrum ob effervescentiam spirituum & eorum exagitationes; quippè quò minus est cerebrum, eo magis exantlantur hi spiritus à calore sicciori. Quapropter ipse *Galenus* lib. *de usu* Part. Cap. 10. aërem in anteriores cerebri ventriculos per nares & *processus* acceptum, animales spiritus generandos famulare, censuit. Cui subjunxit *Archangelus*, quòd aër hic anhelatur à *Diastole* vel Dilatatione cerebri per nares & os cribriforme, ventriculorum in amplexus; & in eorum claustris obseratur ad spirituum animalium famulitium, vix secus ac aër per Pulmones ad cordis refrigerium, spirituumque vitalium ministerium. Et aërem ambientem paratum esse præcipue per *nares*, processus mammillares, *nervosque odoratorios*; nonnihil tamen iis forsan innuamus, qui aërem in *plexu Choroide* quoque Comparatum pro spiritibus his autumârunt; sic

Galenus.

Archangelus.

Aër his quomodo preparatur, ut aër pulmonibus.

ex *Sennerto.* Plexûs hujus usus nonnullus de- *Sennertus.*
ducitur ab aëre & halitibus per *nares* accipiendis & impingendis in anteriores Cerebri *Ventriculos*; sed *ex iis* ope Plexuum exhalon[illegible], ut & in *pulmonibus*, (è quibus per Diastolen inspiratur, mixtionemque cordis ventriculis pars ejus tenuior atque paratior subit) ast crassiores halitus per *Systolen* ejus expirantur. Consimilique modo halitus è *plexu* spirantes, ab aëris portione crassiore per *Systolen* cerebri deriventur ad expirationem, ex *ossis cribriformis* processu; sed ejus pars tenuior, & comparatior in ventriculos cerebri per *Diastolen* sumatur. Hujus etiam philosophandi ratio depromamus è fonte Præsignis illius *Whartonii* de Plex. Choroid. nempè propter duræ meningis densitatem, ossiumque cranii soliditatem vix perforabilem; adeo ut evaporandi per illas vias, exitus esset nimiùm difficilis, & hæ viæ tantò aptiores necnon apertiores, (nempè per *os cribriforme*, & dein è naribus,) inveniantur ad halitus hos crassiores expirandos, quippè potissimum tunc exhalantur excreta cerebri vaporosa, nempè per foraminula lateribus *Cristæ Galli* sita, aliosque porulos & spiracula. Nec minùs his conveniant dogmata *Galeni* de *Anat. Admin.* lib. 2. cap. 4. Cujus verba proferamus. *Nullum autem fumum cerebrum habeat, quem sublimi foramine respirare desideret; nec ambientem aërem ostiolum ipsius recipit, sed ampla pars cerebri desuper incumbit deinde* DURA MENINX *duplicata, post hanc capitis ossa*, ideoque vapores & halitus sensibiliter haud inveniant expirationem per Duram matrem aut ossa cranii, sed per foramina alia Crassiori anhelitu designata. Insuper in *pulmonibus* per unam & eandem

D. Whartonius in ejus Adenogr.

Galen.

eandem *tracheam* fiant aëri; inſpiratio & halituum fuliginoſorum excretio; nihilominus ex Amiciſſimo & amore mihi conjunctiſſimo V. *Hornio* recenſui non tantum ex propriâ *pulmonum* virtute, verumetiam à Thoracis diſtentione atque coarctatione *Diaphragmatis* vel *Septi tranſverſi* hoc contigiſſe; forsàn & à pari ratione, Conjiceremus hanc aëris inſpirationem per nares, proceſſuſque in cerebri ventriculos, & expirationem halituum haud tam ex propriâ vi Cerebri, vel ventriculorum, quam ex adminiculo *Septi Lucidi* vel Διαφράγματ@ τῶν πρόσθίων κοιλιῶν (ut appelletur ex *Galeno*) & ex plexuum (à vitali ſpiritu) Diaſtole Syſtoleque fieri.

V. Hornius in ejus Microcoſm.

Ad ventriculos cerebri Inſpiratio & expiratio quomodo fiunt.

Porrò & ex anterioribus *ventriculis* cerebri puriorem aërem hauſtum & in *ventriculorum* quartum ad animalium ſpirituum refectionem imbibitum avidiſſimè, cenſuit *Veſtingius*. Aſt ex materiei, gratiâ cum aëre hoc ambiente vel Cœleſti pro *ſpiritibus*, *ODORES* in Cerebri ventriculis ferri, *Laurentius* ſanè (*Lib.* 11. *Q.* 12.) ſub judice patefecit. Et ab ejus verbis priori *ſcrupulo* de Proceſſu mammillari (præter apodicta *ratiocinia*) obviam facillimè demus. *Quippe* Galenus (ille dixit) *reſpondet aërem per fiſtulam impulſum, ſi ſpiritum cohibeamus ad cerebrum nunquam pertingere, quia aëre omnia jam ſunt plena contracto per expirationem cerebro : at dum* INSITA VI *dilatatur cerebrum, amplificantur omnia ſpatia, tuncque ad vacui fugam aëre inſpirato implentur. Nunquam ergò ad cerebri proceſſus & ejus* VENTRICULOS *fertur* AER *niſi inſpiratione; quia niſi dilatentur organa, quomodo aër eos poros ſubibit qui jam aëre ſunt pleni? Si aër niſi inſpiratione, ad proceſſus mammil-*

Aër & odores Pneumatoſi plurimum conferunt.

Veſtingius.

Laurentius.

☞

lares

lares ferri potest; adeò nec odoris species; & adeò nec sentitur odor nisi inspirato aëre. Ὀσφραίνονται τὰς ὀσμὰς διακρίνοντα, τοῦτ' ἐστι, λεπτομερεστάτας τὰς ἀποφορὰς τῶν χρημάτων. Proindè ventriculi hi anteriores à *Vesalio* nuncupantur, odorandi & inspirandi instrumenta. *Vesalius.* Quamobrem cum Doctissimo *Blasio* concludamus; *Blasius in Vesl. pag. 185.* horum spirituum animalium & succorum materiam esse sulphuream, aëream & mercurialem ex aëre, odoribus, & arterioso sanguine vel spiritu vitali congestam in *ventriculos cerebri*; & hisce cellulis à calore duplici, fermentoque, (tam more Chymico quam coquinario) prorsùs elaborandam; ut ad calculum, & trutinam exquisitiorem proposuerim.

SECT. V.

De succis limpidis, & Ventriculorum structuris.

PRÆTEREA, (4.) E ventriculorum dissectione & ex *autopsiâ* non temerè proferamus argumentum. *4. Probatur à succis limpidissimis qui cernantur in ventriculis cerebri.* Quippè liquor aquosus, limpidus & purus omnibus ferè dissectionibus fit admodum conspicuus cuivis in cerebri ventriculis, præsertim in anterioribus; ast à quibus (precor!) hæc humiditas aut succus limpidissimus exoriatur, nisi à spiritibus ibidem coquendis & elaborandis? Namque animam efflandi & obeundi tempore, spiritus ipsi profligant, exiliunt, & in aërem (è vivis) dissipantur, unde ex avolantibus his omnibus, nihil restat nisi li-

quor inops, & limpidus in & circa cerebri ventriculos & Pneumatosis elaboratoria, verisimiliter & ejusdem naturæ liquor hic est illo *vasis lymphaticis*; qui derivetur ex arteriis partim, & partim è nervosi generis spiritibus aut halitibus (quemadmodum è Clarissimi D. *Glissonii* disquisitionibus gemmiferis de *Hepat.* fuse depromeremus, & à *Charltonii* Oecon. Anim. Exerc. 9.) quum spiritus ad volatilitatem & exhalationem nimiam profugiunt. Præterquam argumentum indies observetur ex (arte spagyricâ) spiritibus elicitis, quum (iis fugatis) liquor omnino depauperatur flaccescit & limpescit. Quinetiam quum μέλλειν ἀπλέειν τὸν βίον omnia premunt halitus tunc exuperant in ventriculis velut rores in ingenti Copia, & ad distillationis modum condensentur in liquorem tenuem & limpidum; haud secus ac in ebullitione, liquorisque reverberatione guttulæ turmatim in ollulæ operculum supersiliunt & hærent.

D. Glisson.

D. Charltonius.

5. Probatur à structuris & figuris Ventric. Cerebri.

5. A ventriculorum structuris, eorumque figuris, demonstretur eorum usus, aut munus publicum quo donantur. Etenim duo *ventriculi superiores* (quasi super cæteros;) & anteriores dextrorsum, sinistrosumque situantur, ast in Medio *Septum Lucidum*; quo illius Eruditissimi *Comitis* & Herois D. *Kenelmi Digbæi* censu, velut in meditullio cerebri nidulatur *ANIMA*, tanquam in ejus Arce basilicâ. Nunc horum ventriculorum cavitates sunt semicirculares; & ad meliorem ac optatiorem elaborationem ampliores, præcipueque ventriculorum anticâ parteque posticâ summè conspicuæ. Cavitatum hæc Figura simplicissima & capacissima fit; angulique obtusiores, *Materiei* elaborandæ plus capiant

D. Kenelmus Digbæus.

Quare ventriculi superiores sunt pene circulares.

quam

quam angustiores; insuper & hâc figurâ forsàn uno eodemque tempore instanti (dixit Expertissimus *Julius Scaliger* 30. Exerc.) efficiantur motus duo Contrarii sursum & deorsum, si spectas circumferentiam aut elaborationum peripheriam; & partes hujus motûs aliæ præ cæteris celeriùs exantlentur, quum ad ambitum plus evadunt, spatii quam ad Centrum; & hæc dicta sunto de figura ventriculorum. Quorum summitate tamen & vertice lævigentur hæ cavitates ad efficaciorem spirituum *reverberationem* & more Chymico. Nunc supra hos ventriculos à Peritissimis *Anatomicis plexum Choroidum* situra sanè statuitur; & per oscula vel *Anastomoses* ex Arteriolis in hæc elaboratoria materiei proventus aut influxus à corde dispensatur; necnon spiritibus *Anim.* perpetuò reparandis comparandisque redintegratur. Præterea (utpote *Vesiingii* ex aucupiis & *Anatomes* observationibus ediscamur) cavitatum in *superiore parte*, à latiusculo, necnon obtuso principio 3*ium Ventriculum* versus, hi duo ventriculi nonnihil coangustare vel in unam aut Communem cavitatem coalescere videantur, (à *Galen.* Us. Part. Lib. 8. Cap. 12.) haud dubio ad materiæ (his prioribus *Ventric.*) exantlatæ Communem effusionem, faciliorem que descensum in tertium cerebri *Ventriculum.* Anteriores etiam horum partes sunt Profundiores, processibusque mammillaribus viciniores, (ex Test. *Bauhini*, *Riolani*, *&c.*) necnon perviæ, ad pituitæ recrementorumque segregationes à vi præcipitatoriâ *Pneumatosis*; sed halituum & vaporum excretiones per *nares*. Deinde spirituum transitui *Ventriculus tertius* inserviat; sub fornice vel ψαλιδοειδῆ, cavitatem ob-

Jul. Scalig.

Supra ventriculos superiores materies per Anastomoses arteriarum proveniat.

Veslingius. Eorum partes superiores.

Galen.

Et quomodo materies ad tertium *ventriculum* transib.t.

Eorum partes anteriores.

Cerebri Ventriculus tertius & ejus usus.

longam & augustam continens, priorumque ventriculorum concursus hoc tertio fit valdè conspicuus & αὐτοπτικῶς. Proinde dicitur à Clar. *Veslingio*, Rima decurrens, & à D. *Blasio* fovea occurrens in mediâ ventriculorum priorum valle. In hoc quoque *MEATUS* duos demetiamur; quorum anterior fertur deorsum ac ad *Infundibulum* glandulamque pituitariam. Sed à *Galeno* Lib. de Administr. Anat. & ex *Bauhino* deputatur his verbis, viz. *Insuper quidam Meatus est maximus; hujusque ventriculi basi subjacens, qui ex prioribus per foramina relata superfluitates excipit.* Sed alter & posterior (quem *ANO* Anatomici Coæquárunt) sub natibus & testibus in alium aut quartum *ventriculum* decurrit, vel inter cerebrum ac cerebellum; adeo ut spiritus in *prioribus ventriculis* elaborati hunc ultimum facilius ἐισελθεῖν inire, rapidoque cursu contendere videantur. *Ventriculus* autem *Quartus* haud immerito *Nobilissimi* nomine celebratur; quippè spirituum animal. ritè elaboratorum est *Receptaculum*, & ex *Arantio CISTERNA*, ubi spiritus animales asservantur ad Familiam totius corporis Animalem; & verbis *Galeni* (Lib. 8. de Us. Part. Cap. 10.) ventriculi quarti hic usus suffragetur, spiritus hos in ventric. superioribus elaboratos accipere, & ad cerebellum nervosque deducere. Abhinc quoque nobis egregie constabit eorum munus ab eorum structuris, & Coctionem hanc in ventriculis cerebri, præcipueque in superioribus tam dextrorsum quam lævorsum elaborandam esse.

Veslingius. *Blasius.*

Ejus prior Meatus.

Bauhinus.

Hujus meatus alter & posterior.

Ventriculus cerebri *Quartus* & ejus usus. *Arantius.*

Galen.



SECT.

SECT. VI.

De Glandulis Capitis & earum Muneribus ad Pneumatosin.

QUINETIAM à *Glandulis*, earumque situ, necnon usu celebri, ventriculorum cerebri munus aut officium saltem Conjiciatur & Comprobetur; dum glandes ipsæ capitis ventriculis operationes has summoperè famulare videntur, *viz.* illæ plexuum *Choroidum*, Glandes *pituitaria*, Pinealisque, *&c.* Earumque situræ à naturâ (revera) ad earum usus & functiones insigniter ordinantur, quæ primò Glandulas exiles ferè innumeras in *plexuum* totâ texturâ Collocavit; in quas forsàn oscula vel extremitates venularum atque Arteriolarum ad usum optimè deteguntur ex industriâ Perspicacissimi D. *Whartonii*, quo rei *Coriphe* clariùs exhibeatur ad *Criterion*, Cap. 24. Adenograph. & si quis lucem nitidiorem de hac re perquirat, 6. Et à *Glandulis* arguatur usus ventriculorum. Et, 1. A Glandibus numerosis Plexus Choroide. D. Whart.

Auricomi Solis postulet ex radiis.

Cujus verba sunt hæc; *atque adeò extremitates Venarum sanguinem ab arteriarum anastomosibus in Glandulas illas (i. e.* Plexuum Choroidum) *effusum, Commodè exciperent & in Cavam reducerent.* Nihilominus ex tanti viri *veniâ*, & ex probabilibus suggeram, ob earum substantiam porosam & spongiosam, multitudinemque earum Authoris opinio.

quaqua-

quaquaversùs distributam, materiam etiam ventriculis superioribus Crassiorem aut minùs Coctam forsan à vi *Resolutivâ* secretam, ab his *Glandibus* acceptam esse, vel in illas venulas transmitti per *jugulares* ad sanguinis *peripheriam* aut motum in *Venam* C A V A M & dein ad *C O R.* Huic conjecturæ quoque Color earum nonnihil Conducit, dum præter aliarum *Glandium* legem, velut ex his raptis è *P N E V M A T O S I*, quâdam diaphaneitate resplendent hæ; tamen ex materiei crassitie mixturâque, nondum colore perquam Claro vel splendido. Quocirca Glandes his plexibus tam plurimas ventriculisque superioribus aut *Elaboratoriis* Cerebri tam vicinas inseruisse ex optimo jure Natura statuit; harumque glandium munus haud magis exiguum, sed provinciam σφοδρότέραν & impensiorem esse reor. Porrò & *Glans* pituitaria vel Σφηνοειδὴς non minus apprime Collocatur in humiliori sede à Naturâ propter ejus usum ad *P N E V M A T O S I N*, inter Processus *C L I N O I D E S* ossis *S P H Æ N O I D I S*, & à *L A V R E N T I O* Lib. 10. Cap. 10. ex usu Comparatur *Hippocratis* Manicæ, ad Cerebri pituitosa recrementa transcolanda sancitur; superne Cava fit, & ad *P N E V M A T O S I S* excreta Continenda Comptè figuratur. Insuper etiam *I N F V N D I B V L V M* accipit, quippe *Glans* hæc *P E L V I* vel *I N F V N D I B V L O* substernitur, adeò ut *Ventriculorum* pars infima huic Commodissimè Connectatur ad eorum humiditates superfluas, aut excretiones pituitarias excipiendas in substantiam hujus Glandulæ porosam, bibulam-

Unde disseminantur supra ventriculos superiores.

2. Glandulæ pituitariæ locus & usus.

Laurentius.

bibulamque spongiæ instar; & deinceps illæ per foramina *Cunealia*, ex aditu tam proclivi quam declivi paulatim in palatum deriventur. Glandula hæc (ab insigni D. *Whartono* Cap. 25.) nobiliore tamen usu prorsus insignitur & celebratur; nempe succos nutritios avidiùs imbibere, partesque vicinas ejus ramulis spongiosis humectare, humiditatesque forsan ad oculos, vel *Amygdalas* aurium & Glandulas maxillares transferre. Attamen ex *Cerebri* Ventriculis aut à *PNEVMATOSI* sint humiditates ad hoc opus derivatæ. Denique *Glandula pinealis* & κωνοειδὴς nihil minus ad proficuum & usum nostræ *PNEVMATOSIS* situatur; scilicet in extremitate *tertii Ventriculi*, *QVARTIQVE* ingressu vel portellâ. Nunc propter hujus situræ dignitatem & ἐξοχὴν non ad usum ignobilem vel honorem parvum uspiam designaretur. Ideoque Glans hæc ab *ARCHANGELO*, imò & à *Choryphæorum* nostræ Ἰατροτέχνης agmine fere toto, tanti penditur & sancitur instar *JANVÆ* ad optimum spirituum *REPOSITORIVM*, necnon ab illo literarnm Artiumque Promo, vel Asylo, nominisque Celeberrimi Dom. *Digbæo*, instar *Animulæ* ipsius *SEDIS* Regalis. Veruntamèn iis magis astipulemur, qui Glandulæ huic idem munus donari *valvulis* arteriarum autumârunt, imò *munus* excludendi & aperiendi in *Quartum* Cerebri *Ventriculum*, haud secus ac arteriarum *valvulas* in Cor optimè præstare ratiocinâremur; dum per Cerebri *Diastolen* hæc Glans occluditur, & per ejus *Systolen* relaxatur. Unde spiritus animales ex *Ventriculis* & elaboratoriis præceda-

D. Whart.

3. Glandulæ pinealis situs & usus.

Archangelus.

D. Ken. Digbæus.

Ejus officium haud secus ac Arteriarum valvularum in Cor.

præcedaneis emittuntur & accipiuntur, in hunc *Quartum* (quum *Glandula* reseratur); mox autem obturatur & Clauditur ne spiritus ex quarto Ventriculo redirent, vel eorum limina descissent; & ad eos asservandos in virtute vel activitate summâ. Necnon ex felicioris ingenii horto *Riolani* ipsius hanc *Glandulam* Ostioli vice inter tertium & quartum Ventriculum extructam & positam esse decerpamus, ac ejus verbis, *tanquam* VALVULA *inter posita est, ut Canalem ad quartum Ventriculum claudat & aperiat.* Nempè pro spiritibus paratis in Ventriculis prioribus, prolicitisque ex Pneumatosi, per *Canalem* tertium & profluentibus in *Quartum* velut in *Receptaculum, Confectorium,* & *Repositorium,* claudendis; haud alitèr quam quum *spiritus optimi* vitreis in vasculis *hermeticè* claudantur & obsignantur Cerâ. Insuper & hic quartus ventriculus est omnium minimus, vocatur etiam *CISTERNA* Lib. 9. de Us. Part. Cap. 4. ubi spiritus hi diutissimè sistantur & ut sanguis in Ventriculo Cordis nonnullus (fermenti vice) remaneat. Attamen nonnihil mecum hæsitetur hæc *apertio* Glandulæ pinealis, *Osteoli* instar; ob ejus substantiam spongiosam porosamque, per quam spiritus hi penetrantes & prorepentes placidiùs excolari atque permeari possint, ne impuritates ullæ ex Cerebri Ventriculis in hunc *quartum* deferantur; nec ob spirituum *descensum* aut declivem Cursum tam promptè redire vel sursum reclinare queant. Nunc hujus Glandulæ munus (& inserviens *Pneumatosi*) omnibus satis obvium fiat, & ab iis tantum inficiatur, qui spiritus hos animales in Cerebri *Ventriculis* Confectos & elaboratos vehementèr respuunt,

Riolanus.



Sim.

Galen.

Object. Hujus glandis apertio dubitetur & quare?

necnon obveniunt; & ob eandem Causam huic *PINEALIS* functioni acritèr impugnant.

Sin autèm à naturæ nutu *Glandula* hæç de jure *valvulæ*, vice constitueretur *quare non* (utpote valvulis ipsis) *membraneam extruxit*? quærit eximius nostras D. *Whartonius*. *Object.* D. *Whart.*

Ast in promptu sint responsa, dum nodum quasi digito madido dissolvemus. *Resp.*

Quippe, 1. Membranâ tenui succingitur hæc *Glandula*, tamèn aliis membranis robustioribus non opus est ob foraminum aptitudinem & ad hujus *Glandulæ* functionem ancillantem; meatuique tertii ventriculi *Posteriori* admodum adaptatur absque aliis membranis. 1. *Non opus est membranis validis ob ejus foramina.*

2. Porrò motus sanguinis in *Arteriis* est longè rapidior, striatim, ἀθρόως & more torrentis (imò & in Venis) quibus *valvulæ* cum membranis longè plus strenuis & densioribus statuuntur, ne rumperentur ex illo motu tam impetuoso; spiritus autem nostri placidiores mitioresque absque tali perturbatione prolabuntur & prorepent; unde propter horum naturam diversam, liquorisque motum ordinatè tranquilliorem, (de jure optimo & æquabili) huic Glandulæ membranam (non tàm strenuam necessariam fuisse) concedamus. 2. Nec ob Anim. Spirit. motum placidiorem quam sanguinis.

3. Tertio, Membrana densior & validior partes tantò corpulentiores ambire debeat. 3. Nec ob ejus substantiam spongiosam.

Et, 4. Postremò uti præcipuus hujus *Gland.* usus membranam talem non postularet, nempè sistere motum rapidum & instar *fluminis* confluentis impetum remorari; sic ex strenuâ densaque membranâ *Pinealis* hujus usus nobilissimus summeque proprius (propter materiei percolationem) 4. *Nec ob ejus usum.*

egregiè

egregiè præpediretur; age tunc & processus ulteriores agamus.

Glandula pinealis à sanâ *Pneumatosi* fit plenior & auctior.

5. Præterea ex tramite verisimilitudinis ampliore argueremus usum *Pinealis* forsàn ab ejus colore pallido, præsertim autem ab *experimentis Anatomicis*, Qui Glandulam hanc vivis recensvè mactatis majorem & pleniorem esse, ast in demortuis atque diutius asservatis inanem & flaccidiorem esse quasi consensu communi perhibuêrunt. Et quâ de causâ? παρὰ τί? nisi ex ejus aliturâ imminutâ, spirituumque defectu & Pneumatosi abolitâ? quippè succis his nutritiis è *Pneumatosi* sanâ, & spiritibus eam permeantibus verisimiliter hæc glandula fovetur & sustentatur, (*Malus enim coquus esset qui digitos suos haud uspiam lingeret.*) Et hoc pabulum *huic Pineali* (quasi propter eorum *trajectionem* & transitum) vectualis instar & vectigalis solvendum videatur; aut fortasse per *NERVULOS* ejusmodi duos (& à spinæ medullæ principio obortos) *huic* succus nutritius accommodetur. Quinetiam in Demortuis & Interfectis, succorum spiritus volatiles effugiunt & evanescunt, Coctiones sufflaminantur, succi flaccescunt inopesque redduntur, & dein inanitur ac absumitur hæc *Glandula Pinealis*; dum durante *PNEUMATOSI* sanâ, succorum Copiis repletur, magnoperè tumefacit, & opiparè prælucet. Insupèr etiam à Doctissimo *Cartesio*, deinceps à Clar. *Regio* necnon ab aliis *Cartesii* Sectatoribus Eruditis Glandulam hanc ex vigiliis, *Spirituum Animal.* motibus & affluentiis valdè distentam esse Concludamus. Hucusque de *Glandularum* situ[illegible] & functionibus ad nostram *PNEUMATOSIN* ancillantium satis dixi. Ex quibus consideratis con-

Unde nutriatur hæc Glandula.

Cartesius. Regius.

siderandis;

considerandis; Cerebri Ventriculis *Animalium Spirituum Elaborationes* hæ facillimè (Argumentorum telis forsàn & festinissimè) decertentur. Nunc Aliorum clarissimi Nominis scrupulorum Duellis, *Coryphæis*, & eorum tramitibus obviam venire hâc disquisitionis *Palæstrâ* nos liberiùs & accuratiùs accingamus.

CAP.



CAP. V.

1. Errorum *Paracelsi*, Van Helmonti, *Argenterij*, Zabarellæ, *Scheghij*, &c. *REFUTATIO* philosophica. 2. *Pneumatosis* etiam, Coctionis specificæ ad spiritus & succos Animales procreandos *vindicatio*. 3. Spirituum motus virtualis & Animalis. 4. Omniumque Consensus. 5. De toto essentiali & Integrali. 6. De *Pneumatosi* ex aliis plurimis Ratiociniis.

SECT. I.

Pneumatosis *aut Animalium Spirituum est* Nova Coctio *& realitèr distincta, Contrà Van* Helmontum *& alios*.

HACTENUS hujus *CONCOCTIONIS* naturam, *Speciem*, materiam, *Finem* formam, *Instrumentum*, Diathesin, & *Metathesin* enucleavimus

cleavimus ex *principiis*, elaborationibus, *ventriculis*, vasis omnibus *Muneribus* motibusque & nihil *Pneumatosis* esse mutilum à naturâ vel in Naturæ Censu & Δικαιοϊνείῳ Constabit; Et Definitione nostrâ (Quæ Λόγ☉ τὸ τί ἐστὶ εἶναι σημαίνων,) priùs hujus τὸ τὶ & posterius τὸ Πῶς exploravimus. Jam verò quoniam ex *ratiocinio* non ex *somnio* vel *imaginatione*, veritatem metiri putamus apud *Arist.* 3. *Phys. cap.* 8. *text.* 75. τὸ τῇ νοήσει πιστεύειν ἄτοπον, Et quoniam interest Sapientis verè philosophando humanis placitis veritatem anteponere Δεῖ ἐπὶ σωτηρίᾳ γε τῆς ἀληθείας, καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν; quid super est? nisi sartum hoc tectum tueri? fœtumque nostrum ab ungulis acribus & scalpturis V. *Helmonti Paracelsi* necnon *Argenterii* omniumque Cæterorum liberare? imò ab eorum scrupulorum *acie*, vi & nervis vindicare? Qui *Zabarellâ*, Scheghio & *aliis*, spiritus nostros in Cerebri ventriculis non animales esse tantum *vitales*; & Coctionem nostram non realiter specie nec numero, duntaxat accidentibus differre statuêrunt. Ideoque *Verum* à Collatione *falsi* clarius effulgescat ex Concessu Zabar. lib. 4. de meth. Cap. 1. adeo ut sit *Aristoteli* solenne, positis veterum (erroneis) Sententiis atque dijudicatis, tanquam igniculos è Collisis lapidibus sic elicere veritatem Scal. lib. 1. de pla. p. 24. Pleniùs etiam opposita suis contrariis elucescunt, velut ab acerbis Vinum potum dulcius apprehenditur ex Arist. 2. Rhet. cap. 13. Contrariaque probe Cognoscere συμβάλλεται πρὸς πίστιν. Arist. lib. 7. Ethic. Cap. 14. palæstram his *Athletis*, Antagonistis, & *Agonistis* descendere tentemus; Minoreque metu dum veritas ipsa *Pneumatosis* est sola meta; lumenque naturæ, philosophiæ quoque ratiocinia sunt ejus *SUADA*. Quippe per hos radios

Authoris conamen hanc Doctrinam vindicare pugilicè.

Aristot.

☞

Sceghius

Zabarella. *Arist.*

Scaliger.

Sim.

Et ex veritatis gratiâ Palæstram hanc inire.

radios equidem naturæ philosophiæque veritate cognitâ, poterit per se quisque parvo Negotio aliorum errores deprehendere Zabar. 2. meth. C. 25. necnon in limine lepide Cantemus

At si deficiant vires, audacia forsan
Laus erit his luctis; & voluisse sat est.

Obj. Ex Helmonto, & Paracelso, &c.

Spiritus animales impugnantur à V. *Helmonto*, Paracelso Theophrast. de *memb. vit.* & aliis. Qui adversus Spirituum generationem in Cerebri ventriculis acriter inficias eunt; nec *aliam coctionem* aut realem, nec *Commutationem* materialem; tantùm levem alterationem ex ulteriore Coctionis Spirituum vitalium gradu *per magis & minus* agnoscunt; *Etenim* (inquit Zabarell. lib. de facult. Anim. cap. 3.) *differentia per MAGIS & MINUS non variat speciem, multò minus igitur potest variare genus; & quemadmodum Actus currendi non differt genere ab actu bene Currendi; ita neque potentia Currendi differt à potentiâ bene Currendi.* Sed *Pneûmatosis* Analysi præcedaneâ longe plus ultra graduum *Climactericum* motum velut â minùs *Calido* ad magis calidum aut ab imperfectiori ad actum perfectiorem currendi; nempè substantiæ & materiei commutationem specificam â Naturâ huic Coctioni novæ designatam ex *principiis*, materie, *forma*, fine, *organis*, Elaboratoriis & propriis omnibus ἐργασίαις emedullavimus; ex Quibus Canones hi. 12. sequentes eorumque Categoriis ob respondendi gratiam explicatiorem absolvamus.

Zabarell.

Resp. *Pneumatosis* non est ulterior gradatio Coctionis vitalium spirit. aut Hæmatosis.

Vindicatur ab hâc objectione. Canonibus sequentibus.

I. 1. *Can. Quod possit separari realiter differt* sed *Pneumatosis* ab *Hæmatosi* & aliis separetur. Major probatur, quippe sicubi unum non est, de *essentiâ alterius* realiter separetur.

2. *Can.*

2. *Can.* Si *Nihil agat ultra virtutem à Causis suis & principiis acceptam*; tunc Spiritus vitalis aut ejus Coctio non agat in Cerebri ventriculis; major valeat ex *Scoto* tom. 4. sent. dist. 12. Q. 3 nihil enim est in quâpiam re, quod non fuerit actu suis in principiis & ex Zabarell. de Reg. aer Cap. 5. nihil ultra suas proprias vires agit; Consequentia valet quia Spiritus vitalis ultra sua principia tunc agit, adeo deducitur argumentum *Herculeum* adversus *Helmontum* & *Paracelsum* eorumque vel asseclas, vel assectatores; Etenim id est in Spiritibus *Animalibus*, (qui in Cerebri Ventriculis Conficiuntur) quod nunquam fuit in Spiritibus vitalibus Qui Cordis ventriculis elaborantur; At nihil est in quâpiam re, quod non in ejus principiis ante fuerit. Porrò principia sunt actus eorum, quorum sunt principia; ast spiritibus animalibus (qui Cerebri *ventriculis* exantlantur) insit facultas sentiendi & movendi quæ spiritualibus vitalibus in Corde Comparatis non inest. 2. *Scotus.* *Zabarella.*

3. *Can.* *Quicquid effectui à Causâ Confertur, præexistit in Causâ, vel insigniori modo vel saltem æquabili*, & adeo *Pneumatosis* Motus huic Coctioni Confertur ab aliis non à vitalibus Spiritibus, nec in illis præexistit, insigniori modo nec æquabili. 3.

4 *Can.* *Qui dat Consequentiam dat etiam formam PNEV MATOSI*; Sed Spiritus *animalis* dat consequentiam, & non *vitalis* huic Coctioni. Ratio Consequentiæ valet, quoniam consequentia datur à formâ & ex Picolhom. gr. 2. Phys. mor. Cap. 26. & Cap. 31. dans formam dicitur dare ea quæ formam consequuntur, ita *Scalig.* exerc. 297. §. 3. 4. Picolhomineus. *Scaliger.*

5. *Can. Forma non recipitur nisi in suâ materiâ, nec extenditur ultra materiei suæ extensionem*, materia autem *Pneumatosis* non sequitur formam vitalium spirituum sed animalium. Et nihil generari nisi ex idoneâ Convenientique materiâ strenuè probandum est â *Zabarell.* lib. 2. de *Propos. necess.* & *Scal.* Exerc. 140. S. 1. immò pro *formæ* ratione Materies instituitur â naturâ, Definitique forma definitam propriam exposcit materiam â Picolh. gr. 1. phys. mor. cap. 31. & grad. 2. c. 5. & grad. 4. c. 8, quapropter animalium spirit. forma recipitur in eorum materia propriâ; & vitalium *formâ* in vitali *Hæmatosis* materiâ.

Zabarella.

6. 6. *Can. Præterea propter formam restringitur materies præviis & præparantibus qualitatibus ut hanc & non aliam formam respiciat & recipiat*; Sed materia nostræ *Pneumatosis* restringitur ad qualitates *Spiritib. animalibus* (haud vitalibus) prævias & præparatorias (Scilicet in *Plexu Choroide* Cerebrique *ventriculis*,) adeò ut hanc Animalium spirituum & non aliam *formam* recipiat.

7. 7. *Can. Forma rei quasi QUIDDITAS est rei*, sed forma Animalis (non vitalis) est quidditas *Pneumatosis*; quippe nomen *quidditatis* significat id totum, quod pertinet ad integritatem substantiæ & τῆς φυσέως totius mixti vel Compositi de *Pneumatosi*. Et est τὸ εἶδος λόγος τῆς οὐσίας ἑκάστου *Arist.* 2. de *Gen.* c. 9. text. 51. τὸ εἶδος ἀρχὴ καθ' ἣν καὶ χαρακτηρίζονται, καὶ λέγονται τὰ πράγματα; vel ex Censu *Goclenij* Philosophico lib. 1. probl. log. 9 32. significat id quod (in *Pneumatosi*) fit *Actuativum*, Distinctivum, *Definitivum*, Denominativum, *Intelligibile*, Determinativum & *Perfectivum*; sed spiritus vitalis non hæc significat *Pneumatosi*.

Arist.

Goclenius

8. *Can.*

8. *Can. Natura dat organa & media Conditioni Formæ respondentia*, sed *Pneumatosi* Conferuntur organa & media formæ animali (non vitali) congruentia; & ex *Picol.* gr. 3. phys. mor. c. 18. quod vult *media*, vult ea quæ conducunt ad eorum finem proprium.

9. *Can. Actiones animales sunt Suppositorum*, sed vitales spiritus non sunt supposita functionum *Animalium*. Actiones enim sunt propriorum & singulorum per se existentium *Colleg. Conimbr.* lib. 1. Phys. c. 1. Q. 5. Art. 2. vel ex *Picolhomin.* gr. 9. ph. mor. Cap. 27. sunt *individuorum*, & tanquam *principiorum* adæquatorum; sed animalibus actionibus *vitales spiritus* non sunt principia tanquam adæquata. Præterea *Suppositum* est quod principaliter, & ut *quod operari dicitur* ex Colleg. *Conimbr.* l. 2. phys. c. 7. Q. 14. art. 1. uti *voluntas* supponatur exequenti, & *Ratio* decernenti, itidemque *spiritus animalis* sentienti, moventi & actionibus planè animalibus (non vitalis) erit verum suppositum. 3. Insuper & Actio est *suppositi* ultimatè denominati ab actione & non tantum emanative; quia præter suppositum non est aliquid perfectius quod *actionis* denominationem recipiat. Unde Actiones perfectè animales vocantur effectivè propter animales spiritus, & à *vitalibus* vitales actiones rite supponuntur. Conimbr. Picolhominensis.

10. *Can. Quæ distinguuntur terminis ad quos fiunt, differunt specie:* Sed *Pneumatosis* distinguitur ab *Hæmatosi*, & *animales* spiritus à *vitali*, terminis *ad quos* tendunt. Major propositio sancitur in *Scholis* Philosoph. ex Arist. 5. lib. Phys. Cap. 4. t. 31. Præterea *Picolhomineus* Specificatur *Actio* etiam à termino à *quo*; ut à *frigore* denominatur *refrigeratio*, ab albedine dealbatio, Sic *animalis* 10. Picolhominensis.

actio ab animali spiritu non à vitali; & *à quo res* accipit *Nomen* & definitionem, ab eodem *speciem* sumit.

11. 11. *Can. Terminos inter se essentialiter Copulatos congeneos & ὁμογενεῖς esse oportet*; ast *Hæmatosis*, spiritusvè vitalis *termini*, & hi spirituum *Animalium* non sunt ejusdem naturæ vel ὁμογενεῖς; & unumquodque ex proprio termino *fineque* congenio existimandum.

12. 12. *Can. Finis ex necessario & proximè boni sui rationem continet*; ita vitalitatis *Finis* à suo Charagmate necessario boni sui volibilisque rationem habet non autem animalis Oeconomiæ; saltem non proximè vel necessario ubi τὸ καθ' αὑτὸ opponitur τῷ δι' ἄλλων. Finis ideo movet Artificem; & ipsam etiam Naturam, quam nonnullo jure rerum omnium *opificem* appellemus, qui rationem boni adæquati Comprehendit, τὸ οὗ ἕνεκα βέλτιστον καὶ

Arist. τέλος τῶν ἄλλων inquit Arist. 2. Phys. t. 31. διὸ καὶ ὁ ποιητὴς γελοίως προήχθη εἰπεῖν; βούλεται γὰρ οὐ πᾶν εἶναι τὸ ἔσχατον τέλος ἀλλὰ τὸ βέλτιστον: Et sic ex

Scaliger. *Scalig.* Exerc. 300. S. 4. τέλος ἀγαθὸν, ἢ φαινόμενον ἀγαθόν. Porrò & intentio *Finis* efficientis *intentionem* antecedit, Sed *Pneumatosis* aut animalium spirituum generatio *ventriculis* Capitis (ad *Familiam* totius Corporis animalem) est intentio *Finis*; & hoc Fine movetur efficiens ad *Pneumatosis* apotelesma vel hoc opus absolvendum. Sic & omnium Causalitatum primordia sibi vendicat, è

Conimbr. Colleg, *Conim.* c. 7. 2. Phys. Q. 9. art. 3.

Ex his phylosophiæ *Canonibus* enerventur adversariorum *objectiones* de hâc re; Qui *Pneumatosin* nostram, nihil aliud nisi *Climacis* instar *Hæmatosis*, aut vitalitatis exagitationem ulteriorem in Cerebri ventriculis censuerunt. Attamen iis alia

responsa

responsa demus, Qui Contra *Pneumatosis* realitatem, aut Commutationem substantialem inficies & acriter agunt; dum duntaxat alterationem gradualem, vel accidentalem huic annuunt.

2. Quapropter *Ex Scholis* bifariam *de Mutabili* philosophemur. 1. Uno modo propter insitam Potentiam. 2. Sed altero modo per *potentiam* alienam, forensem & altero hospitantem. Nunc mutatio materiei per *Arterias Carotides* â Corde provectæ non fit ex ejusdem *materiei* vel vitalis Spiritus *insitâ potentiâ* sed â *VI* Cerebri ventriculis & partibus annexis existente; ideoque differentia non fit accidentalis solùm aut per *magis* & *minus*, sed è Cerebro substantialis & specifica.

2. Alteratio fit bifariam 1. Per potentiam insitam. 2. Forensem.

2. Quinetiam Potentia ad *mutationem* tractatur à Philosophis vel *quoad esse locale*, vel *secundum esse substantiale*; sed hâc Coctione vis *alterandi* vel *potentia* non localitèr tantum emanatur & emancipatur aut *quoad esse locale*, sed *quoad esse substantiale* ex *Cerebri* ventriculorum, partiumque adjacentium *substantiâ* alterante, coquente, fermentescente & omnimode *Pneumatosin* elaborante, unde fit hujusmodi mutatio substantialis & non merè accidentalis aut gradiendi per *magis & minus.* Nihilominus adjuvantem elaborandi Causam ex particularum insitis fermentis & â foculo Cordis nondum inficiemur; & quia modus explicandi, ab intelligendi modo nobis inservit, quantum ad *aliquid manere*, & quantum ad *aliquid transire* prius extricavimus. Quasdam etiam qualitates recipere magis & minus, ast quasdam non, quam facilè demonstrare queamus. Enimvero spirituum vitalium *substantia* (vel secundum seipsam) recipere *magis & minus* vacillamus (ut illi putaverint)

2. Et vis alterandi fit localitèr aut Substantiâlitèr heic haud localitèr.

Magis & *minus* in substantiâ vitalis *Spiritus nonsit* fi...

nisi substantia sit *diversi* ordinis, sed hæc est ejusdem ordinis quoniam est *ens* per se, adeo ut omnis F O R M A Quæ substantialiter participetur *in hoc Subjecto* careat intentione & remissione; unde nihil planè dicatur secundum *magis* & *minus*. Exempli gratiâ, utpote Spiritus vitalis in Cerebri ventriculis non esset magis & minus *vitalis* quam in Cordis Ventriculis, quoad substantiam. Jam verò ex eorum erroribus, *mæandris*, & retibus labyrintheis nosmetipsos extricare *Ariadnis* hoc filo quam facile possumus? quippe Spiritus *vitalis* quoad etiam substantiam non est Capax impetrandi *magis & minus*, ne (ἀληθεύειν) est ulla forma substantialis; sed quum aliquid suscipiat novam formam (uti *Pneumatosi* accedat) non dicitur *ALTERARI* sed potius *FIERI*, & ideo hæc nostra non appelletur *ALTERATIO* (V. Helmonto & aliis) Sed *nova COCTIO* Cerebri ventriculis exantlata & Confecta.

Quare Pneumatosis appellatur *nova Coctio* & non tantum *Alteratio*.

Attamen alias aut perfectiores qualitates, aut formas *accidentales* in concreto, forsan â substantiâ *vitalis spiritûs* remotas, magisque distantes ex ejus *particulis* (sed præcipuè minus activis) *magis & minus* (secundum subjecti participationem in quo sunt) accipere nihil dubito. Quia divisibiles sunt respectu subjecti, & hoc censu principia actionum nimirùm qualitates (ex *Picolhom.* gr. 8. ph mor. c. 16.) & aliæ Circumstantiæ vel accidentalia magis & minus suscipiant. ex Arist. lib. Catec. c. 9. ut fluvius in mari alteretur *qualitate* non Specie quippe non quatenus Aqua desinat. Ast V. *Helmontius* ejusque Secta, nec de *Circumstantiis*, nec de *Qualitatibus* tam remotis disputant; sed quoad speciem, & essentiam Spiritus vitalis, qui non magis & minus accipiat Cerebri ventriculis; quia sit indivisibilis

Qualitates tantum mutentur in meliores, aut pejores

Picolhomineus.

Aristot.

bilis & non succeſſione, undè *ſimul & ſemel* vel adſit vel abſit. Tunc ad quam *rem natam* hæc Coctio fit Ventriculis Cerebri Quis enodabit? niſi ad novam nobilioremque generationem Spirituum aliorum; (nempè *Animalium*,) & ſpecifice diſtinctam ex animalis formæ novæ participatione. Quippè FACERE & FIERI, *mutare* & *mutari* nondum Congruunt. Et hoc axioma Peripateticum ex *Ariſt.* lib. 1. Phyſ. Cap. 9. t. 8·1. depromſimus *viz.* quòd *materìa propter imperfectionem ſuam formam appetit*; ſed Spiritus vitalis in Cerebri ventriculis non eſt materia ſola propter imperfectionem *formam* quærens aut deſiderans & adeò non eſt materia *Pneumatoſis* ulterius & magis elaboranda, aut tantùm alteranda. *Ariſt.*

SECT. II.

Hypotheſes aliæ, & Argenterii Errores de hac re.

HUic diſquiſitioni *logomachiæque* Cum. V. *Helmonto*, *Paracelſo*, &c. metam imponere; necnon *Argenterii*, *Zabarellæ* & aliorum Scrupulis obviam venire vel ſaltem incipere, ſequentes etiam *Concluſiones* & hypotheſes has ex gratiâ *Pneumatoſis* eliminemus. Inductio concluſionum pluri. um ex Pneumatoſis gratiâ.

1. Concluſ. *Nihil ultra ſuam ſpeciem intendit aut extendit à naturâ.* Ariſt. 7. Metaphyſ. tex. ult. ideoque Spiritus vitalis non intendit nec extendit ad ventriculos Cerebri vel ad aliam & animalem ſpeciem, & ultra propriam. Propriumque (ex *Porphyrio*) magis attribuatur *ſpeciei* quam alteri, quia I. *Ariſt.* *Porphyrius.*

quia proprium influit ab Essentiâ rei, *i. e.* *specie*.

2. *Scalig.* 2. *Conclus. Formæ duæ vel plurimæ nuspiam misceantur.* Scal. lib. 1. de re Poet. cap. 3. & ob hanc causam forma *spiritus vitalis* non accipiatur in ventriculis cerebri, nec misceatur *Animalium* Spir. formâ; Namque Si miscerentur, fieret ut essentiæ intenderentur ac remitterentur, ast essentia est *impartibilis*; præterea ex duobus entibus per se, non potest unum ens per se fieri *Scal.* Exerc. 268.

3. *Arist.* 3. *Conclus. Quæ sunt unum & idem, habent eadem attributa, &* proprietates. Arist. 3. Nat. cap. 3. t. 31. ὐ γὰρ τὰ αὐτὰ πάντα ὑπάρχει τοῖς ὁπωσοῦν ταὐτοῖς, ἀλλὰ μόνον οἷς εἶναι τὸ αὐτό. Et quæ non habent easdem proprietates non sunt unum & idem sed Spiritus vitales & animales non habent easdem proprietates & attributa.

4. 4. *Conclus. Qui tollunt propria tollunt naturas.* (Quia *proprium* ut sic est *incommunicabile*;) Sed illi, *Qui Spir. Animalium* loco statuunt vitales tollunt Animalium propria; & hoc ἀληθεύειν appareat, propter essentialem habitudinem *Proprii* ad naturam suam; & quia quod est de Rei *intraneitate* nequit communicari alteri realitèr diverso; sed *proprium* est tale.

5. 5. *Conclus.* Nihil *de jure denominetur ab extrinseco vel aliquo forensi*; sed vitalis spiritus est aliquid Extrinsecum *Pneumatosi*, & â Corde promotum, non Cerebri ventriculis Confectum, aut commorans.

6. 6. *Conclus. Forma non hospitatur in aliena materiâ Sed in propriâ*, nunc materia *Pneumatosis* non est propria materia *Formæ* vitalis ἐπιχωριάζειν. è Coll.

Conimbr. *Conimbr.* l. 1. Phys. C. 9. q. 11. art. 2. Materia ac Forma

ma non possunt in unum Coalescere, nisi illa ad hanc recipiendam idoneis accidentibus & elaborationibus ab *Agente* præparetur ; *Quæ* vagam materiei potentiam & vim habilem reddunt ad Certam formam recipiendam. Sed *Pneumatosis* materies in Ventriculis Cerebri per elaborationes debitas non redditur habilis & Comparata *Formæ vitali* sed animali. His præmissis opiniones & errores *Argenterii* & *Zabarellæ* de hâc re revellantur plane. *Argenterius* enim Lib. de *Somn. & Vigil.* & *Comment.* in Art. Med. unicum esse spiritum, eumque *vitalem* & non *animalem* admittendum asseruit; sed satis impugnatur & refutatur à Laurent: Lib. 10. q. 7. Quum verò tam mordicùs esse videtur in Præceptoris sui *Galeni* nomen invadendo & fastidiose vulnerando, perfodiendoque (meo judicio) Sarcasmus ille *Platonis* in *Discipulum* suum *Aristot.* ei de jure summê merito conveniat. Ὁ Πλάτων τὸν Ἀριστοτέλη ἐκάλει ΠΩ͂ΛΟΝ τὶ δὲ ἐβούλετο αὐτοῦ τὸ ὄνομα ἐκεῖνο; δηλονότι ὡμολόγηται τὸν πῶλον ὅταν κορεσθῇ τοῦ μητρῴου γάλακτος, λακτίζειν τὴν μητέρα. Qui nominare solebat Aristotelem *PULLUM* ob ejus ἀχαριστίαν ingratitudinem quoniam Pullus saturatus est â materno lacte, sed calcibus petit suam matrem eamque Compensat ingratitudine monstrosa; *Galenum* enim (Cujus mammas Ἰάτρικας uberrimas immulsisset in *ventriculos* Cerebri) calcibus haud minùs ingratis, Calami nigerrimi felleique crenâ Λογοδαίδαλος hic *Argenterius* rependebat. Tramitem tamen *Argenterianum* ex obstaculis ejus significantioribus audactèr premamus; aliosque *Laurentium*, Crokiique Μικροκοσ μογραφίαν forsan optimè Consulamus.

Argenterius refellitur de hâc re.

Obj. *Cur* (inquit ille) *procreantur animales spiritus*

Object. Argenterii.

ritus â Cerebri Plexuum Arteriis; quum Arteriæ Cerebri partiumque reliquarum corporis formâ vel S P E C I E *nihil differunt, ast ab arteriis Cæteris non generantur, ergo nec ab Arteriis Cerebri.* Cui responsa sunt in Promptu, quippe.

Resp. 1. Vbi plexus est arteriarum ibi præparatur. Materies ad Coctionem.

1. Arteriarum *P L E X U S* (uti Cerebro) Cæteris partibus investigabitur rarissimè,) immò nunquam, nisi quum versus *coctionem* Corporis unam aut alteram. Et inibi *Materiei* præparatio reipsa celebretur utpote *Mesaraicis* & *vasis* seminariis, &c.

2. In *Plexibus* præparatur sed in Ventriculis elaboratur ad Spiritus *Animales.*

2. Non in *Plexibus* sed in *Sinubus* Cerebri, Spiritus Animales generandos esse Comprobavimus. Et ex *Galeno* materies *Pneumatosis* remota (*viz.* per *Arterias Carotides*, sanguis aut succus in Compage vel mixto) & propinquior (*viz.* principia & spirituosa, & magis activa) propinquissimaque (nimirum aër ambiens & odores) ventriculis Cerebri non arteriis excoquitur & iisdem quibus occurrunt omnia, ἐν τῇ τελειώσει exantlatur. Nihilominus in *Arteriis* his plexuum, materiei proventus â Corde forsàn attenuetur & præstoletur ad præviam huic Coctioni Conditionem, & præliminariam.

3. Non *AB Arteriis* tamen *IN Arteriis.*

3. Necnon illius arguendi Δολοφεσλύση Constabit ex *Dicti fallaciâ*, quamvis enim non ab *Arteriis* Cerebri, (magis quam *A B arteriis* aliarum partium) hi spiritus Comparentur tamen in *I N Arteriis* ejus plexuum transacti sint.

4. Sed ab *Influentiis* & *Fermentis* Cerebri & â duplicatori.

4. Denique nec *I N* nec *A B* Arteriis potius ab *influentiis* animalibusque radiis & fermentis è Cerebro & ab *insitâ vi*, vel *potentiâ*, Caloris duplicis tam innati quam *forensis* adminiculo, spiritus animales exagitantur ἐν τῷ τελείῳ & ad animalis *Oeconomiæ* formam comparantur; tamen ἐπιδεικτικῶς

expen-

expendamus, quod idem *Actus* non potest æqualiter & eodem ordine pertinere ad *diversas* Potentias, nimirùm ad *Animalem* & *vitalem*, â *Capite* et â *Corde* simul; forsan autèm juxta diversas rationes, & ordine diverso. Quocirca *Pneumatosis* agenda sit per *Potentiam* specificam ejusque Principium agendi. De quâ *potentiâ* bifariam è *Scholis* philosophemur, *viz.* 1. Utpote *Potentia* sit *ad esse* &. 2. Ad *agere*.

Non â duplici Potentiâ viz. Vitali & animali tamen è duplici Potentia Conditione.

1. *POTENTIA ad esse* se tenet ex *parte MATERIÆ* elaborandæ.

2. *POTENTIA ad agere* se tenet ex *parte FORMÆ* nempe specificantis ex ventriculis & *Cerebro*; & hoc est ejus principium agendi et elaborandi ob *Pneumatosin*. Exinde quod ab *Arist.* de motû suggeritur, de hâc actione formali nihil minus explicetur. Κίνησις ὅτι ἡ τοῦ δυνάμει ὄντος, ᾗ τοιοῦτον ἐστὶ, ἐντελεχεία quatenus â Potentiâ *ad agere*, undè & luculentius ejus verba gemmifera deprehendimus lib. 2. de Anim. c. 3. Τριχῶς γὰρ λεγομένης τῆς οὐσίας, καθάπερ εἴπομεν; ὧν τὸ μὲν εἶδος τὸ δὲ, ὕλη τὸ δὲ ἐξαμφοῖν; τούτων δ᾽ ἡ μὲν ὕλη, δύναμις; τὸ δὲ, εἶδος ἐντελέχεια, ἐπεὶ δὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἔμψυχον, et animatum fit ex utrisque.

1. Per Potentiam ad esse ex materia. 2. Per Potentiam ad agere ex parte Formæ.

Arist.

2. Prætereà, Potentia & ejus Actus non differre, debeant *Prædicamentis*. Quippe potentia quasi *via tendens AD finem*, et Actio tendens *IN finem* non dicantur differre *A FINE*. (Teste *Averroe* in 5. Metaph. Can. 9 & Picol. gr. 1. phys. mor. cap. 16.) namque via & terminus sunt ejusdem facultatis ejusdemque generis (Arist. lib. 5. Phys.) & eodem respectu nihil ad duas *Categorias* pertineat. Habitus actusque δυνάμει continentur in suis principiis inquit *Goclenius* (Ethic. 102.) nunc si Potentia et actus ad idem prædicamentum

2. Potentia & actus sint iisdem prædicamentis.

Averroes. Piccolhomineus. Arist.

Goclenius.

mentum pertinent, tunc ut *intelligere* est actus et *intellectus* potentia, ita *sentire* est *actus* (pariter movere, animali nutritione *alere*, et elaborare) sed animalis spiritus (haud vitalis) est *potentia*. tamen ne hallucinaremur ex ambiguitate vocabuli, *Potentia* quædam est, quæ præcedit actum, et ab eo distinguitur tempore tantum, verò sunt unum & Commune. Hoc censu *Communio* fit *analogica* inter Pneumatosis *materiem aut misturam primam* & *secundam* (spiritus animales) vix secus ac in ovo & pullo futuro. Veruntamen alia Potentia vocatur etiam *vis* Δύναμις & *Facultas*; adeo ut *Animæ* hæc potentia quæ dicitur *Intellectus* sit actionis aut functionis *Intelligendi* principium, ita Animæ facultas animalis aut hæc potentia (& non *vitalis*) erit animalium *Functionum* & *elaborationum* principium, alioquin ad nullum finem Certum hæc progressio terminaretur. Quapropter adversus *Argenterium*, non vitalem spiritum sed animalem in Cerebri ventriculis generari Concludamus. Et in ordine ad rem vel limine *Pneumatosis* Plexibus & *Arteriis* non nihil præparatur tanquàm in *venis mesaraicis* CHYMOSIS aut secundæ *Concoctionis* præparatio fit) â potentiâ naturali (*ad esse*) quoad materiam & à potentiâ *NATURALI* (*ad agere*) quoad formam dein elaboratur ad perfectum *Chymum* in *Hepate*, & demum distribuitur per *Venam Cavam*; itidem in *Arteriis* & *Venis* præparatur *Hæmatosis* tamen ex *Potentiâ VITALI* tam *ad esse* quam *ad agere*, perficitur & elaboratur *ventriculis* cordis; & quare non opus erat Plexibus *Arteriolarum* in *Corde* quam in *Cerebro*, *Laurentii* lib. 10. Q. 10. rationes *Lectori* sufficiant partim ab egregio *Calore* Cordis & fermento,

Potentia præcedens.

Potentia succedens.

Materies cujusque coctionis præparatur & dein elaboretur.

Laurentius.

mento, partimque (præ aliis) ex immensis vitalium spirituum dispendiis indiesque reparandis. Interea dum modus actionis dispositionem *Agentis* sequitur, non spiritus vitales sed *animales* in Cerebri ventriculis elaborandos & procreandos esse *Coryphæis* veterum & Neotericorum concredamus.

SECT. III.

Animæ facultates *jugiter Organis Mediisque propriis*; *Contra* ARGENT.

ULterius quidem hoc *Argenterii* tramite prosequi vel ἐπιδιώκειν καὶ πιαίειν Objectioni nunc alteri obviam veniamus. *Object. Argenterii*

Si spiritus animales (inquit ille) *procrearentur in Cerebri ventriculis tunc cessatione vel perpetuò fierent sensationes & cogitationes, etenim facultates animæ sunt semper præstò.* *Resp.* 1. Non operatur *Anima* absque *mediis* organicis idoneis.

Consequentis autem fallacia planè Constabit ex vocis *Sensationis* Hononymiâ, quippe quandoque significat *Facultas* sentiendi, quandoque Functio vel operatio, Quo Censu nobiscum Sit significatio; & tunc replicemus.

1. Anima non operatur immediatè vel absque propriis mediis organisque. Arist. l. 2. de Anim. c. 1. Εἰ δὲ τὶ κοινὸν ἐπὶ πάσης ψυχῆς δεῖ λέγειν, εἴη ἂν ἡ πρώτη ἐντελέχεια σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ. Τοιοῦτον δὲ, ὃ ἂν ᾖ ὀργανικόν; ὄργανα δὲ καὶ τὰ τῶν φυτῶν μέρη, οἷον τὸ φύλλον περικαρπίου σκέπασμα, τὸ

δὲ περικάρπιον καρπῦ, αἱ δὲ ῥίζαι τῷ στόματι ἀνάλογον· ἄμφω γὰρ ἕλκει τὴν τροφήν. Unde vocatur actus Corporis *ORGANICI* & è *Scoto* de *Potent. Sensitiv.* 4. dist. 44. *Q.* 24. vers. hunc Scrupulum solvere didici; quippè *potentia sensitiva* (quemadmodum explicatur ab illo) *forma totius compositi quædam sit ex ORGANO, ANIMAQUE simul.* Et sic â *Durando.* 1. Sent. 2. Part. 3. distinct. *Q.* 2. Ubi Spiritus *Animales* & sensitiva facultas ab animâ ipsâ & Essentiâ discrepari dicuntur *ex organis & mediis*; *Q*uamvis enim Anima ipsa longè præstantior est *organo*, uti Faber nobilior sit *Instrumento*, tamen absque *Instrumento* nulla facultas animæ potest occupari, nec hæc sentiendi vel excogitandi. *Q*uamobrem, ad solutionem fusiorem, faciliorem, planam & plenam, has *philosophiæ* veridicæ Regulas sequentes deponamus.

Scotus.

Durandus.

Explicatur Regulis sequentibus

1\. 1. Reg. *Ab extremo ad extremum haud uspiam fiat transitus nisi per MEDIUM*; ast inter facultatem sentiendi & actionem transitio fit tanquam ab extremo ad extremum, ideoque per *Medium.*

2\. 2. Reg. *Inter privationem* (non sentiendi) *& habitum* (sentiendi) *datur medium*, & â pari ratione vel inversâ medium statuitur inter Facultatem *actionemque* Sentiendi; quoniam otiosum esset *Instrumentum*, nisi per ipsum perficeretur & absolveretur opus (inquit Philosoph.)

3\. 3. Reg. *Sublato medio tollitur etiam finis aut Conclusio.* Sed sensationes & Cogitationes ab Animæ facultatibus immediatè fieri, *Medium* demit, et adeò finem aut conclusionem.

4\. 4. Reg. *Ordo finis etiam sequitur ordinem Agentis*; quum vero Sensationes *immediate* proveniunt

unt extra ordinem *Agentis* justum proferuntur. Quippe sicuti secundaria Agentia nihil absque influxu primæ Causæ efficiunt: Sic & Agentia prima ad illum conari debent quem *Secunda agentia* sibi propositum tenent; ast eundem finem secundaria agentia non spectant *sine Mediis*, Consimiliterque non prima. *Coll. Conimbr.* l. 2. *Phys.* c. 9. q. 2. art. S. 1.

5. Reg. *Instrumentum fine suo definitur* (Picol. gr. 8. c. 7.) at *Sentiendo* Citra Medium & organum Instrumentum non definitur fine suo (velut in usu) Nunc *Instrumenti* Conditio justa judicanda debet ex usu ritè Conveniente. Et in usu recto varias eximiasque Commoditates ad *Oeconomiam* animalem ex affectibus educamus; exinde nec ad *usum*, finem, *habitum*, ordinem, nec ad *terminum* Congruentem sensationes absque medio vel organo concludamus. Quapropter (inquit *Bassianus Landus Ecphrasi* de Motu) *Quisque Opifex ad opus fabricandum accommodat omnia genera illorum armorum quæ esse aptiora judicat Similique modo natura, quæ summus est artifex, & Idea artis cujusque commodiori Instrumento formas omnes ad educendas rectè, fruitur & utitur.* Sic ille; Cui subjungo, Quæcunque nobis obveniunt â Naturâ τὰς δυνάμεις τὰς τούτων πρότερον κομιζόμεθα, ὕστερον δὲ τὰς ἐνεργείας ἀποδίδομεν horum prius facultates, deinde functiones obimus. Et *Aristot.* lib. 2. de *Anim.* c. 5. ex hoc ratiocinio sensationes absque organis nuspiam fieri inferamus Διὸ νοῆσαι μὲν, ἐπ᾽ αὐτῷ, ὁπόταν βούληται; αἰσθάνεσθαι δ᾽, οὐκ ἐπ᾽ αὐτῷ, ἀναγκαῖον γὰρ ὑπάρχειν τὸ αἰσθητόν; quia quamlibèt intelligere sit in potestate, *Sentire* tamen non est nisi propter organum, dum necesse sit adesse rem sensibilem τὸ δ᾽ αἰσθητικὸν, δυνάμει ἐστὶν, οἷον τὸ αἰσθητὸν,

Bassianus Landus.

Arist.

ἤδη, ὡς ἐντελεχεία, καθάπερ εἴρηται, & sensitivum est tale *POTESTATE*, quale sensibile sit *ACTU*. Itaque sensationes bifariam sumantur ex Arist. cap. 5. Τὸ αἰσθάνεσθαι λέγομεν ΔΙΧΩΣ· τὸ τε γὰρ δυνάμει ἀκοῦον καὶ ὁρῶν, ἀκούειν καὶ ὁρᾷν λέγομεν, κἂν τύχῃ καθεῦδον, καὶ τὸ ἤδη ἐνεργοῦν διχῶς ἂν λέγοιτο καὶ ἡ αἴσθησις. ἡ μὲν ὡς δυνάμει, ἡ δὲ ὡς ἐνεργείᾳ· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι, τό τε δυνάμει ὂν καὶ τὸ ἐνεργείᾳ. Πρῶτον μὲν οὖν ὡς τοῦ αὐτοῦ ὄντος τοῦ πάσχειν, καὶ τοῦ κινεῖσθαι, καὶ τοῦ ἐνεργεῖν λέγομεν· καὶ γὰρ ἐστὶν ἡ κίνησις, ἐνεργειά τις ἀτελής. Πάντα δὲ πάσχει δὲ κινεῖται ὑπὸ τοῦ ποιητικοῦ καὶ ἐνεργείᾳ ὄντος. nempè quoad Potentiam & quoad Actum. Motusque quo moventur est actus quidam aut ἀτελὴς & imperfectus, Etenim omnia moventur ab eo quod efficiendi vim obtinet & in actu est; Proindè διαιρετέον καὶ περὶ δυνάμεως καὶ περὶ ἐντελεχείας, distinguendum *de Potestate* & *de actu* sentiendi vel Cogitandi, nunc actu non fiant absque *Mediis* & *Organis* hæ sensationes.

Resp. 2. Et interdum impediuntur & præoccupantur Organa.

2. Quinetiam huic ulteriùs *Responsum* demus ex impedimentis forsan organis incommodantibus; quamvis enim Animæ *Potentiæ* non exerceantur in *actus* absque *Organis* tamen forsan hæc Organa præpediantur & modò præoccupentur, tunc etiam animæ facultates remorentur aut non facile vel ex promptu peragantur propter illam repugnantiam mediis organis comperiendam; & licet hæ facultates aut potentiæ sint præstò tamen iis *organa* non præsto sunt vel adstantia. Necnon hæ sensationes forsan ex *OBJECTO* vel *Internè* vel *Externè*, imò modisque multifariis impediantur, adeo ut ex Clarissimi *Regii* tripode *Philosophico.* Nat. lib. 4. C. 15. *per motum spirituum, Nervorum, Cerebri, & musculorum ab objecto interno vel externo motorum fiunt.* Unde quum hi motus,

Clar. Regius

tus, organa, vel objecta grassantur, & Animæ facultates impediuntur aut perperàm aguntur (quippè ex Arist. 2. de Part. an. c. 1. ἡ μὲν αἴσθησις ἐν ταῖς ὁμοιομερέσι, αἱ δὲ πράξεις διὰ τῶν ἀνομοιομερῶν ὑπάρχουσι τοῖς ζώοις.) Actiones Sentiendi per Dissimilares administrantur. *Arist.*

3. Præterea *facultatis* hujus confidentia in aliam fit; Etenim unius Facultatis dependentia dupliciter è *Scholis* in aliam expendatur. 1. Uno modo secundum *Ordinem Naturæ*. 2. Et altero modo secundum *Ordinem generandi*. *Resp. 3. A dependentiâ unius facultatis in alteram ordine Naturæ vel ad justum modum.*

1. Nunc *ordine primo* facultas *Intellectiva* imaginativa vel *appetitiva* potentiam sensitivam præcedat, unde forsan imperetur aut dirigatur, & â prioris abolitione, posterioris etiam operatio sistetur aut saltem non debite persungatur; Quippè percellatur Anima ex Objecti Specie idemque vel prosequatur vel vitetur juxta commodi vel incommodi conditionem apparentem; Facultatis etiam principalioris *organum* fit principalius in hâc familiâ institutâ. 1.

4. Spiritibus animalibus destitutis; interdum ab inopiâ, interdum ex eorum torpore Functiones etiam sentiendi, Cogitandique Sufflaminentur & deficiant, donec â *Pneumatosi* novis ex copiis suppedimentisque redintegrentur. Somnus etiam & quies necnon *Cardiaca* Cephalicaque huic restitutioni plurimùm Conducant, unde meatus aperiantur & â vi *pyknoticâ* vel stipticâ liberantur, Spirituumque anim. vigorem activitatemque recuperent, & resuscitent ex hâc repugnantia vel torpedine. *Resp. 4. Ex defectu vel segnitie Spirit. Anim.*

4. Propterea inter summæ Celebritatis Philosophos *Coryphæos* plerique Censuerunt, ut *Potentia* & *Actus* dividant *Ens* inter se, pariter & *Resp. 5. Ab explicatione, ac discrepantiâ Potentiæ & actus.*

Entis quodlibet *Genus*; adeò ut hæc Animæ facultas sensitiva (vel sensationis principium) non posset esse in Animâ ipsâ vel ejus essentiâ *per se*; nimirùm extra Sensitivum *organum* & ad ejus *Actum* designatum. Potentia, vis est *facultasque subjecti* Cujus actus est *Forma*; nunc *Forma* principium *Essendi* statuitur, sive *quoad esse*; sed ipsa *Sententia* principium operari & *quoad operari* â Thom. Aq. 1. p. *Q.* 54. Art. 3. ab *Egidio* in Arist. de Anim. lib. 2. c. 3. tamen *Animæ Essentia* & *Potentia* realitèr distinguantur; Et operari, *POTENTIÆ* suæ vel facultatis Sit actus adæquatus; ast Esse est Actus adæquatus *ESSENTIÆ*. Nunc nec hujus Potentia, nec operationes Animæ ipsi solique insunt sed in *conjuncto*; unde sensationum cogitationumque subjectum est *mediatum*, mediis organisque operantur; & non alitèr præsto sunt hæ facultates animæ.

Thom. Aquin. Egidius.

quoad

Subjectum sentiendi *mediatum* & non secùs adsunt facultates animæ.

SECT.

SECT. IV.

Contra Argent. *De Spirit. Animal. Motu.*

ULterius tamen ex *Argenterio* suisque Sectatoribus trajectetur alter Scrupulus de hâc re.

Obj. *Si Spiritus animales in Cerebro procrearentur, tamen haud deorsum versus pedes ast sursum evolarent ex re natâ, reique naturâ aeiëâ igneâ atque volatilisante.* Obj.

Resp. Consimilique modo, *Spirituum vitalium* natura sit ascendere, tamen ad pedes & partes inferiores descendere pervehique non inficiantur. Ast ex veritatis exquirendæ enodandæque gratiâ, de *Spirituum* horum Motu, Cum ἐπιμελείᾳ satis expeditâ ἀκειβάζειν sum lubens & Ἐυεπίφρογς: quapropter expendamus. *Resp.* Ex motu Spirituum vitalium.

1. Motum esse vel *Naturalem* vel *Virtualem*; Motus naturalis est *per se*, vel à proprio principio Movendi, sed *Virtualis* est ab alio. Nunc â motu *NATURALI* propriove Spiritus animales (imò & vitales) sursum extollendos & promovendos esse quis uspiam hæsitavit? ast *Motu VIRTUALI* vel ab Animâ *Rectrice* necnon Directrice (per totam Corporis hanc *Oeconomiam*) Spiritus animales undique diffusos esse, hic & illic sursum deorsumque ad Animæ nutum satis & è *Scholis* Contueamur; motus tamen violentus nullo modo suffragetur quippe *formæ* Et à Dupli-ci motu. 1. Naturali. 2. virtuali. 1. Motus naturalis quid? Differt à violento.

repugnat prout lapide sursum agente videatur; sed motu *VIRTVALI* formæque optimè inserviente, quum per *Animæ* vim virtutemque quaquaversus agant. Et omne *Physicum Agens* non nisi per Contactum agit sive *virtualiter* sive *potentialiter*.

Object. *Ob.* Sin objiciatur; horum *motum Actu virtuali, simulque potentiâ formali propriâ non fieri.*

Resp. Respondeamus; Omne Movens physicum aut Agens esse vel *Univocum* vel *Æquivocum*; Sin Univocum tunc non est in *Actu Virtuali* sed formali & à Formâ per quam; sed univocè Spiritus hi non moventur deorsum. Sin *Æquivocum* tunc eorum Motus *Potentiæ formali* non inest nec debetur motus tamen *Æquivocus* bifariam sumatur. 1. Effectûs instar eminentèr, Formæque virtutem *univocam* Complectentis, utpote *Solis* virtus, insuper & ignis *vim* effectivè Comprehendat. 2. Alter *motus* effectum sed haud tam eminenter & Conspicuè Continet, nec ab univocâ Causâ proferatur. Nunc motus noster est *Æquivocus*, ab *Animæ* virtute dirigente ac impellente spiritus animales undiquaque divaricentur tam deorsum quam sursum καθ' ὕϛερον καὶ πρότερον inquit Aristot. 3. Phys. forsan & equidem ad unam partem moveantur in *Actu virtuali*, sed ad alteram in *facultate formali* vel naturali motu. Tamèn ad utramque motus eorum sit comprehensivus & *Æquivocus*, summè proficuus, *Oeconomiæque* toti Animali multò magis efficax, quam *Univocus* motus sursumque tantùm tendens. Necnon hujus Argumentum movendique ratiocinium ex *Galenicâ* doctrinâ de *Mot.* Muscul. Lib. 1. respiciamus. *In Cerebri ventriculis est, spiritus Instrumentum Animæ primarium; quo quàm sensum tàm motum* per

Omne Movens est vel *univocum* vel *Æquivocum*; univocum *Agens* quid? & Æquivocum quid?

Hic motus est æquivocus.

Arist.

In actu *virtuali* & in facultate *formali*

Galenus.

per Corporis totius PARTES (tam deorsum quam sursum) *Anima liberè Communicat.*

2. Et inter *Peripateticos* tres mutationis Species sanciuntur, *viz.* 1. De *Subjecto in Subjectum* & appellatur *MOTUS.* 2. De non Subjecto in *non Subjectum* & vocatur *Corruptio.* 3. De non Subjecto *in Subjectum* utpote *Generatio*; adeo ut mutatio latitudinem planè majorem postulet quam Motus, & quanquam omnis motus est mutatio tamèn omnis mutatio non est *Motus*. Nunc motûs hujus 3. species aut differentiæ sunt, suisque nominibus distinguuntur, tribusque prædicamentis (nempè *Quantitatis*, Qualitatis & *Loci*) quasi *terminis* nidulantur. 2. *Resp.* Ex Mutationis Speciebus & differentiis motuum.

1. Quoad *QUANTITATEM* Spir. Animalium *motus* terminatur in αὐξήσι ϰ̀ φθίσι eorum accretione & Decretione. 1. Motus Quantitativus quid?

2. Quoad eorum *LOCUM* motus est duplex, alter *Communis* in ventriculis, alter *proprius* in eorum dispensatione; Qui nuncupetur à Latinis *LATIO*, à Græcis φορὰ Sicubi *Galenus* ipse de *Method.* medend. Lib. 2. fusius & satis explicavit. *Quum vero duplex sit MOTUS Genus, unum in Loco, aliud in Qualitate; prius* LATIO, *sed secundum Alteratio dicatur; Ac omnis Actio sanè motus est activus, sed omnis alteratio motus Passivus, &c.* Et apud *Aristot.* 8. Phys. tex. 55. *Latio* vel motus *Localis* aliis motibus est prior; isdemque *Communis* omnibus, quippe nihil alterari nihil augeri Sine loci mutatione queat ex Coll. *Conimbr.* ad dict. tex. 55. Phys. 8. Nunc. â *Philosophiæ* principiis in *LATIONE* deponitur duplex Contrarietas, nempe altera Quæ sumitur â *Terminis* Contrariis, & altera quæ sumitur à *Modo*. 2. Motus localis quid? *Galen.* *Arist.* Latio quid? *Conimbr.*

1. Latio horum Spirit. à Terminis oppositis. 1. A *Terminis* oppositis, utpote *Latio* fiat spirit. animalium *à Capite ad pedem*, Quæ Contraria fit *Lationi* eorum à pedibus & inferioribus ad Caput.

2. *A modo* Latio naturalis & virtualis. 2. A *modo*; dehèinc *LATIO* spirit. Animal. sursum est Contraria lationi eorundem deorsum; sed prior est *Latio* Naturalis, posterior autem *Virtualis* & Animalis, adeo ut habeatur hic motus in confesso non ἀυτοκίνητος aut à seipso sed ab *Animâ* movente atque dirigente.

3. Motus Qualitativus. Deinde 3. quoad eorum *QUALITATEM* motus hic appellatur ἀλλοίωσις (*Gal.* de meth. *medend*) aut potius *Animalis* ab animâ διο κινεῖται ὑπὸ τῆς ψυχῆς; Qualitas etiam eorum essentialis *Galenus.* ὑσιώδης est, *i. e.* animalis, à quà non possunt separari.

Spirit. *Animalium* hic motus est. 1. alibilis. Motus hic Animalis est lentus, alibilis & nervosus; *Alibilis*, quia succis nutritiis tanquam eorum vehiculo (per totum Corpus agente *peripheriam* animalem & Circulante) *spiritus animales* Commeantur.

2. Nervosus 2. *Nervosus* quia Canalibus funiculisque Nervorum ad partes omnes & singulas destituentes liberrime feruntur.

3. Lentus & placidus. 3. *Lentus* etiam dum eorum liquor tam placidè tam procul â perturbatione nervis κατὰ τάξιν movetur ac prolabitur. Spirituumque horum motus (ab *Animali* Qualitate, vel â *Pneumatosis*) super alibilis hujus succi faciem, haud absimilis est *Motui* Spiritus ab ipsa *Creatione* Gen. 1. 2. in aquæ superficiem labentis τὸ Πνεῦμα τὸ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος quippè Spiritus Dei וְרוּחַ אֱלֹהִים מְרַחֶפֶת עַל הַמָּיִם Veruach Elohim, commovebat super *Aquarum* facies:

3. *Resp.* 3. Quoad (autèm) hujus *Motus* unitatem nonnihil

nihil pensitandum est; Etenim in Scholis motûs Unitas *Genericè*, specificè, vel *numericè* militetur ac Celebretur. Nunc ad eorum motûs *unitatem specificam*, fortasse motus Uniformis exposcatur de *jure* summo, quia Continuetur ad optimum proficuum; dum motus inter se discrepantes tantò Corruptibiliores ex *Heterogeneis* quantò divisibiliores apparent & continuare nequeunt. Ast omnis motus Animalis est uniformis, omnis *uniformis* est Continuus, & ad Numericam unitatem *unus*, ideoque *Julio Paccio* in *Aristot.* de *Anim.* Lib. 1. c. 3.

Ex unitate motûs Animalis.

Jul. Paccius.

Peripatetico huic Argumento Contra motum Animæ ἔτι δ' ἐν μὲν ἄνω κινήσεται πῦρ ἔσται, εἰ δὲ κάτω γῆ, facilius & πρῶτος ἐπ...

Object.

Respondeamus, dum in eodem *motu numerico*, animalique plurima Concurrant; & dirigantur ad *Centrum* proprium tam gravia succosaque deorsum quam levia volatiliaque sursum; Quorum motuum *Anima* sola forsan esset Rectrix Directrixque, Veterum ex sententiis. Φασὶ γὰρ ἔνιοι καὶ μάλιστα καὶ πρώτως ψυχὴν εἶναι τὸ κινοῦν, οἰηθέντες δὲ, τὸ μὴ κινούμενον αὐτὸ, μὴ ἐνδέχεσθαι κινεῖν ἕτερον, τῶν κινουμένων τι τὴν ψυχὴν ὑπέλαβον εἶναι. Καὶ ὑπολαμβάνοντες τὴν ψυχὴν εἶναι τὸ παρέχον τοῖς ζώοις τὴν κίνησιν οἰκείαν. Aiunt enim plerique Animam id esse quod movet, & quod animalibus motum proprium impertit. Ἐπεὶ δὲ καὶ κινητικὸν ἐδόκει ἡ ψυχὴ εἶναι γνωριστικὸν, quoniam *Anima* vi vel facultate movendi fruitur & Cognoscendi; adeo prorsus ab eâ Motus noster instruitur. Nihilominus & hoc motu vel Unitate *numericâ* movendi, Si *Terminus ad QUEM* haud omninò tam necessarius esset quam in motu Naturali vel *Unitate Genericâ* (quia partes Spirituum horum omnes

Resp.

Anima Rectrix & Effectrix hujus Motûs.

Spiritus animales habent terminos ad æquatos & ultimatos

omnes eorumque movendi plus Continuentur & forsan ad infinitum) tamen habent *Animales* spiritus *Terminos* adæquatos aut potiùs *Ultimatos*. Nunc *Terminus Ultimatus* est usque ad (ast haud ultra) rei *Formam* propriam & Extremum ipsum contrarium. Hæc *Ultimati* & *non Ultimati* Distinctio fieri potest potiùs ex parte *Termini à quo*, quam *Termini ad Quem*, & nunc ab hoc *Ultimo Termino* motus Spirituum noster apposité denominetur; quippè non tantùm est *motus ultimatus* sursum sed usquequaque ad omnes dimensiones ad Animalis Constitutionis *Totius* emolumentum & *Vectigal*, viz. *quoad longitudinem* sursum deorsumque, *quoad latitudinem* dextrorsum & lævorsum, sed quoad *profunditatem* antrorsum & retrorsum ab *Animâ Effectrice* disponuntur hi Spiritus; prout è philosophiæ *principiis* magis apprimè Tyronibus eliminare possemus.

Undè motus eorum *Ultimatus* ad omnes dimensiones.

4. *Resp.* Hâc re differentia spirituum & halituum.

4. Denique in ἀναθυμιάσεως Analysi Discrepantia satis obvia sit inter *Spiritûs* & *Halitûs* aut vaporis κίνησιν ac ἐργασίαν. Quæ nobis hâc de re σπουδαίως καὶ ἀξιολόγως occurrunt, nempè.

1. 1. Quod Vapores & halitus *ascendunt* semper, ast non â pari ratione nec omnino Spiritus.

2. 2. Quoniam *Spiritus* hi σύμφυλοι (velut *Animæ* Cognati & Familiares) partim ex eorum Συγγενείᾳ & partim ab *Animæ* vi tenaci retinentur γενικῶς in hâc Familiâ; dum vapores velùt *Alieni* protruduntur & exhalantur, nec tam vapores (ob eorum naturam exoticam) quam spiritus ab animæ virtute dirigantur, in eorum motu.

3. 3. Halitus sunt aliquid magis Σωματικὸν & forsan ex humore jejuniore & evaporabiliori ἐκ τῶν ἀτμιστῶν

μισῶν educantur, aſt ſpiritus ſunt aliquid κινητικώτατον perpetuoque motui conſignatum λεπτομερὲς καὶ σφοδρότατον ad movendum vi maximâ perfruens. 3.

4. Spiritus hos animales (inſtar Cæli ſolisque) motu Circulari gaudere probavimus, Cui motui vel *peripheriæ* ſurſum aſcendere aut ſolo motu ſuperno moveri non benè Convenit. Explicatur hæc circumgyratio Spir. *Animalium* ab Eximio. *D. Regio* in Lib. 4. Nat. Phil. c. 15. & ad oculos in limace (Cap. 16. de *Ratione* motûs ſpontanei) phialâ vitreâ prorepente depingitur ubi protinus alios *ſpiritus* & alios gradatim ſed ſenſim cum bullis conſpicuis â Capite ad Caudam deorſum; Caudâ ſimilitèr ad Caput ſurſum propulſos eſſe percipiamus; & ab inde Spirituum motum per omnes partes dimenſioneſque deprehendamus apud Ariſtot. l. 3. phyſic. c. 1. t. 1. ἀναγκαῖον ἀγνοουμένης κινήσεως ἀγνοεῖσθαι καὶ τὴν φύσιν ignorato motu Naturam & ignorari neceſſum eſt. Quapropter Ariſt. lib. 1. de Anim. cap. 7. concludamus ὥστε οὐ τὸ κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον ἡ ψυχὴ ἀλλὰ τὸ κινοῦν μόνον Ut Anima non eſt quod movet & quod movetur ſed quod movet duntaxat, & uti *ſpirituum* motus eſt magis naturalis quam quies; ita motus horum *univerſalis* ad omnes dimenſiones *Animalis Oeconomicæ* vergens, magis eſt immanens Naturæque proprius (quoad *banc Conſtitutionem*) ab Animâ quam motus duntaxat aſcendens. 4.

D. Regius

Ariſt.

SECT. V.

De Conſenſu Spirituum Corporis, inter ſe.

GAlenicâ tamen ejus Concertatione nobis obviam pugnamque dat ulteriorem *Argenterius*, dum proceſſu premit. *Object.*

Obj. Argenteri.

Obj. Sin *animalis sit spiritus & â vitali specie differens tunc Corpore plures essent Spiritus; & si plures tunc hos misceri Confundique, & dein â Confusis permistisque spiritibus actiones non fieri, functionesque sufflaminari* Censuit.

Resp. Sequela negatur.

Resp. Consequentia tamen neganda; quippe plures, Specie differentes (*viz.* naturalem vitalem & animalem) nobis inesse Citra Confusionem ullam; & haud Unius actiones ab alterius muneribus orbari vel defungi Comprobavimus; ex ratiociniis sequentibus tamen appareat longè fusius.

Et 1. Confusio quid? explicatur

Namque 1. Confusio fit â Repugnantibus & oppositis inter se vel ex Contrariis, sed Spiritus in humano Corpore non repugnant inter se nec physico censu sunt *contrarii* quamvis differentes; non *adversi* quamvis *diversi*; disparati sed non oppositi, & varietate potius quam Contrarietate sanciuntur. Licet enim omne differens est diversum, tamen omne *diversum* non est *adversum* aut illo sensu differens. Præterea *Contrarietas* est repugnantia secundum *FORMAM* vel Genericam vel absolutam.

Diversum non adversum.

1. *Genere* utpote virtus & vitium.

2. *Specie* quemadmodum justitia & injustitia, temperantia vel intemperantia, &c. formalitèr impugnans; Quibus ideò *Contrarietas* est valdê Conspicua; & sic physicè sumatur sub eodem genere pro Distantia maxima, sed hæc distantia non reperiatur inter *Spiritus* Corporis. Etiamsi formæ unius ab alterius *forma* fiet differentia tamen haud repugnantia vel contrarietas. Contrariumque magis distat ab ejus *Contrario* quam simplex ejus *negatio* vel privatio, adeò ut *animali Spiritu* vitalis est privatio vel negatio tamen haud

Contrarietas est repugnantia formarum.

Contra-

Contrarietas; & quum physice sumitur, unius alteri repugnantiam actione passioneque ad invicem significat; ast hæc physice repugnantia spiritibus in Corpore nihil conveniat οὐθενὸς ὁρῶμεν τῶν ὄντων οὐσίας τὰ ἐναντία, Arist. Lib. 1. phys. c. 6. ex. 52.

Sed est differentia non repugnantia formalis inter spiritus hos. *Arist.*

2. Spiritibus hisce uti Contraria non insunt, ita (si fuissent) absque motu tam confuso forsan iis adesse imò & prodesse possent; quippè non tantum *ab unâ Animâ*, verumetiam ab unâ eâdemque *facultate* & potentiâ actiones *diversæ* imo & *adversæ* Contrarieque diversis temporibus & modis ad invicem exerceantur. Ut ab unâ *voluntate* fiunt assensus & dissensus qui sunt Contrarii; Sic ab intellectu. Etiamque *Relatis* Contrarietas insit ex Arist. lib. Categ. Cap. 7. Quapropter inquit *Arist.* L. 2. C. 4. Ἁρμονίαν τίνα ψυχὴν τινες λέγουσι· καὶ γὰρ τὴν ἁρμονίαν κρᾶσιν καὶ σύνθεσιν τίνα ἐναντίων εἶναι, καὶ τὸ σῶμα συγκεῖσθαι ἐξ ἐναντίων nonnulli Animam ipsam *harmoniam* esse quandam asseruêrunt, & Harmoniam temperationem esse Contrariorum; attamèn Ἁρμόζει μᾶλλον καθ' ὑγιείας λέγειν ἁρμονίαν, καὶ ὅλως τῶν σωματικῶν (καὶ πνευματικῶν) ἀρετῶν, ἢ κατὰ ψυχῆς, Aristoteli Concedamus, hanc *harmoniam* magis esse quadratam Sanitati, virtutibusque Corporis & his *SPIRITIBUS* quam Animæ; haud secus ac Usurpatur *in harmoniâ musicali*,

2. *Resp.* *A Contrarietate* rerum citra Confusionem.

Facultatibus animæ diversitas actionum.

Harmonia hæc physica Collustretur ex harmoniâ musicali.

——huc illùc volitat manus, & diversos
Dum tactus agitat, VARIUM dat fistula
CANTUM.

Et ut in διὰ Πασῶν tantus est concentus ex oppositis dissonis velutique contrariis, ut vox ea-

dem

dem esse videatur; multoque tamen suavius est *antiphonum* quam si vox omnino sit eadem; pariter & *harmoniæ* huic physicæ varietates forsan & contrarietates actionum annuantur non solum sine *Confusione* Sed etiam cum suaviori facultatum Functionum actionum partiumque Concentu, virtutum modulamine, Saniorique *Totius* Crasi. Vox μέλ☉ abheinc etiam usurpatur *Musicis*, sed apud *Græcos* propriè membrum Corporis significat; etenim numerosa Corpore humano membra, Spiritus & partes (etiamsi sortiantur diversum situm, usum & motum, diversoque munere persungantur, nihilominus) ad unum tantùm opus aut apotelesma Cooperantur & coalescunt; & unum eundemque finem veluti Scopum omnium Collimant; sicut ex vocum diversitate Consurgit. Musicalis *Concentus* vocatur *Melos*; Latinique *Modulos* appellant. Et quare non ex variis *spiritibus*, facultatibus, &c. fiat hæc harmonia? vel consensus in Corpore?

In tam diversis quum sit Concordia Chordis.

Ideoque Πϱοσωποποιία sequens ἔμψυχ☉ Poetæ de Organis ἐμπνεύςως, nobis optimè Conveniat in hâc re

Non ego Continuò morior, & si SPIRITUS exit,
Nam redit assiduè, quamvis quoque sæpe recedat:
Nuncque mihi magna est ANIMÆ, nunc nulla
facultas.

Sed ad hujus illustrationem propriorem & explicatiorem expendamus quod Contrarium sumatur è duplici *Censu* tum physico tum logico.

1. Nunc Physica *contrarietas* admittetur nullibi;

bi; & hoc sensu *Contraria nequeunt esse simul in eodem subjecto.* Contrarietas est duplex.

2. Sed *Logica* Contrarietas uni eidemque *subjecto* (& non tantum diversis) inesse possit absque confusione. Quoniam hæc Contrarietas non est incompatibilis mixto toti, & quia mixtorum gradibus quibusvis prædicetur ex *Arist.* 3. C. 4. & 5. Phys. c. 2. & *Ægid.* lib. 2. C. 3. Q. 1. nempè Contrariorum Elementorum *gradibus* remissis & saltem virtualiter. Hoc sensu Spiritus plures absque confusione Conveniunt, ut Elementa quatuor & contraria in mixtis existant, Ordineque conjunctissimo *Totius* ad tutamen una Consistant, & sint ἀντιπάσχοντα Unde κρᾶσις aut Temperamentum quasi ratio mixtionis ortum ducat, Consimilique modo spiritibus hisce convenientibus inter se. Insupèr ut & *dolores* & *gaudia* affectiones Contrariæ uni eidemque Animæ insint, ad invicem exerceantur, proin & ex variis *objectis* terminisque Contraria hæc (velut *spiritus* in corpore) specificentur.

1. *Physica* quæ est incompatibilis. 2. Et *Logica* compatibilis. *Arist.* *Ægidius.*

Contraria conveniant tamen & specificentur.

3. Quinetiam forsan ex *juxta-positione* dilectissimâ hi non tantùm Citra confusionem sed ad *Totius* summum proficuum subserviant & confluant. Quocirca *Corpus TOTUM* in Essentiale & integrale de jure merito vel apposito distinguamus.

3. *Resp.* Ex spirituum juxta positione placidâ.

1. *TOTUM ejus INTEGRALE* partes omnes corporeas & materiales Constituit; nimirum Cor, Hepar, *Pulmones*, Artus, & Cæteras omnes tam externas quam internas *Totum* hominis *INTEGRUM* efficientes; & hoc sensu Spiritus juxta-ponantur omnes.

1. De TOTO *Integrali* cui juxta ponantur.

2. Sed *ESSENTIALE* Totum est cujus partes totam illius *Essentiam* complent; & ab

Integrali

De TOTO Essentiali Quo uniantur. *Arist.* Fonseca. *Scalig.* Sceiblerus.

Integrali discriminatur â partibus *Actus & Potentiæ* rationem Constituentibus ex Arist. 5. Metaph. c. 25. t. 31. & â Fonsec. 5. Metaph, c. 25. & Scal. lib. 1. Poet. c. 9. & *Scheibl.* l. 1. Metaph. c. 6. *Partes* enim *appellantur ea, in Quæ aliquid dirimatur, & ex quibus TOTUM Componatur, qualia sunt Forma, formamque tenent*; ast hi spiritus Qui uniantur, talia sint Quæ *totum hoc Essentiale* fabricant. Nunc uti partes variæ Corporeæ, sine *Confusione* aliquâ sed *Communione* optimâ, necessariâ & opulentissimâ, *Totum Integrale* Conficiunt; ita *spiritus* omnes, Facultatesque diversimodæ absque Confusaneis ullis vel per *juxta positionem* vel per aliam *Communicationem* iis specificam, habilem peculiaremque *Totum Essentiale* perficiunt. Præter philosophorum placita; â *Scripturis* sacerrimis Corpus hoc ex *variis* Compactum vel *Integrale Totum* enucleare nobis ac astruere ἀποδεικνύειν valeamus 1 Cor. 12. quippè τὸ Σῶμα ἓν ἐστὶ, καὶ μέλη ἔχει πολλὰ, πάντα δὲ τὰ μέλη τοῦ σώματος τοῦ ἑνὸς πολλὰ ὄντα, ἕν ἐστι Σῶμα; Corpus est unum & ejus TOTUM ex membris Integrantibus Consistit. Etenim Corpus & Anima diversitatem hanc ex necessitate requirunt ad Constitutionum corporis humani completionem τελειωτάτην, tam respectu *Totius Essentialis* quam *Integralis*; unde non *Impedimentum* sed Spirituum *Suppedimentum*, nec Actionum *nullitas* sed Locupletior *nobilitas* perficiendo potiùs quam perperàm agendo collustratur. Namque Composito Competit nobilior modus *essendi* & *operandi* quam *Formæ* simplici; & Compositum est *completum quid*, per se subsistens & operans Cui facultates omnes, spiritus, partes, & Functiones multifariæ, absque confusione

TOTUM è partibus ἰκανοῖς componitur Quo spiritus & facultates diversæ sine confusione regant & agant

Vnde Functionum suppeditamenta non impedimenta sint.

fusione dicantur atque Conspirant, dum Intentio Naturæ fertur in *TOTUM*. Coll. *Conimbr.* 2. Phys. c. 7. q. 5. art. 1. 2. Doctrina tamen hæc absque distinctionis *Pererianæ* sale, vix tuenda sit vid. *Perer.* lib. 6. de princ. Nat. C. 5. ubi *Forma* bifariam accipitur. 1. Per se vel separatim â materià. 2. Prout habet *ESSE* in Materiâ. Priori modo sumpta ignobilior est Composito; sed *Posteriori* nihil aliud est quam ipsum *Compositum* quoad ejus *Essentiale & Integrale* totum. Huic sensui Convenit hic ordo nobilior *essendi* ac *operandi*; quia Spiritus omnes & partes inter se Conveniunt, *Totique* feliciùs accommodant. Partis etiam *Proprium* revera *TOTI*, *viz.* (quoad Corpus) *Integrali* (sed quoad Spiritus) *Essentiali* communicabile redditur; necnon ob *Partium* consensum, *Symmetriam*, Connexionemque, Partis unius *Proprium* aut Virtus ad alteram partem haud confusè sed invicèm & ordine proficuo Communicetur. Exinde tamèn accidat, partibus Corporeis has spirituum communicationes planè terminari & usurpari ὡς τὸ Πῦρ ἐν σιδήρῳ μεταδοτικῶς, οὐ γὰρ ἐκτρέχει τὸ πῦρ πρὸς τὸν σίδηρον, μόνον δὲ κατὰ χώραν μεταδίδωσιν αὐτῷ τῆς οἰκείας δυνάμεως, ὅπερ οὔτε ἐλαττοῦ δὲ τῇ μεταδόσει, καὶ ὅλον πληροῖ ἑαυτοῦ τὸ μετέχον; ut ignis in ferro Communicativè *Totum* replet, namque non excurrit ignis in ferrum, ast manens in suo loco sese Communicat, paritèr & anima Corpori per ejus facultates aut potentias unde *Totum* impleatur. Et â *Galeno* κοινότης ἐστὶ ταυτότης ἐν πλείοσιν Communitas hæc in pluribus magis *identitatem* quam actionum *nullitatem* aut Confusionem partibus impertit ab animâ. Cujus essentiâ radicantur hæ Potentiæ vel ut *in subjecto*, vel prin-

Conimbr.

Pererius.

A Consensu Partium virtus unius alteri donetur absque Confusione

Vt una pars est Perfectibilis alteri sic spiritus unus alteri.

cipio Corporis organizandi, & muneris obeundi, & quid supereſt? niſi quòd huic *TOTI* pars una, Functionum alterius munerumque *Perfectiva* (non defectiva) ſit, & ſpiritus unus alteri. Sed quamvis alia pars alteri ſit perfectibilis tamen hâc differentiâ quòd *Spiritibus his* Communicationes & Conſenſus ſunt valdè Completiores, & lautiores, quam *partibus Integrantibus* & Corporeis; ubi neutra pars alteram tam promptè, Κόμψως καὶ Θαυμαςῶς actuat influit aut ſuppeditat, quam hiſce ſpiritibus, qui *Totum Eſſentiale* Conſtituunt.

4 *Resp.* Ex organis vaſiſque diſtinctis unde ſpiritus non Confundantur.

4. Poſtremò, hanc Objectionem frivolam eſſe notemus ex Inſtitutis *naturæ* ritibus & Organis; quippe Spiritus omnes, *potentiis*, organis *vaſis*, Officinis, *Elaboratoriis*, motibus, & *muneribus* peculiariter aſſignatis ſibiipſi perfruuntur; â Cæteris tam planè diſtinctis, ut Spiritus hi Cum aliis nullo pacto Confundantur, ſed tum ad *rei naturam*, tum ad *rationem* modumque operandi bene diſtinguantur, Quoad eorum materiam differentia ſit *Numerica* vel ad numerum; ſed quoad eorum *formam*, finem, modum, & rationem, *Specifica*.

Ex ſacra Philoſophiâ Totum à partibus variis & neceſſariis ortum trahit.

Quapropter ex S. *Pauli* Philoſophiâ, 1 *Cor.* 12. 19. Zetemata nobis ad rem inſtantur; εἰ δὲ ἦν τὰ Πάντα ἓν μέλος, ποῦ τὸ Σῶμα? Sin omnia fuiſſent unum membrum, ubi tunc Corpus? quoad *Integrale Totum*? & à pari ratione ſi *Spiritus* tantum eſſet unus (aut unica Coctio) tunc ubi Corpus quoad ejus *eſſentiale Totum*? adeo πολλὰ μὲν Μέλη, ἓν δὲ Σῶμα multa ſint integrantia membrâ *diſtributiveque* Conſideranda, ſed unum tantum Corpus Collectivè, vel *Totum Integrum*; ita πόλλαι Δυνάμεις ἀλλὰ ψύχη μία facultates variæ, ſpiritusque plurimi, ſed Anima

Anima duntaxat est una. Ex Arist. & â *Peripateticis* Anima hominis est una, sed potentiæ quæ vadunt ab Animâ sunt plurimæ; Habitusque qui è Potentiis exerunt sunt plures, Actusque tamèn ex habitibus multò numeriosiores. nunc utpote sint in *unâ Animâ* Potentiæ, Facultatesque plurimæ; ut & in unâ *Potentiâ*, habitus plurimi; & ut ab uno habitu multi sint actus; ita plurimi sint spiritus in uno Corpore. Qui distinctis organis & absque Confusaneis ab *Animæ* virtute agente, atque dirigente, Functiones distinctas ad perfungendas fœlicissimè potiuntur. Et ob hanc Causam ὁ Θεὸς συνεκίεσσι τὸ Σῶμα, καὶ ἔθετο τὰ μέλη, ἓν ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ Σώματι καθὼς ἠθέλησεν Deus opt. Max. (ad placitum) ut *partem quamlibet*, similiter & *spiritum quemlibet*, ejusque Concoctionem in Corpore Collocavit & ad *TOTIUS* usum summâ cum solertiâ, necnon â divini numinis Καλλιεργία Contemperavit. Λέγομεν δὴ περὶ ψυχῆς ἕν τι γένος τῶν ὄντων τὴν οὐσίαν. Ex Arist. de Anim. lib. 2. c. 1. & ab una eâdemque *Animâ* Directrice & *Effectrice*, spiritus, operationes & motiones variæ, Peripateticis ex *Argumentis* sententiam *Platonicæ* tripsychiæ impugnantibus in Lib. 1. de *Anim.* c. 9. absque confusione exertas esse Concludamus Ἐπειδὰν γὰρ τὸ γινώσκειν ψυχῆς ἐστι, καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι καὶ δοξάζειν, ἔτι γὰρ τὸ ἐπιθυμεῖν, καὶ βουλεύεσθαι, καὶ ὅλως ὀρέξεις, γίνεται γὰρ καὶ ἡ κατὰ τόπον κίνησις τοῖς ζώοις ὑπὸ ψυχῆς· ἔτι γὰρ αὔξησις τε, καὶ ἀκμὴ, καὶ φθίσις; & satis hæc Scrupulis verisimillimis *Argenterii* de hâc re dicta sunto.

Aristot.

Vt uno corpore sint variæ plurimæque partes ita plurimæ facultates & spiritus ab unâ animâ Directrice prouenient & absque confusione.

Aristot.

SECT. VI.

Pneumatosis (*ab aliis diversa*) *suffragatur ex Doctrinâ* Sennertianâ, *necnon ab aliis ratiociniis.*

HActenùs ex ergastulo immerito *Pneumatosin* nostram, ab *Helmonti*, Zabarellæ, *Argenteriique* vinculis, vel ab eorum præstigiis λογομαχίαις viribus astutiisque liberare & emittere, molimine forsàn haud inauspicato prælibavi. Quocircà vix argumentum nervosum alterum contra *Pneumatosin*, aut strenuè Contesseratum nobis occurrit. Inquantùm quin ex his propugnaculis Campum *Pneumatosisque* Causam & Palæstram æthleticè facileque tueri, nihil ambigo.

Obj. *Zabarella.* *Sennertus.*

Obj. Incursiones autem alias imbecilliores refellere, *Zabarellæ*, Scheghiique conatus impetusque írritos facere, ex Armario *Sennertiano* Præsidiis viribusque telisque arguendi *Neophyti* Tyronesque succingantur, & instruantur ulteriùs ex *Instit.* Lib. I. Cap. 6. Quibus ex scriptis etiam nostræ *Thesis* de *Pneum.* dogmata defendere & communire queamus. *Pneumatosis* etiam à Cæteris *Specie* non ex *Accidentibus* differre peritissimè Colluctatur ab illo Contra *Zabarellam*, Jacobum Schegkium & *Argenterium*. Dum verò ratiocinandi negative metam huic imponimus, ratiocinia altera de hâc re magisque positiva nobis & vicissim incumbunt.

Pneumatosis firmatur amplius ab Argumentis positivis &c.

1. Ex *Sennerto* ob ejus elaborationes distributionesque distinctas.

1. Ex doctrinâ *Sennertianâ* cujus verba sunt *Diversum autem esse hunc Spiritum Animalem à vitali*

vitali Spiritu ex eo liquet; quod in peculiari membro, Cerebro nimirum elaboratur atque inde per Nervos in totum Corpus distribuitur.

2. Quia Spiritus Animales muneribus propriis eorumque officiis distinctè fungendis à *Spiritu Vitali* discernantur & Conspicuè liqueant. Quippè pars vivat à *vitali Spiritu*, & eodem instanti non sentiat nec moveat ab *Animali Spiritu*; sensu motuque destituunt ob Animalis spiritus & non vitalis sufflaminationem. Hâc de re quoque Doctissimum *Sennertum* optimè consulimus ex his verbis. *Instit.* Lib. Cap. 6. *Ut autèm rem hanc brevitèr & per Compendium tradamus: dari talem aliquem spiritum non solum ex* APOPLEXIA, *in quâ deficiente (in membris) hoc Spiritu sensus & motus tollitur; sed &* PARALYSI *ex stupore patet, in quibus etiam ob prohibitum Spirituum influxum Sensus & motus tollitur.* Et paulo post. *Spiritum hunc* ANIMALEM *à vitali diversum esse liquet, quod vitalis spiritus eos usus, quos Animalis præstat, nullo modo præstare potest; cum vivente parte, vitalique Spiritu perfusâ, nihilominus sensus & motus, ob Animalium Spirituum defectum tolli possit. Hic enim Spiritus Cerebri, omniumque organorum ad Sensum & Motum destinatorum actionem quasi vivificat, perficit, & ad Actum secundum deducit, rerumque Species ab externis Sensibus perceptas, ad Cerebrum quasi Judicem & Censorem communem transvehit; Id quod* VITALIS *minimè præstare potest.* His tamen ex *Sennerto*, Propriis & nervis accedunt Cætera; Sic de meo sequentia forsan haud inutiliter nec ἀλόγως his apposui.

2 Ex *Anim.* *Spirit.* Officiis â vitalium distinguendis. *Sennertus.*

3. Præterea plurimùm advertitur de *Pneumatosi* propter ejus distinctionem (à Cæteris)

3. Ab ejus *formali* & *quidditati*-*vâ* Ratione

formalem & (sibi ipsi) *quidditativam* ut prius, & fusius indigitavimus. Et ab ejus alteratione *substantiali* vel *reali* Cerebri ventriculis; necnon *Elaborationibus* tam peculiari è distinct que susceptis el iceat ejus differentia in *Quale Quid*; aut quoad ejus essentiam ab aliis Spiritibu . Et hâc quidditativâ prædicatione *Pneumatosis* differt ab *Hæmatosi* & Animalis spiritus â vitali. Arist. l. 6. Topic. C. 6. S. 16. adeo ut ex Arist. de Anim. l. 3 c. 10. in statutum de *Pneumatosi* nostrâ facilè perveniamus ex ejus ratiocinii, his verbis Εἰ οὖν μήτε μηδὲν ἡ φύσις ποιεῖ μάτην, μήτε ἀπολείπει τῶν ἀναγκαίων, πλὴν ἐν τοῖς πηρώμασι καὶ τοῖς ἀτελέσι; quoniam natura nihil frustrà facit; nec aliquid necessarium (nisi in iis quæ sunt mutila & imperfecta) huic *Coctioni* (à *Cæteris* manifestò deprehensæ & distinguendæ) omittit.

4. Ex Actu & fine Pneumatosis.

4. Quinetiam hæc Coctio differt evidentèr ab aliis ex *Actu* & *Fine*; Quippe ex ratione *Facultatis*, Actûs etiam ratio diversificatur; & ex intentione Naturæ Facultates ordinantur ad Actus iis appropriatos & adæquatos, proinde Δυνάμεις λέγονται καθ' ἃς δυνάμεθα ποιεῖν παντὸς γὰρ οὗ ποιοῦμεν δύναμιν ἔχομεν. ὧν δὲ δύναμιν οὐκ ἔχομεν τούτων οὐδὲ τὰς πράξεις Ἔχεται οὖν ἡ μὲν πρᾶξις δυνάμεως, ἡ δὲ δύναμις οὐσίας; ἥτε γὰρ πρᾶξις ἀπὸ δυνάμεως, καὶ ἡ δύναμις ἀπὸ τῆς οὐσίας, καὶ ἐν οὐσίᾳ; τρία οὖν ταῦτα ἐστὶν ὡς ἔφαμεν ἀλλήλων ἐχόμενα, δυνάμενον, δύναμις, δυνατόν. Δυνάμενον μὲν οὐσία, δύναμις ἀφ' ἧς ἔχομεν τὸ δύνασθαι, δυνατὸν δὲ τὴν κατὰ δύναμιν πεφυκὸς γενέσθαι; Facultates nuncupantur & occupantur secundum quas facere possumus, namque quicquid facimus, de eo facultatem tenemus, Quorum verò non facultates, eorum simi-

Actus ejus est animalis non vitalis ab animali facultate,

similiter functiones non habeamus, &c. Idcirco *Pneumatosi* sit animalis elaboratio, Actusque ab ejus Facultate, sed nuspiam vitalis; & operatio indicat Essentiam, naturam, reique *quidditatem*; ut eliganter â *Plutarcho* nobis editur ὡς τὸ εἶναι ἐνεργεῖν ἀκολυθεῖ, ὅτω καὶ τὸ μὴ εἶναι τὸ μὴ ἐνεργεῖν; Cujus consequens est operari & habere veras affectiones. Quamobrem uti *vitalis Actio* fiat ab Animâ mediante per *vitalem facultatem* in Corde; sic Animalis Actio per *Animalem facultatem* in Cerebro degentem & nidulantem. Sensuum motuumque Principium Effectivum ab Unâ & eâdem Animâ; tamen *operari* vel agere Actus est adæquatus *activæ Facultati*, sed *Esse* Actus est adeæquatus *Essentiæ*.

Plutarchus de primo frigido.

Actus ejus adæquatus.

5. Ex Objecto diverso.

5. Facultates etiam sive Potentiæ per *OBJECTA* distinguuntur; & ab actûs ratione diversificetur *Objecti* ratio adæquati: tanquam terminus Actuumque Finis Comparatur objecto; omnisque Facultas *ad actiones* proprias Consignatur, sed ad *objecta* mediantibus Actibus. Dehinc & hâc Oeconomiâ Natura tales facultates fabricavit, quales Actuum & Objectorum quidditas aut ratio postularet. Quapropter quoniam (ex principiis *philosophandi*) secundum *Objecta* optime distinguuntur & discriminantur (ex Arist. l. 2. de Anim. c. 5. & l. 3. de part. Anim. c. 3.), hujus Facultatis differentiam â *Vitali* statuamus (cum *Sennerto*) per objectum ejus planè diversum ad numericam distinctionem. Materia enim objecta Cerebri Sensorio promoveatur forsan ab externis sensibus & intermediis, sed ab iis in Cerebri *Sensibus* interioribus suscipiatur, non à Corde, nec â spiritibus vitalibus, qui nedum *Objectorum* talium essent capaces, & quid explicatius tractatur?

tractatur ? in Arist. de Anim. Lib. 2. Cap. 5. Ἔχει δ' ἀπορίαν, διὰ τί οὐ καὶ τῶν αἰσθήσεων αὐτῶν γίνεται αἴσθησις, καὶ διὰ τί ἄνευ τῶν ἔξω οὐ ποιοῦσιν αἴσθησιν, & deinde mox sequitur eodem capite Δ ὁ νοῆσαι μὲν, ἐπ' αὐτῷ· ὁπόταν βούληται· αἰσθάνεσθαι δ' οὐκ ἐπ' αὐτῷ· ἀναγκαῖον γὰρ ὑπάρχειν τὸ αἰσθητόν; ὁμοίως δὲ τοῦτ' ἔχει κἀν ταῖς ἐπιστήμαις, ταῖς τῶν αἰσθητῶν, καὶ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, ὅτι τὰ αἰσθητὰ, τῶν καθ' ἕκαστα καὶ τῶν ἔξωθεν; Quippe sine externis non faciant sensum. Idcirco solvere nodos de hâc re Conclusiones has deponimus.

Conclusiones ad firmandam *Pneumatosin* & *Animalem Spiritum* â vitali discriminate

1\. 1. *Conclus.* Facultates hæ (nimirum animalis & vitalis) inter se distinguuntur per eorum *Actus* & *Objecta* formalitèr sumpta.

2\. 2. *Conclus.* Et insuper per *habitudines Essentiales* specie differentes tam actibus quam Objectis.

3\. 3. *Conclus.* Et â pari ratione per Actus *Objecta* discriminentur; uti *Radix Causavè facultatis* distinguendæ Sit, *Actuum* objectorumque distinctio.

4\. 4. *Conclus.* Actus etiam distinguantur per *Objecta* in hoc sensu; utpote diversi *Actus* Specie diversis Objectis Specie fruantur; & Objecta specie diversa, diversos actus specie reducant.

5\. *Ægidius. Cajetanus.* 5. *Conclus.* Et ex *Objectorum* distinctione specificâ in verisimilitudinis tramite distinctio realis Facultatum inferatur ex *Ægid.* l. 2. c. & *Cajet.* p. q. 77. Art. 3. adeò ut animalem spiritum â vitali de jure discriminari ex omnibus ferè votis & suffragiis liqueat.

6\. *Ab institutione Plexûs Choroidis præliminariâ.* 6. A limine vel Introitu *Pneumatosis* in *Plexu Choroide* statuatur ejus differentia, (& in ordine ad realem Cerebri *ventriculis* mutationem) inchoatio

choatio fit obvia per attenuationem materiei præviam (ut supra memoravimus) hoc reti mirabili vel piscatorio (multis nodis, funiculis, Glandulis, Arteriisque venisque) pro re natâ intertexto. Quo plexu *mirabili* & intertextu nodifico ex ejus *Veslingiano* Descriptu Coctionis novæ rudimentum stabulatur. Quippè talis Contextus *â* Naturâ nullibi statuitur, nisi quo nova Coctio vel elaboratio Celebretur.

Veslingio ob hanc Causam datur *Plexus*.

Argenterius tamen in obverso tramite Solitoque nobis obviam dat, ac *objicit*. In ventriculo cordis Sinistro, Quo spiritus vitalis elaboratur non datur *PLEXUS* (inquit ille) aut Arteriarum complicatio.

Object. Ex Argenterio.

Sed objectionem hanc ei fœnore persolvamus; quippè.

1. A ratione *Plexibus* fruendi.

Resp.

1. Quamvis omnes tales texturæ *Coctioni* uni vel alteri dicantur à naturâ, tamen omnis Concoctio tali texturâ non fruitur ex Accidentibus, & Causis diversis, emergentibus ac contiguis. Sed à pari ratione quam *PNEUMATOSIS*, hoc *plexu Choroide*; *CHYMOSIS* etiam *Plexu* Mesaraico; & *SPERMATOSIS* Plexu *Pampiniformi* atque varicoso potiuntur ac gaudent; nimirum ex novæ *Concoctionis* & elaborationis gratiâ.

2. A Disparitate *Coctionumque* ratione diversimodâ. Namque Plexus hic in vestibulo *Pneumatosis*, ejusque vasis minutissimis & labyrinthæis, materiei ventriculis elaborandæ, tanquam τὸ ἀναγκαῖον ὑποθέτικον instituitur; ast *Hæmatosi* vel 3â *Coctione* Materia crassior sit excoquenda, adeo ut *Plexu tali* nedum opus esset nec ex absolutâ nec ex hypotheticâ necessitate.

2. Ex necessitate fruendi.

3. Ex immensis *vital. Spirituum* Copiis. Et quantò

3. Ex copiâ materiei coquendæ. quantò major est necessitas Spiritus vitalis accumulandi quam animalis, tanto major est necessitas auctiorum Capaciorumque vasorum, & tanto minor est usus *Plexûs* aut minutissimorum vasculorum. Exinde ampliora sint longèque Capaciora vasa Cordis in *Hæmatosi* quam *Pneumatosi*.

4. Ex intensitate caloris & fermenti. 4. Ex *intensiore Calore*, fermentoque fortiori in sæculo Cordis. Ideoque elaborationes *Vitales* sunt longè citatiores quam *Animales* â majori Calore ac fermentatione (quippè quasi nictu oculi, sanguis in Cordis ventriculos deglutitur) unde ventriculus Cordalis est apertior & Capacior ad elaborandos spiritus ex naturæ legibus, quam in *Cerebro temperatiori* (ubi motus in elaboratione multo sit tardior;) deindeque *Plexus* ut in Cerebro Coctioni huic *Cordis* Calidiori, fermentatiori, Citatiorique nimis esset incongruus.

5. Ex motu Spirituum. 5. Ex incessanti Spiritus vitalis *elaboratione*, motuque torrentis instar, ad reparationem vitalium Functionum. Etenim Functiones Cordis *vitales* nunquam Conquiescunt; Functiones autem Animales fortasse dormiendo ex magnâ parte sistantur, aut nonnihil saltem obtemperent mediocritati placidissimæ. Sed è Contra; somnus quantò gravior, tantò fortior & Citatior erit *exantlatio*, motusque vitalium spirituum, ad Quorum suppedimentum incessans & sufficiens ventriculus præ *plexu* angustiori est summè necessarius.

6. Ex Perenni spirituum dispendio & Sumptu. 6. Denique Sumptus horum Spir. *Vitalium* sunt profusiores & lautiores quam *Animalium*, Vitalis enim succus *FLUMINIS* irrigantis instar est motu, sed Succus animalis est *RORIS* instar modo-

modoque non æquiparabili provenit; atque multo plus expenditur â vitalibus rapidisque motibus eorum, aut ἀθρόοις, quam ab aliis. Adeo ut (eorum luxuriis dispendiisque inservire) plexus eorum elaborationibus citatis & reparationibus copiosis nullatenùs Conveniret. Proinde ex Causis his verisimilibus in *Hæmatosis* vestibulo, vel Cordis non est tanta Plexuum necessitas, quam *Pneumatosis* introitu vel ab ipso lare. Sin esset, tunc *hepatis* parenchyma, Colonque forsan instar *Plexûs* inserviret *hæmatosi*, Spirituique vitali; attenuandi *præparandique MUNERE* satis imbutum. Hepatis parenchyma forsan instar Plexûs Cordi.

Postremò. Ex ejus Intensitatis *Formali* ratione, radicationeque *Caloris* fermentique vitalis *in Corde* majore, quam in ventriculis Cerebri; unde Crassiora coquantur *ventriculis* Cordis, Quæ cerebri Ventriculis omninò sunt exotica, & per *Plexûs Choroides* de jure prohibentur. Caloris aut fermenti vitalis *intensio formalis*, Sivè radicatio Constat *in Corde* magis quam ventriculis cerebri. Major enim radicatio fit per ejusdem Formæ plurium graduum Unionem, & est ulterior eductio, à potentiá *subjecti*, vel á *vitali* Facultate. Proin & satis eluceat nostra *Pneumatosis* à *VITALI* distincta, ab ejus *fermentationis* animalis, *Calorisq*; intentione *formali* distincta. Et licet adversatur á Quibusdam Qui nolunt *Intensionem* hanc esse *Quid Positivum*; tamen hujus *Caloris* & deinde concoctionis *Intensio* fit *ad Positivum*; strenueque confirmatur, quum nihil inibi *Termino intensibili* contrarium agatur. Præterea *Qualitatis* hujus ex genere philosophetur *Intensio* verá (ex *Arist.* lib. Categ. c. 8. & *Sceibl.* Metaph

7. *Aformalitate* intensitatis in Corde.

Intentio formalis & radicatio quid in Corde. Quid in cerebro?

Arist. Vnde Qualitas caloris?

☞ Metaph. l. c. 8. punct. 4. &c. undè Calori Intensitas in Corde dicitur *VITALIS*, sed *ANIMALIS* in cerebro. Qualitas enim *Quantitatis* modus appellatur unde naturam ejus sequitur, aut (attestante *Scheiblero*) *Accidens* unde Substantia denominetur *QUALIS*; nec incongruè dum rationem *Concoctionis* ipsius Comprehendit. Et abhеinc â Qualitate Coctionis Intensibili *Pneumatosis* ab *Hæmatosi*, & Animalis â *Vitali* Spiritu planè differt; ex quibus (modo) Qualitas integratur, Quæ hanc *INTENSIONEM* διὰ πάντ☉ & nitidè suscipit, unde spiritus intentionalibus æquipollere soleant.

Scheiblerius.

Ex quibus concoctionis Qualitas integratur & Spiritus.

Præterea concoctionum *Intensionis* & *Extensionis* ratio sit eadem; Sed quoad ejus ἐπίτασιν aut *Intensionem* non ultra Cordis ventriculos & arteriarum limites *Spiritus vitalis* in ejus Coctione intenditur, ideoque non ultra extenditur; & haud ad Cerebri ventriculos. *Quippe* quàm â *Qualitate* satis *intensa* tam ab eâ protensâ & juxta naturæ leges *extensâ* distinguuntur hæ concoctiones.

Spiritus vitalis in ejus Coctione non ultra *Cor* intenditur nec extenditur.

Sed ad Calcem hujus λογομαχίας pervenire; Unitas cujusque *Coctionis* & motûs, unitatem *Termini* vindicat; & operatio vel exagitatio *Intensiva* semper impetrat *Terminum Extensivum* illi Intensioni præscriptum & præstitutum â naturâ; haud *Terminum* alienum, adeoque *vitalis* Spiritus (ab ejus Concoctione) animalem terminum postulare nequeat. Perinde ex his omnibus Argumentisque prioribus apodictis *Pneumatosis* vindicatur; & â nobis extra aleam addubitandi deprehenditur; hucusque Capitis hujus

Vnitas vitalis Concoctionis unitatem *Termini* vitalis exposcit.

Cer-

Certamina, hujusque Palæstræ *duellas* ex acie ratiocinandi decertare, & ex *Animalium Spir.* gratia vires adversariorum tentare Congredique suscepi. Nunc ad horum *Spirituum* per *NERVORUM* principia fibrulasque *dispensationem* accuratiorem, per totum Corpus humanum nos ἀποπεφρασμένως accingamus.

CHAP.



CAP. VI.

1. De *NERVIS* tam *Intra* quam *Extra Cranium*, Canalibusque quibus hi spiritus deferuntur per animalem totam Constitutionem. 2. *De spirituum*. Animal. dispensatione per *Nervos* molliores & *INTRA*. 3. Per Nervos Duriores & *EXTRA*. 4. A finali caussâ *PNEUMATOSIS*, unde probatur *ANIMALIS* succus *NUTRITIUS* à Pneumatosi: 5. Et ulterius arguitur ex Observatu *Anatomico*, necnon *Experientiâ*. 6. De Cerebri, Spirituumq; Animalium *MOTU* ordinato, & magis Sensibili per *Systolen*, diastolen, ac

Peristo-

Peristolen. 7. De eorum Motu Inordinato sub 4. Consid: 8. De eorum *MOTU* minus Sensibili.

SECT. I.

De NERVORUM *Generibus & Eorum* ORIGINE.

PRæmissis aliis Quæ *PNEUMATOSI* nostræ πολυθρυλλήτη pertineant horum Spirituum accessoriis, eorumque dispensationis Causis Organicis, nunc adveniamus. Facultates enim non propter Organa, Sed *Organa* propter Facultates fabricantur. Ideoque Natura διαφορὰν & organorum varietatem ad Facultatum diversitatem apprimè sancivit. Et huic Facultati, *Spirituumque Animalium* dispensationi â naturâ peculiariter assignantur *NERVI*, quam ad *Hamatosin*, arteriæ. Τόνοι τείνω extendendo καὶ Νεῦρα â νεύω flectendo Græcis appellantur, Sed â *Galeno* Sub triplici Consideratione nomineque celebrantur (Lib. 1. de mot. Musc. c. 1. & Lib. de *Ossibus* principio.) *Nervi trifariam expenduntur è Galeno.* *Galenus*

1. *Ossibus* exorientibus, & dein appellantur Συνδεσμοὶ ligamenta, Quæ sunt vel *EXTRA Ossa* & membranosa, vel *INTRA* & *Diarthrosin* asservare, *1. Σύνδεσμοι qui sunt; & eorum usus.*

2. A Musculis ipsis ἀπονευρώσεις aut τένοντες *TENDONES* vocantur, Etenim ab eorum nervosis por- *2. Ἀπονευρώσεις & Tendones eorumque usus.*

propaginibus, & fibrosis excrescentibus *Tensiones* ad libitum fiant facillimè.

3. Νεῦρα vel Nervi eorumque usus.

3. Veruntamen â Cerebro Spinâque Νεῦρα ortum ducunt; hæc Organo πρωταιτία Spiritus animales in Partes corporis singulas subjectas deferentia, haud exiguis albisque *Funiculis* absimilia, teretes & oblongos canales efformantia per quos Spiritus animales Sentiendi movendivè vehiculo permeant, & ad *INTEGRI Totius* necnon *ESSENTIALIS* usum, Organizationem, nutritionemque per Corporis ambitum ancillantur. Sic ex *Hippoc.* lib. *de loc. hom.* Totum Corpus est *NERVIS* repletum, (lib. de Arte) Corporisque meteora quaquaversus in Carne sunt dispersa. Præterea *Galenus* (de *Nerv. dissect. cap.* 1. & 2. eoque Complures *Jatrophili* nervos hos partim ab imo Cerebro (nempè *molliores*) partimque â *Spinali* Med. (nempè duriores) statuerunt; sed omnibus *Medullam*, Dispensationis principium dare *Neoterici* maluêrunt; ex *nervorum* similitudine ad *meditullium* cerebri spinæque medullæ substantiam, oculari perceptione & αὐτοψίᾳ confirmatâ. Dum quoque *Spinalis* â Cerebro Cerebelloque derivatur, utriusque substantiam usque ad vertebrarum primarum ampla foramina participans. Et abindè nervuli hi (qui Communem ab illis originem trahunt) corporis per ambitum ad extrema disseminantur & evagant. Nunc uti *Cerebrum* & *Cerebellum*, ita Nervi *tunicâ duplici* sunt apparati. 1. A *Durâ Meninge*, unde durior est & exterior eorum Tunica. 2. Sed â *Piâ Meninge* mollior & interior est Tunica sensuque præstantiore fortasse prædita, vegetior subtiliorq; hæ quoque membranæ nervis sunt idem, Quod Cerebro Cerebelloq; donatur tuendi & accommodendi gratiâ.

Hippocrates.

Galenus.

Nervorum origo.

Eorum Tunica duplex 1 exterior, 2 interior.

Nervo-

Nervorumque situs est profundior & abstrusior quam Arteriarum seu venarum; ast secus quam *arteriæ* venæque, cavitate conspicuâ deficere videntur, (nisi *Par Opticum*;) porositate tamen spongiosâ exornantur. Galenus (attestante *Fallopio*) Simiarum ejus Sectionibus nervos omnes pervios esse putavit, Sed propter horum *spirituum* naturam penitiorem motûsque modum, perforatione perceptibili nec Carent nec Curant. Interim omnes nervi (nulloque excepto) filamentis fibrulisque innumeris accommodantur, necnon intùs albicanti meditullio (Cerebri medullæ haud degeneri;) Quibus varii spirituum horum motus adjuvantur & famulantur; Succique prorepunt instar roris super *Instrumenti Chordulas* (uti mox fusiùs extricemus) Imò & spiritus hi subtilissimi (quasi Sigillis *Hermeticis*) iis & eorum activa principia fœlicissimè conservantur, forsan & ultrà vigorantur. Attamen, hæc καλλι-εργία Naturæ tam mirabilis Commodè satis â Scriptis nec extricanda, nec verbis credenda, nec auribus audienda sit, quam ex oculis propriis autopsiâque discenda teste *Galeno* de *Nervo*. dissect. cap. 2. & ab *Illo* lib. 16. de *usu* part. & lib. 7. de Admin. *Anat.* cap. 8. nervis *mollioribus* ad *sensum* aptitudinem majorem (imò & ad animalem nutritionem) concedere sim lubens, Sed haud absque motûs aliquantillo. Et à pari ratione *Duriores* ad *Motum* & actionem promptiores esse Credo, sed haud absque sensûs proportione justâ. Nervos etiam â Cerebro longiùs excursuros, anfractuosiùs & obliquè, Corpusque durum inituros, eorum progressu duriores reddi, viresque tanquam in Fœdere Conjuncturas autumavi. Unde nervi breviores sunt molliores (ut *auditorii*, visorii, *Odoratorii*, Gustatorii

Eorum Situra, & porositas spongiosa.

Eorumque filamenta & fibrulæ spirituum motibus inserviunt.

Galenus.

Nervi molliores ad Sensum sunt aptiores, sed non sine Motu.

Et Nervi duriores ad motum sed non absque sensu.

Nervi longiores & duriores, sed breviores & molliores. torii, &c.) sed remotiores (ut *manibus*, pedibus, *lumbaribus*, osse sacro, &c.) duriores & aptiores ad laborem aut onus exantlandum. Quinetiam, & *Galeni* sententiam (lib. 3. de *Admin. Anatom.* cap. 9.) *Galenus explicatur de virtute agendi in Nervis.* cum grano *salis* vel *secundum QUID* accipiam, quòd non tantum virtutis insit in *Nervulis* quam Venis & *Arteriis* ob rationem *Magnitudinis*; licèt enim Quibusdam partibus (imò & Quibus *Nervus* est admodùm exiguus) haud exigua potestas agendi vel virtus implantatur; tamen aut ad Modum *RECIPIENTIS* aut *Communicantis*, & *EFFICIENTIS* agitur. *1. Ad modum Recipientis 2. Efficientis.* Ad Modum *Recipientis*, virtus est major aut minor *extensivè* non *intensivè* sed ad Capacitatem recipiendi; Et ad Modum *Efficientis*, virtus agendi vel influxus *spirituum* non tam â materie Collabente quam ab *Efficiente* Concipitur (ex Scheibl. Met. l. 1. c. 22. q. 2. &c.) Nihilominus forsan ex Nervorum *magnitudine* statuatur & *Scheiblerius* eorum virtus. Quippè *GRANDISSIMI* nervi densiores & Crassissimi partibus remotis, *Ad modum Recipientis ex magnitudine Nervorum.* Articulisque destinantur, & ob hanc Causam *Spirituum* Copiis quousque majoribus, eousque præstantioribus suppeditantur; Sed *Sensoriis* & Sensibus nervi sunt *MEDIOCRES*; aliisque partibus *EXILIORES* & tenuissimi, quibus spirituum *affluentiis* tantis ad agendum non opus est. Jam pretinùs eorum Distributionem explicatiorem & περιγραφὴν perveniamus.

SECT.

SECT. II.

De Spirituum *Distributione*, Nervis *MOLLIORIBUS Intra* Cranium.

NErvorum omnium (ultimo excepto) Συζυγίαι proveniunt ab utroque latere; & ulterius expenduntur *ab INTRA*, vel *EXTRA Cranium.*

1. *INTRA CRANIUM* Nervi molliores exortu fruuntur; sensibus *Internis* & *externis* inservientes. Sensus extra sunt. 5. & non ultra; eorumque problema probetur ex duobus *Argumentis Peripateticis* in lib. 2. de Anim. cap. 1. Ὅτι δ' οὐκ ἔστιν αἴσθησις ἑτέρα παρὰ τὰς πέντε (λέγω δὲ ταύτας ὄψιν, ἀκοήν, ὄσφρησιν, γεῦσιν, ἁφήν) ἐκ τῶν δὲ πιστεύσειεν ἄν τις; Εἰ γὰρ παντὸς ἔστιν αἴσθησις, ἀνάγκη τέ, εἴπερ ἐκλείπει τις αἴσθησις καὶ αἰσθητήριον τι ἡμῖν ἐκλείπειν; quia animalia sunt perfecta his sensibus 5. prædita; & necesse esset, si desit aliquis sensus, etiam *Sensorium* aliquod nobis deesse; præterea ὥστε εἰ μή τι ἕτερον ἐστὶ σῶμα, καὶ πάθος, ὃ μηδενός ἐστι τῶν ἐνταῦθα σωμάτων οὐδὲ μία ἂν ἐκλείποι αἴσθησις. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῶν κοινῶν οἷόν τε, εἶναι αἰσθητήριον τι ἴδιον ὧν ἑκάστῃ αἰσθήσει, αἰσθανόμεθα κατὰ συμβεβηκός· οἷον κινήσεως, &c. Si non est aliquod aliud Corpus, aut affectio quæ non sit ex quibusdam iis Corporibus tunc equidem nullus Sensus deesse potest, nec opus est *sensu* sexto qui per se percipiat objecta communia ut motum, &c. Sed quomodo Spiritus animales in has 5. *sensuum* Officinas proferuntur &

1. *Intra* Cranium *Nervi* Communi Sensorio, & 5. *Sensibus* inservientes *Arist.*

Quare Sensus externi tantum quinque.

& nidulantur ad eorum functiones ἰδιογενεῖς καὶ ἀξιοπρεπῶς obcundas, paulo antè patefecimus in Cap. Et eorum officinis velut in *promptuariis* Spiritus Animales præsto sunt (ut Hannibal apud *Portas*) officia eorum facultatibus persolvere. De hâc re luculentiùs elucidare vel ἐκφράζειν hâc *Sectione* nervos eos deferentes exquiramus; Quorum ad numerum â Quibusdam *paria Septem* & συζυγίαι, sed aliis octo statuuntur. Et 1. Per nasi tunicam processusque mammillares *in extremis* Conspiciantur *OLFACTORII Nervi* Quicirca sellam *Turcicam* Ossis *Cuneiformis* & in *Capitis* basi mediâ (ubi Sinus est ad *Glandulam* pituitariam) deferuntur atque anteriùs evehuntur. Quibus *Olfaciendi* Spiritus animales è *Pneumatosi* nostrâ ἐλευθέρως impartiti reponuntur, ubi & olfaciendi impressum ac munus optimè Conciliant. Homo tamen hoc sensu superetur ab aliis Animalibus, imò *canibus*, Qui feris quærendis, odores mirificè sequuntur. Nihilominùs eorum ampliores spectatioresque sunt hi *Nervi*, quorum ad *odorandi* præcellentiam & ἐξοχὴν facultas est major Celebriorque, vel Spiritus acutior ac comparatior. Rationique consentaneum sit ex *Arist.* de *Anim.* lib. 2. c. 9. quanto minùs â *Pneumatosi* reparantur *Optici* nervi, tantò magis hi necnon alii; unde fit ut Animalia quædam *duris oculis* prædita, & aspectu Quæ non plurimum valeant, tamen *olfaciendo* præcellant aliis. Ἔοικε γὰρ ἀνάλογον ἔχειν πρὸς τὴν γεῦσιν, καὶ ὁμοίως τὰ εἴδη τῶν χυμῶν τοῖς τῆς ὀσμῆς; ἀλλ' ἀκριβεστέραν ἔχομεν τὴν γεῦσιν, διὰ τὸ αὐτὴν εἶναι ἁφήν τινα, ταύτην δ' ἔχειν τὴν αἴσθησιν τὸν ἄνθρωπον ἀκριβεστάτην· ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις λείπεται πολλῶν τῶν ζώων. Peripatetici plurimi odoratûs organum statuerunt esse *Nervos*; tamèn cum iis non

De nervis intra Cranium Quibus *Spiritus animales* reponuntur. Et 1. *Spiritus olfaciendi* in *Nervis* odoratoriis

Arist.

tam

tam in naribus ipsis summè dilatatos esse sed in *processibus* mammillaribus, qui Collocantur ante *Cerebri* ventriculos tanquam *odorabilium* Exploratores (quemadmodum *Sennertus* insignivit lib. 1. c. 12. de *olf.*) existimemus; quippe *Processibus* læsis aut obstructis (utpote *Coryzâ*) læditur aut tollitur *odoratus*, etsi *naribus* ipsis nihil sit vitii. Præterea hæc tubercula perpetuo sunt plena *Spiritibus* necnon iis vaporosa, faciliùs etiam odorum Species accipiunt, & (inquit *Laurentius*) quia *Nervorum* naturam redolent, perceptam Qualitatem internoscunt. Spiritus tamen hi Qui tam copiosè thesaurantur in *processibus*, derivantur ad *nares* per nervos, undè *odores*, halitus & inspirationes prorsus ab *olfactoriis* his Spiritibus Circumplectuntur & communicantur ad *Pneumatosin*, secundum Arist. l. 2. de An. c. 9. Διὸ καὶ ἄπορον φαίνεται οἱ πάντα μὲν ὁμοίως ὀσμᾶται· ὁ δὲ ἄνθρωπος ἀναπνέων μὲν μὴ ἀναπνέων δὲ, ἀλλ' ἐκπνέων, ἢ κατέχων τὸ Πνεῦμα, οὐκ ὀσμᾶται οὔτε πόρρωθεν, οὔτε ἐγγύθεν, οὐδ' ἂν ἐπὶ τοῦ μυκτῆρος ἐντὸς τεθῇ. Homo quidem respirando, spiritumque ducendo olfacit.

Hi Nervi situantur in Processibus mammillaribus. Sennertus.

Derivantur tamen ad Nares hi spiritus olfaciendi.

Arist.

2. Spiritus Animales â *Pneumatosi* transmittuntur ad *Nervos opticos*, eorumque officinas ubi *facultate visivâ* perlucidâque fruuntur. Sed hi nervi feruntur inter Cerebrum & *medullæ Spinalis* principium, mollissimi Caviquè sunt, insuper & quanto in Situ positi sint oculi sublimiores nervique Conscendentes, tantò in eorum *visu* potiores, videndique facultate locupletiori sint præditi. Proin & brutis oculorum situra longè *declivior*, humilior & *inferior* quam hominibus, undè tam obtusè obliquè vel deorsùm inspiciunt. Sed explicatiùs agamus de hâc re, sub Considera-

2. Spiritus Animales videndi in opticis Nervis & mollissimis.

Superiores & clariores.

tione quadruplici. 1. Quoad ſpecierum *Receptionem* in *Cryſtallino*. 2. Earumque *Refractionem*. 3. *Perfectionem*. 4 *Communicationemque* ad Commune Senſorium. Et

1. Cryſtallino Nervus eſt maximè Diaphanus ſpecies ad accipiendas. 1. In *Cryſtallino* humore (*Cryſtallique* inſtar) Nervus eſt ſummè *diaphanus* ex diaphaneitate ſpirituum intus nidulantium, & quamvis ad *vitreum*, *aqueum*, & ad *Cryſtallinum*, Nervus pertingat tamen hoc officium ἐν ἀμυδρὸν ἐθέλει vel emicandi *Diaphanum*, præcipue *CRYSTALLINO* donatur; adeo ut à plerisque ſtatuitur *viſionis* MEDIUM primarium à *ſpiritibus* mirè pellucidis & per tunicam *Cryſtallinam* tenuiſſimam (quaſi ſpeculum) ſpecies admittentibus. Et ratiocinatur hæc Doctrina per *Ariſtot.* de *Anim.* l.2.c.7.

Ariſt. quoniam hic humor *diaphanus*, aut Spiritus videndi Colore caret omni (tam actu quam poteſtate) Coloris eſt ſuſceptivus & ſpeciei. Ἔςι δ' χρῶματ@ μὲν δεκτικὸν τὸ ἄχρουν ψόφου δ' τὸ ἄψοφον ἄχρουν δ' ἐστὶ τὸ διαφανὲς, καὶ τὸ ἀόρατον, ἢ τὸ μόλις ὁρώμενον, οἷον δοκεῖ τὸ σκοτεινόν, τοιοῦτον δ' τὸ διαφανὲς μὲν, ἀλλ' οὐχ' ὅταν ᾖ ἐντελεχείᾳ διαφανὲς, ἀλλ' ὅταν δυνάμει; nunc ex opibus horumque Spirituum copiis in hoc *Cryſtallino* Contractis, fit acumen oculandi fortaſſè perſpicacius *Aquilino* vel *Lynceo*; & ex eorum inopiis *Cryſtallino* videndi debilitas. Unde *Æthiopes* oculos nigros habentes (*Ariſt.* probl. 14. S. 14.) ob paucitatem *Spirituum* horum viſilium, (Qui diſſipantur forſan â *Zonæ torridæ* ferventiſſimo æſtu) obtuſi ſunt hâc facultate videndi, falſoque *Senſorio* volvunt oculos huc illuc. Imò & ex nimiâ *pupillæ* dilatatione debilior eſt actus

Jo. Bapt. Porta. *videndi* â ſpirituum diſſipatione quum rei viſibilis comprehenſio fieret per *pyramidem* radioſam; ſicut hæc annotavit Jo. *Bapt.* *Porta* lib. 3. de refract. c. 6.

Cui

Cui quadrat doctrina *Hieron. Fabricii* ab *Aquapend.* in lib. de *vis. part.* 3. *cap.* 6. Quapropter ex eorum *diaphaneitate*, Copiâ, & *Contractione*, visus pellucidus, magis acutus & penitior existit; forsan ob hanc quoque Causam statuitur â naturâ *Crystallini* figura ferè rotunda sphæricaque (nisi parte *Uveam* spectante) quæ tam quantitati rei *Capiendæ* quam *retinendæ* Congruit; Hucusque quoad Specierum receptionem. Fabricius.

2 Sed ad *Refractionem* visûs magnoperè necessarium; *Crystallinum* duobus humoribus nempè *Vitreò* & *aqueo* Circundatum esse videmus ex gratiâ refractionis; ideoque post *Crystallinum*, Corpus opacum fortè collocatur, aut potiùs *nervus opacus* qui *vitreo* terminatur, & disseminatur; sed haud diaphanus, ex crassioribus intus repositis. Hic humor autem haud absimilis est *Vitro fuso* vel liquefacto & tractatur fusiùs à *Galeno* in lib. 10. de usu part. c. 1. Qui quasi medium inter *Crystallinum* & Nervum opacum instituitur, & humor est satis albus sed humidior densior & Crassior *Crystallino*, majorque quintuplo, propter exactiorem refractionem; quippè radii luminosi (quum *Crystallinum* transiêrunt ad *vitreum*) refracti sunt ex *opaco* Corpore nervosi generis velut in *unum PUNCTUM* quo fœlicissimè coëunt, unde visùs facultati *Species* representantur. Et ex hâc re dicitur ab *Aristot.* *DILATOR IMAGINUM.* 2. 2. *De* Refractione; & in *Vitreo Nervus* est *Opacus* unde *DILATOR* specierum.

3. Veruntamen ad *perfectionem* videndi concurrunt *OPTICI* Nervi, & ad hanc rem potissimùm in *unum* Coalescunt; *DILATOR* etiam *spirituum* visilium appellantur. Modus eorum Coëundi sive Coalescendi ad ἀπόδειξιν Clariorem planè Conducit, quippè non tantum in eorum progressu uniuntur ad *consociationem* tantummodò ut *dexter in* 3. De Perfectione vel unione specierum ex unione opticorum unde *DILATOR* spirituum.

dextrum oculum, sinisterque vadat in sinistrum prout ex *autopsiâ* perfunctoriâ vulgi censuêrunt & hallucinati fuerunt; sed ad *commistionem* modumque *CRUCIS* unde dexter ad Sinistrum, & sinister ad dextrum fertur oculum. Nec fit per contiguitatem aut solummmodò *Tactionem* sed per *intersectionem* & χιασμὸν interiorem; Undè hos Nervos in eorum *meditullio* permisceri Confundique, utriusque *Nervi* medullam intùs spongiosam velùt in itinere medio conjunctam sive permistam esse, per solertiorem inspectionem expendamus; namque ab arte nullâ alter nervus ab altero (vel utriusque medullâ) secerni possit.

Modus & usus eorum unionis interioris.

1. Adeo ut in unum nervi *Coëant* ita spiritus eorum animales *exeant* in unum; variæque species *separatim* ad *Crystallinum*, vitreumque receptæ, *Conjunctim* tamèn & in unum *Sensorio* communi Conferantur.

2. Subinnuitque *Galenus* cap. 14. lib. 10. de *usu part.* visilium formas Speciesque varias uniri hâc *Opticorum* unione vel coitu: licet enim per duo ferantur *Organa*, Species simplices tamèn non duplices apparent (inquit ille. Sic Jo. *Bapt. Porta* lib. 6. de Refract. cap. 1. *Et duo sint oculi, tamen unica vis est videndi: seu ut clariùs Commodiùsque res hæc verbis exprimatur; Virtus videndi utrique oculo sit insita, sed tamen absque* SPIRITIBUS *his* VISORIIS *officium suum non possit exequi,&c.*

Galen. Jo. Bapt. Porta.

3. Dividuntur etiam *hi nervi* ab eorum *principio* vel origine, spiritus hos *visivos* accipere per totam *Pneumatosin* & undique; vel ex ventriculis forsan utriusque lateris Cerebri. Sed uniuntur in *progressu* per *CRUCEM* ad omnium mixturam τελειωτέραν, Commistionemque in unum; rursusque

susque separantur *fine* ad emissionem *spirituum* & dispersionem latiorem universaliorem que.

4. Hos coire edocuit *Galenus* cap. 14. lib. 10. de *us. Part.* ut *Visilis Spiritus ab altero oculo in alterum momento permearet ad visus PERFECTIONEM*; Cui subjungam, Spirituumque vires duplicare ad ulteriorem vigorem, exindè *Clauso uno* oculo altero forsan & acutiùs videamus. Ex his apodictis Causis *OPTICI*, imò in eorum poroso meditullio *Coëunt*. *Opticus* enim è duplici substantiâ Constat; nimirùm *Interiore* Quæ medullaris est & spongiosa; & *Exteriore* membranea; nunc (inquit *Laurent.* lib. 11. c. 10. Q. 7. *Interior medulla dum ad Crystallinum pervenit DILATATUR, & ita per universum oculum SPIRITUS VISILES diffundit*; opticique mollissimi omniumque spongiosi confitentur, ut copiosissimum deferant animalem spiritum. Deinceps, 4. Hæ species *Sensorio* Convehuntur, Cerebroque percipiuntur avidè, propter *spiritus* internuncios visivos & irradiantes, aut ex instanti impressum facientes ope *medii* transparentis perlucidivè; ex *Arist.* de *Anim.* l. 2. c. 7. φῶς δ' ἐστὶν ἡ τούτου ἐνέργεια τοῦ διαφανοῦς, ᾗ διαφανές; Nunc oculi circumagentes huc illuc & in omnem partem nervos etiam *Motorios* requirunt, Qui strictiùs *opticis* Connectuntur & ad *Musculos* oculorum Sex sanè disponuntur. Nervis tamen his *Motoriis* spiritus agitantur, distinctè, Cæterisque nervis conjunctè. Sed ob has Rationes, insuper & *Cavitatem* spongiosam *opticorum*, amplitudinemque, *spiritus hos visivos* perenni motu & ubertate Continuari, propriis ex *officinis* deferri, ab aliis differre, *LUMENQUE ANIMALE* præstantissimum proferre ἀναντιρρήτως concludamus, & astipulamur; hactenus autem

Margin notes: 4. *Galenus.* ☞ *Laurentius.* 4. De perceptione Spiritibus his visivis. *Nervi Motorii.*

autem ad *PAR* nervorum secundum, tertiumque *INTRA CRANIUM.*

4. Spiritus 4 paris musculis *faciei* Temporum, &c.

4. Spiritus Animales â *PNEUMATOSI* dispensantur ultrà, per quartum *PAR* (intra *Cranium*) sed admodum exiguum; Quod in Frontis, *Temporum*, Faciei. *labiique* superioris *musculis* ramificatur, horumque nervorum Surculis Spiritus *animales* ad sensum, motum earumque partium ad nutritionem distribuuntur.

5. Spiritus in Nervis Gustatoriis â *Pneumatosis.*

5. *PAR Quintum* est *Gustatorium*, per Ossis *Sphænöidis* foramen egrediens; & maxillæ superioris dentium *radicibus*, Gingivis, Palatoque propagines & ramiculos præbet; dein & in *labrum inferius*, illiusque *Cutem*, & in latera *Linguæ*, necnon ad *OS Hyoïdis* tunicamque, ex *saporis* promptissimè dijudicandi gratiâ propagatur. Hujusque Conjug. Nervi tantò *duriores* sunt, quantò Comptiores ad motum, aut deorsum vergunt. His quoque Nervis impressum huic sensui *gustandi* peculiarem spiritus â *Pneumatosi* conciliant, nisi per intemperiem & *Dyscrasiam* perperàm aguntur & ægerrimè feruntur. Etenim è nimio *calido* vel *humido* gustandi sensus depravetur, adeo ùt de

Arist.

hâç re ab *Arist.* de *Anim.* l. 2. c. 10. elegantiùs expromamus. Σημεῖον δ᾽ ἐστὶ τὸ μήτε κατάξηρον οὖσαν τὴν γλῶσσαν αἰσθάνεσθαι, μήτε λίαν ὑγράν, αὕτη γὰρ ἁφὴ γίνεται τοῦ πρώτου ὑγροῦ: & appellatur *Sensus HUMIDI* primi; pariter paulo post, ὥστε τὸ γευστικόν ἐστι τὸ δυνάμει τοιοῦτον· γευστὸν δ᾽ ἐστὶ τὸ ποιητικὸν ἐντελεχείᾳ αὐτοῦ; Gustativum est quod est in ejus facultate; Spiritibus ab his hospitantibus ac hoc *Pari* nervorum à *Pneumatosi* insit.

6. Prætereà â *PARI* nervorum *Auditoriorum* spiritus animales ad audiendi sensum derivantur â *PNEUMATOSI*; Qui nervuli per

ossis

ossis Petrosi vel lapidosi foramen exeunt & ex *portione duplici* dispensantur. 1. A *Nervo molliore* vel portione aurium Cavitates *Tympanumque* occupante. 2. Et â *Portione*, Nervoque *Duriore*, versus *Laryngem*, maxillæ, *Faucium*, Aurisque externæ *musculos* vergente. Quibus nervis audiendi *Facultate* peculiari potiuntur animales hi spiritus, ubi satis imprægnantur ad obeundam hanc functionem, nisi succus eorum aut vehiculum nervosum vitiose grassaretur; & in *Nervis* aut meatibus, fœnoraretur. Hujusque tamen disquisitionis Contignatio ad *audiendum*, non tam *aëri vernaculo* & in aure Concluso (utpotè plurimi *Vulgi* putaverint) quam spiritibus his insitis & implantatis incumbit. Quid enim ab *Aristot.* ratiocinatur de hoc aëre auribus Condito de *Anim.* l. c. 8. est vero verius de nostris *Spiritibus* audiendi facultate præditis & in nervis Ὁ δ' ἐν τοῖς ὠσὶν ἐγκατῳκοδόμηται πρὸς τὸ ἀκίνητος εἶναι, ὅπως ἀκριβῶς αἰσθάνηται πάσας τὰς διαφορὰς τῆς κινήσεως unde & sonorum vocumque differentiæ facillimè necnon articulatim deprehenduntur. Καὶ Διαφοραὶ καὶ ἐναντιώτεις κατὰ τὴν ἀκοήν. *Quemadmodum* etiam (*Sennertus* inquit in Instit. l. 1. c. 12.) *ad species visibiles recipiendas interna lux* (aut lumen *Animale* nimirùm in visoriis Spiritibus) *requiritur*, *Quæ ob cognationem facile externam recipiat: Sic in aure esse ἀέρα ἐνδον aut aëream substantiam quæ sonos intrò dilatos recipiat.* *GALENUS* autem de jure optimo statuit. lib. de Caus. *Sympt.* cap. 3, audiendi primarium *instrumentum* esse τὸ ἔνδον μέρος aut extremitatem Pori Auditorii, ubi Extremitas ipsa dilatatur, *Nervique AUDITORII* molliorem portionem excipit. Quapropter hoc Censu *Aristo-*

6. Et in Nervis Auditoriis sed præcipuè molliori.

Arist.

Sennertus. Non ab Aëre congenito quam ex spiritibus Audiendi insitis â Pneumatosi.

Galenus.

Aristoteles mecum optime deprehenditur, Διὰ ταῦτα ἡ καὶ ἐν ὕδατι ἀκούομεν, ὅτι οὐκ εἰσέρχεται πρὸς αὐτὸν τὸν σύμφυτον ἀέρα· ἀλλ' οὐδ' εἰς τὸ οὖς διὰ τὰς ἕλικας, ὅταν δὲ τοῦτο συμβῇ, οὐκ ἀκούει; de potestate audiendi in *aquâ*; quoniam nihil nec per *anfractus auris* nec alias vias misceatur his *spiritibus* exaudiendi. Speciesque per fenestellas in *anfractus* tortuosos, & *labyrinthum*, dein & in *Cochleam* deferantur; tamen actio audiendi distincta Claraque dependet à spiritibus in nervis nidulantibus velut Mediis Quibus species acceptæ *Communi SENSORIO* trajiciuntur, tanquam ad *Censorem* & Judicem. Insuper in Nervis his Πόρος ἀκουστικὸς sese exonerat, unde Spiritus animales - ad *Cerebrum*, sonos extemplo velut oculi Nictu Communicant.

Arist. Hisce Spiritibus etiam *facultas* audiendi collocatur ab animâ.

Quinetiam â *Pneumatosi* dispensentur *spiritus* â *Pari vago*, per foramen ossis *Temporalis* & *occipitis*, & in fibrillarum seriem uberrimam, mirabilemque nervorum varietatem ramificante.

6. Spiritus ad *sextum PAR* â *Pneumatosi*

1. *EXTERIUS* ad Thoracem vel â *Ramulo* magis exteriori unde *Nervi Recurrentes*, Reversivi, & *vocales* ortum duxerunt, dum Par hoc *Arteriam axillarem*, immò & *Aortam* circumagit ac gyrat. Perinde quoque *Laryngis* ad musculos redit *hoc PAR*; & illæ partes sensu, motu, nutritioneque animali suppeditantur.

1. *Extrinsecus* in Thorace vel medio ventre.

2. *INTERIUS*; ad *Abdomen* & imum ventrem, dextrorsum sinistrorsumque Nervi sese dispergentes; partibus & illis motum sensum & alituram animalem proferunt. Hoc enim *Par* parit admirabilem nervorum varietatem per Medium & Infimum ventrem.

2. Intrinsecùs *Abdomine* & infimo ventre.

Postremò verò *par ultimum* CRANII exoritur apud *Cerebelli* finem, è medullâ mox in *Spinam* pro-

7. Par; & quare Par hoc ad

prolapsurâ, Cæterisq; durius mihi videtur esse Ad consignatum ad *LINGVÆ motum* incessantem; & â radicibus aut ab osse *Hyoidis* Cartilaginibusque in linguæ musculos substantiamque divaricatur, forsan & ad aliquot gustandi sensum sed magis ad loquendi motuum supplementum & uberiùs. Nunc per omnes hos *Nervos* officinasque *intra Cranium* Spiritus animales impressus novos propriosque Conciliant, & hi sunt; *Qui* fæliciter inserviunt *EXTERNIS Sensibus.*

MOTVM linguæ Sic durius; quam *Nervi Cæteri intra Cranium.*

2. Jamverò Spiritus animales à *PNEVMATOSI sensibus Internis* accommodantes, proximè nobis occurrunt, & uniuntur in *uno Sensorio* Communi, sicut in *uno Centro* punctula plurima lineæque variæ Conjungantur â *peripheriâ*. Sensuumque diversorum objecta ritè discernantur & distinguantur â *Sensorio*; sic docet Aristot. de Anim. l. 3. c. 2. Ἑκάστη μὲν αἴσθησις τοῦ ὑποκειμένου αἰσθητοῦ ἐστιν, ὑπάρχουσα ἐν τῷ αἰσθητηρίῳ ᾗ αἰσθητήριον· καὶ κρίνει τὰς τοῦ ὑποκειμένου αἰσθητοῦ διαφορὰς; discernit hoc *Sensorium Commune* subjecti sensibilis differentias; Et per *Peripateticos* de Sensibus tria reverà calculentur ex *SENSORIO.*

2. Sensus Interni famulantur ab his Spiritibus à Pneumatosi

Sensorio Commune Munus à communi Spirituum Animalium fruitione.

1. *Quemlibet* sensum dicendum esse de suo *sensiblili objecto.*

2. Et quemlibet sensum esse in suo *Sensorio*, quatenùs est Sensorium.

3. *Quemlibet* etiam Sensum â *Sensorio* discernere *differentias* sui objecti. Ex quibus satis explicatur *Aristot.* de differentiis diversorum sensuum percipiendis in *Sensu Communi*; multitudoque Sensuum aptè valeat ad ea distinguenda *Quæ* sunt eadem in *Subjecto* Ζητήσειε δ' ἄν τις, τίνος ἕνεκα πλείους ἔχομεν αἰσθήσεις, ἀλλ' οὐ μίαν μόνην· νῦν δ'

Arist. l. 3. c. 1. de *Anim.*

ἐπεὶ

ἐπεὶ ἐν ἑτέρῳ αἰσθητῷ τὰ κοινὰ ὑπάρχει δῆλον ποιεῖ ὅτι ἄλλο τι ἕκαστον αὐτῶν; insuper & ex ratiociniis *Arist.* de *An.* l. 3. c. 2. demonstratur hæc *Communis Sensorii* disquisitio; quippe quatenus est indiviuum catenus est unum & simul; quatenùs autem Dividuum non est unum Ἀλλ' ὥσπερ ἣν καλοῦσί τινες στιγμὴν, ᾗ μία, καὶ ᾗ δύο, ταύτῃ καὶ διαιρετή· ᾗ μὲν ἓν ἀδιαίρετον, ἐν τὸ κεῖνον ἐστὶ καὶ ἅμα, ᾗ δὲ διαιρετὸν ὑπάρχει οὐχ ἕν; nunc quousque sensuum omnium Spiritus animales *Sensorio Communi* redeunt, unum est & individuum; ast eousque spiritus animales proveniunt à *Pneumatosi* ad peculiares sensuum officinas, Sensorium est *Dividuum* & non unum. Sed satis hæc sunto de distributione Spirituum, à *Pneumatosi* per Nervos molliores & *intra CRANIUM.*

Sensorium quomodo *Dividuum* & quomodo *individuum.*

SECT.

SECT. III.

De nervis Durioribus *&* EXTRA *Cranium, Spirituumq; Anim.* Dispensatione *ulteriori in* 4. Classibus *per.* 30. *paria Nervorum,*

Genus intermedium, est quoad inferiora Genus, ast quoad Superiora duntaxat *Species* ex *Isagog. Porphyriano.* Genus est sub quo Species assituantur, & de pluribus Specie differentibus *logicè* tractatur; ita *Coctio* ipsa Corporis est genus, sed animalis hæc Coctio vel *Pneumatosis* est Species; quam Speciem â vitali Cæterisque distinctam probavimus. Nihilominus quoad inferiora, & has impressiones novas, in omnibus ac singulis *sensibus* & *officinis* Generis intermedii sit instar. Quinetiam ex principiis philosophiæ enodetur ab Animâ hæc spirituum ä *Pneumat.* dispensatio, *ut Anima sit in toto, & TOTA in qualibet parte,* quoad ejus Entitatem, (tamen haud dicamus quoad *Essentiæ* totalitatem) quoad *Intensionem* non *extensionem*; sed virtualitèr & ad *potentiale*, non ad totum *Essentiale* vel *Integrale*, nec habet omnes partes organicas, singulis in partibus Corporis, sed in *Toto Integro. Quapropter* licèt anima sit *Principium* coctionis omnis perfectivæ & immanentis; Facultates tamen implantantur *Organis* propriis & *officinis*, utpotè *Potentia Visiva* insit oculis eorumque Nervis & Spiritibus visilibus, sic *audiendi facultas* auribus, nervis & Spiritibus auditoriis â *Pneumatosi*, pariterque de Cæteris. Uti Collocetur unum Organum in unâ parte

Hæc Coctio logicè ratiocinetur.

Ejusque Dispensatio spirituum Animalium philosophicè.

Ab Animâ quoad Potentiale non Essentiale.

te, aliudque in altera, &c. Et ab ejusdem *animæ* virtute, Enticate, ac Intensione partibus omnibus officinisque singulis; *VI PECULIARI* ad Provincias eorum, Functionesque propriè agendas adæquatas, & perfectivas *Spiritus animales* μεγαλοπρεπῶς imbuuntur. Quorum Dispensationi per totum Corpus nunc accedamus.

2. Spirituum horum ulterior Dispensatio per Nervos EXTRA CRANIUM.

2. Est â nostra *Pneumatosi* Spirituum altera Celebris & ulterior *DISTRIBUTIO*; nimirùm *EXTRA CRANIUM* per *Nervorum* paria triginta (quippe quilibet Nervus suum comparem Consortemque de jure postulat, (excepto duntaxat ultimo, qui nuncupatur *Sine Pari.*) Nervi hi celebrantur â *Spinâ Medullæ*, & ex vertebris prosiliunt per foraminula, tractuque continuato flectentes, â summis ad infimos sese prodeunt, & proin in 4. Classes nobis optimè digeruntur.

Horum 4. Classes.

Et 1. Classis de 7. Paribus.

1. *Primâ CLASSE*, per Paria septem è Colli vertebris exilientia disseminantur, perinde spiritus animales δαψιλῶς & opipare distribuuntur ad partes & musculos. Et

1. Par hujus Classis.

1. A primo *Pari* Musculi collum *Flectentes*, Extendentes, *Musculique* Scapulam Humerariam elevantes uberrimè famulantur motu, Sensu necnon animali nutritione; Enimverò Spiritus hi non uno sensu solo sunt prædití, sed pluribus apud

Arist.

Arist. de *Anim.* l. 2. cap. 11. Περὶ ἢ τῆς ἁπῆς ἢ ἁφῆς ὁ αὐτὸς λόγος, εἰ γὰρ ἡ ἁφὴ μὴ μία ἐστὶν αἴσθησις, ἀλλὰ πλείους, ἀναγκαῖον ἢ τὰ ἁπλὰ πλείω αἰσθητὰ εἶναι; Porrò notandum est in omnibus rebus naturalibus tria Consideranda; Sic hâc *Pneumatosi*. 1. Ejus sola *Substantia* à materiê. 2. Et ejus Δύναμις aut facultas à formâ. 3. Et ad actiones Δυνάμεως ejus ἐνέργεια à particulis insitis & spirituosis

Primo

Primo *Totum Compositum* expendatur. 2. Potentia *Essentialis* aut *Animalis* quæ nuspiam a *Toto* separari possit, ad τ̃ ἰδίας Categoriam semper reducitur. Tertio, Denique *Potentia Naturalis*, quæ qualitas est & dependens a *Temperamento* sive *CRASI*, est instar *Instrumenti* Potentiæ prioris animalis sive *Causa sine qua non.* Nunc *Crasis* particularum proprietatibus dispositionique justæ & mixtioni a natura plurimum confidit; ex hac *Crasi* quoque Musculorum motus fint regulares vel irregulares,& forsan ex potentia hac *Naturali* (musculos sursum elevando,)spiritus, particulæque magis activæ mercuriales & sulphureæ producuntur,(musculosque deorsum movendo) particulæ minus activæ & terrestriores. Age tunc & cæteris *Paribus* pede levi processus agamus.

Horumque Spirituum *Par secundum* (inter *vertebram primam* & *secundam* colli) Capitis *Musculis* cutique usque ad aures inserviat. 2. *Par.* Hujus Classis.

Tertium, quartumque *Par* (inter tertiam & quartam colli *vertebram*) Masseterum Genarumque musculis, Capitis Collique per quatuor Nervulorum surculos, accommodant, *viz. Musculo oblongo*, Musculoque subter *Oesophagum* collocato, necnon *occipitis* ad Cutem, Musculisque Colli transversis; Scapularum etiam *Cucularibus* ad Dorsum. Quibus *Syzygiis* nervorum dispensantur hi Spiritus a *Pneumatosi*, sensu, motu, nutritioneque Animali præditi, partim a Potentia essentiali, sed partim a *Crasi* sive Naturali potentia agentes. 3. *Par.* 4. *Par.*

Quinetiam quinti sextique Paris propaginibus *cum quarto* hi spiritus foras inserviunt, (per foramen inter quartam quintamque colli 5. *Par.* 6. *Par.*

vertebram exeuntes)in Duos ramiculos, unde Nervi *phrenici* & Diaphragmatici ſtatuuntur ἀνατομικῶς; Primus enim ramus Nervorum in *Collum*, Diaphragma, *Deltoidem*, Brachia, *Scapulæ latum* & Coracoideum aut *Levatorem*; aſt ſecundus in *Spinæ* muſculos & Dorſales diſſeminatur, & perinde Spiritus *a Pneumatoſi* partibus hiſce de jure diſpenſantur.

7. Par. Poſtremo *Par ſeptimum* a ſexta colli vertebra provenit, ſaltem ex ſecuritatis gratia hujus Nervi conjugantur, cum *ſexto colli* primoque *Thoracis* pari, ſed feruntur ad extrema *Manuum* per *quinque paria*. Aliique voluerunt unum hujus ramuſculum *Diaphragmati* proferri. Morbis proin *Apoplecticis* accedit (*Animalium Spir.* ſufflaminatione durante) reſpiratio vix ſenſibilis (*Diaphragmatis* ope) promoveatur, necnon ab animali motu dum in *theca* vel Spinalis medullæ *Repoſitorio* Spiritus Animales etiam recondantur ad uſum præſentem. Præterea Nervi hi *EXTRA Cranium* proſilientes è Medulla Spinali, *DURIORES* ſunt (ex movendi gratia)quam priores,(a Glaſſibus *INTRA Cranium* nervi) proferentes; quoniam ex *Cerebri MEDULLA* nervi molliores ad interna viſcera molliorefque partes evagantur, aſt ex *Dorſi MEDULLA* nervi *Duriores* emittuntur, & ad partes Duriores, remotiores, magis exteriores, motibuſque omnimodè paratiores. Hucuſque de *prima Claſſe* nervorum *extra Cranium*.

Quare Nervi hi ſunt *Duriores*.

2. Spiritus animales a *PNEUMATOSI ſecundæ Claſſis* ope, proliciantur ex *Thoracicorum* nervorum *PARIBUS* 12. Et hi nervuli Pectoris membranis, Dorſi, Coſtarumque muſculis

De 12. *Paribus Thoracicis.*

culis antrorſum, retrorſumque inſeruntur. Superiora tamen paria brachiorum muſculos retroſpiciant; forſan & cætera paria dirimuntur in ramos, majorem minoremque vel anteriorem & poſteriorem, ſed anterior eſt major.

Par primum proſiliens ex *foramine* circa ſeptimam colli vertebram, *Thoraciſque* primam, (veriſimiliter & *Communi*) cum anteriori Ramulo ſurſum vergit, Sternumque verſus; ſed poſteriori ramuſculo Collum ſcapulamque verſus, Spirituum cum novis *ſuppeditamentis* ad earum partium familiam animalem perreptat. 1. *Par.*

Dum quoque *PAR ſecundum* per foramen inter *primam* Thoracis ſecundamque *Vertebram* exiliens tranſit ad *Brachia*, nervulumq; intercoſtalem primum efficit; & ob ſentiendi movendi nutriendique munera compluribus in ſurculis *Thoracem* verſus ramificatur. Cæteraque decem *Paria*, ex vertebris *Thoracicis* ordine numerico proferuntur. Quorum propagines anteriores *Nervos* intercoſtales (cum venulis ex *Azygo*, Arteriiſque ab *Aorta* intercoſtalibus famulantes) inſtituunt. Perinde quoque *Spiritus Animales* a *PNEVMAT*: ſingulis ſpatiis *intercoſtalibus* ad muſculos eorum tam externos quam internos; nempe, ſerratos & intercoſtales uſque ad Abdominis *Muſculum* oblique Deſcendentem emittuntur. Veruntamen *ramuli* poſteriores & minores retrorſum his ſpiritibus exerunt ad *Spinas* vertebrarum inter muſculos iis adhæreſcentes; diverſimodiſque motibus *Splenio* Rhomboidi, 2. *Par.* Et cætera 10. Paria.

Cucullari, Latissimo, *Serratoque* inferiori vel postico fideliter inserviunt.

3. *Class.* de 5. Paribus *Lumborum.*

3. Tertia *CLASSIS* eorum, ex *Lumborum* quinque *PARIBUS* consistit; & nervi hi nonnihil ampliores sint *hac Classe* quam priori, vel *Thoracicis* musculis, & ex majoribus affluentiis, adaptantur motibus Actionibusque majoribus. *PAR* quoque quodlibet (*Dorsalibus*) in Ramos anteriores & posteriores digeratur.

Primumque *Par* ex foramine Lumborum inter *Primam*, & ultimam thoracis vertebram ortum ducens, in ejus anteriore propagatione ex magna parte *Diaphragma*, Musculumque *Psoan*, Abdominis & Lumborum *Musculos* respiciet; abhinc surculus præcipuus *Quintæ Coctioni* vel nostræ *Spermatosi* spiritibus animalibus locupletanter inserviat. Sed ex ejus *Ramulo* posteriore musculi plurimi, ut Longissimus, Sacer, *Sacrolumbusque* a spiritibus optime famulantur.

2. A *PARI* secundo (inter *Primam* secundamque *Lumborum* vertebram exoriente) Spiritus è *Pneumatosi* fœnerantur, & ob femoris tibiarumque musculos nonnullos expenduntur, (immo Plerorumque Censu ad vasa spermatica.) *ANTERIUS* enim impertiuntur in Musculos; nempe fascialem aut membranosum & *Iliacum* internum ad cutem femoralem, necnon per *nervulum* oblongum & exilem in vasa spermatica & ad Testes perveniunt. Testes etiam in spermatosi per surculos *a Costali*, & exin a *Sexta* cerebri conjugatione, Spiritus hos uberius accipiunt. *POSTERIUS* autem

Spiritus *Animales* ad Spermatosin proferuntur & qua via.

autem hoc *PAR* trium muſculorum Glutæorum muneri inſerviunt.

Per *PAR tertium*, hi Spiritus *ANTERIUS* ad Genu, ejus cutem & ad Saphœnam diſtribuuntur, aſt *POSTERIORI* propagine ad lumborum muſculos & *Hypogaſtrii*. 3. *Par.*

PAR quartum femoris Tibiæque, Pediſque muſculis communicat, & inter *Lumbarios* hi Nervi ſunt maximi ex *Spirituum* affluentiis copioſioribus ad motus majores, ſtrenuiores, & velociores, propagineſque Complures, (& *Columbo* ſaltem ſeptem ſurculos) ex hoc *Pari* prodeuntes perpetuo ſpiritibus reparare. 4. *Par.* *Columbus.*

Denique per quintum *PAR* (inter quartam quintamque vertebram *Lumborum* ortum ferens) ſpiritus hi deferuntur inter *os* Coxendicis, Pubis & Ilii in muſculos femoris obturatores magis exterius, interiuſque; forſan & ad *uteri*, Penis, *Veſicæque* muſculos nonnullos, provehuntur. Necnon ab his tribus ultimis *Paribus*, a Nervorum magnitudine, propaginumque divaricatione, maxima ſpirituum horum profluvia Cruribus, Tibiiſque proferuntur, & ad functiones fortius agendas, mutuo mireque complicantur *hi Nervi*; Spirituumque Animalium interventu, *Anima* motoriis his *Organis*, virtutem ſuam energiamque motivam ſancivit. Plurimi tamen (atteſtante D. *Charltonio*) τὴν πρωτὴν ὁρμὴν muſculorum movendi vel agendi (ab anima *Directrice*) non tam ſpirituum horum *Energiis*, influentiiſque conſiſtere cenſuerunt, quam a virtute nervis inſita, citra materiei ſubtilis alicujus immiſſionem a *Pneumatoſi*; refelluntur 5. *Par.* D. *Charltonius.*

 autem

Doctrina de *Hormetica* spirituum irradiatione.

autem ab illo *Eximio* ratiociniisque apodictis plurimis & validis. Hæc quoque *Doctrina* de *Hormetica* spirituum horum irradiatione per musculos omnes celerrimè movendos a *Pneumatosi* satis ample docteque propugnatur.

1. Quippe 1. motus eorum fit per ordinatam ab uno loco ad alium *Metastasin*, nunc motus hic inter terminos a quo & ad quem non potest provenire 1. citra medium & 2. huic adæquatum inter animam & membrum; Sed soli spiritus *Animales* sunt medium juste proportionatum, *Quorum subtilitas* (inquit ille) *facit, ut ad immaterialem Animæ naturam propius accedant velocissimoque impulsu per Nervos in musculos influentes, eosdem repleant distendantque, eoque pacto mutationem inducant.*

Spiritus soli sunt *MEDIUM* inter Animam & Corpus.

2. Quoniam omne *Instrumentum* accomodari debet *AGENTI* secundum ejus operationis diversitatem; spiritus animales sunt *Instrumentum* tale, & ab Anima in variis usibus ἐργασίαισque accommodantur *Agenti*, sive Musculo, nimirum, vel motui, sensui, vel animali nutritioni. Et hoc Argumentum *Galenum* ipsum excogitare putavit ille, de mot. Musc. l. 1. cap. 13. Ubi proximum *Animæ* instrumentum spiritus hos constituit, & ejusmodi usus his verbis, *In ventriculis Cerebri Spiritus est, Animæ primarium instrumentum, quo sensumque motumque per Partes universas Anima transmittit.*

Galenus.

3. 3. Præterquam ex his profluentibus *Agens* Musculus circa medium ad intumescentiam semper attollatur, duritiemque forsitan exiguam sibi ipsi contrahatur uti *Crotaphyta* Masse-

tereque

tereque (quum cibos manducemus) appareat. Namque spiritus a *Pneumatosi* per nervum, sive nervi *surculos* exiles fortiter immissus sit, unde veluc inflando, musculus extenditur in latitudine atque profunditate, sed *longitudine* speciose contrahitur ad *Phænomenon* partis repletius distentiusque. Sic ex his aliisque rationibus concludendum sit, Animam movendi musculorum effectricem esse (necnon sentiendi) per horum Spirituum dispensationem nervosam.

4. Deinceps alia vel quarta *Nervorum CLASSIS* aucupatur ex *Ossis sacri* medulla, & dirimitur in *6. Paria.* Quorum *PAR* primum (haud secus ac priora) in ramum *Anteriorem, Posterioremque* digeratur, ast non sequentia quinque. Ex usu primi *PARIS* (inter ultimam lumborum & primam *Ossis* hujus vertebram exilientis) per ramum anteriorem *Abdominis* internique, *Iliaci* Musculi spiritibus his vigorantur & efferuntur; sed per *Posteriorem* in partes posticas, in *Glutæum* maximum, Anique musculos, &c. Spiritus effunduntur. Et a tribus *Paribus* in Crura Spiritus elargiuntur, utpote in *Vastos*, Graciles, *Bicipitem*, Sutorium & *Membranosum.* Sed per ultima duo *Paria* vel inferiora, in *Ani*, Vesicæ *uteri*, penis, *Perinæique* musculis disseminantur hi. Quinetiam ab *Extremo* Spinalis medullæ producuntur in cutem inter *Nates* Anumque, & forsan in aliquot *Femoris* musculos unici nervi ope vel *sine pari.* Sic per omnes hujus Νευρολογίας *Classes* spiritus animales ex eorum Claustris & officinis dispensantur in tota Oeconomia

4. Class. de 6. *Paribus* Nervorum *Ossis Sacri.*

1. *Par.*

Tria alia Paria.

Duo ultima *Paria.*

conomia Animali tam *EXTRA* quam *INTRA Calvariam*; musculosque verisimiliter *Extendentes* eorum copiis ex majoribus vigoratos esse quam *Flectentes* conjiciamus. Insuper & ne spiritus exundantes influerent indeterminate, vel instar torrentis, aut ultra limites; Solertissima Natura constituit hos *NERVOS*, quasi *Canales* quosdam peculiares, Spirituum Animalium *Dilatores*, ab Anima è Cerebro, Spinaque Medullari progredientes ad musculos varios; *Flexores*, Extensores, *Adductores*, Contractores, *Attollentes*, Deprimentes, *Circumagentes*, & Rotatores, *Masseteres*, Cremasteres, *Sphinctetes* aut constringentes, ob varios usus & operationes. Partes etiam undique circumjacentes irrigantur ex eorum effluviis per nervulos haud secus ac solidæ partes *Terra* è Rivulorum perrepentium *amnibus* & affluentiis; prout & Prata Fluminibus illis proxima plurimum virescant vigeantque, pariter hi musculi partesque Corporis ex his Canalibus, spiritibusque mirifice floreant vigeantque; forsan & ex spirituum profluviis influentibus turgescant, aut saltem roris instillantis instar humectentur; ex quibus sentiendi, movendi, nutriendique commoda munera felicissimè proferantur. Et eleganter *Galenus* innuit, his verbis lib. 1. De mot. *Muscul.* cap. 1. *Adeo certè magna quædam vis est, in Nervis* SUPERNE *a magno Principio adfluens, non ex seipsis; & cognoscere potes hinc maximè si incideris quemcunque istorum Nervorum, aut Spinalem ipsam Medullam; quantum enim superius est incisione Continuum cerebro, id quidem adhuc*

Ex eorum omnium *Effluviis* quasi per *Rivulos* corporis partes solidæ irrigantes.

Galenus.

conservabit Principii vires; omne autem quod inferius est neque sensum, neque motum ulli præbere poterit. Nervi itaque RIVORUM in morem a Cerebro, seu ex QUODAM FONTE deducunt musculis vires. Quos cum primum attigerint scinduntur multipliciter in aliam subinde atque aliam Sectionem: tandemque in tenues & membraneas fibras TOTI soluti, sic Musculi Corpus intertexunt.

SECT.



SECT. IV.

De fine Pneumatosis (quoad Intentionem naturæ.)

Finis vere Philosophandi.

HIs præpositis ne verè Philosophandi ratio deesset, *Pneumatosis* ipsius finem, quoad *Animalem nutritionem* exquirere, proxime nobis incumbet. Finis enim aut τὸ οὗ ἕνεκα necessario *Boni* rationem à *Philosophis* habet *Coll: Conimb. disput.* 1. *Ethic. Q.* 2. *Art.* 2. imo & ex Arist. 2. Phys. t. 31. Τὸ οὗ ἕνεκα βέλτιστον καὶ τέλος τῶν ἄλλων, διὸ καὶ ὁ ποιητὴς γελοίως προήχθη εἰπεῖν ἔχει τελευτὴν ἧσπερ οὕνεκ' ἐγένετο, βούλεται γὰρ οὐ πᾶν εἶναι τὸ ἔσχατον τέλος, ἀλλὰ τὸ βέλτιστον; Est perfectio aut Causa, ex cujus gratia cætera conficiuntur. Est quoque vel οὗ vel ᾧ.

Coll. Conimb.

Et Arist.

1. *Cujus.*

I. Dicitur οὗ *CUJUS*, quum adipiscendi gratia fiat aliquid, sic *Pneumatosis* finis est ad animales spiritus procreandos, ast.

2. *Cui.*

2. Dicitur ᾧ *CUI*, quum agendi gratia fiat; & hoc censu *Pneumatosis* hujus finis est tam ad *nutritionem* Animalem Corporis quam ad *sensum* & *motum*. Hoc modo nobiscum deprehenditur Aristot. lib. 1. Ethic. c. 1. & 2. Phys. cap. 23. οὐ πᾶν ἔσχατον τέλος, ἀλλὰ τὸ βέλτιστον, non tam extremum quam τὸ optimum est *FINIS* hujus; vel *propter quid* agitur hæc coctio. Hujusque finis *Intentio* demonstratur ex spirituum sumptibus & expensis indies a natura

Arist.

Finis intentio Pneumatosis.

con-

conflatis, ad officinas & functiones animales exequendas, per hanc totam *O-conomiam*. Nunc horum spirituum communicatione ad nutritionem (utpote in omni adæquato) duo sane requirantur.

1. Ut fiat ad integrum *TOTALIS*, sic ab ipsa *Pneumatosi* quemadmodum in Cerebri ventriculis. 1.

2. Ut & *SPECIALIS* ad hanc, il- 2.
lam aliamve partem; proprieque susceptibilis in his vel illis Vasis Nervis aut Officinis, ab animæ virtute peculiariter iis impertita sive reposita. Nunc *sensu priori*, succus nutritius hic animalis *in CONCRETO* celebratur, & quasi succis aliis nutritiis a Principio, ξύῤῥοια μία ξύμπνοια μία, καὶ ξυμπαθέα πάντα, vel in communi statuitur ex *Hippocrate* per *Foesium* de *Aliment*: & citatur a *Walæo* de *motu Chyli* verbis his. Omnium quæ nutriunt, unum est *Principium*, unusque omnium *Finis*, idemque finis & principium. Quare mox hæc subjungit, ἐς τρίχας τροφὴ καὶ ἐς ὄνυχας, καὶ ἐς τὴν ἐσχάτην ἐπιφανείην ἔνδοθεν ἀφικνέεται ἔξωθεν τροφὴ ἐκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείης, ἐνδοτάτω ἀφικνέεται ξύῤῥοια μία, ξύμπνοια μία, ξυμπαθέα πάντα. Sed *Sensu posteriori*, nutritius hic *succus animalis* peculiariter assignetur huic vel illi parti nutriendæ; quo sensu pars quælibet alimentum sibi peculiare eligit; & abhinc *Ossa*, Ligamenta, *Cartilagines*, Tendines, *Cerebrumque*, Spinaque, *&c.* sibi ipsi proprium alimentum, & peculiariter institutum ab *hoc succo*, potius quam a *sanguine*, vel ab alio liquore liberrime profluente, de jure requirunt; uti facillime tam ex novis ratiociniis quam ex aliis aut *Glis-*

Foesius. Walæus.

Alimentum ab hoc succo potius quam a sanguine probatur.

Glissonianis comprobaremus.

1. De quali. 1. De *QUALI*, quippe Philoſophorum ex Coryphæis principiiſque partem quamlibet ſucco ſibi ſumme conſimili nutritam eſſe ſane vindicemus; & ex *Ægidio* in *Ariſt.* l.2. cap. 4. *Nutrimenti ſubſtantia congener dicitur ei quod alitur*, ſubinde ſuccus hic animalis alibilis (& haud ſanguis) eſt ſumme congener *Oſſi*, Ligamento, *Cartilagini*, Cerebro, *&c.* Sic ex *Ariſt.* De Anim. l. 2. c.4. & l. 1. de gen. c.7. *Similia ſimilibus nutriuntur*, tamen elegantius extricatur ad mentem ſuam verborum hacce ſerie. Πότερον δέ ἐστιν ἡ τροφὴ τὸ τελευταῖον προσγινόμενον, ἢ τὸ πρῶτον ἔχει διαφοράν. εἰ δ' ἄμφω, ἀλλ' ἡ μὲν, ἄπεπτος, ἡ δὲ πεπεμμένη. Ἀμφοτέρως ἂν ἐνδέχοιτο τὴν τροφὴν λέγειν ἣ μὲν γὰρ ἄπεπτος, τὸ ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ τρέφεται ἣ δὲ πεπεμμένη τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ· ὥστε φανερὸν ὅτι λέγουσι τίνα τρόπον ἀμφότεροι καὶ ὀρθῶς καὶ οὐκ ὀρθῶς; Et per hanc diſtinctionem claram philoſophorum ſententias contrarias optime conciliat, & oſtendit utramque (quodam ſenſu) veridicam & ad *exegeſin* perfectam ſumendam eſſe; quæ ſententiæ contrariæ paulo ante deponuntur. Ἀπορίαν δὲ ἔχει φάσι γὰρ οἱ μὲν τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ τρέφεσθαι, καθάπερ καὶ αὐξάνεσθαι; τοῖς δ' ὥσπερ εἴπομεν τοὔμπαλιν δοκεῖ τὸ ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ ὡς ἀπαθοῦς ὄντος τοῦ ὁμοίου ὑπὸ τοῦ ὁμοίου· τὴν δὲ τροφὴν μεταβάλλειν καὶ πέπτεσθαι· ἡ δὲ μεταβολὴ πᾶσιν, εἰς τὸ ἀντικείμενον ἢ τὸ μεταξύ; dum alimentum eſſe contrarium ei quod alitur aſſeruerunt. Ideoque (dixit ille) Alimentum vel ut ante vel poſt concoctionem expendatur; quippe mutatur ope concoctionis. Nunc *ante*; ſic eſt crudum & adhuc contrarium, ex *Heterogeneitate* materiei, quo ſenſu contrarium alitur ex contrario. Sed

Ægidius.

Ariſt.

poſt

post concoctionem datur alimentum *Homogeneum* Simileque ei quod alitur. Et hoc problemate de *Alimento* bene cocto Comparatoque loquimur non de *Crudo*. Quo sensu *Galenus* instituit de *Temper.* lib. 3. quod *Animal omne convenienti sibi nutritur alimento : Conveniens autem alimentum cuique est, quicquid adsimilari Corpori quod nutritur potest : oportet igitur toti Nutrientis substantiæ, cum tota nutriti natura communio aliqua similitudoque sit, &c.* Similitudo tamen reperitur in rebus duplex. 1. Ex *UNITATE*, atque convenientia Naturæ, vel homogeneitate materiei, & talis est hic succus animalis nutritius *Ossibus* Cartilaginibus, *&c.* 2. A Representatione vel *Idea* rerum; sic quoque succus hic alibilis *Ideam Ossium* & partium nutriendarum retinet; haud secus quam sanguis ideam partium succo hoc rubicundo alendarum Continet. Sed albumini ovorum succus noster haud omnino sit αὐτοπτικῶς absimilis, sed hæc *ad extra* tamen altera *Idea* vel quoad *intra* consideretur. Et sic his partibus in *Osteologia* perpensis Sanguinis est dissimilitudo, ad earum nutricatum non tantummodo Communicandi quoad *magis & minus*, intensionem & remissionem, ast quoad homogenietatem & convenientiam specificam succi nutritii. Et hactenus *de Quali*. — *Galenus.*

2. Præterea, sin alimentum converti debeat in *Substantiam* illius, quod alitur, tunc succus hic nutritius *ALBUS*, & non sanguis aut ille *succus Rubicundus* est pabulum *Ossium*, Cartilaginum, *&c.* namque hic noster succus convertitur in *Ossium* substantiam, — Conversione in partes alendas.

ex

ex *testimoniis* virorum Celeberrimorum D. Entii in Apol. contra *Parisan*: & D. *Glissonii* de Hep. cap. 45. Ἐπεὶ δὲ οὐθὲν τρέφεται μὴ μετέχον ζωῆς. Τὸ ἔμψυχον ἂν εἴη σῶμα, τὸ τρεφόμενον, ᾗ ἔμψυχον.

D. *Entius.* D. *Glissonius.*

3. De *Quanto.* 3. De *QUANTO*; Etenim a quo fit eorum *Accretio*, ab eo reipsa sit *Nutritio*, sed ab hoc succo (& a sanguine diverso) fit *Ossium* &c. accretio. Quippe *Simile cum simili suo* liberius, sic aqua per aquam, & ignis per ignem augescat. Necnon Arist. de Gen. Anim. l. 2. c. 4. è *Peripatetica* Doctrina; *Alimentum* quod valet ad augendum, valet etiam ad alendum. Tamen ἕτερον τροφῇ καὶ αὐξητικῷ εἶναι· ᾗ μὲν γάρ ποσόν τι τὸ ἔμψυχον, αὐξητικόν· ᾗ δὲ τόδε τι καὶ οὐσία, τροφή· σώζει γὰρ τὴν οὐσίαν· καὶ μέχρι τούτου ἐστὶν ἕως ἂν τρέφηται; Alimentum est *QUANTUM* quiddam & augendi vim obtinet.

Arist. de An. l. 2. c. 4.

4: E principio Animali vel alendi facultate specifica. 4. Ex ejus Animali *Principio* vel alendi facultate specifica; quippe tot dantur alendi species, quot sunt Corporis partes specificæ, nunc est partium Corporis specifica discrepantia inter *Carnem* & *Ossa*, ideoque inter nutritionem *Ossium* & partium Carnosarum. Ex Arist. lib. 2. de Anim. c. 45. & 1. de Gen. t. 39. ubi nutricatio Carnis dicitur *Potentia CARO*, nempe succus rubicundus aut sanguis inquantum speciem Carnis accipit; & a pari ratione nutrimentum *Ossis* dicitur *OS* in *Potentia*, nempe *Succus hic Nervosus* (haud sanguis) inquantum accipit Ossis speciem ex animali *Facultate* nutriendi. Et apud Arist. de An. l. 2. c. 4. Οἷον τὸ τρεφόμενον ἤδη γάρ ἐστιν αὐτὴ ἡ οὐσία, & a facultate nutritionis speciei adaptata Ὥσθ' ἡ μὲν τοιαύτη τῆς ψυχῆς ἀρχὴ, δύναμίς ἐστιν,

ἐστὶν, οἷα σώζειν τὸ ἔχον αὐτὴν, ᾗ τοιοῦτον· ἡ δὲ τροφὴ παρασκευάζει ἐνεργεῖν· διὸ στερηθὲν τροφῆς οὐ δύναται εἶναι; Quapropter ejusmodi principii sive qualitatis sit animæ facultas in *succo* hoc nutritio; cujusmodi principii qualitatisve sit ejus functio ad alendas partes, aut ad couservandum *Individuum*.

5. Denuo *NUTRICATIO* non est (apud *Philosophos*) tam Actus *Formæ*, quam *Materiæ* Congeneris, quæ formam accipit *Nutriti*, quoad hanc, illam, aliamve partem. Arist. lib. 2. de Anim. t. 45. Et sanguis haud *Materies* sit Consimilis hujus nutritionis, *Nutritique* formam accipiens, ast plurimum discrepat a partibus his alendis, scilicet *Ossium* Cartilaginum, *Tendinum*, Cerebri, *Spinæque*, *&c.* liquor autem multo lenior & mitior per *Nervos* è Cerebro medullaque derivatur ad partes *Osseas*, &c. Adeo ut cum *Arist.* de Anim. lib. 2. c. 4. deprehendamus id quo aliquid alitur bifariam accipi, partim a *Forma*, partim a *Materia*; facundius autem explicatur è verbis propriis, Ἔστι δὲ, ᾧ τρέφεται διττὸν, ὥσπερ ᾧ κυβερνᾷ, ἡ χεὶρ καὶ τὸ πηδάλιον, τὸ μὲν κινοῦν, καὶ κινούμενον, τὸ δὲ κινούμενον μόνον· Πᾶσαν δὲ ἀναγκαῖον τροφὴν δύνασθαι πέπτεσθαι; utpote navim ad gubernandam *Instrumento* duplici utitur *Nauta*, nempe *Manu* & *Temone*, sic Anima Comparatur *Nautæ*, forsan & ipsa Coctio *Manui*, Alimentum aut succus nutritius *Temoni*; qui succus ab anima, famulationeque *Pneumatosis* dirigitur (in hac animali nutritione) juxta *Materiei* qualitatem & naturam ad partes illi dicatas: unde nutriuntur

5. E *Materie* perquam consimili partibus alendis.

nutriuntur a *Materie* Congeneri tanquam de jure motibus directa; sed ab *Anima* tanquam *Rectrice* hujusque nutritionis *Directrice*. Insuper & sana Pneumatosi quasi *Manu*, ideoque sequitur Πᾶσαν δὲ ἀναγκαῖον τροφὴν δύνασθαι πέττεσθαι, ἐργάζεται δὲ τὴν πέψιν τὸ Θερμόν; necesse est omne alimentum posse concoqui. Coctioque sana prorsus ope caloris elaboratur.

6. De Ratione methodoque communicandi.

6. Denique de *Ratione*, methodoque communicandi, dum similes habitus, similes etiam actus efficiunt, & è contra Arist. *Ethic.* lib. 2. cap. 1. & 2. Quamobrem similitudo dissimilitudoque *Nutriendi*, non duntaxat a qualitate convenienti, verumetiam a participandi, communicandique *Methodo* necnon serie (vel eadem vel diversa) perpenduntur. Nunc ut hujus nutritionis *Motus* ad quem, ita *Modus* nutritionem animalem Communicandi, versus & ad omnia *Parenchymata* exsanguia (nimirum *Ossa*, cerebrum, *Tendines*, Cartilagines, *&c.*) a *Sanguine* Succove rubicundo ad *Parenchymata* Carnosa, seu sanguinea plurimum differt, *viz.* ad *Hepar*, Cor, *Lienem*, Pulmones, *&c.* Etenim non *Motu Vitali*, rapidove Sanguinis, aut voracitate, sed *Motu Mitiori*, proreptiliori, placidiorique nutriuntur; quippe quousque succus hic animalis *Coctioni* peculiari debetur, eousque modo peculiari prolabitur. Plurima tamen alia sententiæ huic (veritati summe confesseratæ) de Succo nutritio *Animali* consentanea nobis occurrant; sed de hoc *Animali Familiæ* nutrimento adæquato *Rationes*. 8. *Glissonianas* de Hep. cap. 45. quibus (quasi fundamento

Arist.

D *Glissonius.*

Feli-

feliciſſimo) hæc *hypotheſis* ſtrenuè ſatis innititur, ſed heic ἐκ προαιρέσεως omittam; nè mihi lampas ex *oleis* aliorum potius quam è propriis (de hac re) *ratiociniis* effulgeſceret. Quapropter ad ſolvenda nutritionis hujus *Phœnomena* clariora, Rationes alias, his (ex philoſophiæ principiis) revera competentes avidius amplecti necnon excolere minimè recuſem, & pro re nata *Sectioni* alteri vel ulteriori accedamus.



SECT. V.

Nutricatus hic animalis arguatur ex observatu ac experientia.

Ex observationibus Anatomicis.

ULterius tamen ex *Observatu* Anatomico, necnon *experientia*, ratiocinetur & disquiratur hoc problema de succo *Nutritio Animali.* Veruntamen hoc præmisso, quod *Actus intensio* proportionalitèr *Habitus intensioni* æquatur. Hujusque liquoris *nervosi* habitus *Intensio* ad hujus *Familiæ* partes nutriendas vel exsangues summopere deprehenditur, *viz.* ad *Ossa*, Cerebrum, *Glandes*, Spinam, *&c.* Cujus & *Intensio*, Solertissimorum ab experimentis facilius evincatur. Quippe *Galeno* ipso attestante de *Nerv. Dissect.* c. 1. Si Nervus incisus sit, extemplo sensu motuque orbetur (& insuper *nutritione*) Enimvero Nervorum *tunicæ* à Dura, *Piaque Matre* eidem usui atque muneribus inserviunt *Nervis* quam *Cerebro.* Nunc Cerebro, *Duæ MENINGES* inserviunt animæ, non solum ad *sensum* motumque, sed etiam ad *animalem* Cerebri *nutritionem*, & abinde per *Canales* hos forsan eliciatur *nutritio.* Quoniam ex eodem fonte vel *Pneumatosi* Sensus & *Animalis* nutritio, motus etiam & *Animalis nutritio*, forsan & omnes simul ex iisdem *Confectoriis* ac *ELABORATORIIS* deferuntur per *NERVOS* ad partes singulas, & indigas; unde

Galenus.

Nervus incisus privatur sensu motu insuper & animali nutritione.

de quàm non ulla pars sensum motumque participet absque *Nervo*, tàm Nervus non ullus est absque nutritione animali, adeo ut his Nervis concisis, compressis, interceptis & perperam affectis, quantoperè sensus & motus animales grassantur, tantopere nutritio animalis ipsa præpeditur, ac læsionibus pessundatur. Cæteris autem experimentis de hac re D. *Glissonium* insignem & Academiæ nostræ *Professorem* impensè literatum consulere præmonui, ex absumptione partium a *Paralysi*, RACHITIDE vel inæquali nutritione, vel ineptitudine Nervorum atq; obstructione à *Scrofulis*, Strumis aliisque *Dyscrasiis* ortum ferentibus è *Nervoso* genere vel cerebro; undè partes affectæ vel haud aluntur vel perperàm ab hoc succo. Constat etiam ex *Ossium* succis viscosis glutinantibus & halituosis exudantibus (apud illum) quippe *gluten hoc* est admodum proficuum ad ossa effracta ferruminanda, connectenda, necnon alenda. Sic ex his observationibus Anatomicis *Clariss.* virorum D. *Glissonii*, & *Whartonii* nuperrimis, conjecturas haud improbabiles exinde deductas de hoc *nutricatu* totius Animalis familiæ prorsus exquiramus.

D. *Glissonius.*

D. *Whartonius.*

2. Proximè *Nutritionis* hujus probatu, nobis occurrit, ejus communicandi natura. Etenim ad *Philosophiæ* placita ex *Lychet.* lib. 1. dist. 2. q. 4. ad *Scotum*, necnon è *Scheibl.* l. 1. c. 2. lib. 2. Duplex est Communicatio. 1. *Effectiva.* 2. *Quidditativa.* Et *Effectiva* sit, qua quid per modum *Efficientis* alteri communicat essentiam. Sed 2. *Quidditativa* communicatio talis sit, qualis intrinsecus ad essentiæ com-

2. De communicatione nutritionis hujus a *Pneumatosi.* *Lychet.* *Scotus.* Duplex 1. Effectiva. 2. Quidditativa cujus finis vel ὅ vel ᾧ.

 plemen-

plementum requiratur. Ejusque finis est vel ᾧ vel ὃ, ut ᾧ *QVO* forma sese communicat in composito. Jam-vero licet ad hoc totum compositum communicatur hic succus *QVIDDITATIVE*, tamen ad officinas peculiares, & omnes singulasque partes indigas, illoque nutriendas dispensatur hic *Succus Animalis* EFFECTIVE. Sic ex hoc liquore per *Modum Efficientis*, totius hujus familiæ partes optatius & optime nutriuntur.

3. Ex Animatione partium è Cerebro. 3. Præterquam ex animatione *Partium* de hoc nutricatu rationales conjecturas edimus. Quippe florescens hæc *animatio* partium *è Cerebro* non fiat a sensu motuve solo citra nutritionem animalem. *Ægid.* Ast *Ægidius* ex *Arist.* de *Gen.* & *Cor.* l. 1. cap. 5. de sanguinis *Animatione* profatur *Aristotelem* ipsum edocuisse *sanguinem (quamdiu vita sit) continuari* ANIMATUM. lib. 3. de *hist. Anim.* cap. 14. Sed (apud illum) sanguinis *Animatio* celebratur *a Corde*, nobiscum autem ex *Cerebro*; nihilominus ad conservationem Animalis *Individui* perquàm necessaria sit hæc animatio per hanc nutritionem. Et experientia docente quid clarius eluceat? quippe quum partes haud animantur, haud benè nutriuntur ex hoc succo, sic è contra; quum non nutritione hac aluntur, non vigeant nec appareant tam floridè vel formose. Sic observare liceat ex verbis D. *Willisii* de *Febribus* cap. 1. *Etenim Nervi, Membranæ, Tendines, cæteræque totius Corporis solidæ partes, succo quodam alibili perfunduntur; Hujus vehiculo spiritus animales potiti, Corpora nervosa, ad tensitatem inflant, atque motus*

D. *Willisius.*

motus & sensus actiones expeditè obeunt: etiam succus iste solidis partibus adpositus, iisque adsimulatus molem & accretionem largitur.

4. Quinetiam, ex ulteriori *illustratione*, formositateque *Partium* summe conspicua, atque vigore liqueat in *Vallesii* controvers. *Med. & Phil.* l. 2. & ex *Galeni* lib. 7. de Placitis *Hippoc.* & *Plat.* ubi confirmatur his verbis, *Virtutem è Cerebro per omnes* NERVOS *influere quadam* ILLUSTRATIONE. Nec (inquit alius vir insignis) haud temerè ab hac *Veterum* opinione celebri de *Spirituum Animalium* (ad nutum Animæ) Actinobolismo vel Hormetica *Diradiatione* recedamus, utpotè quæ & veritati summè consentanea videtur. Quid enim evidentius effulgescit per totam *Vegetalium* syntaxin? Flores enim (& fruges) nutritione pinguedineque vegetali deficiente pulchritudine radiisque vegetabilibus planè desunt; unde decus eorum, dignitas, fragrantiaque odorifera, languescere vel ἀποψύζειν & emori constant; floridissima tamen eorum venustas, vigor & εὐωδία (durante nutritione & irradiatione vegetali) feliciter asservantur. Pariter & partium Decus efflorescens aut illustrans (à deficiente nutritione animali) evanescet & flavescet; unde partes tam inauspicato exiccantes deflorescunt, fiunt aridæ, rugosæ, absque forma vel vigore marcescunt, dum ex *Spirituum* & animalium succorum copiis redintegratis efflorescunt, vigent, & aluntur *Ornatu* venustiori. Quapropter hoc Nectar Animalē *per nervos* in omnes partes emancipatur, cujus irradiatione cuncta corporis *animantur*, illustrantur & *vigorantur*. Sic à

4 Ex ulteriori illustratione.

Valesius.

Galenus.

D. *Charltonius.*

Ex opinione Veterum.

E pulchritudine Vegetabilium & florum.

Bartholinus. *Bartholino* de *Nervis* lib. 3. unus & nervorum usus præcipuus, *LUMEN hoc ANIMALE diffundere ad omnes partes*, statuitur: & inde ab illo nuncupatur *IRRADIATIVUM* (cap. 1.) cum spiritibus radiisq; è Cerebro delegatum; quo *lumine Animali* intercepto
Sim. partes offunduntur, obtenebrantur & privantur; velut a nubecula *Sol*, vel uti *Candelæ Lumen* à nobis fit ademptum ex apposita manu.

5. Et est præcipuum spermatosis fomentum. 5. Denuo succus hic *Animalis*, præcipuum *Spermatosis* est pabulum, aut *Quintæ concoctionis* fomentum, explicaturus *libro proximo* de *SPERMATOSI.* Nunc spiritus animales quà motivi sive sensitivi non sunt materies *Spermatosis* subjecta vel *ex qua*; sed potius quà *Nutritivi* cum succo hoc nutritio. Nullus enim liquor (per totum Corpus) est tam congener pro semine conficiendo, vel conservanda specie, quam succus hic alibilis & ita de-
Arist. prehendatur Arist. de Anim. l. 2. c. 4. Quo consideratur alimentum, quatenus est effectivum generationis σώζει γὰρ τὴν ȣσίαν ϰ μέχρι τȣτȣ ἐςὶν ἕως ἂν τρέφηται· Καὶ ΓΕΝΕ'ΣΕΩΣ ποιητικὸν, ȣ τȣ τρεφομένȣ, ἀλλ' οἷον τὸ τρεφόμενον· ἤδη γὰρ ἐςὶν αὐτῆ ἡ ȣσία· γεννᾷ δ' οὐθὲν αὐτὸ ἑαυτὸ, ἀλλὰ σώζει; quippe quod alitur non procreat seipsum sed seipsum conservat, gignit autem aliud sibi simile vel ejusdem speciei. Nec *semen* ab alio succo Mercuriali vel è Sanguine, sed e materie hac multo *suaviore*, mitiore, comparatiore, nobilioreque nervis advecta proficiatur. Et locupletior hic liquor per *Nervos* partim a *Sexto pari*, partimque à *Spina* Lumbarium & *Ossis sacri*, ope Plexus

Ab-

Abdominis in *Teſticulos*, Epididymedes & *Paraſtatas*, *&c.* importatur ad conficiendam *Spermatoſin* aut *Spiritus* ſeminales. Cujuſque ſucci guttula minima longe nobilior eſt, vegetior & ditior quam viginti ſanguinis (atteſtante Præſigni D. *Whartonio*) ex hujus Animalis ſucci *PRINCIPIIS*, ſubindeque tanto locupletior eſt nutricatus ab hoc ſucco. Virtus enim ad *generandum* haud abſimilis eſt virtuti *ad nutriendum* à *Tho. Aquin.* part 1. q. 119. c. 1. Necnon ex rationibus validis diſſeruit *Gliſſonius* noſter de eodem problemate in *lib. Hepat.* Quo ſolide demonſtratur alimentum partium, eſſe perſimile illi, ex quo partes ab *initio*, vel ab earum generatione traducuntur, & eſt ejuſdem ſubſtantiæ. Quamobrem & exinde *Scholis*, animam in nutritione conſtructa fere formam, humanæ naturæ per *Potentiam nutritivam* impertire diſputatur; & ulterius appareat, corpus quod *alitione* inſuper & *ſemine* indigeat. Itaque *Sectioni* huic finem imponere; Nervorum ſpirituumque ſuccos hos animales a *Pneumatoſi* nutritios eſſe nihil dubitem, nec ab his aliiſve veriſimilibus ratiociniis hæſitare poſſim. Tamen hujus ſucci diſquiſitione, de Glandulæ *THYMI* uſu nonnullum teſtimonium expendamus; dum clariſſimis D. *Gliſſonio Whartonioque* nobis inter *Glandulas* nutritias ſuffragatur. Proin & ſenibus accidit, quibus hujus ſucci nutritii parum conficiatur, Thymi *Glandula* tam perexigua, utpote vix conſpicabilis eſt; adeo ut ex Doctrina *Whartoniana* de *Gland.* hujus ſucci per *Thymum* ulteriorem percolationem prorſus & accuratius exquiramus.

D. Whartonius de Gland.

Tho. Aquinas.

D. Gliſſonius.

mus. Cujus verba ſunt (cap. 16.) *Liquor nutritius, quem præſertim Nervi ſexti Paris primo imbibunt, nonnulla ab impuritate aut acrimonia inquinatur, quem depurandi gratia expuere in hanc Glandulam (Thymum) coguntur; Superfluæ partes ſecernuntur, purus aſt liquor per Nervos diſſipatur.* Huic quoque nihil impugnem; quippe quanto depuratior hic liquor animalis partibus occurrit, tanto perfectior, delicatior, candidior & vegetior erit earum *Nutritione* animali, necnon *Illuſtratione*, per totam hanc *Oeconomiam*. Jamvero ſuccorum ſpirituumque animalium motus *explicatius* expendere reſtat.

SECT.



SECT. VI.

De Motu cerebri dein & Animalium Spirituum sensibili.

DE *modo CONFICIENDI*, Spiritus hos animales succosq; satis amplè prælibavi, nunc autem *de modo MOVENDI* supersit disquisitio. Quæ conatus hos nostros sub duplici *consideratione*, claro proficuoque fructu compensabit. 1. ut eorum motus agatur *Sensibiliter*. 2. *Insensibilitèr*. 1. Motus eorum *SENSIBILIS* sumitur *Ordinariè* vel *extraordinarie*. 1. In eorum *Motu ORDINARIO*, motum cerebri ipsius ad defendendum *palestram* hanc inprimis me descendere oportet; Dum cerebri *Systolen*, Peristolen & *Diastolen* ab ejus insita vi, vel anima vindicamus, nihilominus Motum coincidentem à *cordis* & *Arteriarum* virtute vel *calore sicciore* cooperante nihil excludamus. Ast anatomicis sagacissimis & hujus Seculi *Coryphæis*. D. Blasio, *Bartholino*, *&c.* motum utrumque conjiciamus. In Cerebro motus ipse nuspiam inficietur; quippè vulneribus, *Craniique* casuris ex ἀνϑοωσία, nihil plus obvium fiat Sensibus quam membranarum harum exagitatio. Etiamque *Puerulis* recentèr natis motus hic est valdè conspicabilis, Capitisque doloribus (mecum diu versatis)

De motu eorum sensibili.

1. Ab ordinario modo ex sistole & diastole cerebri.

versatis) tam sensibilis est, utpote manibus (fere oculis) deprehendatur; & licet *IN CEREBRO*, tamen utrum *A CEREBRO* vi propria vel a *Corde* plurimum hæsimus. Veruntamen hunc motum Cerebri ipsius magis Principalem & ab insita potentia (*Pneumatosi* inservientem) motumque *a corde* Arteriisque minus principalem coincidere, *ratiociniis* ex plurimis autumavi; quippe Motus unus est *Essentialis*, alter *Accidentalis*, & quum virtus aliqua vel actio duobus inest, in uno fit *Essentialiter* sed *Accidentaliter* altero. Nunc argumentum primum eliciamus.

1. *Aug*: motus hujus in ventriculis cerebri celebratur a *Pari*.

1. A *Pari ratione* cum motu Cordis in *Hæmatosi*; vel ad reficiendos vitales spiritus conficiendosque. Quippe Cerebri ventriculis (velut in corde) congener hic aer & ambiens (primo paratus) sumitur (per *DIASTOLEN*,) at protruditur (per *Systolen*) halituosis excretis, haud secus ac *Hæmatosi* motus agitur per *Systolen* & *Diastolen* cordis ad comparandos spiritus vitales. Cor enim per *Diastolen* aerem arripit ex *Arteria venosa* præparatum; uno eodemque motu, sive ictu: Sanguinem ex *Vena cava* deglutit. Ita per *Systolen* & expirationem vapores necnon *Excreta* vitalium spirituum fuliginosa, (eorumque ictu motuve sanguis spirituosus in Arterias) propulsantur. Consimilique modo Cerebrum *per DIASTOLEN* (& ope nervorum *olfaciendi* mammillariumque Processuum) aerem paratum in ejus ventriculos, & uno eodemque motu vel amplexu, materiem ad *PNEUMATOSIN* ex *Arteriis carotidibus* rapit & complexu tenet: Per ejus (autem) *SYSTOLEN*

Systole Diastole & peristole cerebri.

TOLEN, excreta ſpirituum *Animalium* vaporoſa & eodem inſtanti *Spiritus animales* ex anterioribus ventriculis in poſteriores, aut ſaltem *ex TERTIO* in *Quartum* (ad ulteriorem per *Nervos* & officinas diſpenſationem) tranferuntur & amandantur; ſanguis autem materieſque cruda vel incocta per *Venas jugulares* forſan è ventriculis remandentur ad *COR*. Inſuper & quoniam ab uno motu ad alium contrarium, tranſitio citra *Medium* nuſpiam fiat; Idcirco *medium* ſive morula ſtatuitur aut intercapedo inter utrumque motum:& haud immerito nuncupetur *PERISTOLE*. Hoc accidit, quum materies ex *Arteriis* ſit ingreſſura, & commixtura cum *Aere* præparato, & in ventriculis aucupato;dumq;ſpiritus elaborati eorumque fuliginoſi vapores ex eodem inſtanti ſunt egreſſuri.Et ad argumentum hoc *A PARI* ſtrenuè firmandum,*Galeni* ac *Hippocratis* auctoritatem proferamus; Quamobrem audiamus *Galenum*(cap:ult:De *Odorat:Organi:*)de hac re diſſerentem. *Cerebro natura motum aſtituit, quo ſpiritum & aerem excipit ad refrigerationem, nutritionemque ſpirituum Animalium, eundemque rejiciat ad expurgationem ſuperfluorum.* Ita Cap. 4. *Ejuſdem Lib.* ob cerebri *CONTRACTIONEM* & *DILATATIONEM* motum a ſuapte vi *Cerebri*, diſſeruit. Haud minus eleganter hunc motum cerebro ſubinnuit *Hippocrates* (de *Morbo ſacr:*) Ὅταν γὰρ ἐπιλάβῃ ἄνθρωπος κατὰ τὸ στόμα, καὶ τοὺς μυκτῆρας τὸ πνεῦμα, πρῶτον μὲν ἐς τὸν ἐγκέφαλον ἔρχεται, &c. Spiritum homo ducit ore & naribus ad cerebrum. Et (inquit *Laurentius* in diſſectionibus oculatiſſimus) quum Galeni ſcripta paulo accuratius evolvi, & quæ libris

Galenus.

Hippocrates.

Laurentius.

libris (de *Odorat. Organ.* & *De usu part.* Et de placitis *Hippoc.* & Plat. &c.) scriptis mandavit, defixa mentis acie mecum ipse recensui, consiliumque mutavi. *Adeo ut cerebri Corpus, propia vi vel INSITO motu respirare existimo.* Sed ad argumentum primum satis hæc memorata sunto.

2. A Pari distantia atq; intercapedine.

2. Præterquam *A pari distantia*, inter cerebri substantiam, Duramque *Meningem*, quam inter *Cor* & *pericardium* argumentaremur; quia natura nihil frustra fecit. Nunc ut spatium inter *Cor* & *pericardium* celebretur cordis ad motum liberiorem aptiorem, necnon apertiorem; paritèr hoc inter cerebrum *duramque matrem*, non minus ad eundem usum, motumve cerebri liberiorem & expeditiorem natura sancivit. Membranarum nihilominus ipsarum motum fortasse per arteriarum *Systolen Diastolenque* non inficiemur; spatium autem hoc non tantopere *membranarum*, quam *Cerebri* motibus præstitutum esse concredamus.

Concilia tio opinionum veterum & neoter[icorum] de hac re.

Ideoque nec callentissimi *Vestingii*, D. Regii, plerorumque celeberrimorum sententiis de Arteriarum, meningumque motibus impugnemus; nec *Hippocratis*, Galeni, veterumque documenta de motu *Cerebri ipsius*, (& ab *insita* vi) repudiare queamus, dum utrumque motum coincidentem, *viz.* in *MENINGIBUS a corde* & in *VENTRICULIS* his a Cerebro de jure optimo deprehendimus.

3. Ex autopsia & testimoniis de re.

3. *Systolis Diastolisq;* Motum *Æquabilem* è cerebro, quam è corde, αὐτοπτικῶς animadvertemus; & deindè forsitan, qui motum hunc *Meningibus* solis attribuunt, λογομαχίας hujus patrocinium facilius præstemus. Quippè

meningibus

meningibus his ablatis, cerebri tamen ipsius *motus* observatur, atteſtantibus Anatomicis Solertiſſimis *Riolano*, Bartholino, D. *Blaſio* in *Veſling*. Nihilominus quoniam nobis & aliis hic motus arteriarum conſpicabilis ſit a capitibus *Infantium*, atque fracturis adultorum, motus uterque per Syſtolem Diaſtolemque nobis optime celebratur. Et concludamus ex *Ariſt.* l. 8. Phyſ. c. 6. quod non quieſcit, quieſcente alio, movetur a ſeipſo; ſed motus cerebri non quieſcit, quieſcente alio, (ſive motu cordis) ablatis membranis & Arteriis.

Riolanus, Blaſius, Bartholinus, &c.

Ariſt.

4. Rationique nec conſentaneum ſit, cerebri molem tam mollem, flaccidam & ad movendum (citra *vim inſitam*, animamve hoſpitantem) ſatis ineptam per arteriolas paucas exagitari, perpetuoque moveri. Etenim *Arteriæ* plures longeque majores nec Lienem, nec alia corporis *parenchymata* (nec tam grandia ſive ponderoſa) dilatare ſeu contrahere polleant. Nihilominus autem, ſubſtantiæ cerebri ineptitudinem ad motum hujus perennem agnoſcamus, ex ejus mollitie, flacciditate, gravitateque ingenti, talibus motibus omnino incongrua (citra *Arteriarum* opem a corde.) Quocirca ponderibus æquis librare, & utrinque jus dicere, tum *a corde*, tum *a cerebro* motus hic uterq; per tramitem veriſimilitudinis, optime a nobis arbitretur.

4. Ex cerebri mole grandi & motibus niſi inſitis a ſpiritibus ſatis inepta.

5. Et ulterius a *Partibus* Cerebri, motuiq; huic omnimode competentibus; exin hæc ejus coincidentia luculentius appareat, utpote *Glande Pineali*, ſive *Conario*, & a *Natibus* propter ſitum, motumque peculiarem autumare poſſem. Quippe Glandula hæc pinealis,

5. A partibus cerebri motum hunc obſervantibus.

alis, *Osteoli* valvulæve instar, (uti cap. 4. prælineavimus) motum sibiipsi proprium, incessantemque, per *Diastôlen* ad occlusionem, sed per *Systolen* ad apertionem & effusionem Spirituum Animalium in *Quartum ventriculum* de jure vendicat. Nunc motus hic, haud ab Arteriis, nec a membranulis, sed ab *insita vi* cerebri ipsius exertatur. Idcirco tam cum *Galeno* veteribusq; cerebri ipsius motum,; quam cum *Neotericis* Neophytisq; arteriarum membranarumq; motum coincidentem per *Systolen* & *Diastolen* simul atque liberius amplexamur.

Obj. Sin objiciatur. *Cerebrum est movendi principium ideoque non moveat, quippe principium haud movere debeat.*

Resp. Principium velut centrum non movet eodem motu, quo Partes ab illo moventur.

Responsa satis obvia sint; Etenim principium moveat, licet haud eodem motu, quo partes ab illo moveantur. Ideoque motus est vel *voluntarius*, aut tantum ad voluntatis inclinationem; nec agendo nec patiendo, sed est ei *naturalis* a *NATURA* vel potius animalis ab *ANIMA*, motusque ejus naturalis est duplex, *viz.*

1. A principio activo. 2. A principio passivo.

1. A *Principio Activo*, sic & hoc sensu cerebri motum ratione *Formæ* pensitemus.

2. A *Principio Passivo*, sive ratione *Materiæ* motus ejus est naturalis; quum mobile moveatur ab illo, a quo sit aptum moveri. Quamvis etiam hic motus cerebri sit illi *naturalis* (nimirum Animalis) tam ratione *Principii Activi* quam *Passivi*; præcipue tamen ab *Activo Principio* motus hic expenditur apud *Arist.* lib. 1. de Part. Animal. c. 1. & l. 2. ἐντελέχεια

Arist. τῦ κινητῦ ᾗ κινητὸν de Anim. c. 2. & l. 1. c. 6. Τὸ ἐκ

τέτων, ἐςὶ δὲ ἡ μὲν ὕλη δύναμις, τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια. Et quoad ejus *principium activum*, cerebri motus est ei naturalis, *insita vi*; & instar *Centri* stat aliis partibus unde moveantur. Sed principium hoc (interim) *motum* alterum, aut voluntarium corporis partibus impertit. Porro quoad ejus *Principium passivum* cerebri motus ab *Arteriis* & è corde opituletur.

Quinetiam hoc tramite rursus objiciatur, quod cerebri motus per *Systolen* & *Diastolen* haud tam proprius aut insitus sit in capite, quam in corde, quoniam cordis substantia magis est fibrosa, & iis multifariis motum ad opitulandum perquam accommodatur, ast in cerebri substantia nullæ sunt fibræ. Tamen ab usu *fibrarum* nodum optime solvamus, & *tralatitium* hoc dictum diluamus; quippe fibrarum usus, bifariam celebratur a plerisque. Obj. Resp. Ex usu fibrarum.

1. Ad *motum* & exagitationem. 1.

2. Et ad *Corroborationem*, ob quam causam cordis carnem *fibris plurimis* commodissime & de jure necessario donatam esse statuimus, quoniam motus cordis sunt validiores & rapidiores quam cerebri, unde *fibræ* plures & majores occurrunt in ventriculis cordis. Et ideo cerebrum fibris careat ob ejus motum mitiorem, placidioremque. 2. Insuper ad sanguinem sumendum & conficiendum fibræ sint in cordis *Parenchymate* majores atq; numerosiores subservientes, ast in cerebri ventriculis, aut parenchymate, sanguinis haud est *influxus* talis, aut *hæmatosis*, adeo ut ibi fibræ non fuerint tam necessariæ. 2.

3. Cerebrique motu tantum aer paratus, halitusque spirituosi sumuntur è naribus in 3.

ven-

ventriculos; sed aer & hi spiritus halituosi possint accipi sine fibrarum adminiculo.

4. Fibrarum usus alter est, Violentis perpetuisque motibus Cor conservare, (ut supra memoravimus) ideoque caro cordis est quasi *Subtegmen*, fibræ sunt quasi *stamina* per totum *parenchyma*; quæ stamina sunt valida, dura rapidisque motibus (ex *foco* siccoque *calore* cordis) omnimode comparata. Proin a *Galeno* lib. de *Cord.* Cor ipsum *Musculus validus* appellatur, & eleganter extricatur a suis motibus; quinimo in cerebro non est tanta vis *caloris* effervescentis & exagitantis, adeo ut non opus est fibris quam in corde.

5. Cerebrum tamen haud omnino fibris indigeat (licèt haud tantopere pertextis, & fortasse minus validis quam in corde). Meningis enim cranio connectuntur per *fibras* tenues & membranosas ex illis orientes, per *Suturas* egredientes, ex quibus membranis *Pericranium* planè constituitur, attamen iis cerebri substantia desit; hucusque ad motum *Cerebri* per *Diastolen*, Systolen, *Peristolenque*.

SECT.

SECT. VII.

De Motu SPIRITUUM *Animalium Inordinato.*

FInito examine de Cerebrj *motu* ORDINARIO; nunc ad accuratiorem trutinam, *Classem* alteram de motu *Spirituum* horum succorumque *EXTRAORDINARIO* proponimus; atque operæ pretium concipimus de hâc re, dum â *Peripateticis* Arist. lib. 5. de *motu*, concludamus, *MOTUM* (in ordine ad partes *subjectivas* & integrantes) esse *Divisibilem*, & omne quod movetur i. e. cum *motu physico*, partim esse in *Termino â Quo*, & partim in *Termino ad QUEM*. Motus eorum divisibilis i. e. â Terminis.

In *Termino* â *QUO*, posito concessoque *Spirituum Animalium* motu; de eorum *motu naturali* vel *animali* & intra limites ab hoc termino præcipiendum sit.

2. Sed quatenus in *termino* ad *QUEM*, eorum motum *Voluntarium* aut *præternaturalem* ultra ordinis justi Confinia perquiramus. Præterea motum eorum divisibilem esse statuitur à Tempore vel τὸ νῦν, ex Arist. & Ægid. in Arist. lib. 6. c. 2. quippè omne quod movetur, movetur in tempore, Sed tempus est divisibile, & ideo motus; Tempus enim appellatur ἀριθμὸς τῆς κινήσεως κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον *Mensura motus*, unde motus equidem quatenus est vel tardior, vel celerior, mensuretur. Motus Animalium succorum hylæorumque mediocris 2. A Tempore. *Aristot.* Ægidi.

Motus mediocris & nimium Celer. aut debitè tardus & prorepens est *UNIFORMIS*, naturalis & in ordine, qui priori *Classe* disceptatur; ast *Motus* velocior & nimis vehemens, instar torrentis, aut Coruscationis forsan est DIFFORMIS & extra ordinem naturæ; Qui nobis occurrit hâc Classe, ut sæpissimè fiat â voluntate musculorumque adminiculo, dum motus prior animalis, aut naturalis erat extra voluntatem. Quandoque tamèn animalis motus apud *Aristot.* l. 8. phys. tex. 27. deponitur, quo *Animal* moveatur contra naturalem Corporis inclinationem (velut Animi *pathematibus*, Spirituumque influxibus vehementissimis, uti *Spasmis*, &c.) hic autem motus explicatur, quippe quamvis haud naturalis est corpori (utpotè *tristitia*, Metus, *iracundia*, &c) naturalis tamèn est *Animali*. Quocirca sanè Sanciatur, ut motus animalis, & naturalis, ast non violentus nisi *secundum quid* (violentus enim est contra *formæ* eorum propensionem & naturam, haud secus ac ignis motus deorsum lapidisque sursum.) Nihilominùs sit motus *præter* & non *secundum* naturam; quoniam motus præternaturalis est cui *forma* nec inclinationem nec repugnantiam confert. His de jure perpensis, præmissisque non lævâ sed dextrâ manu *Præcellentissimi* D. *Glissonii* conceptiones de horum motu nervoso amplexari sim lubens, & hunc motum eorum inordinatum sub quadruplici consideratione digeramus. 1. Ex eorum nimiâ copiâ, sivè *Quantitate*. 2. Ab eorum acri *Qualitate* sivè proritante. 3. Aut â *nervis* ipsis irritatione vigoreque præditis. 4. Vel ab animi affectuum *metaptosi*, unde & ex *heterogeneitate*, Spiritus inordinatè feruntur.

Eorum Motus animalis quà naturalis & quà non explicatur. *Arist.*

D. *Glisson.*

1. Ex nimiâ Quantitate

1. *Cons*: A nimiâ *QUANTITATE*, vel ex eorum *Plethorâ* familiam animalem opprimente.

Qua,

Quapropter juxtà Galenum l. 2. c. de Comp. Med. κατὰ τόπε Commodis ex succis ortum ferat haec plethora, & Πληθώρα ἐστὶν ἀπάντων τῶν χυμῶν ὁμοτίμως αὐξηθέντων dicitur omnium humorum aequalitèr adauctorum, unde ὁ τῶ αἵματος μόνε πλεονεξία ἐστὶ, ἀλλὰ τῶν πνευμάτων. Non est solius sanguinis, ast spirituum etiam redundantia, Quâ uti *calor innatus*, ita (vulgò vocatus) *humor radicalis* ac primigenius *Lampadis* instar, ex oleo nimis exundante, & nimioperè fluente vel ingruente suffocetur, forsan & ad *Biolychnii* flammulae extinctionem. *Quibus* copiis quam *Nervorum* DISTENSIONES, ultra dimensionem omnem, debitamque proportionem; tam *Partium* EXTENSIONES mole nimiâ grandescant extra mensuram (aut Μέτρον ᾧ ποσὸν γινώσκεται) Quâ *Quantum* agnoscitur ex Arist. lib. 10. Met. c. 1. ad harum partium *accretionem*, aliarumvè *oppressionem*, quum in partes vicinas sese inordinato more exonerant, necnon accumulant. Sed ad rhombum, *Quantitatis* distinctio celeberrima fit in *Extensivam* & *Intensivam*. 1. Quoad eorum molem & auctionem. 2. Quoad eorum virtutem & perfectionem. *Galen.*

1. Nunc *Quantitas* EXTENSIVA est quâ Subjectum dicitur *Extensum*; vel *Extremorum* Mediique ratione, vel ratione *Mensurae* partibus assignatae. 1. *Ad* Quantitatem *Extensivam* nimium.

1. Quoad *Extrema*; 1. Genus unum *Extensionis* actualitèr in loco, (vel in praedicamento *Sitûs*) hoc vel illo celebratur. Quosensu, & *quoad organum*, hic vel ille *nervus*, sed *quoad subjectum* haec vel illa *pars* turgescat ex horum succorum spirituumque exuberantiâ immodicâ, unde pars 1. Quoad Extrema.

nervis gravatim imponatur, & eorum onere gravescente subigatur.

2. Quoad Partes. 2. Sed alterum genus in *Toto* Celebratur corpore, quoad omnium partium multitudinem & Systema. Tamèn inter hæc *Quantitatis Extensivæ* genera mediat *Tertium* quoad ejus *formalem rationem*. Nunc *Quantitatis* formalis effectus est, aptitudinem debitam dare partibus alendis; veruntamèn nec hæc aptitudo nec alitura detur, nisi nimium parumque præcaveatur.

3. Quoad Mensuram. 3. Quoad *Mensuram*, horum spirituum Quantitas extricetur bifariam, *viz.* ex *mensurâ* PERFECTIONIS (uti mox explicatur) vel *EXTENSIONIS*, *i.e.* ejus Quæ *extensionem* statutam á naturæ legibus nutuque mensurat; & facienda sit per accommodationem aut horum spirituum, eorumque *vehiculi nutritii* partibus alendis adæquationem. His impensis ἀκριβῶς exploratis, horum plethora sive πλεονεξία dijudicetur atque determinetur. Dum verò plenitudo hæc ex *quantitate*, nihil eorum ex *substantiâ* sub *hac Classe* philosophatur.

Et eorum Dimensiones. *Aristot.* De spirituum eorumque *motuum* dimensionibus, quoad *longitudinem*, latitudinem *profunditatemque* duntaxàt exquiramus ab *Arist.* contra *Plat.* & *Pythag.* 7. Met. t. 1. l. 3. t. 1. & l. 13. t. 14. *Longitudo, Latitudo, profunditasque sunt Quantitates & non substantiæ.* Nunc ex hujus animalis liquoris *Plenitudine* nimiâ vel

1. Ad eorum Profunditatem. 1. (Quoad *PROFUNDITATEM*) partes accretione, pinguedineque indebitâ gravantur, Nervique forsàn oppilantur, Et ex pigritiâ vel crassitie motus eorum interturbantur, undè κακοτροφίαι nutritiones inæquales, *Rachitides*, aliique morbi scaturiunt.

2. Ad eorum Longitudinem. 2. Ast quoad *LONGITUDINEM* ex eorum

eorum quantitate nimiâ, acuuntur acriùs ad irritamenta *Aphrodisii* Congressûs nimii, & ad morbos *Eroticos*, Spermaticos, *Uterinos* aut Hystericos, &c.

3. Denique quoad *LATITUDINEM*, Quantitas eorum immensa vel absque modo ex *nervis* admodùm prægravatis, huic vel alteri parti vehementèr incumbens, *dolores acutissimos* & sævientes (uti *dentibus*, spasmis, &c.) efficiat, imo & ab immodicis his copiis succorum, &c. morbosæ *Glandulæ*, quæ vocantur idiomate nostro vel *Anglicè* **Wens** Scrophulosi, strumosique morbi, forsan & ex eorum *dispensatione* sine debitâ proportione, & ἀλογοστεοτία *Rachitides* proveniunt. His & omnibus ubique fit motus eorum inordinatus ex immodicâ Quantitatis *Extensione* tam Corpore; quam partibus Integrantibus. 3. Ad eorum Latitudinem.

2. *Cons.* Ex eorum *QUALITATE*, & acerbitate, fit alter motus horum inordinatus; & uti priore Sectiunculâ *Plethoram*, hâc *Cacochymiam* è *Galen.* lib. 3. c. 6. de Meth. Med. τῆς ξανθῆς, ἢ μελαίνης χολῆς, ἢ τοῦ φλέγματος πλεονεξίαν succorumque vitia, & inter ea Spirituum horum acrimoniam pertrectemus. Priore *Cons.* Quantitas *EXTENSIVA*, sed hâc *INTENSIVA* proponitur; Quantitas enim *Intensiva* de majore vel minore virtute ac perfectione datur, & qualitatem ut *mensuram perfectionis*, potiùs quam Quantitatem aut *mensuram Extensionis* respicit. Quippè *qualitas* (ex Arist. lib. Categ. c. 8.) *est Accidens, à Quo* SUBSTANTIA *ipsa denominatur* QUALIS. Et spirituum horum Qualitate, eorum *habitus* etiam (ad animalem *nutritionem*, aliasque facultates hujusque *Oeconomiæ* functiones) expendamus. Qualitasque eorum patibilis quà nimis 2. *Cons.* Ex eorum Qualitate vel acrimonia. *Galen.* Sive Quantitate *Intensivâ*. *Arist.*

effervescens, aut frigefaciens, nimis siccans aut humectans, incrassans aut attenuans, stupefaciens aut mordens, &c. Acribus aculeis, tum ex principiorum quam elementorum mistione contempletur. Quippè succus hic nutritius animalis & spiritus â *Pneumatosi* sanâ sit *suavis*, lenis, *mollis*, albus & absque *acrimoniâ* lacessente temperatus; ast ex ejus *Qualitate patibili* sit succus, acris, asper, durus, fuscus, lividus aut fervescens acoreque insigni perperàm imbutus, adversus ejus habitum nutriendi. Undè *Nervi* vellicentur, partesque pungantur, morbique, dolores plurimi ex inordinatis *motibus* vagis atque deviis proferantur. Unde & horum spirituum alluvies instar *Torrentis & inundationis*, heterogenea plurima Contrahat; & abheinc intumescentiæ fiant, partibusque vicinis *Diatheses* aliæ provehantur. Quapropter ex verè philosophandi placitis exposcamus hæc tria (& in medium proferamus) spirituum motu *Qualitativo*. 1. Ut sit nec *nimium* nec *parum* sed satis *INTENSE* functiones animales ad obeundas. 2. Et satis *EXTENSE* ad partes omnes & singulas inserviendas per totam hanc *Familiam*. 3. Satis etiam *PROTENSE*, ad debitè movendi tractum & Continuitatem.

2. *Cons.* Ex Nervis

3. *Cons.* A *Nervorum* ipsorum *excitatione* vel insuetâ, vel præposterâ; dein atque Crebrò fit motus *Inordinatus* & diversimodè.

1. Ex motibus inordinatis à voluntate.

1. Ex motu libero sivè *voluntario* unius Currentis, saltantis, vim *locomotricem* nimis agentis: Coercentis, aut alitèr ex spontè vel violentèr exercentis. Quo motu *physico* moveantur corporis partes ex ope musculorum, usque ad calorem, Nervorumque tensionem, vigorem, vivacitatemque majorem. Quo pacto Spiritus animales

males per motum irregularem atque pernicem è *Pneumatosi* in Nervos, & ex *nervis* in Musculos & partes copiosè ac fortitèr immittuntur velocissimo fluxu & (alteri volunt) refluxu, infundendo atque refundendo ferè *fulguris instar*; excurrentes & recurrentes modò hac, modò illac, res vel ad prosequendas vel (ex arbitrio Animi) Fugiendas. Quippè Spiritus animâles è Cerebro, possunt (ab *animæ* nutu) tum hujus tum illius motus & actiones variare; necnon id diversimodè, prout illi, majori minorive *fluxu*, Cum fortiori sivè debiliori impetu & influxu sunt huc & illuc impulsi. Nunc spiritus hi determinatè moventur refluuntur & influuntur in eosdem nervos, musculos & partes, Quibus nutui animæque voluntati optimè inserviant. Etenim illi animæ sunt *Emissarii* veloces & Cursitantes per totum Corpus; undè quum velimus in *dextram manum* movere, voluntas efficit ut impellantur spiritus eos *musculos* qui motibus hujus manus assignantur & è *Galeno* Ὄργανα κινήσεως τῆς καθ' ὁρμὴν οἱ μύες εἰσιν. Galen.
Et demum, hanc *Animæ* energiam ad movendum, in illius *voluntate* primariò, sed secundariò in impulsu spirituum concludamus. Undè vocatur *motus volnntarius*, velut animæ ipsius *Actio*, quoniam: sub *Actionum* nomine complectimur omnes ejus actus *VOLENDI*, Qui terminantur in Corpus. Præterquàm ex *Arist.* lib. *meteor.* cap. 3. lib 2. de Cælo. cap. 7.) motus hic localis hâc illâc est Causa caloris, aut potius calefaciendi, principiis ex *patibilibus* & spiritibus nimium proritatis, sed hoc calore *Nervi* magis aperte distenduntur, vigorantur, & replentur Spiritibus, sursum deorsumque, ultro citroque volitantibus. Aristot.

Ex motibus inordinatis ab *Appetitu* sensitivo.

2. Ex *Actionibus automaticis* aliis ab *Appetitu* principiisque spontaneis, & *affectibus* irritantur *NERVI*; quorum auxilio spiritus inordinatè promoventur ad actiones ἐπιθυμητικὰς καὶ θυμοειδέας concupiscibiles & irascibiles; fortàn & ex *appetitu* sensitivo vix à *Ratione*. Quippè Sin *ratio* præesset *irascibili* & *Concupiscibili*, tunc haud principatui *despotico*, sed *politico* tantùm nervi spiritusque præficerent; ast cum imperio *despotico* moventur & deturbantur ἀπροβουλεύτως καὶ ἀπροαιρέτως absque ratione & Consilio. Qualibus etiam motibus Animi pathemata produntur, Circa quæ nos nunc versamur unde ἢ ἄλογον γίνεσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἢ λογικὸν ὄντα αὐτεξούσιον εἶναι hominem vel rationis expertem vel arbitrium liberum habere dicitur. Et formalitèr hæ passiones feruntur per Actionem *Appetitionis*, dum ex apprehensivâ *facultate* animæ, Spiritus aliquid ad appetendum aut effugiendum potissimùm excitentur, unde nervi vel ad apertiones vel ad clausiones inconvenientes vellicantur. ☞ Planeque testantur ex his plurimæ *Psychomachiæ*, tantæque, ut Anima ipsa passiones suas nec cito, Sistere queat, nec ad libitum passiones has ferociores regulet aut statim invertat. Insuper & *irâ*, metu, Passionibus *Eroticis*, Odiis, Invidiis, aliisque livoribus animi & commotionibus, ob varia necnon irritamenta valida, *NERVI* ipsi concitantur, egregieque provocantur.

IRA tamèn instar omnium expendenda sit *materialitèr* aut *formalitèr*; nunc quoad ejus materiam à *Sanguine* accenso sese fortassè traducit, aut potius ex partibus *sulphureis*, è quibus membra Corporis ex instanti disponuntur ad pugnam aut vindictam. Ast quoad ejus *formam* nervi spiritusque punguntur & Commoventur ab *ANI-*

MA

MA propter acceptum malum; & primò verisimilitèr *Anima* se contrahat, attamèn protinùs è *vehementiâ* resilit ad vindictam, aut ad vicissim nocendum. Undè spiritus animales nunc *extrorsum* in Cor, & Sanguinem; nunc *introrsum* versus Cerebrum (inquit D. *Charletonius* in *Exerc.* 8.) tumultuose necnon cum impetu summo rapiantur, Et ex his motibus rapidis contrariisque, Cordis exagitationes, fervescentiæ, palpitationes & angores, sanguinisque profluvia nimiùm incensa, rubores oculorum & faciei, venarumque dilatationes, dentiumque compressiones fiunt. Ideoque Ὀργὴ ἐστὶν ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης, διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν εἰς αὐτὸν, ἢ εἰς αὐτοῦ τινα, μὴ προσηκόντως, aliisque dicitur ἐπιθυμία τιμωρίας τοῦ δοκοῦντος ἠδικηκέναι οὐ προσηκόντως, undè *Spiritus* primùm dein & *sanguinem*, reliquosque Corporis Succos accendit forsan ad *Ephemeram* aut *Synochum*. *CONCUPISCIBILE* versatur in *bono* prosequendo, seu *malo* fugiendo, Sed IRASCIBILE de modo mediisque Cajet. 12. q. 23. art. 2. Scot. 3. dist. q. 34. fol. 133. col. ast ab aliis, *concupiscibilis* dicitur *Intellectum* ad deliberandum movere, & *Irascibilis* potentiam executivam; *Desiderabili* spiritus sursum, inordinatè & introrsum feruntur, at *Irascibili* deorsum atque magis extrorsum. Duobusque his referuntur affectus Cæteri, Qui à *Peripateticis* ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ vel ἐν τῷ θυμικῷ Collocantur. *Thomas* etiam in *Appetitu Concupiscente*, posuit *Amorem*, Odium, *Desiderium* aversationem, *lætitiam*, tristitiam, Quibus & voluptatem dolorem, æmulationem misericordiamque, &c. addamus; sed in *Appetitu Irascente*, Spem, *Audaciam*, Desperationem, *Metum*, Iram, &c. 12. q. 23. art. 1.

D. *Charletonius*.

Cajetan. *Scotus.*

Tho. Aquin.

3. *Ner-*

3. Ex inordinatis motibus à *Sensorio* communi.

3. Nervi quoque per impressiones in eorum fibrillas, & à SENSORIO COMMUNI spiritibus planè confusè communicatis magnoperè Concitantur. Rationique Consentaneum est has impressiones varias *ab externis objectis* sufficere varias ad excitandas sensationes in *Animâ*, & dein motus diversimodè inordinatos spirituum: Quamvis enim Sensus â nobis celebratur ut *proprius* aut *communis*, *Sensui* tamèn *Communi* tanquam communi *termino* apprehensiones omnes instent; & quantò magis aperti nervi sunt â communi *conceptu* tantò magis animales hi spiritus *profusè confusè*, ac ocyssimè insinuarent, forsan & ad *tragædias* efficiendas (nisi velut equi curriculis & aurigis indomitis cum frænis aut flagellis regularentur). Quid luculentiùs annotetur *Delectabilibus* & *Contristibilibus*, Quæ sunt vel *animi* solius ab ideis intrinsecis; vel *animi*, *Corporisque* simul καὶ διὰ τῆς ψυχῆς καὶ διὰ τοῦ σώματος, ab *ideis* Extrinsecis & forinsecis impressis. Etiamsi in bonis adeptis ab *Appetitu* Sensitivo GAUDIUM aut *Delectabile* datur, ei tamen apponitur ex parte *mali* DOLOR aut *Contristibile*. Sed *Irascibili* præsupponatur aptitudo, quæ ex ratione *Boni* nondùm adepti nuncupetur *Spes* Desperatio,&c. Et omnibus hisce *passionibus* Spiritus animales inordinatè feruntur Tamèn hâc differentiâ, quòd ex *Gaudii*, Spei, *voluptatisque* Complacentiæ, exhilarationis, *Ectasisque*, *Risûs*, &c. Sensu, nervi placidissimè persentiscunt, vigorantur, & aperiuntur, adeò ut hi Spiritus *Animæque* Emissarii copiosiùs atque per gratiùs excurrunt, & emittuntur. Sed ex sensu *Doloris* timoris, *ærumnæ*, desperationis, *sollicitudinis*, Ejulatûs, & *abjectionis* animi,&c. Nervi contrahuntur, & humores in iis hospitantes peringratè

tè vel ægerrimè se habent. Veruntamèn omnium *Mensura* sit intellectus aut sensus ex Aristot. l. 3. Ethic. c. 4. quamdiu τὸ αἰσθητὸν καὶ τὸ νοητὸν ὡς οἷον δεῖ, καὶ τὸ κρῖνον, ἢ θεωρῶν ἔσται ἐν τῇ ἐνεργείᾳ, ἡ ἡδονή.

4. Prætereà ex *Nervis* ab IMAGINATIONE *forti* suscitatis iter insuetum spiritus hi suscipiunt; quoniam ἡ φανταστικὴ δύναμις ex Arist. c. 4. l. 3. de Anim. dicitur in *Actu*, ἡ φαντασία ἂν εἴη κίνησις ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως τῆς κατ' ἘΝΈΡΓΕΙΑΝ γιγνομένη est quasi formarum per Sensum acceptarum *Thesaurus*; nec *R E* duntaxat, ast RATIONE distinguatur à *Sensu Communi*. Nunc, utpote actiones fortitèr imaginativæ Circa res gratas & jucundas, (ex prioribus, posterioribus aut instantibus) *voluptatem*, hilaritatem, *risum*, spem; dilatentur & *Animales* spiritus usque ad egregias corporis alterationes transferuntur undique; sic è Contra, quum hæc facultas *imaginatrix* Circa res ingratas, molestasvè fortiter occupetur, Odia, pavores, sollicitudines, mœstitiæ & aversatio, &c. fænerentur ad varios animi tumultus & ad Anomalias *Spiritus* dispensandi, unde nervosum genus graviter heluetur. Hoc ex morbis *Eroticis* confabularemur, & planè sit deprehendendum in *Lycanthropiâ*, melancholicis affectibus ac *delyriis*; dum spiritus hi tam perperàm *aguntur*, profluunt[illegible], *obstruuntur*, offuscantur, aut *alterantur* ex imaginationibus ψεύδοις; hucusque de *tertiâ* *CONS.* ab irritamentis Nervosi generis.

4. Ex imaginatis eorum motibus ab *Imaginatione*.

4. *CONS.* Ex *Affectibus* animi, principiisque Contrariis feratur hic *motus* inordinatus; ut & ex *Psychomachiis* (ob animi *Pathemata* varia, contrariaque) Conflictibusque *Sic* & affectu-

4. *Cons.* Ex affectibus animi sive Psychomachiis.

affectuum Corporis *metaptosi* repentinâ, tumorumque quorundum, spirituum sint haud exiguæ Commotiones; eorumque motus in nervis ultrò Citròque Cursitans, prorsùm atque retrorsum erit retrogradus. Quippè contrarietas in motibus non omninò vel ex necessario pendet in Contrarium *terminum à QVO*, Sed potius in terminum *contrarium ad QVEM*, ubi tendit, ut ad *Gaudium* aut *dolorem*, *&c.* quia per unum Motum *spiritus* accedunt & per alterum recedunt ab eorum termino. Præterquam quæ Componuntur ex *materiâ* & *formâ*, actus & facultatis sint participes, & quatenùs habent *actum* eatenùs agunt in aliud, quatenùs autem *potentiam*, eatenùs patiendo aliquid in se recipiunt; unde Constabit, unum eundemque motum esse quam activum tam passivum καὶ ὅσοι δ' ἐναντιώσεις ποιοῦσιν ἐν ταῖς Ἀρχαῖς, καὶ τὴν κίνησιν ἐκ τῶν ἐναντίων συνιστᾶσιν. Plerique statuêrunt Contrarietatem movendi *ex Heterogenitate* principiorum Affectuumque.

SECT.

SECT. VIII.

De MOTIBUS *eorum variis, minusque Sensibilibus.*

HIsce summatim decursis, nobis occurrit hæc conceptio, quòd Omni fluxu confuso, motuq; successivo spiritus animales (tamèn tales) sint *permanentes* ad eorum *essentiam*, sed haud ad unam & eandem *profluentiam* aut motum; Eorumque *ens permanens*, & *non ens successivum* appareat. Jam verò eorum motus magis *Ordinatos*, sed minùs *sensibiles* (Corpus *vicibus* subeundo) pede longè leviore percurramus ex quadruplici Consideratione (quippè singulis *Coctionibus*, quilibet humor peculiaris, motum *peculiarem* sibiipsique præstitutum impetrat). Motus eorum minùs Sensibiles à Quadruplici Consideratione.

1. Ut eorum *Motus* sit *PROREPENS* ex succis *Hylæis*. 1. Vt est motibus prorepens.

2. *INFLUENS* ex aëriis spiritibus & radiis.

3. *PENETRANS* ex *mercuriis*, salosis, *sulphureisque* principiis.

4. *RORIFICANS* ex humidis, & halitibus eorum.

1. *Cons.* Horumque *motus ordinarius*, forsàn & insensibilis est *IRREPENS*, quasi gradu testudineo atque *peristaltico*, per plurimas Nervorum fibrulas, & permeans; Insuper & ab Eximio D. *Glissonio* (de Hep. c. 45.) Nervorum vasa in multas 1. *Cons.* De eorum Motu prorepente. D. Glissonius

tas fibras dirimenda deprompsimus; ex quibus Nervorum *meditullium* tam probè statuitur, ut liquores hi facillimè (forsan & varii) citra permistionem) inter alias aliasque fibrulas (ad accommodandas partes) prorepant; ad hunc quoque motum optimè famulandum nervi dilatari, Contrahique possint, & haud dubio (quamvis tam exiles, quam αὐτοπτικῶς fere imperceptibiles) perforationes ordinantur nervulis â naturâ, imo & ipsis *fribulis*; quæ succo spirituque animali repleantur. Et quid obstat? Etenim in Cute, poruli conspectui non sempèr sunt obvii; nec meatus in *Meseraicis*, apparent sensibus; nec in *vesicâ* pro sero ex *ureteribus*; tales Meatus tamèn (& Cavitates,) quamvis haud ampli, haud ex autopsiâ conspicui, reverâ his membris omnibus insunt; imò & Crines aut Capilli perforantur, quis ideò *Nervos* minus esse pervios effingatur ex ratione sanâ? Quinetiam ex *oppilationibus* nervorum, pariter ex ligaturis, fortitèrque comprimentibus constabit. Stupor enim membri subjecti, meatibus ex nervorum occlusis compressisque statim sequitur, & quum ligaturam tollas, tollitur & stupor, protinusque Succus hic nervosus formicanter Sensimque prorepit. Præterquàm â sitûs inconvenientiis, Pedis aut femoris partes obtorpescent; dum nervorum meatus exiles in pede vel femore comprimuntur & oppilantur, pes confestim obdormiscere, et stupefieri incipiat. Ast quamprimùm malus ille situs amoveatur, eorum aditibus perviis et præbendis *Nervi* resignentur utque reserentur; instar formicarum repentium, succos hos et spiritus in pedes femorisque musculos prorepere, paulatimque redire percipiamus. Quapropter verbis et ratiociniis *Glissonianis* de hâc re concludamus, *Opticos*

D. Glissonius

(à *Galeno* et sensibiliter) esse *perforatos*; *Et licet reliqui nervi manifestâ cavitate videantur carere: creditu tamèn est facile, eos quoque omnes quodammodo excavatos esse exilibusque canaliculis pertusos: maximè si in animo secum quis attente reputaverit, universum nervorum genus in eundem finem à Naturâ destinatum esse, partibusque commune aliquod officium præstare.* Necnon. D. *Gharletonii*, ejusque verborum serie. *Quid impedit enim quo minùs liquor iste, cum vehiculo suo tenuissimo contemperatus, inter fibrosa nervorum filamenta* LENTO MOTU *dilabatur? Experimentò quippè facillimè compertum sit, quomodo Medullâ spinali in aquam per diem unum & alterum injectâ, nervi omnes exindè enati in capillamenta abeant, caudamque Equinam referant: ut minimè dubitandum sit, quin illi omnes ex numerosis ejusmodi filamentis, mediante substantiâ quadam Medullari simul annexis, constituantur. Consimili prorsùs modo quo Arundines Jndicæ, quas nostrates vocant* FIRECANES *ex infinitis penè filamentis fibrosis, inter quos haud pauciores intercipiuntur poruli, Constant, ut nedum spiritum oris, per totam istiusmodi Cannæ longitudinem quis perflare possit, sed & liquorem etiam quemvis, tanquam per manicam Hippocratis, aut ullum aliud colum facilè trajicere. Deinde in Herbarum, Arborumque foliis, Costula quædam nervosa in medio exurgit, è pedunculo exorta*; Cujus interventu singula ramulis suis annectuntur, & sine quo alimenti nihil ad ea *unquam accesserit*; *sic succus hic nutritius, per nervos repat, licet* HORUM POROSITATES *pariter sint exiles, ut visum prorsus effugiant.*

D. Charleton

Sim.

2. CON.

2. Consf. De eorum Motu Influente. 2. CONSID. Horum motus alter est *INFLUENS* et (nisi per effectus) fit insensibilis, ad partium et in iis Spirituum redintegrationem animalem ex *illustratione* vel irradiativo LUMINE, (quemadmodùm priùs exposuimus.) Enimverò Spiritus Animalis è *Pneumatosi*, haud secùs ac SOL solidis terræ partibus ex RADIIS (*Sim.*) et *Influentiis* splendorem atque vigorem musculis partibusque Corporis solidis impertit. Et influentiæ hæ sunt ad efflorescentiam nutritionemque partium ex animali *maturatione*, ut radii *solares* sunt ad terræ sobolescentiam alitionemque. Quippè Vegetabilibus, fructus extra solis influentias nuspiàm sint tàm sapidi, suaves atque grati, sed acerbi magis immaturi, ac ingrati; Consimilique modo partes Corporis exsiccant & Contabescunt absque his influxibus à *Pneumatosi*. Jam verò motus hic *influens* Qualitas est adhærens materiei influenti; utpotè *Lumen* ergà progressum appellatur *Radius*, sic & *spiritus* hic *animalis* motu suo progressivo nuncupetur *irradians* ac *Influens* è philosophiæ principiis. Et hoc animale lumen *irradians* per totum microcosmum cum succo nervoso spiritibusque animalibus; est ejusdem speciei. Sed (inquit Doctissimus *Charletonius*) (*D. Charletonius.*) perantiquæ hujus irradiationis vim nimirùm ὁρμητικὴν non aliundè quam â spiritibus *Animalibus* è Cerebro in *Musculos* jam movendos celerrimè, (et ceu curriculo immissis profluere ac dependere) doctrinæq;, præ cæteris omnibus hactenùs excogitatis excellentiam luculentèr evincamus. Adeò ut irradiatio *Solaris* paritèr *Animalis* ad influentias trifariam expediatur è RADIIS. 1. DIRECTIS. 2. REFLEXIS aut 3. REFRACTIS.

1. E *DIRADIATIONE rectâ*; Spiritus hi (veluti *Sol*) ex eorum *Influentiis* per totum Corpus *CAP A PE* partes penetrant & influunt tanquam καθ' ἰξιν è lineâ rectâ. Quapropter his influxibus irradiativis musculi & partes optimè inservientes dignoscantur. 1. E Radiis Directis à Pneumatosi

1. A *SITU* recto, *Obliquo*, transversovè.

2. A *FIGURA* dum musculi sunt *oblongi*, lati vel *profundi*.

3. Et à *FIBRIS*, Quæ juxtà musculorum *positionem* propagantur, & Rectæ, vel obliquæ, vel transversæ sunt.

4. Ab eorum *MOTIBUS* variis & actionibus; utrum *flexores* sint, utrum *Tensores*; Attollentes aut *Deprimentes*; Adductores aut *Rotatores*; Circumagentes aut *Sphincteres* & constringentes. Nunc radius è *Pneumatosi* rectus partes â *situ* recto positas κατ' εὐθεῖαν & per fibras rectas potissimùm influit dum πρὸς ὀρθὰς incidit. Spiritus enim animales, qui per Nervos è *Cerebro* deducuntur, sese in Musculi Agentis fibras insinuant, musculumque quasi inflatum extendunt, & dein irradiant secundum *situm*, figuram, & *modum* actionis, quoad *longitudinem*, Latitudinem, & *profunditatem*; & fibræ à spiritibus uberrimè ac vehementèr impactis admodùm extenduntur, in ordine ad actionem quandam ab *Animâ* ipsâ præstitutam; unde vires etiam animales augentur.

2. Ex Radiis *REFLEXIS* irradiantur hi spiritus in Corpora solidiora (utpote in *ligamenta*, parenchyma *Cordis*, ossa, &c.) unde reverberentur ad *illustrationem* fortè majorem, & ferè reduplicatam. Cui *tendines* aliquantulùm inserviant, dum musculis omnibus ossa moventibus *Tendines* 2. E Radiis Reflexis Pneumatosi.

insunt. Hæc est irradiatio ἀνακλάσεως (quam prior erat διαφανὴς) aut incidentiæ, in Corpus solidum densumque. Nunc hâc reflectione *Radius* absque angulo in seipsum (secundum lineam suæ Incidentiæ) quandoque reflectitur & tunc quasi seipsum duplicat (uti *parenchymate* Cordis, vasisque seminariis, &c.) ad majorem reflectionem. Quandoque tamen obliquè incidens in oppositam partem reflectatur, musculisque forsan obliquè situatis inserviat.

3. E radiis eorum Refractis à Pneumatosi.

3. Ast ex radiis *REFRACTIS* hi spiritus Animales Sanguinem succosque Corporis collustrant (haud aliter ac Sol in *Aquam* effulgescens, Quæ per *Refractionem* dein admodum eniteat :) & hæc amicabilior influentia Sanguinis, succisque corporis Cæteris non tantùm diaphaneitatem illustriorem; verumetiam nutritionem vigorationemque commodiorem donat. Deinde à tribus his *Influentiis* tres partium dimensiones, *Longitudo* nimirùm, *Latitudo* & *profunditas* eminentiùs asserventur; & à D. *Vallesio* (lib. cap. 22. de Controv. *Med. & Phil.*) fusè deponitur, quomodo per hunc *ILLUSTRATIONIS* aut *Irradiationis* Animalis influxum, vires omnes, Animalisque spiritus *FACULTATES omnes* (viz. movendi, sentiendi, nutriendique) *influuntur*, & acuuntur. Necnon in quamvis Corporis partem hujusque illustrationis animalis capacem à *radiis* vel *rectis*, vel *reflexis*, vel *refractis* INFLUENTIÆ proferuntur. Galenus & ipse, toties animales spiritus & earum influentiarum motus in instrumenta partesque meminit ut repetere pigeat. Adeo ut ex *Charltonianis* verbis concludamus. *Haud temerè à Celebri illâ* VETERUM *opinione de Spirituum Animalium Actinobolismo*

D. Vallesius

D. Charletonius.

mo, sive DIRADIATIONE HORMETICA *recedendum; utpotè Quæ & Veritati summè consentanea videtur, & ad solvendum Motus hujus Phænomenon optimè inserviat.*

3. *CONS.* Motus tertius est *PENETRANS* ex ☿ volatili, sulphureisque principiis summâ cum pernicitate percurrentibus & avolantibus è *Pneumate.* Enimverò nihil â Majorum vestigiis, sententiisvè resilire, *fulguris* aut Coruscationis instar, motus hic dicitur. Et ab Incomparabilis illius viri D. *Glissonii* testimoniis de *Rachit.* cap. 14. depingitur hic eorum motus ex veterum sententiâ vulgoque receptâ. Insuper hunc motum tam pernicem esse, Spirituumque Animalium fluxus & refluxus in nervis, *fulguris* instar ex velocitate celebrârunt Antiqui, tanquam imperceptibiles. Et tunc hæc coruscatio, Spirituumvè Animalium *PENETRATIO* fiat per *Poros* minutulos instar *fulminis terebrantis*, lucidique Splendoris ex puritate & subtilitate materiei perforantis, optimè statuitur. Ἡ φλὸξ ἐντεῦθεν ἐκτειφθῆσα, καὶ ἐκραγεῖσα κεραυνὸς λέγεται (ἢ σκηπτὸς, ἢ βέλος) ὅστις ἐν ἀκαρεῖ διασκορπίζεται, καὶ ἅπαντα τὰ ὑπ' αὐτοῦ πληττόμενα παραντίκα διαφορεῖται. Exinde flamma ferocitèr evibrata dicitur, quòd sese dissipat, & quicquid eo percutitur, de subito penetratur & discutitur. Sic apud Arist. 1. Met. 3. appellatur Ἀργὴς κεραυνὸς, porosque augustissimos permeat atque penetrat; & ob ejus raritatem spirituosam fortasse non adurit aut accendit sed calefit aut dissipat. Sin autèm in obstantia Corpora flammasque raptantia impingit, tunc percutit incendio concrematque. Et â pari ratione Spiritus hic sulphureus, subtilis & *mercurialis* ocyssimè (tanquàm oculi nictu) partes motuque

3. *Cons.* De eorum Motu Penetrante.

D. Glissonius.

Arist.

ſubtiliſſimo penetrat. Nihilominùs particulis craſſioribus, oleaginoſis, & ad inflammationem rapidis obſtantibus occurrens (propter *Sanguinis*, ſuccorum, aut aliorum humorum dyſcraſes) Corpus deheinc afferveſcentiam & Ardorem majorem patitur, imò â particulis præcipuè ſulphureis & deflagratis, atque per totum Corpus diſperſis febricitat. Undè ſuccus hic alibilis in *Craſi* pravatur, in æquabili motu ſuo debitoque pervertitur, proin & *rigores*, dolores, *deliriumque*, phrenitis, *convulſio*, & ægritudinis nervoſæ Symptomata gravia pleraque (uti *febribus* ac inflammationibus uſitata) feruntur; Heterogenea mixtionique inepta confunduntur, Spiritus omnes ſuccique in eorum motibus perturbantur, Sanguis immanitèr excandeſcens, ſuccus hic nutritius non aſſimulabitur partibus, ſed materiam crudam ac degenerem magnoperè faceſſit, Et omnia ex hoc motu penitiſſimo vel impedito vel depravato, ad *Oeconomiæ* Corporis Totius incendium Conflagrationemque vergunt.

4. *Conſ.* De eorum Motu *Rorificante.*

4. *CONS.* Denuò motus alius eſt ex halitibus pinguibus & particulis minùs ſubtilibus *RORIFICANS*, attamèn *Chymicorum* cenſu & ex compage *Mixti* ſale nitroſo referti (& ſal minùs eſt ad avolandum habilis quàm ſulphur aut *Mercurius*). Ex hâc Causâ *Chymiciatricâ* ROS ſolvit quoniam *ſpiritus ſalis* rerum quaſi omnium in ſe coerceat, quin imo alit & fœcundat ex particulis magis oleoſis. Jamvero quali ratione *vegetalis ROS* fiat & fœcundet terram, tali *ROS noſter ANIMALIS* Alat partes Corporis humani. Quippè vapores halituſquè qui *Solis* ex calore per aëra in ſublime feruntur, tandem in aquas abeunt, quum

Explicatur hic *Ros* animalis a rore vegetali.

miſ-

miſcentur vaporibus aliis in aëreas *regiones* magis oleoſis, unà cum illis Spiritibus elevatis, & iterum decidunt in terram ad imprægnationem terræ et ejus germinationem in formâ ſubtilium halituum; Qui *R O S* terram fæcundat univerſam. Hoc quoque naturæ *Arcanum* notatur â *Davide* Prophetâ Regio verbis hiſce ſacris *Maledicti ſitis montes* Ghilboah *neque ros, neque pluvia cadat ſuper vos.* אַל טַל וְאַל מָטָר עֲלֵיכֶם quoniam ex iis fertilitas optimè proveniat, undè ſequitur וּשְׂדֵי תְרוּמוֹת & agri Elevationum aut primitiarum *ἀπαρχῶν* & hujus roris privatio maledictio fit; pariter alitioni Corporis & fœcunditati dicatur *ros* noſter animalis. Qui Solis inſtar, *Pneumatoſis* ope & animalium Spirituum Concoctione exaltatur ac miſcetur in Succo *Hylæo* cum principiis aliis oleaginoſis, iiſque fertur ad partes microcoſmi ſolidas, adeo ut partes huic rori liquorique conſimiles irrigentur & alantur, Sicut *oſſa* Cartilagines, *Tendines*, *&c.* Quæ à ſanguine nequeunt enutriri, nec generari ex *Celeberrimorum* hujus Ætatis *Teſtimoniis* D *Georgii Entii* in Apol. contra *Pariſan.* & D. *Gliſſonii* de Hep. necnon âb ore, meique *Præceptoris* Venerand: D. *Regii* prælectionibus, partes illas ex *HALITIBUS his glutinoſis* (non ex ſanguine) fœlicitèr enutriendas eſſe imbibi, *Scholiſque* publicis propugnavi. Nunc adjuvans hujus nutritionis Cauſa ſit hic motus *R O R I F I C A N S* & irrigans. Quo motu, ſucci hujus particulæ quædam, velut ejus pediſſequæ, partes Corporis conſimiles(ut *oſſa*, &c.) roribus ſuperſpergunt, iiſque intimè uniri ac aſſociari ambiunt. Sed ad ulteriorem hujus motus exegeſin ſequentia penſitemus.

D. Entius. D. Gliſſonius. D. Regius.

Concluſiones de hoc *RORE* Animali.

1. Quod hujus Animalis succi, *Halituumvè* materies haud absimilis est *RORI*, tamèn aliquantulum pinguior ad nutritionem, *particulis* ex subtilibus oleosis forsàn & parumpèr salosis, humidis atque sanè temperatis.

2. 2. Hujusque Causa *Efficiens* (proxima propriaque) *Pneumatosis* est, ejusque perennis suppeditatio bene Cocta temperataque. Namque veluti *ROS* in terram evaporat ex nimio calore, & â nimio frigore condensat, undè (ad ejus confectionem) aëris optima temperies exposcatur; adeò tantum sereno cœlo tranquilloque fiat, non aëre ventis aut procellis exagitato turbatovè. Itidemque ros noster *alimentarius* non optimè conficitur è calore vehementi (utpote *Febribus* Hecticis, &c.) nec in Cerebri *Diathesi* nimium frigidâ, seu cordis ex imbecilli calore, nec *Catarrhis*, aliis quasi procellis Cerebri; sed optimâ Cerebri temperie vel εὐκρασίᾳ, ejusque *Pneumatosis* elaboratione sanâ ἂν λεπτομερῶς πέσῃ λέγεται φεκάς.

sim.

3. 3. Hujus halituosæ nutritionis *Causa subserviens* (uti diximus) est motus hic *rorificans* aut partes irrigans; sed & impediens Causa sit ejus *obstructio*, deturbatio, sivè *perversio* Idcircò ex motu Sistolis, Diastolisque, Caloris & innati adminiculo halitus hi glutinosi in partes sibi donatas etruduntur.

4. 4. Tempus etiàm roribus his magìs accomodum, forsàn & ejus productioni sit aliquot horulis post epulas aut â pastu; præcipueque matutino tempore contingat, quum per iteratas circulationes ex *Arteriis Carotidibus* ejus supplementum satìs elaboratur ac spiritualescit; quippè

pè tunc homines sunt magis vividi atque vegetiores; imò & ad *Studià*, ad nervos, & ad *labores* expeditiores. Tunc etiam extrorsum versùs *Artus* aliasque Corporis partes nutriendas succus hic irrepit, spatioque 6. aut. 7. horarum post cibum assumptum rorem partibus donant.

5. Proprietatesque præcipuæ *roris* hujus pinguis, halitusvè glutinosi sunt tres. 5.

1. Ad partes refrigerandas, ne nimìs excandescant, & adurerentur; prout in partibus adustis terra Constabit, Quæ faustissimè beantur ex roribus & Eccl. 4. 24. Ἴασις πάντων κατὰ σπουδὴν ὁμίχλη δρόσος ἀπαντῶσα ἀπὸ καύσωνος ἱλαρώσει; omnium medicina sit in nebulâ festinante ROS autem obvians AB ARDORE exhilarabit, quam partes terræ tam Corporis humani.

2. Et quemadmodum vegetalia ab illis roribus accrescunt ac aluntur, sic animalia ex nostris roribus. Et

3. Ex his roribus alvus etiam solvenda sit, atque verisimilitèr ex roribus externis observetur, quippè Quis *uvas roriferas* aliosvè fructus nocturno tempore roribus aspersos edit Alvum suam (& Commodè) solvat. Sed huic *Capiti* metam imponemus & Per-eruditi. *D. Willisius*
D. *Willisii* verbis Concludemus Cap. 1. de Febrib. *Succus hic nutritius, instar* RORIS *adhærescit, & Nervi, membranæ, tendines, Cæteræque totius Corporis solidæ partes* SUCCO *hoc alibili perfundant: Hujus vehiculo Spiritus Animales potiti, undè Corpora nervosa ad tensitatem inflant, motûs sensusque actiones expeditè obeunt,* & p. 101. *Horum* IRRADIATIONE *nervorum*

vorum(*seu potius* IRRIGATIONE *nervorum*) *corpora inflantur, viscerum functiones, necnon motûs & Sensationis munia obeuntur.* Sicubi huic Sexto *stadio* PNEUMATOSIS itineris hæc enucleata sunto.

CAP.

CAP. VII.

1. De Excretis & *Recrementis PNEUMATOSIS* variis. 2. De *vitiis* hujus Concoctionis Quoad *INTEMPERIEM*, Constitutionemq; Similarem tam quoad *ELEMENTARIA*, quam *PRINCIPIA* ex plurimis Classibus, inquirendis & Curandis. 3. De *Vitiis*, quoad hujus *ORGANICAM* constitutionem, tribus *Classibus* explorandis. 4. *APOPHORETON* quoad ejus *Chymiatricam THERAPEIAM* & *PROPHYLAXIN* in 12. *Corollariis*, de *Methodo* Medendi *Chymiatrica*. 5. De Conservatione *HYGIÆNAQUE*. 1. *Genericâ* 2. *Specificâ PNEUMATOSIS*. Unde *Dogmatici* discriminentur ab *Empiricis*, *CHYMIATRIQUE* ab aliis. Conclusio ad *Honorem* Medicinæ.

SECT. I.

De Recrementis Pneumatosis *variis*.

HOc ultimo *PNEUMATOSIS* stadio, Coctionis hujus accuratior Disquisitio *De Excretis* restat;

&

Quot Concoctiones tot Excretiones sanciantur. & per quas vias â Naturâ præstitutas hoc opus absolvatur, perquirendum sit. Veruntamen hâc ventilatione forsàn haud tantummodo *Neotericorum* & *Neophytων* vestigia prosequar, ast Veterum

Galen. & ipsius *Galeni* τȣ̃ Ἀρχιάτρȣ, Qui (lib. 1. de *Valet. tuendâ*) ex quacunque concoctione Recrementum quoddam, eique Coctioni proprium provenire edocuit. Quum plures *Excretorum* Species

D. *Glisson.* quàm à vulgis, ab Insigni D. *Gliss.* de *Rachit.* cap. 16. statuuntur, nempè tot Excretorum Species quot parenchymata sunt distincta *viz. Hepatis* Renum. *Lienis*, Panchreatis, *Cordis*, Pulmonum, *Cerebri*, Testiculorum, *uteri*, &c. & quot sunt partium Genera Excretioni inservientia. Attamen opinione *Galeni* Veterumque Contentus ero, dum tot Excretorum solummodò Species quot sunt Concoctionum Corporis discrepantiæ nobis ad veritatem propius apprehenduntur. Quippè

Excretio bifariàm sumitur. *Species* (è *Porphyr.* Isag. c. 3.) bifariàm accipiatur, nempè.

1. Quà subjicibilis. *Galenus.* 1. Quatenùs est *SUBJICIBILIS*, & ita (quasi lineâ rectâ) generi suo subiiciatur. Sic excretioni hujus aut illius Concoctionis, hoc vel illud Excrementum subjectum sit, ita panchreatis, *Lienis*, Hepatis, &c. Excrementa, sunt unius Concoctionis aut *Chylosis*) *Vomitu, dejectioneque inanitur*; *Renes, Vesica*, JECINORISQUE *Gibba* (sive Chymosis) *si Multo vitioso* SUCCO *sunt referta per dejectiones, & pharmaca dejectoria* (καθαρτήρια) *expurgantur*, *sin mediocri per Urinales meatus.* CEREBRUM *verò* (Pneumatosis) *per Palâtum, & nares & Aures, &c. Pectus*, Cor *& Pulmones* (aut Hæmatosis) *per asperam Arteriam & fauces.* Quid planius?

2. Quatenùs est *PRÆDICABILIS*, &

itâ

ità de pluribus numero differentibus prædicetur. Hoc quoque Censu juxta Doctrinam *Glissonianam* sunt excretiones tàm plurimæ, inquantùm haud tàm quoad ullam *SPECIFICAM* Differentiam, quam *NUMERICAM* philosophantur. Atqui differentias excernendi *Specificas* haud *numericas* expendamus hâc nostrâ Sectione. Et quare non? dum Excrementum ineptitudini materiei coquendæ vel elaborandæ datur. Quamobrem inter alias *Concoctiones*, hujus (de *Pneumatosi*) *VIS Secretrix*, necnon *Excretrix* est admodùm præsignis ex verbis *Gal.* (l.3.de Caus.Sympt.) ἡ μὲν γὰρ ΠΕΨΙΣ, τὲ καὶ ΘΡΕΨΙΣ ἀλλοιώσεις εἰσιν; Quo tam *COCTIO* quam *Nutritio* substantialis, alteratio dicitur. *Secretionis* autèm & *Excretionis* Discreta priùs extricavimus in Cap. 3. *Hypothes.* 3. dum *Secretionem* ex parte *RESOLUTIONIS*, & Excretionem â vi *PRÆCIPITATIONIS* fieri probavimus. Porro *Secretio* fiat omnium inutilium â Cæteris & Spiritibus. Nunc Quicquid ex hâc PNEUMATOSI possit excerni, vel est *Crassum* vel *Tenue*. & (inquit Arist. περὶ Ζώων μορ. l. 4.) τὴν τῆς περιττώσεως ἔξοδον, τῆς τε ΧΗΡΑΣ καὶ τῆς ΥΓΡΑΣ nunc exquiramus. Et

2. Quæ Prædicabilis & hoc Censu Doctrina Glissoniana de hâc re deprehendatur.

Secretiones & Excretiones Pneumatosis discriminantur.

Arist.

1. De recrementis CRASSIS

1. De *Recremento Crasso*, quod est in *Pneumatosi* veluti CAPUT MORTUUM in *Alembici* fundo præcipitatum, ex fœculentiis terrestribus, *tartareis* sulphureis (rancidis) *aquosis* aut salinis, vulgò Melancholicis *biliosis* aut *pituitosis* Heterogeneis necnon ad Coctionem ineptis. Quippe nec inutilia retineantur, nec utilia præter institutum Naturæ evacuentur, ne vires dejicerentur, Coctio ipsa suffliminaretur, & partes hujus *familiæ* (earum genio) defraudarentur vel ad

morbum

morbum vel ad *mortem*. Jamvero viæ quæ per Naturam Consignantur huic Excretioni perquiramus, quoniam ex *Aristot*. l. 1. de *Cælo* c. 4. l. 2. c. 8. & 11. Natura non tantum nihil extruit frustrà sed etiam omnia perquàm necessaria Constituit ἡ φύσις οὐδὲν ἀλόγως οὐδὲ μάτην ποιεῖ, διὰ τὸ μηθὲν ἔχει ΟΡΓΑΝΟΝ πρὸς τὴν κίνησιν. Ἀλλ᾽ ἐπεὶ δῆλον περὶ τούτων, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν σκεπτέον· ὁ δὲ ΘΕΟΣ καὶ ἡ ΦΥΣΙΣ οὐδὲν μάτην ποιοῦσιν. Enimverò Viæ ad fæces hujus Concoctionis excernendas & à *naturâ* fabricatæ statuuntur *QUATUOR*, ex *Galeni lib*. de *Arte Parvâ* C. 13. & l. 2. de *locis Affect*. cap. 3. Sed ex *Hippocrate* potius SEPTEM (lib. de *loc. Hom*. & *Gland*.) nempe 1. Per *Nares*. 2. Per *Aures*. 3. Per *Oculos*. 4. Per *Palatum* (Quibus. 5. *Gula*. 6. Gutturq; 7. Spinaq; *Medullæ* adduntur apud *Hippoc*.) at processus eamus.

Arist.

Viæ evacuandi hâc Pneumatosi sunt *Quatuor*.

1. Per PALATUM; Etenim ex *Infundibulo* fæces evacuantur Crassiores, terrestres, aquosæ, pituitosæ, viscosæ, &c. & in hunc πυελὸν *Pelvim* & χοάνην forsan omnes Cerebri Ventriculi de fæcibus mucosis sese exonerant. Et ideò in infirmâ Ventriculorum parte Collocatur pelvis ad hoc *Infundibulum*, ut omnia hæc Excrementa mucosa, viscosa, ac ponderosa Commodiùs absorbeantur ac deglutiantur. Quocircà *primus* & *secundus* VENTRICULUS, per duas rimas oblongas in *TERTIUM* sese evacuant (durante Elaboratione) & ex TERTIO aditus est valdè conspicuus ad basin & in *Infundibulum*. Præterquàm hic *canalis* (Insundibuli nomine præsignitus) attestante *Præclaro D. Whartonio* in *Adenograph*. C. 25.) è *Quarto Ventriculo* deprehendatur, Deheinc excrementa cujusvis Ventriculi mucosa, ponderosa, fæcesque superfluas avidiùs excipiant atque devorent.

1. Per *Palatum* evacuantur Excreta crassa & quomodo? *DEORSUM.*

D. Whartonus.

Et humiditates *Salivales*.

rent. Et hæc recrementa P*neumatosis* omnia ac humidates salivosæ in *Glandulam pituitariam* spongiosamque derivantur atque suguntur. Atque per ejus parenchyma porosum hæ superfluitates ad posteriores *Equinæ Sellæ* processus, aut ossis *Cuneiformis* in P*alatum* oris disponuntur.

Obj. Attamen objiciatur â Quibusdam hujus *Glandulæ* exiguitas ; *Obj.*

Res. Sed ex promptu solvatur ab ejus *spongiositate*, Quæ recrementis his exsugendis plenè sufficiat, Et *Resp.*

2. Quantò sanior, ac purior est nostra P*neumatosis* sivè percolatior, tantò liberiores & apertiores sunt meatus omnes ad excernendas fæces

Obj. Ulterius autèm Scrupulum Plerique faciunt ne *Spiritus* his fæcibus evaderentur. Ast illi Puriores, quantò segregantur ex eorum elaborationibus, tanto securiores redduntur & sospitantur. Et *Obj.*

2. Per naturæ fastig*ia*, aliosque aditus institutos exaltentur dein & ad Quartum *Ventriculum* promoveantur.


3. Nihilominus quoniam est *præter naturam* pro spiritibus Cum mucosis *fæculentiis* viam vadere; verisimile sit hos spiritus per A*nomalias*, irregularesque motus quandoque profligare & evadere; (Quibusdam vitiis & morbis) Cum his *recrementis* pituitosis aut potiùs è *Galeno* MUCIS de *Nat. Fac. l.* 2. versûs finem; Cujus verba sunt. *Excrementum verò quod à* CEREBRO *distillat fortassè nec* PITUITAM *quis rectè appellet : sed sicut & nominari solet* MUCUM *atque distillationem græcè* Κόρυζαν. Et lib. 11. de *Meth. Med.Cerebro* (inquit) *ejus involucris, Qui per* PALATUM & NARES *descendit.*

2. Per

2. Per *NARES* emunguntur etiam ventriculi Cerebri *DEORSUM*.

2. Per *NARES* etiam mucosa produntur è ventriculis anterioribus Cerebri, & crebrò per Processus Mammillares in os *Cribrosum* & spongiosum (per *Christæ Galli* foraminula) quod appellatur ἠθμοειδὲς, & abinde in *Nares* (forsan & in *Palatum*) fæculentiæ hæ mucosæ dimittuntur. Insuper & in Tonsillarum *Glandulas* (ex *Riolano* necnon aliis) pedetentim aut stillatim hæc excrementa Cerebri defluere dicuntur. Sed in emunctione *narium* per palati suctionem atque screatum; subinde hunc viscidum, pallidum, pituitosum, congeneremque humorem excernamus. Nec è Cerebro pateat alter *Aditus* emungendi per NARES, forsân autem ex iis in *OS* aut supra PALATUM affugitur *mucus* aut *saliva* pituitosa. Quinetiam in Excretis Cerebri copiosis (utpote *Catarrhis*) nimiis *fluoribus*, præsertimque quum viæ narium obstipantur aut obstruuntur; *Tonsillæ* materiam illam excretam imbibant, Dein & in *OS* ad *Salivationem* copiosam expuant hucusque de FÆCIBUS mucosis aut pituitosis à *Pneumatosi*.

3. Per *Aures* Sordes *biliosæ* DEXTRORSUM & LÆVORSUM. Æginета.



3. Per AURES Sordes Cerebri biliosæ, sive sulphureæ, Excrementitiæ, semper expurgantur; Quas ῥύπους ἐν τοῖς ὠσὶ ἐν τῇ κυψέλῃ vel *Alveario* Congestas, copiisque magnis, *Æginеta* nominat necnon unâ vice hujus *fæcis* biliosæ ferè usque ad semiunciam, *Surdastri* ex auribus abduci, nobis fama percrebuit. Hoc *Sudamen* amarulentum & unctuosum (Cum *Græcis* κυψελίδα atque cerumina) ad *Auditorium* meatum perlinendum, audituique ipsi inserviendum nonnihil conferat, quando mediocritatem â *Pneumatosi* teneat. Sic & è

Laurentius.

Laurent. l. 10. c. 12. q. 12. explicetur â Siccitate, fæciumque sulphurearum calore; undè ossicula *Aurium*

Aurium sonora tria (nimirùm *Incus*, Malleolus, & *Stapes*) necnòn membranula *Tympani*, sivè *Septi*, ex siccitate; sonos ad assumendos aptitudine longè majori Conservantur. Ideoque *Nemesius* lib. περὶ φύσεως Ἀνθρωπ. cap. 10. traloquitur his verbis Ἡ δὲ ἈΚΟΗ τῶν φωνῶν καὶ τῶν ψόφων ἐστὶν ἈΙΣΘΗΤΙΚΗ· διαγνώσκει δὲ ἑαυτῶν τὴν ὀξύτητα, καὶ τὴν βαρύτητα, λειότητα καὶ τραχύτητα καὶ μέγεθος. ὌΡΓΑΝΑ δὲ ταύτης τὰ ΝΕΥ͂ΡΑ τὰ ἐξ ἐγκεφάλου τὰ μαλακὰ καὶ τῶν ὤτων ἡ κατασκευὴ μάλιστα δὲ αὐτῶν τὸ ΧΟΝΔΡΩ͂ΔΕΣ γένος· πρὸς γὰρ ψόφους καὶ ἤχους ἘΠΙΤΗΔΕΙΟΣ καὶ ἐστὶν ὁ ΧΟΝΔΡΟΣ Et eccur quæro? verisimilitèr hæc aptitudo fiat à siccitate *Cartilaginis* tympani. Hoc enim amarum Excrementum, siccumque copiosè sudetur. *Nemesius.*

1. EXTERIUS in Auditoriam Cavitatem per *Tympani Cartilaginem* (proin & ipsa *Cartilago* sit aridior) Sed

2. INTERIUS ob Copias majores & ingentes fæcium Crassiorum porulos obstruentes; *Quæ* perittomata sulphurea citò sint inflammabilia, forsitàn & instar (*Ossium*) adustæ *Medullæ* exteriùs persudare nequeant. Præthereà *Parotides* circa radicem Auriculæ situatæ, superfluitates Cerebri nonnullas excipiant, & *Excretioni* communicent.

4. Per *OCULOS*; Humores salsi, subacidi, fluidi, *Cerebrique* àquosi, *Carunculæ Lachrymalis* ope produntur. Imò & Excretis, ordo naturæ nuspiàm satis miretur; *Quippè* perittomatois gravissimis, terrestribus mucosisque, excernendis, organa statuuntur à naturâ deorsùm; sed alia mediocriora ac nonnihil leviora (nempè biliosa) evacuanda, *lateribus*, sive per *Aures*. Levissima tamèn hæc aquosa vel halituosa sursum aut prorsum feruntur ad oculorum carunculas è *4. Per Oculos humores aquosi vel halituosi roris instar guttulatim PRORSUM.*

PNEU-

PNEUMATOSI. Nunc *Caruncula* est Caro glandosa nuncupata ἐγκανθὶς & *interiore angulo* collocata; tamen altera *Glans* est, (sed innominata) versùs *exteriorem angulum* oculi sita, imò major est alterâ nec tam rotunda sive teres, ast potiùs compressa ac inæqualis. Nihilominùs excretioni huic è *Pneumatosi*, sive depurationi huic aquosæ, vix minùs inserviat. Ex quâ serosus hic humor aliquandò distillat, & aliquando Concrescit aut coagulat in gremosam substantiam, quæ *Cantho majore* crebrò videatur. Quinetiam in utrâque *Glandula* liquamen hoc serosum, salsum, subacidum fluidumque è *Pneumatosi*, lachrymarum est *Materies*; quum quoque Cerebrum Contrahitur, nervique vellicantur ex dolore vel tristitiâ, tunc hæc materies tenuior faciliùs exprimatur (Glandulis) ad imbrem. Denique foramen (apud D. *Barthol.*) nasi, ossi insculptum appellatur *Punctum Lachrymale*, & ad hujus liquaminis effusiones nimias obstruendas occupetur; vel (è *Laurentio*) ne salsus hic humor in *Genas* nimiopere perflueret.

Barthol.

Laurent.

2. Et in Glandulas has, humores hi salini satis sensim, roris aut imbrium guttularum instar exsudant, ast priùs in Glandularum substantiâ molli, spongiosâque percolantur ab acrimoniis omnibus noxiis & acerbis ne genas oculosque læderent. Etenim inquit *Nemesius* Σφάλλεται ἡ καὶ ὅταν δι' ἀχλύος, ἢ καπνῦ βλέπομεν ἢ τινὸς τῶν παραπλησίων τῶν ἐπιθολύντων τὴν ὌΨΙΝ, ὁμοίως καὶ ὅταν δι' ὕδατος κινουμένου, &c visus etiam plurimùm perturbetur quàm ex fumis tàm ex *aquis* nimiopere vel *acritèr* labentibus.

Nemesius.

3. Excretrices hæ *Glandulæ* situantur oculorum angulis (inquit *Laurent.*) non tantum humores *à Cerebro* defluentes accipere & agere, sed oculos ipsos placidiùs irrigare, humectare, eorumque motum

motum magis idoneum reddere, sive refocillare; humiditates minùs acres, & recentes expuendo. Sed ex his 4. *MEATIBUS* eliminantur *Recrementa* sive Perittomata *CRASSA Pneumatosis.*

2. Tamen alia sunt *Cerebri*, sive *PNEUMATOSIS* Perittomata, nimirùm *Tenuiora* atque vaporosiora, Quæ per Ductus fere insensibiles, porulosve ob eorum *levitatem* magis sursum καὶ καθ' ἕξιν expirantur, dum *Crassiora* ob eorum gravedinem magis deorsum dimittuntur. Vapores enim sursum Conscendunt, & quanto sicciores tantò volatiliores, ἐστὶ μὲν οὖν (inquit Arist. περὶ ζώων γεν. lib. 2. C. 2.) ἈΤΜΙ`Σ κοινὸν ὕδατος (*i. e.* quoad Coctionem) καὶ πνεύματος (*i. e.* quoad elaborationem,) τὸ δὲ πνεῦμα ἐστὶ θερμὸς ἀήρ, διὸ ὑγρὸν τὴν φύσιν ὅτι ἐξ ὕδατος. Quapropter haud absque ratione *Caput humanum*, Cucurbitulæ *CAPITI* sive Camino (ob ejus situm & usum) comparatur, fuligines omnes ab inferioribus sorbens ex *Hippoc.* de *Gland.*) ac vapores inebrians. Sed halitus hi Superiora petentes per *meningum* porulos, *C*raniique *Suturas* varias ac cutim transeunt ac penetrant, quippe ex cerebri atque *Pneumatosis* motu perenni fuligines versus expirationem per *SUTURAS* fumant & evaporant. Ob hanc causam (inter alia) *Caput* suturas multas impetrat apud. Arist. lib 2. de Gen. Anim. c. 6. καὶ ῬΑΦΑ`Σ δὲ ΠΛΕΣΤΑΣ ἔχει περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ ἄῤῥεν πλείους τῶν θηλειῶν διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ὅπως ὁ τόπος εὔπνους ᾖ, καὶ μᾶλλον ὁ πλείων ἐγκέφαλος. Porrò plexuum carotidum adminiculo horum vaporum transpiratio promovetur, Quippe *Plexuum* halitus (ex calore icciore spirantes) hos, Cerebri concoctionisque vapores perspirabiles alliciunt ac suscipiunt, undè per *porulos* & suturas ægriùs emittuntur; forsan

2. De recrementis tenuibus & vaporosioribus *SVRSVM.*

Aristot.

Sim.

Hippoc.

Aristot.

unaque per *os cribriforme* detrudantur è naribus.

Sicubi per omnes hos ductùs â naturâ extructos *Excreta* tàm tenuiora & volatilia quàm Craſſiora *Pneumatoſis* emittuntur, ſed ſanâ Concoctione moderatè & ὁμόλαγῶς ſe habeant *ſubſtantiâ*, Quantitate, *Qualitate*, Tempore, *excernendique* modis atque *moribus* â naturâ præſtitutis. Quoad ſubſtantiam ne ſunto ſæculentiæ nimis fluïdæ, nec viſcidæ, nec Craſſæ; nec luxurient in *Quantitate*. Et ad ejus *Qualitatem*, ne nimis acerbæ, ſulphureæ, inflammabiles, fœtidæ, ſaloſæ, ſeu terreſtres Qualitatibus primis, ſecundis, aut tertiis irregulares ac intemperatæ fiant. Sed conſiſtentiam & *Qualitatem* Coctioni ipſi laudabilem concilient, cum ſapore vel odore non perquàm ingrato, ſed Elaborationibus & *Pneumatoſis* maturationi Conveniente. Jamverò plura de hâc re ſuperſedeamus, ut levi *pede* vitia *PNEVMATOSIS Craſi* necnon *Organis* incumbentia πνευστικῶς aut δογματικῶς percurramus.

SECT.

SECT. II.

Cujuscunque, Sic hujus Concoctionis VITIA, *quoad* Pneumatosis *intemperiem, Constitutionemque* Similarem, *ab* ELEMENTIS *&* PRINCIPIIS *junctim, & Chymicophilos explorandα.*

FInitâ hâc (de *PNEUMATOSI*) disceptatione, nobis occurrit, ut exploremus in *vitia* hanc Concoctionem ingruentia; Quippè quælibet Corporis Concoctio variis se modis gerens facilius vitiari atque Corrumpi possit. Ast hujus Pensi vestibulo, *Methodum* nostram indagandi, dispensandique *CHYMIATRIAM* recolamus; namque non solummodò *ELEMENTARIA* qualitatesque primas ex documentis *Galenicis*, ortu rerum Celebramus, sed etiam *PRINCIPIA Hypostatica* Qualitatesque secundas & tertias rerum, (necnon ex *Hermeticâ* perspicacitate) versatissimè ac accuratiùs expendamus. Quæ quum satis perspecta *Jatrophilus* Callentissimus & *Philosophus* habeat, ad Morborum ortum atque Seriem radicitùs, (sanè) Scrutinium suum αὐλολελῶς astruat. Adeò ut hæc vera methodus *Medendi* & inquirendi *Sanitatis* conservationem *hygieinicam*, Prophylacticamque, sic & (ad ejusdem deperditæ recuperationem) *Therapeiam* sedulius atque profectò mirabilius inserviat, necnon his *principiis* nempè Spiritibus, *Mercuriis*, salibus, *sulphureis*, &c. elaboratis, incumbat. Juxta Hæc quoque *Secretis*

Methodus Authoris est *Chymico Galenica* tam *Inquirendo* quàm *Curando* Morborum.

cretis & *Arcanis* ad rem, rationem, morbique radicem utamur, imò & verisimiliter effectus admirandos exequamur. Necnon hujus methodi Fundamentum firmius *Hippocrates* ipse fœlicissimè struxerat; quum philosophatur in morbis (attestante *Quercetano*) τὸ ΘΕΙ'ΟΝ, aut aliquid mysticum & Divinum esse à MEDICO de jure perpendendum. Quin & (inquit ille c. 14. Def. *Herm. Med.*) *Hippoc.* postquam repudiavit quorundam hypotheses, *qui plus æquo* CRASI, & ELEMENTORUM *qualitatibus tribuebant: Cumque ipse secus agnovisset*, *varias* SAPORUM *differentias*, *rebus à naturâ insitis*, *Quæ ex crasi Elementorum proficisci non poterant*; *aliam subdit rationem*, *Qua* ORTUS & CAUSAS *morborum investigarit*, *easque* (PRINCIPIIS HIS) dulci, *amaro*, acido seu *acerbo*, & *id genus aliis saporibus adscripserit*; *ac morborum* CURATIONES *ex eadem familiâ peti & absolvi debere constanter asserebat.* Hæc *Hippocratiana* doctrina depromatur ex suis verbis lib. de Nat. hum. t. 31.

Fundamentum hujus ex Hippocrate.

Quercetanus.

Ἐν Ἀνθρώπῳ καὶ πικρὸν, καὶ ἁλμυρὸν, καὶ γλυκὺ, καὶ ὀξὺ, καὶ στρυφνὸν καὶ πλαδαρὸν, καὶ ἄλλα μυρία παντοίας δυνάμιας ἔχοντα, πλῆθός τε καὶ ἰσχὺν, &c. & posthac inquit οὐ τὸ ΘΕΡΜΟ'Ν ἐστὶ τὸ τὴν μεγάλην ΔΥ'ΝΑΜΙΝ ἔχον, ἀλλὰ τὸ στρυφνὸν καὶ πλαδαρὸν, καὶ τἄλλα ὅσα μοὶ εἴρηται, καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἔξω τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐσθιόμενα, καὶ πινόμενα, καὶ ἔξωθεν ἐπιχριόμενά τε καὶ πῶς πλασσόμενα.

In homine principia hæc insunt (inquit ille;) nempè salsum, amarum, dulce, acidum, &c. Quæ principia præ copiâ ac viribus varias habent facultates imò non Elementum, non Calidum est quod habet *MAGNAM VIM* sed hoc vel illud principium, &c. sic (inquit) Πάντα ἀπὸ ΔΥΝΑ'ΜΕΩΝ γίνεσθαι, τὸ θερμὸν ψυχρὸν ὑγρὸν ξηρὸν μεγάλην

ΔΥ-

ΔΥ'ΝΑΜΙΝ οὐκ ἔχον· pariter & alio loco, hæc τῷ ἀνθρώπῳ ἀπὸ ΔΥΝΑ'ΜΕΩΝ ἔρχεται, καὶ ὅσα κακοπαθέει ἄνθρωπος πάντα ἀπὸ δυνάμεων ἔρχεται. Nunc hæ ΔΥΝΑ'ΜΕΙΣ ex hoc Tripode (& â testimoniis D. *Sennerti* c. 11. de *Princ. Chym.* atque *Quercetani*) tutius applicantur *principiis* quam *Elementis*. Enimverò concedimus (inquit *Sennertus*) quidem Hippocratem hoc loco *Elementa* rejicere, non voluisse; Et id solum reprehendere voluerit, quòd Nonnulli Simplicia saltèm Elementa posuerint. Ideoque nec quibusdam *Galenicis* Elementa sola, nec aliis more *Chymicio* hæc principia sola, sed omnia simul astipulantur & instituuntur. Undè *Morbi* gravissimi necnon Corporis magnæ perturbationes proveniunt, radicemque ferunt. non à Qualitatibus & humoribus Elementaris, atque τῷ ἀνθρώπῳ παθήματα ἀπὸ ΔΥΝΑ'ΜΕΩΝ ἔρχεσθαι ab his *principiis*, in homine perperám agente *Intemperiem* produci deposuit. Quamobrèm methodus hæc *Chymiatrica* medendi, & inveniendi morborum haud ἀπ' ἀκροφύσεων vel ab hesterno tempore innovatur. Nec hanc methodum medicinæ floccifaciam, quoniam & ad *OCCULTAS* morborum rerumque *proprietates* mentem revocat; Quæ forsitàn his *principiis hypostaticis* prorsùs attribuantur. Omniumque originem nobis in penetralibus rerum latentiùm ex his principiis pervestigemus. Quis enim nescivit in homine microcosmico metallorum latifundia & minerarum tàm fodinas, quam vegetalium omnium succos thesaurisari (nempè) quoad principia? Quibus optimè temperatis, virtutes ac potentias efficacissimas *Spagyricus* solertissimus inveniet; ita perperàm & improportionaliter agitatis, vitia profundissima,

Ex hoc *Hippocratico* Tripode *Galenici* Chymicique vel *Hermetici* conciliantur in unam Medicinam

necnon occulta. unde (*Quercetanus* ait c. 14. *Herm. Med. Def.*) tot *MORBI* pestiferi proferantur, *ut necesse sit* (inquit ille) *â bono, fidelique* MEDICO *non ignaro in Aurum & Argentum reducere, nempè in perfectam* PURIFICATIONEM, *virtute insignis & preciosæ medicinæ*(PRINCIPIIS inservientis) *si SANITATEM ac prosperam valetudinem, Consequi velimus.* Porrò Rayn. *Lulius* in Scalâ *Phil.* quasi perculsus extasi *de Arcanis* minerarum gemmarumque homine repositis, philosophatur. Sic in Ludo *Puer:* Circa Principium; ita *Fledius* Philosophus, necnon *Albertus* Magnus in suis Mineralibus; Cujus verba sunt; *Maxima* VIRTUS *est in quolibet* HOMINE, *maximeque in* CAPITE, *ita quòd in* Sepulchris *Antiquorum mortuorum inter dentes* AURUM *in granulis minutis & oblongis sæpiùs inventum fuit tempore nostro; quia quod non posset esse, nisi in homine esset ista virtus mineralis, Quæ virtus mineralis est in Elixire nostro.* Insupèr & â *Bernardo Trevirensi* in Resp. ad *Thomam* de *Bonon. Med. Reg. Carolo* 8. Explicatur. Quòd nullum est Metallorum meliùs sibi adhærens quàm Aurum, unde quidam opinantur, AURUM *non est aliud quam Argentum vivum Coagulatum vi sulphuris, &c.* sed quam fodinis minerarum est aurum minerale, latifundiis hominum est *aurum animale*; nempè *Auri* virtutes & principia. Et in *Mercurio* (dixit ille) *ex quo Aurum â naturâ procreatur fit Conjunctio naturalis agentium & patientium.* Sic in nostrâ Pneumatosi, & ab ejus *unione* conjunctioneque Homogenearum particularum, atque *mercuriositate* bene dispositâ, δυνάμεις, virtutes & ἐνεργίαι summæ proferentur; ast è contra ab ejus heterogenitate, Cruditate, vel *anomaliis* elaborationum, vitia, æquabilitér summa, atque

Quercitanus. *Lulius.* *Fledius.* *Albertus.* Bernardus. Trevir.

Diatheses

Diatheses pestiferæ Tragediæque produntur. Ideoque MEDICI *pensum* haud omnino secus est ac *Hortulani*, Sarritoris vel Agricolæ noxias herbas quasdam eruncando, Qui non tantum earum *stirpes* sed etiam radices evellunt; imò & quarundam non solùm *Radices* verumetiam & *fibrulas* ipsas nè vitam ortumque rursùs induerent. Consimilique modo, morbos ad amussim eruncare, *Chymiatri* Solertissimi non tantùm eorum radices ex *Elementis*, & humoribus aut succis, ast fibrulas & particulas ex his *principiis* spiritibusque διορύττειν ac confodere versantur. Et utrinque nostra methodus tàm *administrandi* quam *exscrutandi* causâ occupatur; hâc enim arte seu *solertiâ* (Hippocratianâque *amicitiâ* tùm inter *Galenicos* tum *Hermeticos*) *CHYLOSIS* aut primæ Concoctionis *vitia* per prius extricemus, at per Posterius funditùs extirpemus. Sim.

1. Quo numero sortiuntur *Anorexia*, Dysorexia, *Pica*, Malacia, *Boulimiasis* & similia Quę ex nimio *acore*, sulphure, *sale*, fermentoque, vel è Contrà, (ob minus quàm debito) radicem ortumque ducunt; jugiter & 2dæ Concoctionis seu *Chymosis* Apepsia, bradupepsia, dyspepsiaque tam nidorosa quam acida (è sulphure) numerantur. 1. Morbi *Chylosis* Anorexia, Dysorexia, Pica Boulamus, &c. ita Apepsia dyspepsia, &c.

2. Sed ex intemperie *CHYMOSIS* frigidiore, *Chymique* serositate, particulisque nimis aquosis exoriantur apertiores *Hydropes*, viscerum, vasorumque laxitates, aut fluxus; utpote *Dysenteriis* Cæliacis atque *Lienteriis*. Ex intemperie *CHYMOSIS* calidiore nimiumque siccâ vel ob particulas Crassiores terrestriores, tartareas, aut rancidè sulphureas Commutetur *CHYMUS* in *bilem* atram, adustam aut *æruginosam*, imò & ex principiis compositis; nempè *salinis* jugiter & *sulphureis* 2. Morbi *Chymosis* Hydropes. Dysent. Cæliac. Lienter.

C 4 humi-

nimium accensis ac evectis, sulphureis & tartareis, tartareis jugiter terrestribus & salinis, &c. Porrò itidem *HÆMATOSIS* aut tertiæ *Concoctionis Vitia* ex iis valdè sint conspicua, quibus facillimè pervertatur â suâ *Crasi* justâ. Undè modo *Cruor* sit nimis aquosus ac frigidus, modò salsus & acris, modò nimis acidus, & austerus, aliâvè ratione saltèm degener. Dein & interdum Sanguinis *Peripheria* motusvè perperàm agatur, & quàm ex inæquabili motu vitietur, tam quoque stagnante; & quandoque ex effervescentiis â sulphure ac Spiritibus immodicis ebulliat, undè & pulsatilis motûs atque respirationis Symptomata inferuntur; imò. Dyspnoia, Orthopnoia, Apnoia, diversimodique affectus respirandi corripiantur. Hâc quoque *Classe* vel categoria morborum (sub *Hæmatosi*) Pleuritis, *Peripneumonia*, Empyema, *Lipothymia*, Cordis *Palpitationes*, Debilitatesque grassentur; Et ex sanguinis motu supra modum in Vasis ebullientis, excandescentiæ febriles ingruantur. *Quippè FERMENTUM Hæmatosi* huic potissimum inserviens in cordis ventriculis nidulatur ac stabulatur, abheinc (ope *caloris innati* Cordis & influentis â *Pneumatosi* & aliis partibus) crudiores particulæ (Quæ deferuntur â *Chymosi*) subtilitatem volatilem petunt. Ast è *sanguinis* particulis *sulphureis* ac inflammabilibus plus quam debitò calescentibus, fermentescentibus, ac impetuosè ferentibus, *febriles* Thoracis, pulmonum atque præcordiarum *Diathesis* heluantur forsan & ferocitantur. Sed è contrà; Ex *Hæmatosi debili*, sanguinisque calore, fermentationeque diminutis; Respirationes anhelosæ, pulsus debiles & tardi, *Syncope*, cachexia, icterus, Hydrops & aliæ Dyscrasiæ sercoræ seu tartareæ corripiantur. Proindè suspicari fas

3. *Hæmatosis* Vitia.

Dyspnæa, Orthopn. Apnoia, Pleuritis, Peripneum. Empiem, Lipothym. Cordis Palpit: Febres, &c.

sas sit, quòd hic hujus *Pneumatosis* succus, Quo cerebrum & omnes ejus partes irrigantur, in vitio etiam esse creberrimè soleat, ob labem â *Sanguine* ac ex *Arteriis* contractam (ejus circulatione) unde

4. *PNEUMATOSIS* ipsius *Crasis* depravetur sivè motus ejus æquabilis pervertatur, cui principia crassiora, nimis aquosa, tartarea viscosa, &c. *Rigoribus*, *Soporibus* profundis paralysi *Lethargiis*, Apoplexiis *Delyriis*, &c. famulantur; Cæteroquin & è principiis magis activis, nimisque ferociantibus, *Phrenitis*, Cephalalgiæ *Spasmi*, convulsiones, *maniæ*, doloresque plurimi Corporis tragædias mæstissimas efficientes invadunt, & efflagitant. Quamobrem quoniam veritas hæc solertèr expiscari mereatur, examen hoc de *vitiis* PNEUMATOSIS haud ἀμέθοδως in medium proferre moliar. 4. *Pneumatosis* Morbi grassantes.

1. Quoad ejus *INTEMPERIEM* ac *Dyscrasiam*. *Examen* hoc 1. ad ejus *Oeconomiam* similarem 2. Organicam

2. Quoad ejus pravam *CONFORMATIONEM* & organorum læsionem; aut quoad leges Spirituum Animalium *GENERANDI*, necnon *DISTRIBUENDI* in partes omnes vel in Singulas. Et

1. *PNEUMATOSIS* vitia, quoad ejus constitutionem similarem, & *INTEMPERIEM* vitiosam exquiramus. 1. quoad ejus *Intemperiem*. 1. A *Contentis*. 2. *Retentis*.

1. Ex ejus *Contentis*.

2. Et *Retentis* ac Excretis præter naturam.

1. In *Pneumatosis CONTENTIS*, Particularum Qualitates inconvenientèr se habentes, (undè Functiones animales lædantur & ingruantur,) nunc exquiramus *Classe Quadruplici*. Sed Cautione præeunte, quoniam *Animalium Spirituum* morbisimi- 1. Quoad contenta *Pneumatosis*

bi similares (quatenus tales) non simplices sunt intemperies, sed creberrimè componuntur & non solùm ab *ELEMENTIS* humoribus, succis, atque *qualitatibus* deìn apertioribus; verumetiam à *PRINCIPIIS*, spiritibus, *particulis*; & qualitatibus occultioribus (utpotè *Lue venereâ*, Pestè, *Scorbuto*, &c.) luculentèr appareat. vide *Clar.* D. *Diemerbroeck* *Peste* Ast horum omnium, singulorumque vestigiis hoc *tractatu* non instabo, nè à *methodo* præpositâ necnon præpollicitâ deviare viderer forsitàn autèm posthàc & ἐκ τέλει morbos omnes *omnium* 5. *Concoctionum* quoad eorum omnium radices, fibrulas & Ortus tàm è PRINCIPIIS, particulis, atque *Qualitatibus abstrusioribus* (undè & morbi è *Qualitatibus occultis* & venenis proveniant) quàm ab ELEMENTIS, humoribus qualitatibusque *manifestis* fusiùs in futuro *Tractamine Chymiatricôs* eliminemus, (Deoque volente necnon aliis *Magni* Nominis faventibus) tàm ex *INVENIENDI* quàm *MEDENDI Gratiâ* pertrectemus. Attamèn μεταξὺ & obitèr *Pneumatosis* Morborum exempla pauciora (quoad intemperiem) sub 4. *Classibus* lustrare contentus ero.

Aliud Tractamen copiosius edendi de *ORTU Morborum* omnium præcipueq; eorum ab occultis *Qualitatibus*, eorumque methodo *Medendi Chymico Galenicâ* Propositum *AUTHORIS*.

1. *CLAS.* De Morbis *PNEUM.* ex intemperie frigidâ & humidâ *principiisq;* ei inservientibus. Hemicrania Rigores Cephalalgia Coma carus Apoplex: Paralysis, stupor Incubus Richit: &c. *Ephi-*

1. CLASSIS, est morborum, ex intemperie *Pneumatosis* nimium FRIGIDA ac HUMIDA, quum PARTICULÆ nimis aquosæ, *tartariæ* forsàn & *nitrosæ* copiosiùs insint & imperant, quum Calor etiam innatus, aut influens & *vitales spiritus* nimioperè absint; succique *Pneumatosi* ancillantes desint. Quum (quoque) replentur omnes succi & Animales *Spiritus* cruditatibus, ac heterogeneis *Coctioni* ineptis. Perindè insignem acorem, ac rigorem contrahant, unde partes nervosæ modò *VELLICANTUR* (uti *Hæmicraniâ* ex flatibus & *Cephalalgiâ* ex causis frigidis, febriumque

umque rigoribus & horroribus) modò OPPILANTUR ab intra (utpote *Lethargiis*, comate, *Caris*, apoplexiâ *spuriâ*, &c.) modoque, OBSTIPANTUR ab *extra* (ficuti *Paralysi*, Torpedine, *Stupore*, Incubo, Ephialte, &c.) modoque LAXANTUR (velut in *Rachitide*, Torpore, *Paralysi*, necnon affectibus soporiferis.) Sed de *Rachit.* Clar. D. *Glissonium* exoptatiùs audiamus cap. 4. *Cum* LAXITAS *aut Nervorum debilitas à cerebro primariò proveniant, semper ferè somnolentiam secum comitem trahit.* Insuper & ex hâc Intemperie *Pneumatosis*, memoriæ lubricitas, imminutio, *μωεία* & quædam ἄνοια, seu mentis imbecillitas & intellectùs nobis occurrent; Sensusque *exteriores* (ab eorum acie) obturantur ac obtunduntur, uti *visus*, Auditus, *olfactus*, &c. *Hydrocephalus* quoque proferatur. Demùm & ex inopiâ *Spirituum Animalium*, sive *Pneumatosi* deficiente, *Derelictio*, Torpores, & *ineptitudines* ad motum ac respirationem accedunt; præterquàm & ex iis *Chronici morbi* usque totius absumptionem, *caloris humidi* sufflaminationem, necnon oppilationum, obstructionumque pertinacium Productiones, Cachexias, & Scorbutum adaugescant. Quippè *Cerebrum*, est omnium partium frigidissimum (inquit *Arist.* περὶ ζώων Μορ lib. 2. c. 6. ὁ μὲν γὰρ ἐγκέφαλος, ψυχρότατον τῶν ἐν τῷ σώματι μορίων) Ideoque cum suis vasis & ventriculis partìm ab insito calore concoctionis & particularum, partìm autem ab influxu cordis, ex ARTERIIS, ad Spirituum & particularum *Elaborationes laudabiliores* moderate calefieri debeatur. Dum verò ex frigidiore TEMPERIE cerebri (quàm *Pneumatosi* debent) spiritus animales vel reprimuntur vel acescunt, vappescunt aut obtorpescunt, & eorum vigores, virtutesque influentes

altes, Epilepsiæ.

D. Glissonius

Μωεία Ἄνοια, sensus interiores & exteriores grassantur.

Hydrocephalos.

Morbi Chronici Cachexiæ obstructiones Pertinaces Scorbutum.

Aristot.

Spiritus & succi fiunt Heterogenei.

fluentes, animantes ac nutrientes nimiopere cessabunt. Imò & ex hâc intemperie ſucci Animales fiunt magis *heterogenei*, minùs cocti, ſive depurati à fæcibus, Particulæque contraluctantes, tamen omnes acore tartareo ſeu nitroſo videntur imbui; Quibus Spiritus vitalis obtundatur, et illius calor influens nonnihil obruatur, quo pacto partes ſenſiles ſæpè vellicentur, et in tremores aut ſpaſmos irritentur.

2. CL.AS. De Morbis *Pneumatoſis* ex intemperie *calidâ & ſicca* principiiſq; ei tamulantibus.

2. CLASSIS eſt morborum, ex Intemperie *Pneumatoſis* nimiùm CALIDA et SICCA, quum PARTICULÆ ſulphureæ, oleoſæ, *igneæ*, et efferæ ferociant, quum et veriſimilitèr ultra *limites omnes* ex motibus irregularibus evehuntur, imò et earum fervores atque exorbitantias morbos valdè tragicos, ſulphureoſque, ſivè bilioſos, *febres*, vigilias *Phrenitidem*, Maniam, *animique paſſiones* indomitas ac ſubitaneas conſtituunt. Dum (inſtàr ollæ ſuper ignem nimium ebullientis) Cerebrum et vaſa ſua præter Naturam effervеſcunt, *Pneumatoſis* ultra modum exantlatur, cujus liquor principiis inflammabilibus repletus (ex incendio concepto) calorem adurentem quaquaverſùs effundit, et efferis ſpiritibus è compage ſivè mixtione proſilientibus in Vaſa Ventriculoſque liquor hic μεγαλοθύμως efferbeat. Qui cerebri *meningas* ferocitèr et Aculeis impingat, unde et ob acres ſuccos, ſanguinem, et halitus, vaporeſque impetuoſos ac deflagratos, Cephalalgiæ fiant immanes, membranæ diſtendantur ac acritèr vellicentur, Nervoſæque partes hoc æſtuoſo liquore, acri atque pungitivo ferantur in Spaſmos, et dolores graviſſimos. Porrò partim ex horum Spirituum fervoribus ebullientibus, partìm ex eorum copiis exoriuntur *vigiliæ*. Coma vigilaris, *Inſomnia* inquieta, gravioraque alia ſymptomata, in

Simi

Febres vigiliæ Phreditines Maniæ Cephalalgiæ aliæ. Coma vigiliæ Inſomnia inquieta.

in *febribus*, Phrenitide, *morbisque* aliis fervidis & excandescentibus nos ingruentia. Quippè quum Membranæ Capitis ex his *Particulis* rabiosis, *sulphuris* ac bilis *æstivis*, adustis summeque præassatis vehementissimè cuduntur, insupèr & ex sanguinis calidi *plethorâ* æstuosâ forsàn evectis in *pejus*, ad accensionem membranularum, Phrenitide furiosâ, seu *Maniâ* corripiamur. Quinetiam ex earum motu inæquabili, pravitate, aliisque Anomaliis, unde *Pathemata* Animi, ita *Convulsiones*, aliaque Symptomata scateant, tragædiamque incipiant. Quippè sæpè sunt *Prænuntii* dolorosi ipsius lethi, non tantùm ex materiei *malignitate* nervosum genus gravissimè percellentis, & tensitatem solitam, motumque tonicum pervertentis, verumetiàm ab exhaustione *Spirituum*; Quibus absorptis aut inordinatè ferentibus, fit eorum motus vel imbecillis, vel rabiosè rapidissimus. Enimverò eorum motus effræni concitantur vel ab Activis Principiis hujus *Pneumatosis* spirituosis, *sulphureis* ac salinis, vel 2. ob eorum crasin, ac *constitutionem*, in ventriculis quum turgescunt ac ferociant; vel 3. ab æstuoso calore Cordis, à *nimio fermento*, sive liquore jamjàm accenso ac effervescente 4. vel ab *Heterogeneitate* materiei, mixtioni *Pneumatosis* sive succo nutritio ineptæ, unde Spiritus hi perturbantur, impetumque faciunt, & immanitèr excandescunt. 5. vel ex *Dycrasia* sanguinis *biliosâ*, atque *metastasi* per causas *Procatarcticas* ac *προηγουμένης* correptâ, circulationeque ad cerebrum provectâ in Quà *peripheriâ* PNEUMATOSIS etiam alterationem subit; utpotè post *famem*, inediam *jejunium* venerem immodicam, *labores immensos*, diætæ rationem iniquam, & *similia*. 6. vel ex aliis causis *morbificis*, Chronicis, *præcoctionibus pravis*, unde spiri-

Pathemata animi convulsiones.

Vnde motus hi spirituum fiunt tam efferi.

spiritus hi particulæque ultra regularem motum & temperiem ad *DIATHESIN* modò acrem, caloreque intensam, modo acidam, modò austeram, modò occultiorem, malignam, fervidamque, ad *Morborum* plurimorum atque graviorum ortum subter hâc *Classe*, sive categoria perperàm exagitantur.

3. CLAS. De morbis Pneumatosis ex Intemperie nimiùm frigidâ sicc. eâq; principiisq; ei convenientibus.

3. CLASSIS est Morborum, â *Pneumatosis* intemperie nimium *FRIGIDA* & *SICCA*, exorientium è *Particulis* principiisque terrestribus, crassis, nonnihil salosis & *Tartareis*. Spiritus enim *Animales* ex his crassioribus particulis, quandoque cerebri *Ventriculis* inviscantur ac incrassantur, dein & velut umbraculis offunduntur aut tenebricosi fiunt, imò & eorum *fenestræ* veluti velamentis obtenduntur ac obumbrantur. Unde forsitàn & ex metu, *Delyria melancholica*, mæstitiæ *conflictus*, formidines, necnon ex *imaginatione* tàm forti quàm fallaci, tenebris obductâ, atque deprædatâ, proferantur. Κατάπληξις γὰρ καὶ ἔκπληξις καὶ ἀγωνία εἰσιν ἐξ ἀσυνήθους φαντασίας, γίνεται γὰρ ὁ φόβος κατὰ περίψυξιν τοῦ ΘΕΡΜΟΥ̃ παντὸς συντρέχοντος εἰς τὴν καρδίαν ἐπὶ τὸ ἀρχικόν, καθάπερ καὶ ὁ δῆμος ὅταν φοβῆται καταφεύγει πρὸς τοὺς Ἄρχοντας *Nemes.* lib. περὶ φύσεως Ἀνθρώπ. cap. 20. Etenim exoriuntur ab insolitâ *imaginatione* quum phantasia vaporibus tenebricosis obfuscatur & inquit Arist. l. 3. de Animâ c. 4. ἡ φαντασία τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ ΦΑ΄ΟΥΣ εἴληφεν, ὅτι ἄνευ ΦΩΤΟ΄Σ οὐκ ἔστιν ἰδεῖν & sine *Lumine* non potest videre. Temperatura quoque passionum harum est frigida & sicca; Læsoque cerebro læduntur etiam *imaginandi* reminiscendi *ratiocinandique* functiones, Quæ tamèn in cæterarum partium morbis ut plurimûm persistunt inviolatæ. Quod enim *spiritus* obtenebrat, eoque nomine ingenium hebetat, rationem impedit, judicium obscurat, me-

Delyria. Melanc.

Metus.

Tristitia.

Formidines.

Nemesius.

Arist.

memoriamque obtundit, refrigerando ficcandoque nimium incraffat; eâque ratione id COR quoque conftringit, biolychnium tam *Vitale* quam *Animale* offundit, vigilias (ex *ficcitate*) inducit, fuccumque nutritium corrumpit, & infignem *Melancholiæ* proventum exaggerat inquit D. *Charletonius* Exerc. 8. Quandoque quoque congelantur hi fpiritus, & invifcantur *activa principia* ab hâc *Intemperie* unde fit CATALEPSIS, quum *Æger* quafi *Congelatus* & fixus abfque motu fenfuvè maneat. Et quàm principia fulphurea *Partibus liquidis*, fic hæc terreftria, Tartareaque *partibus folidis* potiffimum figuntur, quorum ex majori proportione *Terræ*, falis aut *nitri* (Etenim ex Ariftot. teftimoniis περὶ Μετεωρ. l. 4. c. 7. τὸ Νίτρον καὶ οἱ ἅλες ΓΗΣ εἰσὶ μᾶλλον) tanquàm ex cruditate ac coagulatione, *Scrophulæ ftrumæque*, &c. in corporis partibus folidis oriuntur & exiftunt, qui potiùs è *Nervis*, five nervofa materie à *PNEVM.* quam ex *Arteriis* aut *Venis* figuntur atteftante Celeberr: D. *Gliff.* de Hep. cap. 45. Infupèr & *Scabies* ficca fædaque, *Lepra*, Nephritides *Arthritidumque Diathefes*, ex his *particulis* acribus, *falfis*, nitrofis, *Tartareis*, & Humoribus fubfideant quibus radices fixas obtineant. necnon ex iis feruntur plerique *Chronici* imò & Hæreditarii morbi (*Lepræ*, calculi, *Arthritides*, &c.) ex vitiis harum particularum. Quippè quò magis aut uberiùs quidpiam, è particulis terreftrioribus fcaturiat, eo minoris erit fpiritus activitatis, imò & eo duratior, radicalior, ac diuturnior erit morbus ex iis emergens, & κληρονομικὸς perftabit. Propterea corporis auctio nimia, fivè moles, incrementum & emolumentum è *Pneumatofis* fuccis alimentariis (utrumque craffioribus) egregiè

D. Charletonius. Catalepfis. *Arift.* Scrophulæ, Strumæ, &c. D. *Gliffon.* Scabies *Lepra*, Nephritis *Arthritis* Calculus. Corporis incrementum inæquale.

giè perveniant. Demùm & ex his *Tartareis*, salinisque sivè nitrosis principiis *Diathesis* succorum tantoperè acetosa, necnon austera *partibus* incumbit, ut ab eâ *Scorbutici*, febricitantesque *Quartanis* haud dubio non parùm laborentur. Sicubi hàc re D. *Willisium* Oxon. *lib. Feb. cap. 6.* consulamus. Qui *febrem quartanam* non tam ab *humore Melancholico* primis viis coacervato (uti Vulgi concipiunt) quàm à sanguinis Liquore (ab ejus naturâ suavi, balsamicâque deviante) acido & austero correptam esse deposuit; forsàn & instar *acescentis vini* seu *Cerevisiæ* in fæces, sanguis in *particulis crassioribus*, impurioribus ac *TARTAREIS* acescat atque vitietur. Attamèn è *SPIRITUUM ANIMALIUM* quam *VITALIUM* inopiâ & è *Pneumatosis* intemperie frigidâ siccâque sanguis acescat, aliique succi nutritii depauperentur aut flaccescant, quum Spiritus animales (quibus *Succi Cæteri* aluntur ac vigorantur) vel eorum virtutibus & indolè *nativâ* destituantur, vel succi alii de his. Nunc hujus *animalis succi* partes *Tartareæ* salosæque in vitio *febrem quartanam* Scorbutumque, &c. aptitudine magnâ promoveant. Et quid clarius annotetur ex iis in *Oras Maritimas* hospitantibus? Qui (concessis omnibus) cum aurâ maritimâ, habitus crassos, tartareos, & salinos imbibunt, undè (ab eorum principiis) succi corporis impinguntur, & abinde affectus *Scorbutici*, Hypochondriaci, *febresque* Quartan, &c. partes Corporis & succos omnes avidissimè grassantur. Atqui quoniam hic AER in *Cerebri* ventriculos (ad animales spiritus conficiendos) inspiretur & hauriatur, ideòque PNEUMATOSIS per ejus miasmata, principiaque haud parulùm inficia-

Scorbutum febres quartanæ & affectus Hypochondriaci.

inficiatur, ex quibus particulis & halitibus tartareis, ſaloſis craſſiſque in *Pneumatoſi* per totam ejus Oeconomiam *febres quartanæ*, &c. confirmentur. Quarum *affinitas* cum *ſcorbuto*, Hypochondriacoque morbo luculenter indicatur ex eiſdem radicibus principiorumque vitiis, ac tanto à Πνευματώπως quanto ex Ἡματώσιως *Dyſcraſiis* frigidis & ſiccis.

4. *CLASS.* Morborum eſt, à *Pneumatoſis* intemperie *CALIDA* & *HVMIDA*, principiiſque *Mercurialibus* & aliis humidis calidiſque ſed *crudis*, craſſis atque *incoctis* ſive nondum depuratis. Huic & veriſimiliter inſerviant Plethoræ ſanguinis alimenta, medicamenta humida calidaque ſuccos nimium locupletantia necnon *Zephyrus*, Ver *Æſtas*, ac Aer, *Auſtralis*, &c. forſitan & ex *humiditate*, ac ab aere ambiente principia hæc circa vaſorum latera, vel in *Ventriculorum* fundo hæreant; unde ſpiritus animales inviſcentur, & corpuſcula ſpirituoſa, mercurialia, ſulphureaque è debita *CRASI* imminuantur. Unde *Pneumatoſis* ipſius motus fiant irregulares & inordinati, dum particulæ ſubtiliores inter exhalandum à *Craſſioribus* incarcerantur, atque quaſi mutuis amplexibus inviſcatæ ſimul in mollem lanuginem concreſcunt. Adeo ut ex illis in *Cerebri ventriculis* concumulatis, imo concameratis, *Coctio* ipſa fortaſſe ſufflaminetur, & ſpiritus tantopere deturbentur, & opprimantur, ut efflaminare nequeant, imo & in vappam (amiſſa virtute) degenerent. Quum ab his principiis congeſtis & invicem impellentibus *Membranæ* ſive *Meninges* cerebri traduntur atque diſtenduntur

4. *Claſſ.* De Morbis *Pneumatoſis* ex *Intemperie* nimis *humida & calida* principiiſque correſpondentibus.

Cephalææ cerebriq; Tumores & Inflammationes.

Somnambulatio. Vertigo. Apoplexia. Carus, Spasmi, Lassitudo, Torpor. Hebetudo mentis Memoria lubrica Venus nimia.

duntur; *Cephalææq;* gravi cum dolore præcipueq; à Tartareis & turbulentis principiis producatur. Ast quum cerebri *substantia* ipsa quasi *fæcibus* aut crassis principiis repletur, ex iis ejus *inflammatio* vel *intumescentia* aucupetur; quum ex eorum vaporibus viscosis, crassulentis, & fæculentioribus *Spiritus Animales* in *Sensorio communi* suffocantur, sufflaminantur aut præstigiose seu perperam aguntur fiat *somnambulatio* quum circumgyrantur hi vapores *Vertigo.* Quum stagnantur omnia in Vasis & Ventriculis (unde & ex eorum copiis coacervatis atque exundantibus in glandulis) constabunt *Apoplexiæ*, Carus, *Spasmi*, Lassitudines Spontaneæ, *Torpores, &c.* Necnon ex eorum oppilatione *interius*, atque compressione *Organorum* exterius, spirituumque defectu fiant *Organici* vel *morbi dissimilares.* Ex eorum vaporibus *obscuris* corripitur *Hebetudo mentis*, & ex eorum *lubricis* memoria labefaciat, sed ex *Oestris* eorum mercurialibus & sulphureis *Venus nimia* proritetur. Hæc etiam *Pneumatosi* intemperies accidat ex particulis crassis & ineptis concoctioni, principiisque humidis per *Arterias Carotides* in cerebri ventriculis immissis à *Corde* absque debita concoctione, seu fermentatione caloreque vitali. Quo *Charagmate* inordinato succus impuritatibus repleatur, anfractibusque *Plexuum* perplexetur; Et quum plus aut minus à maturatione, depuratione, crassique laudabili descifcit, ex aliorum Humorum Principiorumque congestione citius aut tardius ad invaletudinariam *Diathesin*, Metabolenque *Pneumatosis* pervertatur.

tatur. Et satis hæc dicta sint ad *CONTENTA*.

2. Quoad *PNEUMATOSIS RETENTA* & *Excreta*, vel ἐκκρινόμενα καὶ ἐπεχόμενα, verbum aut duo nunc impendamus. Huic quoque CLASSI Morborum *Pneum.* internæ causæ pene omnes adducantur; quum — 5. Class. morborum aut. 2. Quoad ejus *Retenta*, unde proferuntur interni Morbi.

1. Ex iis vires dejiciuntur, vigores imminuuntur, functiones periclitantur, spiritus & partes è geniis & laribus infœlicissime defraudantur, atque necessum est ut *Oeconomia Animalis* saltem perturbetur; & quoniam. — Rat. 1.

2. D. *Glissonio* attestante de Rachit. cap. 16. est affinitas valde conspicua inter humores vitiosos (particulas (addo) defraudatas) & excretiones supra modum tempusque consuetum retentas, unde morbi & utrinque cognati subolescant & pullulabunt. — 2. D. *Glis.*

3. Quoniam Natura nihil frustra præstituit, nec aliquid supervacuum ex *Arist.* περὶ ζώων γεν. lib. 2. cap. 4. ἡ δὲ φύσις οὐδὲν ποιεῖ ΠΕΡΙ'ΕΡΓΟΝ ita περὶ ζώων μορ. lib. 4. cap. 11. & cap. 13. ἐπεὶ οὔτε περίεργον οὐδὲν οὔτε μάτην ἡ φύσις ποιεῖ, & cap. 12. αἴτιον δ' ὅτι οὐδὲν ἡ φύσις ποιεῖ περίεργον οὐδὲ μάταιον, ita περὶ ζώων πορείας, cap. 2. & cap. 12. τούτων δ' ἓν μέν ἐστιν, ὅτι ἡ φύσις οὐθὲν ποιεῖ μάτην· ἀλλ' ἀεὶ ἐκ τῶν ἐνδεχομένων τῇ οὐσίᾳ περὶ ἕκαστον γένος ζώου τὸ ἄριστον, διόπερ εἰ βέλτιον ὡδὶ οὕτως ἔχει καὶ κατὰ φύσιν. Ideoque ab ipsa natura *Pneumatosis* excretioni aditus omnes atque viæ mirabiliter astruuntur & accomodantur; adeo ut quando constipantur & obstruuntur è rerum viribus stypticis aut puknoticis, insignis dyscrasia coctionis hujus forsan & totius corporis protinus inferatur. — 3. *Arist.*

4. Quoniam Natura fugit infinitum, finemque ejus elaborationis de *Pneumatosi* petit & quærit, ideoque excreta & retenta cujusque concoctionis optime quærit in ordine ad τὸ τέλειον & Ἄριστον, ex *Arist.* l. 1. de Anim. Gen. cap. 1.
Arist. ἡ δὲ φύσις φεύγει τὸ ἌΠΕΙΡΟΝ, τὸ μὲν γὰρ ἄπειρον ἀτελές, ἡ δὲ φύσις ἀεὶ ζητεῖ ΤΈΛΟΣ & lib. περὶ ζῴων κινήσεως & lib. περὶ ζῴων πορ. Cap. 7. τό τε τὴν φύσιν μηδὲν ποιεῖν μάτην, ἀλλὰ πάντα πρὸς τὸ ἌΡΙΣΤΟΝ ἀποβλέπουσαν ἑκάστῳ τῶν ἐνδεχομένων, καὶ διασῴζουσαν ἑκάστῳ τὴν ἰδίαν οὐσίαν, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι αὐτῷ, quid dilucidius evincatur? dum omnia ad *OPTIMUM* ultimumque statuuntur à natura, & conservantur ad ejus proprium *usum* sicuti nostra hac *Pneumatosi.* Imo quot genera sunt Partium excretioni inservientium tot (ab optimis Medicis, & *Jatrotechniæ* candidatis) sunt *Retentorum* differentiæ præternaturales; & tot *Excretionis* sint genera, quot sunt canales & viæ à natura ad hanc rem constitutæ per quas *Excretio sana* fieri debet.

5. Quoniam a *RETENTIS* aut *excretis* præter naturam *Calor* Animalis qui quoque radicalis est (tum *PNEUMATOSI* & *Individui* ratione, tum *SPERMATOSI*, & respectu *speciei*) & *Mercurialis*, suffocetur ex iis. Hic calor autem à natura ad Lampadem vitæ biolychniumque conservandum præcipuè in omnibus *Duellis*, luctis, & *elaborationibus* tuetur; uti principium *Animalis* Arist. *l.* 3. de *Gen. Anim. c.* 1.
Arist. Ἐν δὲ τῷ ΘΕΡΜΩ͂ ἡ ψυχικὴ ἈΡΚΗ῾, &c. Ita cap. ult. ita lib. περὶ μακροβίοτ: καὶ βραχυβιότητος cap. 2. δεῖ γὰρ λαβεῖν ὅτι τὸ ζῷον ἐστι φύσει ὑγρὸν καὶ θερμὸν, καὶ τὸ ζῆν τὸ

τοιοῦτον

τοιῦτον; Unde dicitur Animale natura humidum Calidumque ex ejus *Pneumatoſis* & *ſpermatoſis* humido radicali, ſive *Mercurioſitate* prout in lib. 3. de *SPERM.* explicatius enucleabimus & inquit *Ariſt* l. 2. περὶ ζώων γεν. c. 3. καὶ ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις ἀνάλογ© οὖσα τῷ τῶν ἌΣΤΡΩΝ στοιχείῳ, eſt elemento aſtrorum ſimilis adeo ut quaſi Cœleſti Sydereaque puritate conſervari debet. Et inquit P. Jo. *Faber* in Pall. *Spagyr:* cap. 15. *Natura noſtra ſuis vaſculis, ſuiſque actionibus ad ſupremam pervenire non poteſt illius humidi Radicalis PURITATEM, nec etiam ad ſufficientem & debitam; unde MORBIS tentatur variis ex varietate EXCREMENTORUM quæ in præparatione humidi radicalis adventitii ſeu alimenti relinquuntur: Quibus tandem acervatim cumulatis CALOR VIVIFICUS humidi radicalis noſtri ſuffocatur & extinguitur* Sic ille. P. Jo. *Faber.*

6. *EXCRETORUM* & *RETENTORUM Vitia* numerantur vel ab eorum *inopia* vel *copia* Quamlibèt ex ulteriori, necnon accuratiori diſquiſitione, *Vaſorum*, ventriculorum, *Glandularumque* ſingularum *Excreta ac Retenta* perquireremus, omniumque rationem excernendi; Hæc tamen impenſius atque nervoſius explicentur in futuro (de *Methodo medendi Chymiatrica*, &c.) tractatu. Interea concoctione hac, vaſorum omnium perittomata adituumque *Fæculentias* tam liquidas quam ſolidas, tam tenues quam craſſas foras eliminandas, (*ſectione priori*) propalavimus; ex Ariſt. lib. *Ariſt.* περὶ ζώων ἹΣΤΟΡΙΑΣ lib. 1.cap.2. & lib 2. c. 2 περὶ την τῆς περιττώματος ἔξοδον τῆς τε ξηρᾶς καὶ τῆς ὑγρᾶς,

 καταχρῆται,

καταχρῆται δ' ἡ φύσις τῷ αὐτῷ μορίῳ, ἐπί τε τὴν τῆς ὑγρᾶς ἔξοδον περιττώσεως, &c. Arist. περὶ ζώων Μορ. l. 4. c. 10. Secus enim ex eorum ſiccorum & humidorum *Excret.* & Retent. confuſione, perturbationes egregiæ ac inſignes, è quantitate ſive qualitate proferantur. Sic è *Galeno* de Sanit. tuenda. lib. 4. Nulla cauſa morbis datur efficacior, quum retinentur excernenda utpote *mucus*, bilis, &c. Sic ex Hippoc. Aphor. 26.5.6. & inquit *Heurnius* in Inſtit. Med. l. 7. de hac re, flatus etiam retenti fæcundi fiunt ad *noſogeneſin* prout ex *Claudii* Imp: edicto deprehendamus, qui (refert *Suetonius*) edicto quodam veniam dedit, *efflatum crepitumque ventris in convivio emittendi cum quendam periclitatum præ pudore & ex continentia reperiſſet.* Jamvero ad excreta ; excretiones enim ſint juſto *PARCIORES* ; Si *TENVES* Vertiginem, diſtillationes *Catarrhales*, ſcotomaticos affectus, &c. Si *CRASSIORES* vaſorum Glandularum, Venarum, Arteriarum & Nervorum obſtructiones imo & pertinaces pariant. Uti *Lethargis*, *Caris*, &c. Inſuper & ſuccos ipſos, *SPIRITUSQUE* per ἀκρότητα ſupervenientia putredines aut qualitates vitioſæ graviter ingruunt. Excretiones autem *COPIOSIORES* juſto, calorem hunc humidum atque mercurialem imminuunt, ſpiritus animales luxurioſe diſſipant functiones atque Munera debilitant. Parteſque langueſcunt, unde Morbi crudi frigidique emergunt. Naturæque viribus abhinc labefactis quaſi per *Epicraſin* incumbunt atque ſuper veniunt, utpote *Catarrhali intemperie*, Hydrocephalo, *vigiliis* Raucedine,

Quum Excretiones parciores fiunt Vertigo. Catarrhales affectus Scotomatici. Lethargia Carus & putredines.

Quum Excretiones ſunt nimis copioſæ.

Raucedine, *absumptione* spirituum horum, aliave Colluvie, sive effluviis cerebri serosis & aliis in ejus *Ventriculis* reconflatis atque coacervatis. Quippe τὰ περισσώματα τῶν πέψεων, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναβαίνοντα, καὶ ἐντεῦθεν καταῤῥέοντα ἐπὶ τὰ ὑποκείμενα μέρη, κατάῤῥουν ποιεῖ, ὅσις πρὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς, καταπίπτων, λήμην ποιεῖ, πρὸς τὸν λαιμὸν κόρυζαν πρὸς τὴν τραχεῖαν βράγχος· ἑλκῶν τὸν πνεύμονα, ἂν πυώδης τις καὶ πτύσις παρῆφθεῖσιν, τὸ τέλος ἐὰν ἁλμυρὰ ἐλῦς πρὸς τὰ ἄρθρα καλωθεῖται ἀρθρίτιδα ἣν ἐν τῇ χειρὶ καλήσεις χειράγραν, ἐν τῷ ποδὶ ποδάγραν, ἐν τῷ γονάτι γονάγραν, ἐν τῷ ἰσχίῳ ἰσχιάδα ἢ τὴν ἰσχιατικὴν νόσον. Ex copiis hornm effluviorum in concoctionibus ascendentium & deinde defluentium in partes subjectas fiunt Catarrhales distillationes, quæ delabentes ad *oculos* faciunt Lippitudinem, ad *fauces* gravedinem, ad *trachæam* raucedinem, ad *Pulmones* exulcerationem & *Phthisin*, quum vero particulis salsis & Tartareis imbuuntur & in articulos decidunt, *Arthritidum* morbos gravissimos introducunt. Demum & exinde liquor hic animalis (ab ejus *Diathesi* debita desciscens) Vitiis atque *symptomatibus* haud exiguis inquinabitur, unde *Pneumatosis* affectus ad ejus *Lampadis* extinctum modo protelantur. Jam vero morborum *PNEUM*: ad alteram speciem & *metabasin*, Disquisitionis crenam nostram invertamus, & hujus biolychnii *Læsiones ORGANICAS* proximo hoc stadio perstringamus.

Absumptio spirituum & effluvia præternaturalia.

SECT. III.

De PNEUMATOSIS *Vitiis* ORGANICIS.

Finis *Pneum.* adæquatus & inadæquatus. Finis inadæquatus est per *Defectum* aut *Excessum*.

HOc *OPUS* è Philosophandi *principiis* absolvere, *Pneumatosis* ipsius finem bifariam expendamus; nimirum ut ei *FINIS* sit *adæquatus* vel *inadæquatus*. 1. Ad ejus *finem adæquatum* duo petuntur. 1. Ut non sit partialis sed *totalis*. 2. Et ut non sit communis (aliis) sed *Proprius*, huicque concoctioni *Peculiaris*, huic quoque *FINI Pneumatosis* uberrime prædigitavimus.

Sed ad ejus finem *inadæquatum* aliquid amplius exploremus. 1. De iis, quæ eveniunt ei per *DEFECTUM* hac *Sectione*. 2. Et per *Excessum* proxima.

1. Per *Defectum* ex *Pathologia* constitutionis animalis, atq; *Nosologia* Pneumatosis Organica.

1. Per *DEFECTUM*; & hoc censu (seu *Nosologia Animali*) morbos plurimos in corpus grassantes, ac ingruentes, tragœdiasque gravissimas perpetrantes inspiciamus. Ast *PATHOLOGIAM* nostram apud posteros ex triplici corporis *Constitutione*, Nempe. 1. *Naturali*. 2. *Vitali*, & 3. *Animali*, in nostra *Medendi* Methodo *CHYMIATRICA* cumq; fusiori planaque demonstratione trutinis omnium proponamus atque subjiciamus. Dummodo morborum obiter vestigia, hujusque Oeconomiæ *Animalis NOSOLOGIAM* levi pede prosequor ex *Pneumatosis* Læsuris *ORGANICIS*.

Quam-

Quamobrem hujus *Familiæ* de *P N E V M.* vitia ſunt *ORGANICA*, & valde conſpicua, propter *Organorum* Nervorumque læſiones ex mala partium proportione (*Galenus* ait) & ἀμετρία. Unde, ut ſanitas appellatur, Διάθεσις κατὰ φύσιν τῆς ἐνεργείας Ποιητικὴν, juxta Naturam Actionis efficientem, quia nihil efficit abſque mediis & organis, ita morbus appellatur Ἡ διάθεσις ἐστὶ παρὰ φύσιν ὑφ᾽ ἧς ἐνέργεια βλάπτεται ob quam *diathesin* Actio læditur, ideo ἐνέργεια ab ἐν ἔργῳ εἶναι ejus operatione, comprehendit Organum & Inſtrumentum, καὶ τὸ δύνασθαι ἐνεργεῖν dicitur a quibuſdam ὑγιαίνειν, Et è contra, τὸ μὴ ὑγιαίνειν ſive νοσεῖν eſt τὸ μὴ δύνασθαι ἐνεργεῖν ægrotare dicitur non poſſe efficere & agere; ſed natura non poſſit efficere aut agere abſque debitis *organis formæ ſuæ* inſervientibus. Quapropter heic advertendum ſit ut priores morbi ex *Intemperie* proveniunt magis a *Materie*, ſed hi *Organici* magis à *Forma*, ſuperinducuntur *Pneumatoſi*. Præterea totidem morborum ſunt ſpecies qui partibus Organicis eveniunt, quot ea ſunt quæ ad integram Organi Eſſentiam concurrunt; & reducantur ad indebitam *Quantitatem*, Conſtructionem & *Figuram*.

Organici morbi Pneumatoſis.

1. Ad *QVANTITATEM*, quum ultra convenientem naturæ proportionem, *Cerebrum*, Ejuſque vaſa accreſcunt ex quibus etiam plus quam juſto fiat accretio *Pneumatoſis*, unde *vigiliæ*, commotiones animi, *inquietudo*, vertigo, *pathemata*, forſan & *Epilepſia*, ſpaſmi, *convulſiones*, ſtupores, & *Suffocationes* inferantur. E contra, Magnitudinis *Diminutæ* vaſa ſint, unde plus quam juſto quoque diminuatur hæc

1. Ad *Quantitatem.*

Pneumatoſis

Pneumatosis, in *Rachitide*, Paralysi, *Tremoribus*, Spasmis, *&c.*

2. Ad constructionem. 2. Ob *CONSTRUCTIONEM*, utpote in vulneribus, erosionibus, ictibus, fracturis, contusione & *solutione continui*, &c. Partibus autem capitis sauciatis, *vulneratæ partes* ipsæ non semper convelluntur sed oppositæ; quia earum partium facultates non solummodo vulneratæ vel obstructæ verumetiam exolutæ atq; destructæ videantur; proin & per irrationem nullam partes illæ motum cient sed (ex *Hippocrate*) suppurant περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων, δὲ τὸ φλεγμαῖον ἐκλέθυηκεν ἐξ αὐτοῦ, καὶ γλισχρῶδες γίνεται. Partes tamen oppositæ quæ sensu polleant acriore, statim impinguntur a Spiritibus præustis & fervidis, eorumque aculeis acriter punguntur, & vellicantur

Hippoc. in omnibus nervis ad convulsionem. Pariter & ex historiis *Omileæ* Puellæ, filiorumq; *Phanii*, ac

Convulsiones. Evergi, in l. 5. 7. *Ep. Hip.* luculentius appareat. Quippe quanto ventriculis oppositis *Cerebri* vehementior est *Pneumatosis* elaboratio, vel exagitatior coctio; tanto nervorum punctio partibus in oppositis est vellicatior. Et quando cadit in convulsionem, θανάσιμος adsit; & vix aliquid *spei* relinquatur, atqui pustulis in lingua pullulan-

Paralysis tibus, cum *Delyrio* vitam suam vulneratus hic miserrime deponet. Quinetiam ex ulceribus capitis *Paralysis* sæpe partes contrarias heluatur,

Apoplexia. ex testimoniis *Hip.* l. 7. Ep. ἢν ἐν τοῖσι δεξιοῖσι τὸ τρῶμα ἢ τὰ ἀριστερὰ, ἢν δὲ ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσι τὰ δεξιὰ Sin ulcus sit in dextris tunc sinistrorsum, sin in Sinistris tunc dextrorsum invadunt & *Paralysis* & *Apoplexia*.

3. Ad iniquam figurationem. 3. Et ob pravam cavitatum meatuumq; *figurationem*

rationem, vel a *nimia Dilatatione* vasorum vel ab *Augustia* inconcinna. Etenim à nervorum nimia *Dilatatione* atque vigoratione fiunt influxus Spirituum inordinati, per hæc nimis aperta spatia, discurrentes huc illuc ad *spasmos*, trismos, *Strabismos*, Sardonicos risus, *Palpitationes*, spasmum Cynicum, *motusque tonicos* valde confusos &c. Ab eorum *arctatione nimia*, aut per nervorum & vasorum compressionem fiunt Apoplexiæ, Cari, *Lethargi*, *&c.* sed ab eorum oppilatione unde Διαπνοὴ proveniens impediatur, spatiolorumq; constipatione per *vim stypticam* Στίγνωσιν aut frigorem, forsan & ex humorum principiorumque terrestrium atque viscidorum *succis austeris*, crudis & *fæculentis* arctè constringantur; unde modo proveniunt *Emprostotonus*, Opistotonus, *Tetanusque*, variique morbi Tetanici. Modo παραπληγία, ἡμιπληγία morbique Paralytici necnon alia vitia organica melius (ex mea sententia) sub triplici Morborum *CLASSE* lustrentur & propter ἐνεργειῶν βλάβλω sortiantur. 1. Quoad Sen*sum*. 2. *Motum*. 3. *Nutritionem*. Trismi, Strabismi, Risus, Sardon. *&c.* Morbi Tetanici & Paralytici. Triplex horum Classis.

1. *CLASSIS* est vitiorum *Organ*: Quæ SENSUS impingunt & lædunt. *viz.* Tam *Interiores* quam *exteriores*. 1. Class. est morborum sensus invadentium.

1. Sensus *INTERNI* Lædantur modo *Quadruplici* (quippe quadrifariam insignissim: D. *Kegius* actionem lætam nobis edocuit) 1. per diminutionem, 2. Depravationem, 3. Abolitionem &, 4. Auctionem nimiam. 1. Interni sensus ingruuntur.

1. A *DIMINUTIONE*, sive facultatis *Intellectus Patientis* imbecillitate, veluti Μωρία seu fatuitate. Quippè quamlibet (interdum) ex *Intemperie* cerebri, homini accidere, haud inficias eamus 1. A Diminutione.

eamus; nihilominus ex ejus *prava Conformatione* Corripitur. Modo à Cerebri *Magnitudine* nimia, vel Parvitudine, vel alia mala *figuratione* vel naturali, vel violenta; modo capitis ex concuſſione, vulneribus, ictibus, morbis diuturnis & convulſivis, modo tamen ex ſpirituum nimia profuſione, nativique caloris exhauſtione, unde *mentis* & *intellectus* hujus *patibilis* Debilitas infertur. Ideoque Peripatetici inter *Intellectum patientem* & *Agentem* benè diſtinguunt dum Νοῦς ΠΑΘΗΤΙΚΟ'Σ, Capacitas a *Latinis* appellatur, & eſt *Tabulæ RASÆ* ſimilis ad formarum & notionum receptionem *Ariſt. l. 3. de Anim. c.* 4. Aſt
Ariſt. *Agens Intellectus* aut Νοῦς ΠΟΙΗΤΙΚΟ'Σ ab Intellectu patibili ſpecies accipit. *Ariſt. l. 3. de An. c* 5. Et non tam *RE* quam *RATIONE* differt; prior enim eſt *Poteſtate* poſterior *Actu*. Nunc *Intellectum patientem* mortalem eſſe, læſuris & organicis obnoxium ſubinnuit *Ariſt. l. 3. de Animo c. 6.* Cujus verba ſunt *οὐ μνημονεύομεν δὲ ὅτι τοῦτο μὲν ἀπαθὲς, ὁ δὲ* ΠΑΘΗΤΙΚΟ'Σ *νοῦς* ΦΘΑΡΤΟ'Σ *καὶ ἄνευ τούτου οὐθὲν νοεῖ* eſt obnoxius interitui (inquit ille) quoniam ſenſus & vis imaginatrix ſunt mortales & ſine his Intellectus patiens nihil cognoſcat, & quia morbis aut læſuris organicis ſenſus ſubduntur. Attamen de *Agente Intellectu* paulo ante explicavit. Ὁ ΝΟ͂ΥΣ *χωριστὸς καὶ ἀμιγὴς, καὶ ἀπαθὴς τῇ οὐσίᾳ ὢν ἐνεργείᾳ· ἀεὶ γὰρ τιμιώτερον τὸ ποιοῦν τοῦ πάσχοντος, καὶ ἡ Ἀρχὴ τῆς ὕλης· τὸ αὐτὸ δὲ ἐστιν ἡ κατ' ἐνέργειαν ἐπιστήμη τῷ πράγματι, ἡ δὲ κατὰ δύναμιν, χρόνῳ προτέρα ἐν τῷ ἑνὶ, ὅλως δὲ οὐδὲ χρόνῳ, ἀλλ' οὐχ ὁτὲ μὲν* ΝΟΕ͂Ι *ὁτὲ δὲ οὐ* ΝΟΕ͂Ι, *χωρισθεὶς δὲ ἐστὶ μόνον τοῦθ' ὅσπερ ἐστὶ, καὶ τοῦτο* ΜΟ'ΝΟΝ 'ΑΘΑ'ΝΑΤΟΝ, *καὶ αἴδιον*. Qui ideo dicitur *Separabilis* ab organis,

ganis, & immixtus & impatibilis; & duntaxat hic intellectus aut ΝΟΥΣ appelletur immortalis, ſed alter eſt obnoxius mortalitati Læſionique, ſic a *Nemeſio*, περὶ φύσεως Ἀνθ. cap. 6. ΟΡΓΑΝΑ δ' αὐτοῦ αἱ πρόσθιοι τοῦ ἐγκεφάλου κοιλίαι, καὶ τὸ ἐν αὐταῖς ψυχικὸν ΠΝΕΥΜΑ, καὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ νεῦρα τὰ διάβροχα τῷ ψυχικῷ πνεύματι, &c. Cujus organa ſunt anteriores Cerebri Ventriculi, quoniam in eis Animæ *Spiritus* continetur, & ex eis nervi produntur, &c. Quamobrem haud abſque ratione philoſophandi actiones hujus *facultatis* celebrantur quaſi mixtæ tam ex *Organicis* quam è *Similaribus*, & à pari ratione *Læſionis* ejus partim ab *intemperie*, & partim a prava *Conformatione*. Sic è *Diminutione* fit ſenſuum actio læſa.

2. A *Depravatione*, ſenſus interni quoq; læſuras incurrant per παραφροσύνην, aut *Delyrium*, Phantaſiæ, ſenſorii Communis, memoriæque læſiones. Differentia inter τοῦ ΝΟΕΙΝ & τοῦ ΦΡΟΝΕΙΝ elegantius ab *Ariſt.* l. 3. de Anim. c. 3. diſcutitur; ubi τῆς ΦΡΟΝΗΣΕΩΣ propriam ſignificationem ſatis ad mentem noſtram depingit, a qua non temere recedendum ſit; quippe *priori* exponitur intellectus operatio *patientis* (uti diximus) & hac *poſteriori* Intellectus *Practici*. Jamvero quum ſenſorium commune heluatur vel ex organicis læſuris vel ab *Intemperie*, quum vero è mixturis *Sanguineis*, principiiſq; mercurialibus Organa *Senſorii Communis* nimium cuduntur tunc afficiuntur hilaritate & riſu; quum ab atris & ſulphureis, tum *Studiis phanaticis* ac turbulentis. Qui vero taliter comitatur in deterius vergat (inquit *Hippoc.* l. 6. Aphor. 53. Αἱ παραφροσύναι, αἱ μὲν μετὰ γέλωτος γινόμεναι ἀσφαλέστεραι,

2. A *Depravatione.*
Paraphroſyne.
Delyririum.
Hippoc.

λέπτεραι, αἱ δὲ μετὰ σπουδῆς ἐπισφαλέστεραι & minus eſt tutum. Sed εἰσὶ κινήσεις φανταστικαὶ ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις inquit *Ariſt.* è perturbatione *Spirituum Animalium* in ſenſorio communi; & hac *Intemperie*, vel læſione mixta cum organis forſan erat ille Memoriæ *defectus* inter *Athenienſes*; qui (ex teſtimonio *Thucydidis*) ad παραφροσύνην & ſæpius ad *maniam* graſſati fuerant *Peſte*, quum vero convaluiſſent, adeo fuiſſent orbati memoria, ut propriorum nominum obliti fuerint.

Thucydides.

3. Abolitione.

3. *Abolitione*, ſenſus interni graviſſime læduntur per ἄνοιαν amentiam aut *Maniam*; interdum ab *Intemperie Cerebri*, è principiis atris, ſulphureis, ſucciſque vitiatis, ſiccis & inflammabilibus, unde ἀυτοπτικῶς maculæ quandoque *meningibus* atræ appareant. Interdum ex *Organica læſione* quum cerebri *ſubſtantia* ipſa vulneratur, & quum putredines, tumoreſque vehementer ingruunt. Quoad *intemperiem* tales affectus cerebri per *idiopathiam*, depingit *Hippoc.* quo tempore *Vernali* potiſſimum invadunt. l. 3. Aphor. 2. τοῦ μὲν γὰρ ἦρος τὰ μανικὰ, μελαγχολικὰ, καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ, καὶ αἵματος Ρύσιες, &c. Quippe quanto ſanguis eſt vegetior, fermentatior & efflorefcentior, imo & quanto ſit ejus circulatio, ſive *peripheria* turgidior ac opimior, tanto magis eſt idoneus ad hujus *materiei* coacervationem in cerebri ventriculis organiſque, unde & organa læduntur, & tanto ad *Pneumatoſis*, atque mentis ἄνοιαν implicatior.

Anoia Mania.

Hippoc.

4. Auctione nimia.

4. *AUCTIONE* etiam nimia ſenſus interni læduntur, & proliciuntur ad *læſuras organicas* ἐν τοῖς ΕΡΩΤΙ, quibuſdam affectibus eroticis, *Philtriſquè* amatoriis quibus & *juvenes* & *Senes* dementantur.

mentantur. Quippe organa & vaſa nimium dilatantur à *corde* atque charagmate vitalitatis, dein & ex nimiis *materiei* elaborandæ profluviis, *Calore vitali*, fermentoque & è ſpirituum animalium irregulari peragitatione ac intenſitate citra *imperium* Animæ, *vis imaginatrix* heluatur, forſan & *appetentia*, & commotiones animæ plurimæ fiunt, quibus & *Anima* diſponitur ad inordinatè vel efferè concupiſcendum. Spiritus & è Cerebro (per *Sextum Par*) ad *cor* turmatim atque catervatim emittuntur, & in *Sanguinem* (ex *auctione* nimia) impetum faciunt, ad ejus *efferveſcentiam*, pulſumque cordis intenſiorem, & inde rurſus ad cerebrum copioſiſſime tranſmittuntur unde *Spiritus* etiam fiunt fervidiores; Cerebrique tam ſubſtantia quam *Ventriculis* nimis excandeſcunt. Unde fiunt perquam *ingenioſi*, valde tamen efferi atque confuſi. Anima enim tam impenſe præoccupatur ex objecto concupito, ut ſpiritus omnes adhibeat ad ejus *ideam* in *Phantaſia*, ſubinde tunc Nervoſum *genus* de iis, & omnes *Muſculi* defraudentur. Propterea nil mirum, eorum *motus* ſint tam *confuſanei* quum ſenſus interiores ex iis undique confunduntur atque perturbantur. *Peripateticique* nervoſe probant hunc motum *ſpirituum* in *phantaſia* ſimilem eſſe *ſenſui*, quoniam ſine ſenſu non fiant. Quamobrem ex confuſo *Senſu* confunditur etiam per eos imaginativa *δύναμις* ex lib. 3. Ariſt. de Anim. Cap. 4. ἡ δὲ φαντασία ΚΙ'ΝΗΣΙΣ τις δοκεῖ εἶναι, καὶ οὐκ ἄνευ αἰσθήσεως γίγνεσθαι, ἀλλ' αἰσθανομένοις, καὶ ὧν αἰσθήσεις εἰσιν, ἔστι δὲ γίνεσθαι κίνησιν ὑπὸ τῆς ἐνεργείας τῆς αἰσθήσεως, καὶ ταύτην ὁμοίαν ἀνάγκη εἶναι τῇ αἰσθήσει, εἴη ἂν αὕτη ἡ κίνησις οὔτε

De morbis Eroticis furiiſque.

Ariſt.

ἄνευ

ἄνευ αἰσθήσεως ἐνδεχομένη, οὔτε μὴ αἰσθανομένοις ὑπάρχειν. Καὶ πολλὰ κατ' αὐτὴν καὶ ΠΟΙΕΙ͂Ν καὶ ΠΑ'ΣΧΕΙΝ τὸ ἔχον.
Ita paulo poſt circa finem capitis, ἡ φαντασία ἂν εἴη ΚΙ'ΝΗΣΙΣ ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως τῆς κατ' ἐνέργειαν γινομένη. Καὶ διὰ τὸ ἐμμένειν καὶ ὁμοίας εἶναι ταῖς αἰσθήσεσι, πολλὰ κατ' αὐτὰς πράττει τὰ ζῶα, τὰ μὲν διὰ τὸ ἐπικεκαλύφθαι τὸν νοῦν ἐνίοτε ΠΑ'ΘΕΙ, ἢ ΝΟ'ΣΟΙΣ ἢ ὕπνῳ οἷον οἱ ἄνθρωποι.
Multa tamen homines agunt ad *phantaſiam* potius quam ad rationem intellectus, quum eorum ſenſus ex *amore*, ira aut odio, &c. Vehementèr impinguntur, aut è morbo. Hoc loco quæſtionem *Peripat.* (utrum *ſenſus ſit tantum potentia Paſſiva, utrum Activa ?*) Ventilare poſſemus; Quippe dum ſenſus in ordine ad *actum ſentiendi*, ſpecieſque *phantaſticas* effingendi præoccupatur, non tantum eſt *Potentia paſſiva* verumetiam *Activa*, quia quanto recipit tanto efficit in phantaſiam. Sed ad *Senſus interiores* ſufficiant hæc.

2. Quoad *EXTERIORES Senſus* læſiones etiam quadrifariam ſtatuuntur. Etenim. 1. *Diminuuntur* ἐν τῇ ΚΑΚ'ΑΙΣΘΗ'ΣΕΙ ob ſpirituum *craſſitiem*, & Pneumatoſis hebetudinem è principiis Tartareis, a quoſis & minus activis. Et proin huic inſtant ingenii *Tarditas*. Atq; 1. *Tangendi* ſtupiditas, 2. *Audiendi* gravitas; 3. *Videndi* obſcuritas, (vel *Amblyopia*) 4. *Odorandi* νωθρότης, & 5. obeſitas *Guſtandi*. Et inquit Galen. de Meth. Med. l. 13. *Accidit & ex frigore SEGNITIES hæc* (operandi ſentiendique) *ſed ex calore fit immodicus motus, & ex humoris vitio DEMENTIA*,

Galen.

2. *Depra-*

2. *Depravantur* ἐν τῇ ΔΥΣΑΙΣΘΗΣΙ'Α ob Anomalias ſpirituum principiorumque, motus & irregulares, uti *Phrenitide*, Hydrophobiâ, *Viti ſaltatione*, &c. Quoad

1. *Tactum* e ſenſu *C*aloris & frigoris *deceptibili*, ſive præſtigiatâ per *faſcinationem*; Quoad

2. *Viſum* in *Myopiâ*, Nyctalopiâ, &c. Quoad

3. *Auditum*, Sonos confuſos *obaudiendo*, ita tinnitus, & ſibilationes; Quoad

4. *Olfactum* quum ex vitioſis *mediis*, aut *vaporibus* in *Nervis odoratoriis* aut Proceſſibus *mammillaribus*, odores ingrati reſentiuntur, & falſis Sentimentis aſtipulantur, necnon alimenta ingrata fœtidaque. Quoad munus

5. *Guſtandi*, ex ariditate nervorum Sapores quales ſunt, non tales reverà videantur. 3. Aſt. *abolentur* ἐν τῇ 'ΑΝΑΙΣΘΗΣΙ'Α prout in *C*aro, *Lethargo*, *C*onvulſione, *Catalepſi*, Epilepſiâ *Ectaſi*, Soporibuſque profundis; ſic in 1. *Cæcitate* & *Amauroſi*. 2. Audituſque ſurditate ſive *Cophoſi* Sic. 3. Ob *Tactûs*. 4. Guſtûs. 5. Et *Olfaciendi* privationem. 4. Propterea & nimiopere augentur, fœnorantur ac indebitè propagantur ἐν τῇ ΠΑΡΑΙΣΘΗΣΙ'Α uti pathematibus Animi, irâ, odiis, & quum Spiritus animales vehementèr & acritèr exaſperantur; unde *Organis* quoque vitiatis fit inordinata vel in ſana *Pneumatoſis*, hucuſque de ſenſibus in primâ *C*laſſe morborum *Organic*.

2. *CLASSIS* alia ſive Categoria morborum *ORG.* quoad *MOTUUM læſuras* inſtituitur, Quæ quoque reſpiciunt. 1. Imminutionem. 2. Pravitatem. 3. Abolitionem. 4. Accretionem Spirituum. 2. Claſſ. Morborum Org. Læſionibus Motuum.

2. Imminutione per Dyskinesiam.

1. Quoad eorum *IMMINUTIONEM* aut ΔΥΣΚΙΝΗΣΙ'ΑΝ, ſive *Pneumatoſis* inopiâ, *Torpore*, fatigatione atque *laſſitudine Spontaneâ*, muſculiſque Lanuginoſis, & *ſocordiâ* Corpus ipſum inteſtante. Attamèn ex *Hippoc.* l. 4. Aphor. 31, 32, 33. *Laſſitudines* quandoque *Criticæ* & *Symptomaticæ* fiunt & auſpiciis ſanis, nihilominùs aliquando minùs accomodè præſagiunt ex inopiâ jugitèr & intemperie *Pneumatoſis*; ita τοῖσι κοπώδεσιν, ἐν τοῖσι πυρέτοῖσιν, ἐς ἄρθρα καὶ παρὰ τὰς γνάθες μάλιςα αἱ ἀποςάσιες γίνονται. Ὁ κόσοισι δὲ ἀνισαμένοισιν ἐκ τῶν νέσων τι πονέσει, ἐνταῦθα αἱ ἀποςάσιες γίνονται. Ἀτὰρ ἢν καὶ προπεπονηκός τι ᾖ πρὸ τοῦ νοσέειν, ἐνταῦθα ςηρίζει ἡ νῦσος febricitantibus *Laſſitudine* factis abſceſſus fiant. & anguriis haud valdè pravis καὶ κόποι αὐτόματοι φράζεσι νέσες ob ſanguinis (ſæpè) *phlogoſin.* Aphor. 5. lib. 2. Aſt *laſſitudines ſpontaneæ*, quum morbos præcedant (ut potè in *Epidemiis*) non tantùm ob vaſa cruore ebulliente diſtenta, ſed (& præcipuè) Spiritibus animalibus (ipſius *PNEUM.*) minùs accommoda & ex eorum defectu proferantur. Sic iis cum *Anaſarca* laborantibus non tantùm propter humoris exundantiam, ſed etiàm ob ejus ſeroſitatem Cruditatemque *Coctioni* ineptam, quàm è *Caloris innati* defectu, tàm hujus *Influentis*, & Animalium *Spirituum* (â PNEUMATOSI) torpore Conſtabit. Spiritus etiam interdùm in *intraneis Cellulis* reponuntur & defectu vel abſumptione *Caloris*, eorum motus ferè ſtagnantur, undè proveniant etiam *Laſſitudines* Αὐτὸ τὸ ἜΜΨΥΧΟΝ ΠΝΕΥ῀ΜΑ τὴν τοπικὴν ΚΙ'ΝΗΣΙΝ ἐνεργεῖ, ὅλαν διατρέχον διὰ τῶν νεύρων, καὶ ἐμπληρῦν τὰς μύας ἐντεῦθεν ἐπιτείνει τὰς τένοντας, ἐκεῖθεν ἀνασύρει ἡ ἐπιτάσει καὶ ἑλκυσμῷ ἡ ΚΙ'ΝΗΣΙΣ τοῦ ΜΕ'ΛΟΥΣ παρέπεται. Κεκμηκὸς δὲ ἡσυχάζειν ζητεῖ, καὶ διὰ τοῦτο (τὰ αἰσθητήρια καταλιπὸν)

Hippoc.

Torpor.

Laſſitudines ſunt diverſimodæ unde fiunt.

πὸν) ΑΠΟΚΡΥΠΤΕΙ *ἑαυτὸ εἰς τοὺ ἔσω* ΜΥΧΟΥΣ & ex *laſſitudine* ſpiritus hi ſeſe deliteſcere quærunt.

Quamobrèm omnes laſſitudines non fiunt à *plethora* nec ſimplicitèr è *Cacochymiâ* niſi ſimùl ab inopiâ hâc vel imminutione *ſpirituum* & abſumptione *caloris* innati, quum *SVCCVS* qui *nervoſo generi* ſuppeditatur â *uebitâ temperie* vel ab in ordinato motu (unde partes defraudantur) deſciſcat.

2. Quoad eorum PRAVITATEM, quippè depravantur *ἐν τῇ* ΚΑΚΟΝΗΣΙΑ, per *Tremorem*, horrorem, *palpitationem*, rigorem, *inquietudinem* (è principiis ſalſis aut ſulphureis, & â ſuccis acribus ac putridis) ita per *Pandiculationem* (ex halituoſis) oſcitationem, nictationemque Conſtruatur hæc eorum iniquitas. Quum ab his *ſuccis* acetoſis & *ſpiritibus* nitroſis, ſulphureiſque *vitiatis*, partes nervoſæ ſolidæque Corporis irritantur, & ab eorum acrimonia vel aculeis partes ſenſiles vellicantur ac irritantur ad SPASMOS aut tremores; quum verò TREMORES ceſſant *Delyrio*, ſoluuntur ad obitum potius [illegible] quam *Salutem*, qualitercunque haud ad *λύσιν τ* Νόσε *ἀλλὰ μετάςασιν*. Et huic congruit Aphor. 26. S. 6. *ὁ κόσοισιν ἂν ἐν τοῖσι καύσοισι* ΤΡΟΜΟΙ *γίνονται παρακοπὴ* ΛΥΕΙ ubi *λύει* ponitur pro Corporis ipſius reſolutione. Aſt interdum *Tremores* ex intemperie *Pneumatoſis* frigidâ & vehementèr affectâ ab aliis partibus aut ſuccis correptis, ortum ducunt; Sic è Galen. *Meth, Med.* lib. 9. verbis & ejus propriis. *Cum os ventriculi vel Hepar aut colon, aut Pulmo, aut Septum transverſum, aut veſica, aut renes, aut tale quippiam aliud â frigidâ percuſſum ad proprium opus redditur infirmum; nonnulli tunc ex ejus vitio, & ex intempeſti-*

2. Pravitate per caconeſiam.

Tremores.

Hippoc.

Galen.

vâ & immodicâ ejus potione, non multo interpoſito tempore, nec poſtmodum ſed ilico difficultate ſpirandi & CONVULSIONE & TREMORE *corripiuntur, ac toto (ut ſemel dicam) Nervoſo genere læduntur.* Sed

3. Per Abolitionem & akineſiam Spaſmi Suffocationes Epilepſiæ, &c.

3 Per *Abolitionem*; & aboleantur ἐν τῇ 'AKINHΣI'A; nempè, *Spaſmis*, Apoplexiis, *Epilepſiâ*, Suffocatione, &c. necnon aliis; è *nervis* interceptis Cerebri, ac *Arteriis Carotidibus* à ſuffocatione ſpirituum, ſufflaminato vitalitatis charagmate, & ex inſignis materiei necnon acris, vellicatione prodigioſâ. Et quibus *OS* Spumate refertur, vix uſpiàm reſtituantur ex *Hippoc.* Aphor. 43. lib. 2. τῶν ἀπαγχομένων καὶ καταλυομένων μηδέπω δὲ τεθνηκότων οὐκ ἀναφέρουσιν οἷσιν ἂν ἀφρὸς ᾖ περὶ τὸ στόμα. Quippè quam vitales tam animales ſpiritus occludantur ab utriuſque conſortio, quum tamen quaſi fœdere, Conſpirationeque uſque ad omnium ſuffocationem commorantur & detinentur. Undè *Syncope*, Lipothymiâ delyrium, &c.) ſæpè perveniunt; forſitàn & è materie malignâ virulentâque cum ſanguine Venenato circumagente cerebrumque ipſum impingente, imò P*neumatoſi* ipſi incommodante, perturbante & (ſi βαρβαρικῶς non loquor) diſpiritante, uti *Peſte*, Venenis, *Variolis*, &c. (Etenim ut *Sanguis* in Corde vel Arteriis, ſic & *ſuccus* hic in Cerebro ſtagnare poſſit) undè *vires* ex hâc labe ſeu Miaſmate, & ex inſignibus *Virulentiæ* phænomenis proſternantur, ſpirituſque ipſi repentè peſſundari vel extingui videantur. Veruntamèn è conſenſu *generis nervoſi*, SPASMI reducantur ad originem Nervorum in cerebro; & ab *inanitione* ſive *repletione* nimiâ PNEUMATOSIS motus irregulares concitentur, parteſque retorqueantur è CE-

Hippoc.

Syncope Lipothymia

Peſte.

Unde convulſiones ab *inanitione* & *Repletione*

REBRO potiùs quàm â Gulâ vel VENTRICU-LO; unde deprehenditur mecum *Hippoc.* Aphorismus ille 39. S. 6. Σπασμὸς γίνεται ὑπὸ ΠΛΗΡΩ'ΣΙΟΣ, ἢ ΚΕΝΩ'ΣΙΟΣ. Hippoc.

4. Porro per 'ΟΧΥΚΙΝΗΣΙΑΝ, *Augeantur*, ultra naturæ modum metamvè, unde & perperàm arripiantur è teſtimonio *Galeni* de Meth. Med. l. 12. *Veluti mutationem in non Naturalem habitum, quæ ſenſim paulatimque irrepit corrigere, ſanitatis tuendæ artis ſunt partes: ita eam quæ multa ſimul irruit ſarcire ad medendi peritiam ſpectat.* Ergo SPIRITUS ANIMALIS, *Cerebrum veluti* FONTEM *eſſe, clare oſtendemus; Sed alteratio in* SPIRITU *tum ex vitioſis provenit ſuccis, tùm ex ambientis aëris malitiâ, præterea Venenatis facultatibus, aut animalium (Quæ virus ejectant) venenis. Ipſius autem eſſentiæ Spiritus* CORRUPTIO, *& quæ futura timetur, & quæ jam adeſt tum ex affectu animi incidit, tum ex ingenti dolore, tum à pluribus* MOTIBUS, *cujus generis ſunt vigiliæ, tum ex immodicâ ejus tenuitate, continentiumque cum partium raritudine, &c.* Sic ille. Sed quoniam omnes eorum velociſſimique motus ſunt multifarii reducantur in Συστολὰς & Διαχύσεις (è *Galeno*) vel in motus contrahentes (è *Dolore*) vel dilatantes, & effuſiones à ΧΕ'Ω quaſi de rebus liquidis (uti *Voluptate*, &c.) Et omne quod tam efferè, tam inordinatè movet eos, appellatur â *Peripateticis* vel iraſcibile vel concupiſcibile, primum autem movens eſt objectum *appetibile*, ſecundum movens eſt *appetitus*, & quod movetur eſt corpuſculum *Organicum* *Ariſt.* l. 3. de *Anim.* Cap. 11. 4. Per Accretionem & oxukineſiam. Galen. Ariſtot.

Ὄρεξις δὲ καὶ φαντασία, καὶ ὀρθὴ καὶ οὐκ ὀρθή. διὸ ἀεὶ μὲν κινεῖ τὸ ὀρεκτὸν ἀλλὰ τοῦτ' ἐστιν ἢ τὸ ἀγαθὸν, ἢ τὸ φαινόμενον ἀγαθόν.

ὅτι μὲν οὖν ἡ τοιαύτη δύναμις κινεῖ τῆς ψυχῆς, ἡ καλουμένη ὌΡΕΞΙΣ φανερόν, Ταῦτα γὰρ πλείω διαφέρει ἀλλήλων, ἢ τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμικόν· ita paulo post his verbis. Εἴδει μὲν ἂν εἴη ἓν τὸ κινοῦν, τὸ ὀρεκτικὸν ᾗ ὀρεκτικὸν πρῶτον δὲ πάντων τὸ ὈΡΕΚΤΌΝ· τὸ δὲ κινούμενον ἐστὶ τὸ ζῶον, ᾧ δὲ κινεῖ ὈΡΓΆΝΩ ἡ ὄρεξις ἤδη τοῦτο σωματικόν, τὸ κινοῦν ὀργανικῶς ὅπου Ἀρχὴ καὶ τελευτὴ τὸ αὐτό, οἷον ὁ γιγγλυμός, &c. Ideoque ex spirituum auctione nimiâ fiunt inordinati motus & organica vitia. Sic modò *Satyriasis* & ad Venerem nimia proritatio, ex eorum anomaliis, atque *Palpitationes* Cordis; imò & ex eorum *motu* inordinato, *Influxuque* ructus adjuvantur & singultus; non enim tantùm è frigido ventriculo, vel acido succo, sed etiam ex influxibus *Animalium Spirituum* abruptis, & non à sanguine, quippè sic *Hippocratem* deprehendamus in Aphor. 33. lib. 6. οἱ ὈΞΥΡΕΓΜΙΏΔΕΕΣ οὐ πάνυ τι πλευριτικοὶ γίνονται, quoniam non subjecti sint Pleuritidi. Quinetiam ex eorum auctione nimiâ fiat sæpiùs *influxus* in FIBRAS ventriculi & intestinorum obliquè ASCENDENTES unde morbus sit, qui vocatur *Cholera*, quandoque Convulsione comitata. Et interdùm in FIBRAS obliquè DESCENDENTES (uti METU, &c.) ad *fluxum*. Et á pari ratione *ILIACA* Passio ab eorum influxu motuque præpostero, cum acrimoniâ vellicante FIBRAS *Intestinorum* obliquè ASCENDENTES, undè fæces *Alvi* atque recrementa producuntur & excernuntur per *Pylorum*, Oesophagum & os, quum *Ileum Intestinum* dolorose vellicatur atque convolvitur quasi Spasmo.

Hippoc.

Morbi Respirationis & vocis à *Pneum.*

Propterea quoad MOTUUM læsiones organinicas, noxuræ RESPIRATIONIS, imò & VOCIS lustrentur. Etenim absque *Pneumatosis*, &

& animalis facultatis ope, *Respiratio* non fiat. Ideoque tam *Animalis* quam *Naturalis* à *Riverio*, *Laurentio* & aliis probè ſtatuitur, ac clariùs explicatur â *Strangulatu*. Sic appellatur ex Hippoc. reſpiratio ΠΝΕΥ͂ΜΑ Aphor. lib. 6. Πνεῦμα μικρὸν, πυκνὰ μεγάλα ἀραιά. Nunc *depravatur* ex Suſpiriis, Singultu, Sternutatione, Raucedine, Oſcitatione, &c. Sed *deprivatur* aut multò magis incommodatur à *ſuffocatione*, Incubo, *Aſthmate*, Dyſpnæâ, defectuque loquelæ. VOCIS autem læſuræ ſunt;

1. ἈΦΩΝΙ'Α ex vitio concoctionis aut *Nervorum* per quos Spiritus Animales influere debent.

2. ΔΥΣΦΩΝΙ'Α aut voce imminutâ.

3. ΚΑΚΟΦΩΝΙ'Α aut voce tremulâ, aſperâ, abruptâ ſive blæſâ & ex intemperie (cerebro) nimium humidâ.

4. ΠΟΛΥΦΩΝΙ'Α aut nimia voce garrulaque; Sed hæc ſunt vitia hujus *Pneumatoſis* organica, quoad *Motuum* læſiones.

3. Tertia *CLASSIS* ſive Categoria eſt propter animalis *NUTRITIONIS* noxas. Et *3. Claſſ. Propter Læſuras animalis Nutritionis.*

1. Primo *DIMINUTIONE*, uti *Senio*, Tabe *Atrophiâ*, Chloroſi, &c. Quippè ſenectute, hic ſuccus nutritius inops eſt, & ex morbis plurimis huic ætati coincidentibus graſſari poſſit; proindè et ab *Hipp.* lib. 2. *Aphor.* 40. Βράγχοι καὶ κόρυζαι τοῖσι σφόδρα πρεσβύτῃσιν οὐ πεπαίνονται. *Raucedines* Gravedineſque ſenio non mitigantur ad curationem; propter ſpirituum inopiam hujuſque *Pneumatoſis* imbecillitatem. Et quoad *Tabem*; Annoſioribus vel in *vado* videatur, vel in maximis periculis verſetur hic liquor nutritius. Sic *Aphoriſmo* *1. Diminutione.* *Hippoc.* *Chloroſis.*

Hipp.

Hippoc. Hipp. 9. lib. 5. Φθίσις γίνεται μάλιστα ἡλικίησιν ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτέων, μέχει πέντε καὶ τριήκοντα. Et quare precor? niſi ob exhauſtionem hujus ſucci Nectarei ſive Ambroſianæ PNEUMATOSIS inediam undè corpus magis algoſum redditur, et *Caloris* innati oleaginoſique defectu marceſcat, imò in *Atrophiam* abſque hoc nutricatu Corpus evidentèr areſcat. Porrò ΧΛΩ'ΡΩΣΙΣ in virginibus, exoriatur non tam ex *Chymi* particulis crudioribus, vel ex ventriculi malaciâ, pic?, Κίττα, aut menſium ſuppreſſione (uti vulgo concipiatur) quàm ex pravâ *Pneumatoſi* ſive ſucco hoc Nutritio corrupto ac conſpurcato per *Circulationem*. Perindè ex 6. Conjug. *Nervis* Gaſtricis in ventriculum ſucci pravi prorepant ut ad ventriculi pravum appetitum, ita ad hujus nutritionis effloreſcentis *imminutionem* egregiam.

2. Depravatione. 2. DEPRAVATIONE, utpote *Rachitide*, *Architide*, febribus, *&c.* Sanguis enim *ſpirituum* inops ſuccum nutritium in majori copiâ pervertat, Rachitid. temporeq; breviori ad febrilem *Deatheſin* turgeſcat. Aſt *malignis*, quoad ſubjecta, lædendique modos iis proximè et immediatiùs, malignitatis aut veneni labes infligatur; Animales enim ſpiritus ſunt liquores ſpirituoſi ſubtileſque cerebro ac Nervoſo genere ſcatentes, dum partes hæ nervoſæ ſuccis Arthitid. Febribus Malignis. virulentis ac malignis turgeſcunt. Adeò ut CRASIS omnium evertatur, et *noxa* alterutri tam *Cerebri* quam *Cordis* Regimini proferatur; undè functiones muniis vitæ motûs ſenſûſque obeundis Vnde Arthritides. neceſſariæ inhibeantur aut perperàm agantur. Porrò ex pravis, his ſuccis *Arthritici* Corripiuntur, ob earum *Tartareitatem*, acrimoniam ſalſam ſerofam acriterque, Corrodentem in partibus articulorum nervoſis; Sed fæculentiarum harum tarta-

rearum

rearum proventus haud talis in pueris, mulieribus, aut *Eunuchis* qualis in Annoſis, virilibus, ſenibuſque hoſpitantur; & abheinc nuſpiàm aut rariſſimè *Eunuchi*, mulieres, (menſtruis non deficientes) aut juvenes his morbis Arthriticis laborantur (teſte *Hippoc.* lib. 6. *Aphor.* 28, 29, 30.) Hippoc. Ἐυνοῦχοι οὐ ποδαγριῶσιν, οὐδὲ φαλακροὶ γίνονται. Γυνὴ οὐ ποδαγριᾷ, ἢν μὴ τὰ καταμήνια αὐτέῃ ἐκλίπῃ. Παῖς οὐ ποδαγριᾷ πρὸ τοῦ ἀφροδισιασμοῦ. Quippè ſuccis hiſce dulcibus Cerebrique nutritiis et nativis partes ſunt plenæ, floridæ, & vigentes nec *excrementis tartareis* rodentibus & acribus repleantur in pueris quàm viris propter inordinatam venerem, deſidiam, luxuriam, libidinem, aut intemperantiam, *Nervis* ſuccorum *Eucraſin* geniumque ſubdúcentem. Abindè partibus nervoſis labefacientibus & orbatis, liquor Roſcidus ſeroſus aut Tartareus exacerbatur ſed pro *Rachitide* eximium D. *Gliſſonium* ipſum de hâc re optimè ac inſtar omnium profectò conſulamus; lib. de *Rachit.* Cap. 5. & 13. Quo, Unde Rachitides. hanc intemperiem eſſe frigidam propter ſpirituum *inopiam* aut torporem, motuumque ineptitudinem inſupèr à Cauſâ communi quoad ἀλλοτριοφαγίαν Νευρικὴν D. Gliſſoni. aut improportionatam Partium *Nervoſarum* alitionem ad amuſſim delineavit. Nonnihil tamèn ad ulteriorem *trutinam* quoad hanc Νευρικὴν κακοτροφίαν ex ſucci vitiis craſſis *Pituitoſis* (ſive Tartareis acquiſitis vel Hæreditariis) pace tanti viri humillimè ſubjungerem. Sed *Cynthius Aurem vellit & admonuit radiis.*

3. ABOLITIONE *Nutritionis* hujus; Quæ læſio morbis *Cachecticis*, Lue venereâ, Scorbuticis peſſimis & inordinatè viventibus, *&c.* nimiopere proditur. *Plurimumque* evenire ſolet Cachexia vel à *victu* malè inſtituto, vel à *pharmaciâ* perperàm

3. Ex abolitione hujus Nutritionis Animalis.

ram & non methodicè abhibitâ; proinde ut ma-
Lue Venereâ. teriæ plus congeratur ad hanc *Pneumatosin* quam
difflari possit, ita principiorum crassiorum Hete-
rogeneorumque proventus sit tantus, ut exco-
qui nequeat. Deheinc *Aphoristicως* Hipp. 35. lib. 2.
Scorbuto. Cachexiæ unde fiunt. *Hippoc.* ad proficuum consulatur. Οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα ἐν τῇσι φαρμακείῃσι καθαιρόμενοι, ἐκλύονται ταχέως, καὶ οἱ πονηρῇ τροφῇ χρεόμενοι. Namque ex pravo nutricatu & pharmaciâ imperitâ aut *Empyricâ*, succique hujus alibilis ex *Hypercatharsi*, homines ταχέως ἐκλύονται statim dissolvuntur; & in *Syncopen* sæpiùs incidant ob vapores tetros, ob innati *caloris* sufflaminationem, ob Succi Nutritii & *PNEUMATOSIS* fatigationem supersedentem, Nobilissimæ partes Cachexiis infestantur, atque vires nervosi prosternuntur. Ast *Lue venereâ* ut ab epoto veneno cerebrum & præcipuæ partes virulenter inquinantur, cerebrique succis venenatis (dum partes per *nervos* irrigantur) labem Contagiosam contrahunt, ad hujus alituræ corruptionem *abolitionemque* per totum *Integrum*, functionesque destruendas; imò & vitam ipsam (absque remediis tempestivis ac specificis) brevi profligaturam cernamus.

3. Ex nimiâ *Auctione*

3. Postremò ex *AUCTIONE nimiâ*, ut

1. Spirituum.

1. *Spirituum* unde *vigiliæ* immodicæ, animi *pathemata* & inquietudines exeruntur; ita

2. Succorum

2. *SUCCORUM nutritiorum*.

1. Vel cerebri *substantiâ* proindeque fit ejus magnitudo præter rationem *aucta*, *vel*

2. Partibus corporis; Sed 1. Deinde *impartiali* ac ordinatâ *accretione* (uti corpulentiis nimiis) aut 2. *Auctione partiali* (veluti *Rachitide*;) in super etiam,

3. EX-

3. *EXCREMENTORUM* undè *Hydrocephalus*, *Catarrhus*, *&c.* & ex *Glandulis* excretoriis nimiùm effarctis atque exundantibus undè *Ptyalismus* aut ſalivatio immodica fluoreque continuo profunditur;& propter innati caloris indigentiam *Seniles* non accretione alimentaria ſed aliis affectibus laborarunt, prout ab *Hippocrate* Aphor. 14 l.1. luculentiſſimè deponitur Τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. Πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς· εἰ δὲ μὴ, τὸ Σῶμα ἀναλίσκεται. Γέρουσι δὲ ὀλίγον τὸ Θερμόν· διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων δέονται, ὑπὸ πολλῶν γὰρ ἀποσβέννυνται. Augentia & nutritiva caloris innati plurimùm continent, Aſt *Senibus* parum *Caloris* ſupereſt, ideoque parum nutritionis ac auctionis. Nihilominus ſin iis ad ulla nutritionis *Phænomena* veriſimiliter in ΚΑΚΟΤΡΟΦΙΑ vel accretione nutritioneque partiali diſponantur, prout in *Rachitides* affectu. Quo morbo mihi Senex Avunculus nomine *COLLINGWODIUS* atque S. Pauli *Londinenſis* Præbenda, partim ab inediâ *Pneumatoſis* hujus, Caloriſquè nativi defectu, ſed partim ex ſuccorum vitiis (meo judicio) Dyſcraſiaque nimiùm frigidâ ac humidâ, in partibus affectis ab inæquali eorum diſtributione partimque à *principiis* crudis aquoſis & haud ſatis elaboratis hoc tempore & *Ætatis Anno* plus quam Septuageſimo ægerrimè plurimumque exantlavit. Atqui ſatis ſuperque huic *CLASSI* atque de *vitiis* hujus *Concoctionis ORGANICIS* propalavimus; Attamen ex omnibus hæ Concluſiones Regulæque (tanquam in uno faſciculo) nobis occurrunt.

Margin notes: 3. Excretorum. — *Ptyaliſmus* — Hippocr. — *Rachitides* In ſenibus. — Cautiones & *Concluſiones* de hac re.

1. Quòd *PNEUMATOSIS* vitia primaria radicantur in *ſimilaris* conſtitutionis principiis. 1.

2. Ejuſ-

2. 2. Ejuſque vitia *Organica* non confeſtim aut in initio morbi ad læſuras grandes apertaſque, prodantur ſed gradatim ſuccreſcant.

3. 3. Quòd vitia hæc organica potius ad eorum *effectus* quam ad *Cauſas* extricantur & eluceſcunt.

4. 4. Et quoad eorum *primam materiam*; crebriùs in *conſtitutione vitali* à Cordis influxu dein & in cerebri ventriculos particulæ quædam *Radicales* aut labes inveſtigari poſſint.

5. 5. Denique curandi ratione *Methodicâ* & exquiſitiſſimâ, Jatrophilis, *Chymicophiliſque* omnibus incumbat hoc penſum, ut tàm in *Therapenticis* quàm *Prophylacticis*, morborum horum *radicibus*, principiis, *fibrulis* ac fundamentis ipſis impugnare debeant; atque perſpectim intelligere priuſquàm altera vel ulterior *INDICATIO* ad *Therapeiam* promoveatur. Quippè Cauſæ *Radicales* hæ eorum *lædendi* rationem in ordine ad eorum curationem prorſùs impetrent, unde & præcipuas *INDICATIONES* (de quibus *fuſius* in lib. 3. *Sperm*. cap. 7.) exerunt. Adeo ut omninò & primò ſint amovendæ in omni *Medicinâ* Radicali, ſive *CHYMIATRICA*; ſed proximâ SECTIONE proceſſus hujus alios breviter expendamus.

SECT.

SECT. IV.

De Processu *ad hujus* PNEUMATOSIS *Therapeiam atque* Prophylaxin *in* 12. Corallariis *concisè delibato*; *de* Definitione *Medicinæ* CHYMIATRICÆ *ad banc rem*, *undè Medici* Dogmatici *atque* CHYMIATRICI *planè dignoscantur ab aliis aut* EMPIRICIS.

QUæ huic *ELABORATIONI* convenêrunt ejusque *CRASI*, *vitiis* SIMILARIBUS & ORGANICIS, quoad omnes læsiones, aut τῆς φύσεως Oeconomiæ *perversionem* pertrectavimus. Sed horum processu, vegetalium vestigia, subjectorumque *ab* Arte, ex eorum spiritibus profligatis ad interitum & extinctionem prosequeremur; itidemque *Animalium* defunctorum perniciem ex hâc *PNEUMATOSI depravatâ* vel *deprivatâ* sensim eliminaremus. Quippè quoad *naturalia* Elementorum principiorumque disjunctio fiat, & partium Heterogenearum Corruptio, quum *SPIRITUS* qui sunt Intermedium et vinculum Animæ ad Corpus profugantur. Quippè partes tunc (inquit P. *Jo. Fab. Pal. Spag.* c.6.) replentur crudis et incoctis, unde moriuntur et corrumpuntur; veluti Spiritus Animalis corporis, quum â membris aliquibus separetur, Membrum ipso facto corrumpitur, moritur, aut *sphacelatur.* Etenim ex *eorum compage mutuâve* adhæsione contesseratâ

E Spiritibus fugatis & *Mercuriis* proveniunt putredines & *Mors.*

Faber.

Vnde Sphacelus & Gangrena.

tesseratâ, Factio foveatur, & dirumpatur in partes inter se quaquaversus impugnantes, uti *Plantis*, herbis, *fructibus*, &c. Ex quibus dum spiritus vegetiores evadunt, Et particulæ puriores ac subtilissimæ discedunt; Crassiorum & Terrestrium Copiæ cum Sulphure aliquali & sale fructuum arescentiam marcoremque supergerant. Sin verò (Mercuriis Sulphureis & nitrosis particulis è subjecto solutis) ab humidioribus crudis, incoctis & aquosis harum spatiola præoccuparentur, tunc fruges, herbæ & vegetabilia in *putrilaginem* facillimè resolvantur. Pariter ab aere comparatâ non minus in putredinem subeunt esculenta, potulenta, ac confectiones, quum spiritus, & eorum vires ac vigores amittuntur, aliqualique fœtore corrumpuntur. Consimilique modo quoad *Animalia*; dum *PNEUMATOSIS* hujus particulæ radicales spirituosæque prædictæ, ex earum compage & unione liberantur. His indies absumptis, partes solidæ decrescant, tunc & succi *nutritii* sanguisque in deteriùs declinant ac depauperantur, haud secus ac in fructibus observetur, qui propter crassiora principia exundantia marcescunt, vappescunt, & arescunt; ita corpore fit humano, propter humiditates nimias Tartareas, aquosas, necnon sulphureas rancidas, in putredines, intumescentias aut alterationes alias corpus sensim corruat. Nec secus ac in *Lampade* cernatur tam ex oleo nimio & sufflaminante, quam ex oleo continuò assumpto & deficiente; & cujus vice forsàn Aqua substituatur (inquit D. *Willisius*) unde liquor hic tam inops, tam dilutus & nutritionis expers redditur, ut ad *Ellychnii* flammulam diutiùs alendam nuspiàm prævaleat. Idcircò hanc lampadem vitæ oleis his aptè comparatis & optimè

Simi. Simi. Simi. D. Willis.

optimè proportionatis, ad *Conservandam* ad *præservandam*, & ad recuperandam ejus sanitatem pensum haud exiguum nobis incumbat: Maximòperè vero à *Medicis*, sed magnopere etiam ab aliis Philiatris hæc *Ars* *SOLERTISSIMA* Chymiatrica secundum Corollaria sequentia deprehendatur & ad calcem impense consectemur; quorum gratiâ, forsàn & *super Collum* instar ARMILLÆ impendeant hæc 12. *Corollaria*. De Processu ad *Therapeiam* *Pneum.* in 12. *Corollariis*.

1. *COROL.* Quanto magis principales sunt partes, & corporis Regiones functionesque, à *Quibus* & ad *Quas* hæc coctio perfungitur, & quantò nobilior est ejus *FINIS*; tantò graviores & perniciosiores sunt earum morbi, *Anomaliæ* & affectus qui læsiones efficiunt, finem impediunt, hanc Familiam de *PNEVMATOSI*, sivè corpus ipsum ingruunt ac grassantur. *Cor.* 1. Quantò nobilior est *Familia* tanto deterior est ejus læsura.

2. *COROL.* Et quantò graviores lethalioresque sunt corporis hi morbi tantò penitiores ac subtiliores hâc Arte Particularum Anatomica; imò peritiores ac solertiores Arte hâc *CHYMIATRICA* curandi Medici & ἰατροτέχνης nostræ candidati postulantur. *Cor.* 2. *Et tantò* solertiores hâc Arte *Chymiatricâ* Medici.

(Quippè ab *Ovidio*. Lib. 3. de *Ponto*.

Non eadem ratio est SENTIRE *&* TOLLERE *Morbos*
Sensus inest cunctis, tollitur ARTE *malum.*)

Et ut instrumentum, ita coctio non propter se, sed *propter finem* quæritur; non tantò fit aliquid meliùs, quantò majus est *instrumentum* sed quantò magis est *ad finem* proportionatum. Itidemque me-

Medicus non tantò magis ſanat quantò majorem dat medicinam, ſed quantò medicina magis eſt proportionata ad morbum ejuſque radicem & ad finem ſanandi, principiis atque potentiis inſtructa.

3. *Cor.* Haud arte vulgari ſatis deprehenditur ejus *Methodus* elaborandi ſive curandi.

3. *COROL.* Haud vulgaris eſt ARS aut Peritia, quæ *Pneumatoſis* hujus THERAPEIÆ ac ejus PROPHYLAXI competat; aſt indagatio ſolertiſſima, acutiſſimaque in has omnes Naturæ concoctiones elaboratas & earum principia atque Arcana exardentèr eflagitanda ſit, ante penſum hoc curandi methodicè ſuſcipiatur. Et exinde cautiones *pharmaceuticæ*, ad medendi methodum admodùm proficuam impertiuntur ex *Hippoc.* Aphor. 20, 21. lib. 1. Τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως, μὴ κινέειν, μηδὲ νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακείῃσι, μήτε ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ' ἐᾷν. Ἃ δεῖ ἄγειν, ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ ταύτῃ ἄγειν διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων. Dum naturæ ipſius motus & operationes ſeduliùs attendamus, maximèque cum Lis ſub judice ſit inter morbum & naturam; dumque veluti *Pindari* encomiis Ἰατρὸς ἐπικαιρότατος præſignis erit inter omnes, etenim *tempora mutentur.* Haud ideo abſque ratione excubanda ſit ἐυκαιρία illa comperta illo Carmine *Ovidiano* de *Remed. Amor.* lib. 1.

Hippoc.

Temporibus medicina valet, data tempore proſunt
Aſt data non apto tempore cuncta nocent.

καιρὸς ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος — Aſt poſt omnes animadverſiones debitas, â naturâ ipsâ conſtituente, prælectiones ac commenta, quæ deducenda; ſunt eòducenda, quò legibus & naturæ ipſius inſtitutis atque elaborationibus maximoperè conveniant & accomodentur,

tur haud aliter; utrùm *intus*, foras, *sursum* aut deorsum. Quot enim morborum, tot etiam humorum & quot humorum tot etiam *principiorum* in dominio differentiæ motusque ancillari *solebant*.

4. COROL. Dum Artis hujus METHODUS optima consistit tam *Cognitione* quam morborum *Curatione*, ad horum capitis & *Pneumatosis* indaginem penitiorem elementares humores & succi non tantum ut in CONCRETO & 4. Elementis expendantur, sed ut in ABSTRACTO propriisque *Principiorum* exagitationibus, qualitatibus & particulis *Aquosis* aëreis, *Spirituosis*, sulphureis *Nitrosis* Terrestribus *Tartareis*, mercurialibus, *Resinosis*, & inviscantibus omnibus operam & oleam intendamus, & ex quibus etiam fiat eorum omnium *fermentatio*. Pneumatosis enim cerebrique *morbi* nec ex elementis solis simplicibus nec à primis qualitatibus (ut indigitavimus) tantoperè sive satis expendantur. Quippe *Paralysis*, *Apoplexia*, &c. non ex *frigore simplici*, non ab *Aqua*, nec Terra, non è *succis* solis, vel humoribus & duntaxat è primis *Qualitatibus* ediscantur. Sed etiam à *particulis Tartareis*, sulphureis, Nitrosis & viscosis cerebro organisque Conglaciatis, vi Stypticâ atque πυκνότητι corripiantur Ægri. Ad quos affectus primo per RATIONEM & deinde per OPERATIONEM medicamenta accuratiùs atque apprimè exploremus. Præterea quis in *Vinis*, pomatio, *Pyratio* aut cerevisia, &c. principia hæc fermentativa vacillat? Dum adeo quoque *Rationi*, succis omnibus vegetabilibus, hæ *vitrioli*, salis, *sulphuris*, Tartareæque *particulæ* promoventur, & eccur non hisce animalibus succis? (precor) aut quid obstet? Quapropter si quis de errore,

4. Cor. Vndè Principia PNEVM.

Elementa sint expendenda.

Exemplum hujus Methodi Morbos radicitus exquirendi. Sim.

 functi-

functiones Medicas de PNEUMATOSI hâc, ejusq; Morbis, nostras Chymiatricas aut *Chymico Galenicas* ex *Rationis* aureæ *Circulatione*, vel post experientiæ consultissimæ *Cohobationem* redarguat, quum omnia semel ad *veritatis* obeliscum atque perpendiculum subegit; *Homerianis* præconiis insignatur.

Ἰητρὸς γὰρ Ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος Ἄλλων.

——*& erit mihi magnus Apollo*, necnon instar Medici *Trophili* cum *Plutarcho*. Ὁ τὰ δυνατὰ, καὶ τὰ μὴ δυνατὰ δυνάμενος ἀναγινώσκειν.

5. Cor. *Abheine Chymiatri dignoscantur ab Empiricis. D. Heurnius* 5. *COROL.* Hoc modo Methodoque *Medendi*, Dogmatici CHYMIATRI discriminentur & dignoscantur ab aliis, necnon ab *EMPIRICIS* imperitis; quàm ex philosophandi principiis atque verè *ratiocinandi* certis Regulis & *Encheiresi* methodicâ. Sed ad mentem nostram D. *Heurnius* lib. 3. car. 1. de *Meth. ad Praxin* comptè atque promptè profatur. Et scio plurimos (inquit ille) qui quibusdam remediis, efficaci vi præcellentibus, numerosa sylva medicaminum sese vendicent: Sed ut non ille *faber* Auri sit optimus, Sim. qui *polydædala instrumenta* vel elegantissima, quamvis argentea aut acutissima nactus est, sed opus qui doctissimâ manu tractat; ita non Medici optimi censendi, qui quàm Plurima, remediaque optima norunt, sed illi salutiferam manum Ægris & *Patientibus* adferunt qui *doctè*, aptè, ac *accommodatè HIS* uti norunt. *Methodus* ideò quasi â μετὰ & ὉΔΟΣ aut ad locum viâ rectâ derivatur & celebratur nobiscum. Quippè non satis est deprehendere *VIAM* sed *viam certam* & orbitam *directam*, absque polydædalis vel abstrusis difficultatibus

tat it u: aut *circumgressibus* ad METAM collimatam. Uti viator *peregrinaturus* itinere suo ΛΑΟΦΟ'ΡΩ non semper *semitæ* vulgo calcatæ tritæque sive gressibus omnibus insistit, sed *Metæ* propositæ brevissimum aditum si non minùs *tutum jucundum*, atque plane cognitum decurrit. Consimiliter hoc Medicinæ *tramite*, cursuque, gressùs esse planos ex *principiis* certis tutis nobisque satis cognitis fatemur, si paulisper ab orbitâ vulgò tritâ recedimus.* Etenim nostrâ methodo *Chymiatricâ*, Galeni ipsius tramiti non obviamus nec materialiter sive *R E* deviamus; Attamen è mediâ semitâ inter *Galenicos* & *Hermeticos*, morbos expeditiùs atque funditu: extirpare (necnon omnium pace gratiâque) processus nostros agamus. Atque certò certiùs ad certa, tuta, & accommodissima remedia deveniamus, licèt haud omninò tam prolixè sive fastidiosè cum *Galenicis* ac *PHARMACOPOLIS*, nec tam perplexè sivè confusè cum *Empiricis* atque ΤΟΧΙ'ΦΟΛΙΣ Thrasonicis. Et *is noscit* (inquit *Heurnius*) rectum *MEDENDI* usum, qui compertum habet, *quod CVIQVE Remedium est optimum, & quâ copiâ, qualitate, quo tempore, & modo utendi, sit in usum ducendum.* Quibus omnibus, Methodo nostrâ *Chymiatricâ* utemur tanquam *CYNOSVRA* (*Heurniique* verbo uti.) Quamobrem nostris THERAPEUTICIS tam *Curandi* quam *Cognoscendi* Rationes Demonstrationes Normas & proportionatas *Analogias*; itidemque PROPHYLACTICIS nostris corrigendi *rationem* atque mensuram prius ex *viribus*, & motibus Principiorum tam naturæ quam morbi perveniamus. Porrò & hâc nostrâ THERAPEIA medendi Ratio ab *Indicatis* & *Indicantibus*, à Causis, *principiis* morbis, & *viribus*

Sim.

D. Heurnius

bus ante Remediorum usurpationem sempèr ac in *limine* præstituenda, & exquisitissimè ventilanda sit. Dum *EMPIRICI* vetulæque (Quibus nulla medicorum societas aut familia numerosior est hâc Urbe *Londinensi* καὶ οἱ Ἰατροὶ φήμῃ μὲν πολλοὶ Ἔργῳ δὲ πάγχυ βαιοί εἰσιν,) omnes (inquam) ad hujus artis *Apollineæ* dedecus & ignominiam, absque ratiociniis absque *oculis* administrandi, sivè *faculis* Principiorum & morborum inveniendi, tamèn audactèr eos suscipuerunt, undè ad orcum aut Charontis Cymbulam plerosque dimisêrunt. Nihilominùs ex eorum successibus fortuitò, honore vel honestate vix adeptis, & ex eorum erroribus subter terram tumulatis æquè gaudeant. Intereà ex quorundam periculis, & plurimorum exitiis, eorum prædam demetiunt, experimentaque colligunt, ἀλλὰ Ψυχῆς Νοσούσης εἰσιν Ἰατροὶ λόγοι, οὐ λογικοί, ἢ Αἰτιολόγοι. Ast de talibus ignaris, solidis, & ignavis *Empiricis* GALENUS ipse multà confabulavit ad cautionem lib. 2. de *Anat. Admin.* Cap. 2. Lib. 3. Cap. 1. & 9. Et in talis *EMPIRICI* frontem Carmen hoc oppositè legant eorum P*ATIENTES*

De Empiricis Urbis Lond.

Galenus.

Si vis Sanari, de morbo nescio QUALI,
Accipias herbam QUALEM sed *nescio*; *vel* QUAM
Ponas, nescio quò sanabere, nescio QUANDO.

Quippè propter eos profectò, valitudinariam *Diathesin* hujus *PNEUMATOSIS*, ejusque rationem veram (in principiis forsan iis obscuris abstrusisque conditam) Qui multorum tamen malis mortevè (propter eorum insicitiam, avaritiam, &

lucrum

lucrũ) haud satis explorârunt, ad illã satis quæstionem Germanicam responsa fiunt **Wer sinds die ihre tunst am meisten probirn durch viler lent todt?** 1095. Et de iis ex *Patribus* pro re natâ deponamus, *Quod in mundo medici velint omnes esse, omnes* ALIORUM *infirmitates curare, sed nemo* SUAS, *nemo eorum proprias* INSCITIAS

οὐκ ἀλλὰ Μετανοεῖν, ἀλλὰ προνοεῖν χρὴ τὸν Ἄνδρα τὸν σοφόν.

6. Cor. Hujus Therapeia & Prophylaxis sint opus Medici.

6. COROL. A nobis verò nunc Medici Chymiatrique peritissimi auguriisque fœlicibus oculatissimè practici gratulantur. Quippe ab iis propter hæc principia, particulas, spiritus, succos omnes atque elaborationes, *Pneumatosis* pensum ad eorum omnium *THERAPEIAM* & *Prophylaxin*, jugitèr & simul cum aliis ad horum *Hygieinam*, Præcipuum videatur. Etenim Capitis aut Πνευματώσεως Hyparxin, *Diathesin* tam *morbosam* quàm Convalescentem ex *Principiis* haud benè se ferentibus *MEDICI* respiciant, ast aliis ejus *Eucrasian* & sanitatem. Quoniàm Medici sunt quasi *Curatores* medicinæ, aliique forsàn *Sanitatis*, (sic inquit *Galen.* lib. 1. de *Meth. Medendi*) *Nihil est quod à Medicis curetur quàm Corporis Diathesis*, & lib. 2. *Primùm & maximè id Medicos studere, idque ferè proprium eorum munus esse ut* MORBOS *adimant, sed etiam primùm & maximè actionis ipsius quæ secundùm naturam edatur, omnes egemus; propter illam verò & sanitatis; sed & functionis incommodum amoliri omnes cupimus, ob id verò etiam morbum ipsum. Cæterùm non functionis vitio sed ipsi morbo, (id est) affectui præternaturam qui actioni incommodat, applicamus Remedia.* Aut potiùs opus *Medici*, præcipueque *Chymiatri* vitia *PNEUMA-* Galen.

TOSIS ab *Heterogeneitate* reformare constat; ast aliorum, ejus virtutes sustentare, necnon ex *homogeneitate* principiorum confirmare; ut omnia ῥᾳςώνῃ μᾶλλον ἢ βίῃ facilitate potius quam *vi* vel compulsione possint exagitari. Præterquam Medici â *Causis* rerum optimè deprehendunt, dum alii forsan ab *effectibus*. Δεῖ γὰρ τὴν φύσιν θεωρεῖν εἰς τὰ πολλὰ βλέποντα, ἢ γὰρ ἐν πᾶσι, ἢ ὡς ἐπιπολὺ κατὰ φύσιν.

Galen. Ideoque concludamus à *Galeni* lib. 9. de *Meth. Medendi*, quod primum *Propositum Medici*, & ei *quod in opere de sanitate tuenda proponitur ad Portionem respondens, est ablatio morbi, vel sublatio; quando, cujusmodi, in illo sanitatis est tuitio, ejusmodi in hoc est morbi sublatio.*

7. *Cor.* Methodus *Chymiatrica* Medendi optime convenit legibus & elaborationibus Naturæ. 7. *COROL.* Naturæ legibus ac ἐργασίαις Chymiatrica *Methodus* medendi optimè convenire videatur. Cui ἰατροτέχνη illa summopere perplacet & adjuvat, quam quæ ei ipsi in elaborationibus optime correspondeat & ex hâc ΧΥΜΙΑΤΡΟΤΕΧΝΗ πάντα καλῶς efficit; adeo ut naturæ ipsius operationibus εὐφόρως optimè convenit (quemadmodùm inprioribus *Capitibus* & in Descriptione *Arcani* hujus ab omnibus ejus *principiis* operibusque explicavimus.) Proinde ut *Faber* ait in Cap.

P. J. Faber. 1 *Pal. Spag.* Omne Animal est Naturâ *ALCHYMISTA.* Et quisquis es zoile, qui more Canis allatras in Chymiam *Chymicum te tibi esse nescis.* Sin autem omne fit per quandam artem Spagyricam intus â NATURA, quare non omne τεχνούργημα vel exterius & ab ARTE quoniā φύσιν ἡ τέχνη μιμεῖται *Arist.* 2. *Phys. c.* 2. Ars ex *aptitudine* naturalium revera ducitur. Imò utpote *Chylosi*, Chymosi, *Hæmatosi*, Pneumatosi, atque *Spermatosi*, coquuntur & elaborantur Arcana Chymica; & inter exagitanda principia, *homogenium* attrahitur, *attractum*

retinetur

retinetur, & Retentum meliùs tamen exantletur, ac exaltetur à *facibus impuris* crassioribusque ad unum *purum*, extractum aut *arcanum*. Quæ omnia Clarissimè niteant ex nostris Chartulis. Quapropter ex *Encheirisi* nostrâ, methodi medendi remedia fiant naturę magis adjuvantia separando pura ab impuris atque crassioribus. Unde dixit *Albericus* de Rosi. *Cum ergò Ars imitatur Naturam, non videntur Alchymistæ peccare si per virtutem herbarum, lapidum, aut elementorum, &c. Cum sint ex eodem* PRINCIPIO *in similia, & in habentibus Symbolum facilior sit transitus.* Et ex hâc Causâ principiis ac elaborationibus naturæ inservire, uti Nutrimenta, paritèr & Medicamenta illa sunt efficacissima quæ sunt puriora & proportionaliter homogenea. At talia remedia *methodo Chymiatricâ* ministrantur, quippe merè Galenica sint nimis crassa principiis famulare, & omninò Spagyricè nimis *spirituosa*, ideoque quasi *Mediocritate aureâ* dispensemus non *purissima* sed *puriora*, non omninò sed *proportionalitèr* ad opitulandas operationes naturæ atque principia. Sic *Fabius* in Tract. Empt. & vend. de Arte *Chymicâ* citatur à *quercetano*, cui & ars perspicaci ingenio inventa est; ubi expenditur TANTUM pro TANTO & TALE pro TALI absque fraude vel in materiâ vel formâ, & quid clarius eluceat ex administratione *Chymiatriæ*. Quamobrem principia hæc varia, morborum, & sanitatis, sive sanas Naturæ concoctiones ac elaborationes Medici solerter expiscari atque Callere debeant, & indicationes (inter alia) omnes ab iisdem. Quoniam (inquit Galenus. lib. 2. de Meth. Med.) *Constat totidem esse medendi* RATIONES *quot sint morborum* IDEÆ & principia. Et quoniam à principiis in

Albericus de Rosi.

Fabius.

 demi-

dominatu remedia (morbos radicitùs ad evellendos) *Chymiatrica* Comparantur. De hâc re *Clar.* D. *Sennertum* ad nostram sententiam plenius & ad amussim audiamus, è lib. de *Nat. Chym.*Cap. 1. cujus verba sunt hæc. *Qui habitu Medicinæ sit instructus, medicamentis Chymicis seu â se, seu ab aliis paratis utitur, nomen* CHYMICI *deponit* MEDICI QUE *Personam adsumit. qui si ob* PECULIARIA *& vulgatis* NOBILIORA *quibus utitur* MEDICAMENTA, *nominis aliquam prærogativam habere velit* ΧΥΜΙ'ΑΤΡΟΣ *& Medicina talibus Medicamentis instructa* ΧΥΜΙΑΤΡΙ'Α *appellari possit.* Et CHYMIATRICA *hoc modo summa quasi Medicinæ perfectio erit,* & NOBILISSIMUS *per medicamenta Chymica medicinam faciendi modus.* Et *Differentia inter Medicum simplicitèr & Chymiatrum hæc saltem erit, quòd ille frequentèr integris sive simplicibus, sive indè mistis & Compositis Medicamentis utitur, & Coctione atque infusione, atque aliis vulgaribus modis medicamenta ad usum præparat;* ΧΥΜΙ'ΑΤΡΟΣ *autem simplicium* VIRES *viriumque Causas diligentius considerans ac perpendens, actionesque omnes non semper â totius formâ pendere sed sæpè in Unius Medicamenti Integri Corpore, diversas vires in diversis partibus esse animadvertens, artificiose illas sejungit, sejunctasque & nullâ contrariorum admixtione impeditas exhibet, vel etiam cum* ALIIS *(prout opus est) componit.* Ita paulò post inquit uberrime ad rem, & mentem nostram, *Sciendum de* PRINCIPIIS *non esse Chimici quâ* CHYMICUS *sed vel* MEDICI, *vel inprimis Philosophi disputare.* Et CHYMIA *nihil ad eam rem facit nisi quod suis operationibus observationes vel experimenta quædam suppeditat è quibus postea vel* MEDICUS *vel Philosophus suas Conclusiones deducere possit.*

D. Sennert. ☞

8 *COROL.*

8. COROL. Hâc methodo medendi Chymiatricos tam ex testimoniis *Galeni* contraria CONTRARIIS quam ex *Hermeticorum* votis similia SIMILIBUS medicanda sint, unde & conciliantur opiniones omnium ex *Hippocrate*, quo Medicamenta nihil aliud est quam Πρόσθεσις τῶν ἘΛΛΕΙΠΟ΄ΝΤΩΝ καὶ Ἀφαίρεσις τῶν ῩΠΕΡΒΑΛΛΟ΄ΝΤΩΝ *adjectio eorum* quæ natura petit, i.e. SIMILIUM; & ablatio illorum quæ redundant, i.e. CONTRARIORUM. Quippe Natura debet corroborari familioribus amicis, & expetitis remediis, & forsitàn ab Etymologiâ vocis, è *Rod. Goclen.* l. 1. Probl. Log. q. 3. spectetur; si ΤΕ΄ΧΝΗ dicitur παρὰ τὸ τεύχειν sive τεύχειν *fabricare*, quoniam opus ab Arte medica sive τεχνούργημα fit fabricare & instare naturam juxta sua principia rationesque elaborandi, quo pacto ut manus sana sit instrumentum Instrumentorum exteriùs, ita Ratio sana indicationibus fit Instrumentum interiùs administrandi & non Empiricorum more. 8. Cor. Contraria contrariis & similia similibus ex hâc Methodo Medendi. Goclen. Pensum Chymiatri quod?

1. Ideoque primum pensum & Jatrophili consilium est naturam ipsam in ejus elaborationibus ac principiis homogeneis satis deprehendere. 1.

2. Et exploratam habere Morbi naturam ab heterogeneis. 2.

3. Morbum non tantum indicare & planè noscere, remedium autem proprium atque proportionale non ignorare; nempè quandò ministrare *Contraria Contrariis* & heterogeneis ad *enervandos* morbos, & quomodo *Similia Similibus* ad eos radicitùs eruendos ex viribus principiisque naturæ restitutis, quia φύσιας εἶναι τῶν νυσῶν Ἰητρὺς edocuitque *Hippocrates*. Porrò morbos exoriri â dissidiis & vitiis principiorum est Certum, & quo- 3.

quotiescunque *Heterogenea*, Crassiora atque Concoctioni inepta dominatum ferunt, unde & activa principia & magis *homogenea* à sua C R A S I debitâ discedunt, eorumque vires & virtutes amittunt, morbumq; pariunt. Ideoque non tantum qualitates sed etiam virtutes, vires, & eorum essentiæ inconvenientèr se habeant. Nunc ob humores elementares, & qualitates primas, *Galeni* Sanctiones medicas; alt *essentias*, & *principia*, leges magis Chymicas; Et utrasque usque ad *sanitatem* perfectam ex viribus herbarum rerumque puris tincturis & essentiis calleamus. Pugnantia quidem humores respiciant & *Corroborantia* principia. Quapropter & errant ij qui nunquam *Chymicè* præparantibus medicamentis, sed saltem *integris* utuntur (inquit D. *Sennert.* C. 18. de Med. & *Meth. Medend*). Chymicasque præparationes planè negligunt, & errant (è contrà) qui semper Chymicis utuntur, quum plerunque integro (vel Galenicâ compositione) quoad heterogenea & contraria Medicamento sit opus. Ob hanc Causam C H Y M I A T R I Prudentes modò Chymicis modò integris & vulgaribus, modò *Spagyricis*, modò *Galenicis*, medicamentis, nunc his, nunc illis, & nunc *utrisque* junctim, pro *morborum*, loci, *temporis*, virium, *functionum*, principiorum, & *elaborationum* ratione utuntur & eligunt, tam ex gratiâ curandi Contrariorum *Contrariis* quam *Similium Similibus*.

D. Sennert. 1. ☞ 2. 3.

9. Cor. Chymiatr. Arte Therapeuticâ curemus tam *materialiter* quam formaliter.

9. *COROL.* Hujus *Chymiatriæ Therapeia* Medicinam radicalem tam respectu *materiæ* quam *formæ* κ κατ' εἶδος comprehendit. Quo pacto eorum EXTREMA satis effugiamus qui unâ parte tantum MATERIALITER ex integris *Medicamentis* aut vulgaribus, & alterâ parte tantum FORMALI-

MALITER ex nimium spirituosis, violentis ac omnino *spagyricis* curationem intendunt. Quippe mere *Chymici* sint nimis audaces, atque temerarii, forsan & nimis curiosi, quum expendunt superstraneos & ingentes labores, sumptusque in eorum Arcanis, Extractis Præparantibus quæ per se & citra has elaborationes sint satis efficacia, aut quum potius rem TRANSMUTENT ab ejus proprietatibus quam DEPURENT à fæcibus. Attamen *alterantia* & alia remedia quæ *materialitèr* aut *formaliter* nimis patiuntur, aut quæ non agunt, & potissimum *formaliter*, vix sim probaturus; quoniam nostris *Arcanis* & præparationibus & materialitèr & formalitèr simul agere concludamus. Quocirca coctiones, infusiones, & Integra *Medic.* statuantur ad compagem, aut *Integrum mixtum* necnon materiales humores; sed viribus & potentiis majoribus *Medicamenta* magis CHYMICA atque defæcata, ad *principia*, vires naturæ, particulas, potentiasque formales. *Etenim* in cujusque limine notandum, & impense vel obnixe methodo nostra perquiramus, 1. ejus 'ΟΥΣΙ'ΑΝ seu substantiam. 2. Et ejus ΔΥ'ΝΑΜΙΝ, unde fit actio vel elaboratio. 3. Necnon ejus 'ΕΝΕΡΓΕΙ'ΑΝ vel actionem ipsam. Aut ab *Aristot.* substantiam *ipsam* in Concreto; & ejus *Potentiam Essentialem* vel radicalem ubi PRINCIPIA *nostra* sint excogitanda, & dein ejus *Crasin*, temperaturam, atque *potentiam naturalem* ubi elementaria & humores rerum expenduntur. Ideoque usque ad omnium radices & essentias pertingere, nostra medicina THERAPEUTICA fiat optimè *Chymiatrica*.

Chymici sint nimis curiosi & Galenici nimis otiosi

Tria sunt in limine perpendenda de nostra *methodo* medendi

1. Ex *viribus* ejus medicinæ præ *vulgari*. Verisimilitèr enim haud abs re vulgatum medicamenta præparandi modum improbant, tam *Cathartica* quam

1. A viribus Medic: horum.

quam alia quasi non satis à fæcibus & recrementis depurata, adeò ut ex Crassis fæculentiis eorum vires sufflaminantur aut adulterantur.

2. Puritate. 2. A *Puritate* eorum Medic. quæ Methodo Chymiatricâ defæcantur præ aliis.

3. Penetratione spiritu. 3. Et ab eorum *Penetratione* funditùs & ad radices, quoniam viribus Spirituosis exaltantur.

4. Motu & operatione. 4. Ac eorum *motu* & operatione penitiori, (mediocri tamen) ad evellendos morbos; quoniam separantur ab iis quæ impediant ex Crassitie.

5. Indemnitate. 5. Et ab eorum *indemnitate* dum liberantur â noxiis qualitatibus, quæ vulgaribus compositionibus insunt, unde sunt tutiora; nec *Empiricorum* more vel absque ratione, medendique methodo minstrentur. Quippe Medicamenta *Spagyrica* vel absque methodo confecta, vel usurpata plurimum nocebunt, imò quò efficaciora ac spirituosiora eò magis afficiunt læsuris aut intemperie *ἀμεθόδως* usurpata. Præterquàm medicamenta hæc *Chymiatrica* potiùs â vegetabilium & animalium succis, principiis, spiritibusque puris & unione maritatis, aut ab eorum Arcanis, salibus, oleis, spiritibus, extractis, &c. conficiuntur quam è mineralibus, aut ex *Antimonio*, Mercurio, *Arsenico*, &c. ideoque longè tutiora, & humano Corpori vel naturæ magis sint familiora.

6. Duratione. 6. Imò & verbo, sunt minus obnoxia *Corruptioni* quàm comparationes vulgares; & *volatilitati* quam ea quæ sunt omninò *Chymica* vel pluries forsàn elaborata per *Vulcanum*; diuque possint asservari quum in iis & *MATERIA* pura cum *FORMA* vel *Sponsa* cum *Sponso* connubium init. Quamobrem ad mentem & consilium *Arnoldi*. l. 2. *Rosar.*

Cap.

Cap. 3. *Celebretur* hæc (comparandi *medicamenta*) *Methodus* his verbis *Arnaldus.*

Dissipa rem CAPTAM *prius*, *&* PARTEM *satis aptam*
Levitèr EXTRACTAM, *sic massam* CONGELA *factam*
Hæc non FESTINE, *sed temporis ordine* SINE.

10. *COROL.* Ex hujus *Chymiatriæ* PATHOLOGIA perscrutentur atque dignoscantur Morbi longè luculentiùs quam à *vulgari*; scilicet in eorum *radicibus* & *Essentiis*; non tantùm è qualitatibus apertis sed etiam ex *occultis* & *deleteriis*. Quæ ex aliâ *pathologiâ* nullatenus inveniantur. Quippe quum *Galenus* humanum corpus ex 4. *Elementis* & *humoribus* construxisset (Cujus *Palæstrâ* prioribus annis & studiis alacriter & animosè contendi) methodoque eleganti morborum Causas & remediorum facultates ad qualitates apertas ille protulisset, tamen ex inscitiâ PRINCIPIORUM sive particularum (hoc libro) quæ pertrectavimus, propter quosdam morbos (quos satis enucleare nequiret) confugit *ad* & subterfugit *in* notione *qualitatum* occultarum, quæ notio quoque ex nostrâ hâc *doctrinâ* cum ejus fundamento metam deflectere videatur. Quapropter è scriptis *Hippocratis* ferè divinis, præter *elementa* vel humores hæc *principia* nostra (attestantibus Medicinæ quibusdam Coryphæis) investigemus, uti prius memoravimus. Quòd non est calidum nec frigidum nec siccum, &c. *quod habet* MAGNAM VIM

10. Cor. Morbi imò & occulti dignoscantur è principiis hâc Methodo Pathologica & Semeiotica. *Galen.*

Hippocr.

αὐτὸ ΘΕΡΜΟ'Ν, ψυχρὸν, ὑγρὸν, ξηρὸν ἀλλὰ τὸ τὴν μεγάλην ΔΥ'ΝΑΜΙΝ ἔχον ἀλλὰ τὸ στρυφνὸν καὶ

πλα-

Hippoc. πλαδαρὸν καὶ πικρὸν καὶ ἁλμυρὸν καὶ γλυκὺ καὶ ὀξὺ, &c. sed principium acerbum, & insipidum, amarum, & salsum, &c. ex Hippoc. *Nat. hum.* c. 11. & de *Prisc. Med.* & sic. lib. 4. de Rat. vict. in acut. aph. 31. fluxionem Calidam & *NITROSAM*, & *febres* ex his principiis (non tantum ab elementis & humoribus) elegantèr depinxit. οὐκ (inquit) διὰ τὸ ΘΕΡΜΟΝ ἁπλῶς ΠΥΡΕΤΑΙΝΟΥΣΙΝ οἱ Ἄνθρωποι, οὐδὲ τοῦτο εἴη τὸ αἴτιον τῆς κακώσιως μοῦνον: ἀλλ᾽ ἔστι ΠΙΚΡΟΝ καὶ ΘΕΡΜΟΝ τὸ αὐτὸ, καὶ θερμὸν καὶ ὀξὺ, καὶ ἁλμυρὸν καὶ θερμὸν, καὶ ἄλλα μυρία: καὶ πάλιν γε τὸ ΨΥΧΡΟΝ μετὰ ΔΥΝΑΜΙΩΝ ἑτέρων, &c. quid planiùs à tripode proferantur? Etenim hi morbi non illo produntur aut cognoscuntur solis ex *Elementis*, sed etiam ex *Principiis*; imò ut è nostro Κειλνείῳ propalentur ex utrisque conjunctis ortum ferunt intemperies. Quamobrèm à *CHYMIATRIS* nec humores nec *Elementaria* mixta rejiciuntur, quoniam in morbis variis & diversis appareant humores etiam varii ac diversi. Corpus & hoc mixtum *Galeno* fatemur, RADICES autem morborum (cum *Hippocrate*) non ex illis, saltèm solis, sed ex *PRINCIPIIS* nostris tuemur (& inquit D. *Senn.* cap. 16. de Pathol.) D. Sennert. Neque *Galenus* nec alii *Medici* has appellationes nostrorum *principiorum* planè rejiciunt sed & eorum humores *SALSOS*, nitrosos, & *æruginosos* nominant. Nunc è *SULPHUREIS* principiis seu nitrosulphureis in vitio radicitùs inferantur febres et inflammationes plurimæ, *&c.* Et in MERCURIALIBUS, acidis, *vitriolatis* principiis, *Tartareis*, spiritibus, stipticis, halitibusque

Radices morborum in principiis vitiatis.

busque mordacibus comperiemus Epilepsiæ, *Apoplexiæ*, Paralysis, *Catarrhorum*, *&c.* radices; ast in *Salibus* nitrosis, bituminosis, petrosis, aluminosis, *&c.* radices *Erosionum* plerarumque, Ulcerum, *Aposthematum* Ardoris *Urinæ*, Arenæ, *Calculi*. Stranguriæ, *Scabiei*, Lepræ, *Arthritidum*, Serpiginis, *alopeciæ*, pruritūum, cum aliis principiis vitiatis junctis *venereæ* luis Scorbutique, *&c.* deprehendantur. Et hoc Censu *Galeni* ipsius consiliis instamus è lib. 3. de Meth. *Med.* cujus verba sunt. *Si quindecem differentias in hominum temperamentis, ex minoris in iis majorisque ratione, idque in humidâ tantum naturâ statuas, necesse profectò est* MEDICAMENTORUM *etiam quibus sis usurus quindecem* DIFFERENTIAS *noveris* (ideoque non est reverà sive ratione medendi *Remedium* unum aut *universale* ut mox explicabimus) *quarum aliæ magis aliæ minùs siccent, quò nimirùm quod* CUIQUE NATURÆ *congruant, invenias. Quòd si etiam in sicciore Naturâ aliis quindecem positis, ad has quoque pari modo ALIA quindecem medicamenta requiras; habebis in totum triginta Medicamenta quæ TRIGINTA NATURIS conveniant; Quibus uti, is demum SOLUS, commodè poterit, qui in corporum temperamentis variis* & *Naturis* (i.e. nostris principiis, eorumque qualitatibus profundis) *diligenter sese exercuerit.* Itidem in 2. lib. *Est autèm ab initio illud propositum, qui omnem morborum METHODUM non invenerit, hunc maximè in ipsis medendi Methodi foribus lapsurum; cùm constet totidem esse medendi RATIONES quot sunt Morborum IDEÆ* ita lib. 7. *RATIO enim totum genus indicare potest, Materia cum ex aliis, quæ retuli, tum verò ex Consuetudine non minimè est sumenda, sed* & *NATURARUM inspiciendæ*

Galen.

Contra Ψευδιατρους *Empiricos* eorumque Medicamentum universale.

endæ sint PROPRIETATES, &c. i. e. Nostris χρίτηρίοις, PRINCIPIA hæc *Hypostatica* (quæ *humoribus* & elementis insunt) eorumque qualitates minùs apertæ vel profundiores nisi forte scateant è *coloribus*, odoribus, ac saporibus, qualitatibusque tertiis. Quippè primæ qualitates ad naturam humorum explicandam haud sufficiunt, multò minùs ad eorum *principia*. Quæ per qualitates longè propriores extricantur, indicantur, atque determinantur. *Quercetanus* ex his verbis inde prosatur Cap. 18. *Def. Herm. Med. Nec tamen ab opinione* HIPPOCRATIS *recedemus, quin potius confirmabimus qui libro suo de Antiq; Medic. scriptum reliquit. Is enim explosa eorum opinione, qui morborum* CAUSAS *ac* PRINCIPIA *qualitatibus elementaribus affigunt, alia explicat ac struit fundamenta,* DULCE *nempè* ACIDUM, *amarum,* SALSUM, *de quibus jam antea; singulis singulas suas facultates ac proprietates arrogando, quibus quicquid in naturâ medicamentorum morborum virtutis ac potentiæ inest, movetur, ac sese in actum exerit propellitque*, ita Cap. 14. Longè meliùs senserat *Hippocrates* firmiusque fundamentum (medendi, Morbosque inveniendi) struxerat (inquit ille) quum ait in morbis aliquid esse divinum, illudque τὸ ΘΕῖΟΝ inprimis à medicis esse observandum. Quin & lib. de *Prisc. Med.* postquam repudiavit *Quorundam Hypotheses, qui plus æquo* CRASI *& elementorum Qualitatibus tribuebant; Cumque ipse secus agnovisset varias* SAPORUM *differentias, rebus à naturâ insitis, quæ ex* CRASI *Elementorum proficisci non poterant, aliam subdit rationem, quâ ortus & Causas morborum investigarit, easque* DULCI *acido* ACERBO *amaro, aliisque* SAPORIBUS *adscripserit, ac Morborum*

Qualitates nec primæ nec apertæ satis Chymicis sufficiunt ad inveniendos morbos plurimos nec curandos.

Quercetan.

Hippoc.

GV-

CURATIONES ex eadem familiâ peti ac absolvi debere constantèr asseveravit. Ideoque paulò ante dixit quum morborum rationes reddere validas satis ex suâ CRASI *Galenus* non posset, *Coactus erat sæpè palinodiam canere, & ad* OCCULTAS *Proprietates confugere.* Quæ proprietates & occultæ vel profundæ qualitates satis planè scaturiunt ex his principiis ad humanum κειμήλιον, ᾧ ἡ ἀλήθεια τῆς ΔΥΝΑ'ΜΙΝ πρὸς τὸν ΝΟ'ΣΟΝ ἢ τὸ 'ΥΓΕΙ'ΝΟΝ γινώσκεται.

II. *COROL.* Insupèr & ex hujus CHYMIATRIÆ *Physiologiâ* necnon *Anatomia* fit insignior manuductio ad MEDICINAM tantò, quantò fit iis accuratior inspectio (vel instar *autopsiæ*) partium magis *insensibilium* & *occultarum qualitatum.* Si Medicina fit τέχνη ὑγιείας φυλακτική, &c. è *Gal.* de *Constit. Artis*, vel Ἐπιστήμη ὑγιείας μὲν τηρητική, νόσων δ' ἀπαλλακτική è *Gal.* lib. *Introduct.* Quippè qualitas (inquit *Eruditissimus* D. *Regius* lib. 1. Med. Cap. 2.) est *partium insensibilium sensibiles partes corporis constituentium* DISPOSITIO *sivè Contextus, unde denominatur.* Adeò sunt humano corpore partes *insensibiles & sensibiles* ab ejus Doctrinâ *Physiologicâ*; Insensibiles autem ob exiguitatem atque *subtilitatem* haud sensu obvio quàm intellectus ratione atque imaginatione deprehenduntur. Sensibiles subter sensum cadunt, de quibus omnis *Physiològia* vulgoque satis amplè tractat; Sed de his sensibilium PRINCIPIIS vel *insensibilibus* non nisi per hujus nostræ CHYMIATRIÆ *Physiologiam* satis amplè tractentur. Ideoque *Quercetanus* Hippocratis *scopum* de his principiis enucleans Cap. 14. *Def. Herm. Med. subjunxit; quòd non tam* SENSU *gustûs ejusmodi Sapores quales sunt, sese exhibeant, sed longè accura-*

II. *Cor.* *Anatomes* hujus Artis *Chymiatricæ* fit internior & insignior

D. Regius.

Quercetanus.

tiore *INTERNÆ naturæ ANATOMIA* *cujus peritus est verus Chymicus, vitaliumque facultatum omnium rerum perscrutatione ac investigatione, eorum originem nobis in PENETRALIBUS rerum latentium; ac simul efficacissimas virtutes Spagyricus* (aut potiùs inquam ΧΥΜΙΆΤΡΟΣ) *dissecat, ex his principiis Salis, Sulphuris, &c.* Sed quantùm ad proficuum in medicinâ *CHYMIATRICA* hæc *PHYSIOLOGIA* cum Principiorum ejus *ANATOMIA* verâ conferat prorsùs ex his *Ratiociniis* facilè Conjiciamus.

Rationes de utilitate *Chymiatrica* Physiologiæ ad Medicinam.

1. *D. Regius I. R.* 1. Quoniam ex his *principiis* vel (ab *Insigni D. Regio*) partibus *insensibilibus* proveniunt partes sensiles, de quibus *Physiologia vulgaris* præcipuè agit. Quamobrem è D. Regii *Nat. Phil.* l. 1. c. 3. &. *Med.* l. 1. Cap. 2. Partes sensibiles, quæ ex multis insensibilibus Compositæ sunt, sub sensum cadunt. Ex gr. talis pars sensibilis est aliqua *guttula sanguinis vel aquæ*, & granula seminis, quæ consistit ex multis variisque particulis principiisque prout explicavimus; attamèn ampliùs ex ejus *Nat. Phil.* l. 1. c. 3. illustratur his verbis. *Quomodò autèm sensibiles partes ab insensibilibus constitui possunt, appareat ex filamentis sericis; quæ quamvis singula nullum colorem habere videantur, multa tamen conjuncta componunt filum album, alio colore tinctum.*

2. *R.* 2. Quoniam ex his principiis produntur qualitates omnes *primæ, viz. Calor, frigiditas, siccitas & humiditas*, tam actuales quam potentiales in humano corpore. Sicubi qualitates secundæ, sortiuntur è *Clar.* Regio. lib. 1. Med. c. 2. hâc Classe nempe *Crassities, tenuitas, raritas, densitas, gravitas, levitas, &c.* & inquit ille *Hæ partes insensibiles*

les(Nat. Phil. l. 1. c. 3.) *ex subtilitate, Crassitie, acrimoniâ, lenitate, fluiditate, oleaginositate, aquositate, salsedine, aliisque innumeris Corporis qualitatibus posthàc explicandis manifestè colliguntur. Etenim his* PARTICULIS *explicatio, quæ iis negatis est obscura vel confusa. Hæ quoque* PARTICULÆ *communitèr non sunt* ATOMI *vel Insectiles sed indefinitè divisibiles. Nec est* quod quispiam *particulas insensibiles* cum *Democrito,* Leucippo, *Epicuro* vel *Empedocle* tales *imaginetur, quæ communitèr tam sint parvæ, ut dividi per Naturam non possint, & ideò Græcè* ATOMI *vel latinè* PARTICULÆ *indivisibiles sint appellendæ.* Sic ille. Præterea etiàm *qualitates tertiæ,* nimirùm odores, *sapores,* colores ex iis, fiunt Conspicuæ, ac satis intelligibiles. Hæ Particulæ quomodo sunt & quomodo non sunt *ATOMI.*

3. Quoniã ex his principiis proferuntur immensæ variæque mutationes tam per *totum integrum,* quam per partes *integrantes* imò & *Essentiales*; eorumque varietas agnoscitur etiam â D. D. *Regio,* verbis his, *Insensibiles partes in variis partibus Sensibilibus sunt* VARIÆ, *&c.* eorumque potentias & vires Commutandi prius indigitavimus. 3. *R.*

4. Quoniam Corporis CONTINUITAS in has *particulas* & hypostatica *principia* magis dependet, imò & *Contactus* partium uti fusiùs è D. Reg. *Nat. Phil.* l. 1. c. 3. ejusque verborùm serie perpendamus. *Inter materiæ sive Corporis simplicitèr considerati Partes,* (inquit ille) *solæ hæ* INSENSIBILES *propriè & per se continuitatem habent cum in his solis sit immediatus partium, illas constituentium cum quiete* CONTACTUS; *in quo solo vera corporis cujusvis* CONTINUITAS *consistit. Sensibiles autèm Partes instar* 4. *R.* *D. Regius.*

Sim. CORBIS *ex gr.* VIMINIBUS *contexti nullam continuitatem proprie & per se habent; sed eam à solâ* CONTINUITATE *partium insensibilium, cum* CONTIGUITATE *ad Sensibilium constitutionem contextarum accipiunt*. Quid explicatius ad sit? dum *Corpusculum* omne, sivè pars sensibilis veluti *Corbis* è viminibus conficitur ex his *Particulis*, principiisque nostris; è quibus inter omnes fit *contiguitas*, omniumque *continuitas* ex his solis.

5. *R.* 5. Quoniam ex iis occultæ qualitates, necnon aliorum morborum malignorum pestis, labis, & veneni *Arsenicalis*, mercurialis, *Antimonialis* opiati, *Narcotici*, Pestiferique, &c. *Radices*; è majori verisimilitudinis tramite scaturiunt. Quapropter ex his *ratiociniis apodictis*, necnon aliis (forsàn in futuro *Tractatu* de *Meth. Med. Chymiatricâ* commemorandis) *Physiologiam*, atque *Anatomen* (de his principiis institutionibusq; Chymiatricis) *internam*, *MEDICINÆ* emolumentum haud exiguum conferre (*Doctissimorum* tamèn trutinis atque judiciis defæcatioribus ac fœlicissimis submittendo) utpote nonnullis ἰατροτέχνης Alumnis subdocui, valde fateamur.

12. *Cor.* Morbi in principiis sint occultiores atque Profundiores quam in Humoribus.

12. COROL. Ex his omnibus concludamus; Principia concoctionum corporis hypostatica, & eorum *elaborationes* more Chymico (utpote demonstravimus) huic Doctrinæ *Chymiatriæ* plurimùm inservire, atque *morbos* (qui comperiantur his principiis in vitio) graviores & profundiores esse illis, qui tantum ab *Elementis* aut *humoribus* indicentur. Etenim licèt in exquirendis morbis humores eorumque differentiæ non repudiantur, vitia tamen eorum non impingunt tantopere *Vitalia*, quam ea principiorum quæ penitiùs & longè

pro

profundiùs officiunt; Humorumque intensiones ac remissiones sint frequentiores atque leviores quia *movens omne* primum movet partes sibi propinquiores, i. e. EXTERIORES ab *Humoribus* & *Sensibilibus* sed INTERIORES ab *Insensibilibus partibus* & *Principiis*. Undè D. *Sennert*. c. 16. de *Patholog*. his verbis; *Cum autem rei evidentia talis sit, ut negare non possint aliquos morbos è qualitatibus primis generari*, LEVIORES *tamèn illos esse quam ut Medici operam requirant, opinantur*. De differentiis morborum ex *Iliastro* atq; *Cagastro Paracelsi*, in *Labyrinth. Medic.* err. Cap. 11. non loquimur, ast de iis quæ principiis insunt & à quibus inquit *Hippoc.* ὅσα κακοπαθέει ἄνθρωπος πάντα ἀπὸ ΔΥΝΑ'ΜΙΩΝ γίνεται quicquid mali gravissimi quispiam patitur, oritur â *Potentiis*, i. e. ab his *principiis* & particulis, velut ab eorum radicibus. Complures autem *Philiatrorum* dogmaticorum, à *qualitatibus* tertiis vel *odoribus*, & *coloribus* parum aut nihil indicabunt (inquit *Quercet*. Cap. 8. Def. Herm. Med.) *ast nos* (inquit) *è contra, magnæ virtutis in Medendo, & summè necessarios ac utiles affirmamus, utpotè qui ex Mercuriis & Sulphuribus magnarum virium principiis emergunt. Quæ verò qualitates* S A P O R E S *inducunt, cum à variis* S A L I B U S, *nimirùm amaris & abstergentibus, acribus, incidentibus, attenuantibus, acerbis vel austeris, salsis exsiccantibus, & id genus aliis, ut dulcibus ij proficiscantur, ab omnibus Medicis agnoscantur, & in morborum* C U-R A T I O N E M *ut magni momenti ac virtutis admittuntur*. G A L E N U S etiam hac indicandi methodo subinnuit *Lib.* 9. de *Meth. Med.* P R I M A *omnium* (inquit) *IN-*

D. *Sennerti*

Principia indicantur à coloribus odoribus saporibus *Quercetem.*

Galen.

INDICATIO est quæ à virtutibus (i. e. his potentiis & principiis) *sumatur*; *ab eorum viribus est indicatio PROXIMA & tunc Indicationes MEDICATORIÆ à morbo ipso vel intemperiè sumuntur, & à corporis temperamento.*

Tres Classes Saporum. Quinetiam SAPORIBUS, odoribus, & coloribus, dijudicantur etiam facultates eorum principiorum potentiæque sivè vires agendi. Etenim

1. A SAPORIBUS sint novem *Testes*, atque indicationes à Tribus Classibus, nempè,

1. Prima à Classis Saporum. 1. *Tres* primæ Classis ab effero motu caloris, sunt *acer*, *amarus* & *salsus* Sapor.

1. 1. Acer & ACUTUS sivè δριμὺς cudit partem Sensibilem & affectam aculeis ac ardoribus, haud secus ac fauces â pipere vel *Euphorbio* feriuntur forsàn & uruntur; nunc à talibus *principiis sulphureis* aut *Sulphureo-nitrosis* ac inflammabilibus; *Elementum* ignis qualitasvè *caliditatis* sese prodit ad sensum.

2. 2. Sapor *AMARUS* est aliquantulum lenior quàm acutus aut prior acris, & non omnimodè tam efferus aut velox motu; amara tamen sunt omnia calida siccaque forsan autem *terrestriora*, principio â Crassiori & *aridiori*, undè calor plus quam *Par* increbuit.

3. 3. Sed alter hujus *Classis* sapor *SALSUS* caloremque regit, magis tamen à *Siccitate* invalescit, abrodit, purgat & abstergit serum. Ejusque tamen motu modestiori, corpus aut partes haud tam ferocitèr invadit, & levitèr astringit.

2. Secunda Classis Saporum. 2. Tres secundæ *Classis* saporum, à motu segniori vel è defectu *caloris* sunt, *Acerbus*, Austerus & *acidus*.

1. Acer-

1. Acerbus aut Σ]ρυφνὸς ab irregulari motu & inæquali vitæ partes exasperat, ex frigiditate ſiccitateque atq; terrèitate (utpote lingua vel os exacerbetur aceto ſcillitico)ſed è principiis magis tartareatis quæ variè refrigerent,aſtringant, ac incraſſent humores. 1.

2. Αὐστηρὸς pauliſpèr eſt mitior acerbo,minuſque friget ac ſiccat à principiis bituminoſioribus aut Aluminoſis;attamen eſt ſtipticus & aſtringit.Ex auſteris principiis,ſucci vel humores fiunt aſperi,atque denſantur in eorum peripheria forſan & rugantur, uti *ſcabrities* in linguam aut rugatio proveniat à *ſuccis auſteris* pruneolorum, Malorumque ſylveſtrium. 2.

3. Acidus autem eſt magis fluidus & penetrans à principiis *vitriolatis* atque *ſalis* Armoniaci,mercuriique macri parteſque,ſenſibiles pervadit ab inſigniori *leptomeriâ*; forſitàn ab iis ſucci vel humores aceſcant aut vappeſcant (ſpiritibus fugatis) & magis exanimes reddantur. Attamen ab *auſteritate* priore defert ob *tenuitatem* penetrabiliorem ex *jacturâ* ſalis *ſulphuris* atque mercurii majore; utpote faciendo aceto ex *vinis* aciditas illa plurimùm differat ab eâ, quæ deprehenditur in ſylveſtribus aut immaturis fructibus. 3.

3. Tres tertiæ Claſſis *ſaporum* indicant vires principiorumque virtutes, è motu mediocri ſivè regulari & ſunt *ſuavis*, *oleaginoſus*, & inſipidus. 3. Tertia Claſſis Saporum.

1. Suavis aut dulcis ſapor è principiis *Mercurialibus*, ſpiritibus, jugitèr & ſulphureis, eorumque miſturâ oritur, forſan & è pauxillo *ſalis*; expandit partes ſenſibiles, atque refocillat ex temperatâ humiditâte & caliditate, aſpera mulcet, & ope ſpiritûs influentis maturat. 1.

3. 2. *Oleaginosus* & pinguis sapor est opimus ex *Mercurio* spissiori pinguique, spirituque oleoso & aëreo, in principatu nonnullo sulphuris & à duplici Calore, tamen à caliditate minùs quam *dulcis* præstat; partesque molliunt, mitescunt, Quæ oblinuntur atque locupletantur ex his principiis. Quippè dulcedo hæc pinguis & mercurialis in succis, humoribus, aut *partibus sensibilibus* plurimùm nutriat, quàm in *cibis*, butyro, *pane*, medullâ liquidò constabit. Sed

3. *INSIPIDUS* est ferè vel omninò saporis expers ἄποιος, & aqueus, necnon ad proverbium instar assularum in jusculis; attamen est â frigidâ humidâque temperatura, atque non nunquàm *Dulcedinem* anteit. Ex his tribus *Saporum* Classibus, haud dubio vires & motus principiorum indicentur, undè morbi graviores atque latifundiores eveniant & indicentur. Paritèr & ex *ODORIBUS*, necnon à *COLORIBUS*, de quibus parulùm heic loquar, qnoniam *ODOR* Saporis rationem sequitur, & inter odorem atque saporem est magna *Cognatio* vel affinitas. Ex his tribus *Avicenna* vult l. 2. Cann. c. 1. *Saporem* petere primum locum, heinc & *odorem* sed postea *colorem*. Gratus *odor* ac *benevolens* à caliditate indicatur, seb *fœtens* à frigiditate humiditateque excrementitiâ, & *Inolida* omninò sive ferè sunt *humida*. Sic ex *Avicen. Benevolentia sunt plurimùm calida*, &c. Pariter & de *Coloribus* exponemus: *ALBUS* enim & *pallidus* sit ab *humido-calido*, tamen ex *Avicen. color albus in rebus congelatis humiditatem in se continet ad substantiam frigidam, sed in rebus & corporibus succis ad substantiam calidam.* Et *NIGER* in utrisque per contrarietatem. Color *FLAVUS* è calore sulphureato

De eorum odoribus atque coloribus. *Faber.*

Avicenna

phureato. *RUBEUS* ac *CROCEUS* siccitatem atque caliditatem indicant. *VIRIDES* coloresque *porracei* ex humiditate magna, forsan & à principiis haud temperatis à *Mercuriositate*, humido calidoque radicali. Quippe *COLORES* appellantur *PRINCIPIORUM*, cruditatum, aut concoctionum & elaborationum *INDICES* planæ apud spagyricos; sic è *P. J. Fabro*: in ejus *Pall. Spag.* cap. 19. Cujus verba sunt. In Particularum unione & earum *separatione COLORES omnes appareant: quid mirum est, quodque mirandum antea declaravi ne opus imperfectum & quasi inchoatum inexpertes spagyrici perfectum ac absolutum existiment. Idque solet exoriri ex CRUDITATE, quam mercurius volatilis inducit, & infixus. Dum enim infixus & INCOCTUS ipse cum COCTO miscetur & coquitur, Coctionis suæ INDICATIONES habere necesse est; quæ sunt nullæ aliæ quam COLORES qui coctionis PERFECTIONEM vel IMPERFECTIONEM demonstrant.* Classes autem eorum *COLORUM* necnon *ODORUM* ad indicationes *Chymiatricas* ex gratiâ *laconicâ* traloquendi de hâc re, pro præsenti lubens omisi; Prætermissis autem aliis, ea quæ minùs ad hoc *tractamen* sint necessaria, quæ quoque rem *Chymiatricus* indicandi contineant (quum ansa commodior nascatur; (divinoque *Numine* favente) pertrectabo. Sed hoc censu *Galenus* à nobis optimè deprehendatur in ejus Meth. *Medendi*; & (lib. 7. inquit) *Indicationes sumuntur à* TEMPERIE *quæ (calefaciendi, frigefaciendi, siccandi, humectandi, vel ob aliquid horum, conjunctè cum alio,) faciendi* MENSURAM

Galenus quo censu deprehenditur Chymiatris

præ-

præſcribit (& quid *menſuram* talem alterandi contineat niſi CRASIS ex *principiis*? haud ab *elementis* aut humoribus in ſe? & PRINCIPIUM inquit ipſe *Galenus* 9. Δογμαλ. 1. eſt τὸ ΠΑ͂Ν ΔΥΝΑ'ΜΕΙ) *& 2. à communi* VIRTUTE *3. à figurâ partis 4. à poſiturâ vel ſitu; 5. Sed præter hæc omnia fiunt ab* ACRIMONIA *vel* HABITUDINE *ſentiendi*, &c. ita lib. 10. *ſiquidem Medicus* (inquit) *&* DIGNOSCAT *quod præſens eſt*; *&* PROVIDEAT *quod ex* IIS *futurum eſt*, *qui volet* NOTABILIS *efficaçia* REMEDIO. CHYMIATRIQUE tam ab his *Indicationibus*, quam à *RATIONE* & *EXPERIENTIA*, (quæ ſunt Inſtrumenta *Indicandi* (quemadmodùm *cap.* 7. *lib.* 3. de *Spermat.* fuſiùs enodemus) medendiq; tres *GRADUS* inſtituant.

Tres Gradus Chymiatricè Medendi.

1. 1. Primus ex apertioribus *Qualitalibus*.

2. 2. Ab iis quæ non tam in *Actu* quam *Potentiâ* agendi conſiderantur.

3. 3. Tertius ex occultis atque deleteriis *Qualitalibus*, quæ duntaxàt ex *noſtris principiis* indicantur. Primoque GRADU morbi graſſantur in *humoribus* levioribus, undè vulgaribus *medicamentis* atque proſperè ſatis utamur; *SECUNDO* tamen in *principiis* magis in Actu, velut eorum radicibus, ubi ſunt *graviores*. & unde Medicamenta *Chymiatrica* morbis illis optimè conveniant atque indicantur; TERTIO verò longè profundiùs in his *particulis* ac *inſenſibilibus*, ubi radicitùs implantantur morbi graviſſimi ac lethales, unde *Bezoardica* necnon *Alexiteria* proportionatim uſurpantur. Quamobrèm ex his decurſis, *Empiricorum* Aniatron *Pſeudiatrωnque* oſtentationes grandiloquas futileſque ſatis explodamus, qui propter applauſum ignorantis *VULGI* de *Univerſali Medicina*, civitatis

1. Gradus

2. Gradus.

3. Gradus.

Adverſus hujus temporis & *Urbis* Empiricos Peregrinos qui plenis buccis oſtentantur de Medicinâ Univerſ.

tatis hujus *Londinensis* PUBLICIS locis ac *plateatim* (cum eorum *Sannionibus*) insolentiùs in amphitheatris gloriantur. Etenim *habebis* (inquit *Galen*. l. 3. de Meth. Med. *TRIGINTA Medicamenta, quæ TRIGINTA NATURIS convenient, quibus is SOLUS commodè poterit, qui in corporum temperamentis* (& inquam PRINCIPIIS) *se diligentèr exercuerit. Atqui hoc* TOTUM (dixit ille) *prætermittunt* AMETHODI *illi Thessalii, qui* UNAM *omni* PARTICULÆ *congruere* MEDICINAM *putant*. EMPIRICI *autem quantum in hoc Thessalios istos Methodicos superant, tantum à veris* METHODICIS, *logicisque superantur*, &c. Talis etiam *Medicina* vel *Universalis* causis omnibus morborum esset contraria sed nihil posset esse contrarium omnibus causis: Porrò 2. morborum sunt differentiæ plurimæ tum ab *apertis* tum ab occultis qualitalibus. 3. Tunc varietas medicamentorum frustra datur. 4. Et methodus medendi frustra. 5. Sic & Ratio indicandi. 6. Necnon componendi, dum quod est ad tollendum, quod & ad conservandum, & non; pro *contrariis* haud unum sit. 7. Et frustra tunc vegetabilia atque mineralia muneribus tam variis, specificisque huic vel illi morbo donantur à Deo. 8. Nihil datur heic perfectum & absolute *purum* vel absque mixturâ ullius imperfectionis. 9. Variaque sunt principia & eorum radices. 10. Et hoc erat ipsius Christi τὸ ΙΑΙΟΥΡΓΟΝ, Mat. 4. 30. & 9. 35. Θεραπεύων ΠΑ͂ΣΑΝ νόσον ἐν τῷ λαῷ. Ideoque non datur *Universalis Medicina*; sed D. *Sennerti* verbis uti *cap*. 18. *de Med. & Meth. Med*. Hoc potius *optandum est quam Sperandum* (inquit ille) *nec hactenùs inventus*

Non datur Universalis Medicina ex plurimis rationibus.

D. Sennert.

tus quisquam, qui sanaverit OMNES *aut* OMNIA. Adeo ut huic metam imponamus ex D. D. Heurnius *Heurnii* dictis lib. 3. de *Meth. ad Prax.* c. 1. *Noscet rectum Medendi usum* IS; *Qui compertum habuerit, quod* CUIQUE *Remedium optimum sit; hac autem est* METHODVS *Medendi, quæ affirmat n[illegible]m* MORBVM *omnibus esse* EVNDEM, *nec ullum remedii genus esse quod habet* EANDEM *vim in singulis.* Sed his 12.*Corollariis*; hucusque satis hæc dicta sunto: Quibus, Doctrinæ *Chymiatricæ* quasi ΦΩ͂Σ καταλαμπόμενον litavimus; Attamèn *Definitioni* Medicinæ nostræ prius adveniamus, hoc quoq; tramite Vulgorum opinio de *Jatrotechniâ* nobis prorsus occurrit. Quibus Vulgaris opinio de Meth. Med. etiam propugnatur bifariàm Methodus Med. vel instar *Artis* REMOVENTIS morbum, sivè PROMOVENTIS sanitatem, necnon ex UTRAQUE, velùt â *Tripode Hippocratiano*, Hanc omnium insignissimã, imò ob arcana ac Latifundia naturæ profundissimã, atq; percontandò diutissimã Hippoc. fateamur Ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ ΤΕ΄ΧΝΗ Μακρὴ, ὁ δὲ ΚΑΙΡΟ͂Σ ὀξὺς, ἡ δὲ ΠΕΙ͂ΡΑ σφαλερὴ, ἡ δὲ ΚΡΙ΄ΣΙΣ χαλεπή. Δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑωϋτὸν, παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν. Unde proin & mihi luculentissimè inferatur, non satis esse candidatis vel Artis nostræ *Neophytis*, ut omnia conficienda prestò sint; sed forsan ægri, omnesque præsentes & forenses hanc ad Chymiatria Definitio vera. *Artem* medendi tam longam, tam difficilem tamque profundam, famulare possent. Jam verò *CHYMIATRIÆ DEFINITIO* adsit, quam de *Legibus* definiendi, καὶ ΤΟ΄ τί ΈΣΤΙ deponamus. *ARTEM esse medendi humanæ valetudini debite* CONSVLTAM *ac* SOLERTEM;

LERTEM; ubi *DEFINITIONIS* partes cum *Definito* sunt in eâdem *Categoriâ*. Atque quare *Medicina* definitur *ARS* propriè, non *Scientia* satis explicetur & firmetur è *Clar. D.* Regii Med. l. 1. c. 1. Ars enim aliquid producit & efficit quia *FINIS* ejus est cujus *OPUS*; è *Scal. Exerc.* 1. *S.* 3. Scientia verò nihil efficit, nihil producit in Actu vel operatione sed contemplatur, à *Testimonio* Arist. 6. Ethic. cujus *FINIS* est veritas & cognitio; Intellectumque Theoricum à factivo & activo differre *FINE* Philosophatur Aristt. l. 3. *de Anim.* c. 8. Ὅλως δ' ὁ ΝΟΥ͂Σ ἐστὶν κατ' ἐνέργειαν τὰ ΠΡΑΓΜΑΤΑ νοῶν. Sic ex hâc *Definitione* dum Dogmaticos Chymiatrus & Ἰατροτέχνης omnes *Candidatos* quasi charissimis ex ulnis amplexamur, Empiricos, inertes & Amethodus omnes quasi manibus ab æquis detrudamus ac eliminemus. Ideoque *Chymiatria* nobis est *ARS consultissima, solertissima, practica, proficiens, Methodo medendi humanæ valetudini.* *Arist.*

1. Est Ars *CONSULTISSIMA* è *Principiis* ratiociniisque verè *Philosophandi*, & ex gratiâ *veritatem* ipsam & *Arcana* naturæ perscrutandi. Quid enim elegantiùs expromamus ab *Arist.*? lib. περὶ ζωῆς καὶ θανάτου cap.2. τῶν τε γὰρ Ἰατρῶν οἱ ΚΟΜΨΟΙ, ἢ ΠΕΡΙΈΡΓΟΙ λέγουσι τὰ περὶ φύσεως περὶ γυμναζευθέντων οἱ ΧΑΡΙΕ΄ΣΤΑΤΟΙ σχεδὸν τελευτῶσιν εἰς τὰς ἈΡΧΑ΄Σ τὰς Ἰατρικάς. Ex concessis comptissimorum Medicorum, ob affinitatem celeberrimam inter res physicas ac Medicas Idcirco dicimus ἀληθεύειν ac vere *philosophando* non omnia *Philosophorum* placita de rebus naturæ, non Δολολογίαι, non errores, sed principia vera, *Chymiatriæ* sive nostræ *Medicinæ* plurimum contulêrunt. Hoc quoque censu D. *Augustinus* lib. 1. de *gen. ad lit.* c. 21. subinnuit phi-

1. Est *Ars* consultissima è Principiis *Philosophiæ. Aristot.*

philosophiam veram S. Scripturis nihil esse repugnantem aut male ingruentem, egregieque *comprobavit* his verbis. *Quicquid Sapientes hujus mundi de Naturâ rerum veraciter demonstrare potuerunt, ostendamus literis nostris* (nempe sacris) *nihil esse contrarium.* Nunc quanto hæc *AR* S est rei magis necessaria, tanto certior at verior, attamen ab *Aristot.* lib. 6. Ethic. *Ars* quam à scientia tam à *prudentiâ* quoque Philosophicâ dignoscatur, velut ars factibilium, sed ποιητῶν, Prudentia agibilium aut πρακτῶν æstimetur; attamen quoad ejus habitum practicum *ad finem* πρακτικὰ καὶ ποιητικὰ nostræ CHYMIATRICÆ perquam eximiè conveniant. Insupèr ob hanc Causam MEDICI optimi philosophi sunt insignes, dum Empirici, Amethodi ac Aniatri plurimi prorsus ignari *MEDICINÆ* Philosophicæ, (contemptis tam *Veterum* scriptis & oleis, quam *Neotericorum* sedulis ratiocinandi & arcana τῆς φύσεως explorandi *Nervis*) non tantum manibus *sordidis* & illotis, sed & animis forsan homicidiis lotis ac obseratis Medicinam usurpare ac arripere sint ausi. Ideoque nobis est *Medicina* ARS consultissima Fundamentisque è verè philosophicis celebranda. Porrò Medicinæ à *principiis* ad *principiata* primò progrediendum est, adeò ut Rerum *principia* causalia vel elementa, elaborationes particulasque radicales, hujus *vestibulo* ratiocinare atque sanè consulere debeamus, quoniam ab *Aristot.* Phys. Lib. 1. Prefat. & ex Metaph. 2. 3. existimamus nosmetipsos Scire Philosophice, cum *principia prima*, causasque rerum cognoscimus & haud priùsquàm. Sic ab hâc Arte *Chymiatricâ* *Rationeque* Medendi nostrâ PNEUMATOSIS principia sint satis intelligenda ac perscrutanda,

Processus hujus Artis.

ſcrutanda, ex quibus *Coctio* hæc ipſa præſtituitur; quoad omniũ *materiam*, efficientem, *formam*, privationemq; finem & Diatheſin; antequàm eorũ THERAPEIA vel PROPHYLAXIS methodo cũ debitâ ſuſcipiatur. Denique cum *Peripateticis* ſubſtituitur alia concluſio, viz. quid à *magis univerſalibus* ad minùs *univerſalia* omni veræ Diſciplinæ naturalis ſtructurâ (& tunc noſtrâ Chymiatriâ) progrediendum eſt. Quapropter hâc arte ſcientifica quoad *Pneumatoſin*, primo concoctionem (in humano corpore) in *Genere*, ſed poſthac hanc in *Specie* de *Pneumatoſi* philoſophice conſulamus, ſed dein ad varia principia, elaborationes, quartæque coctionis *vaſa* quaſi per ſcalas & greſſus conſcendamus; ſic ab univerſalibus ad *ſingularia* rationis philoſophicæ, â lumine & â flumine ſtriatim procedamus. Namque â quibus aliquid nobis eſt inſitum â naturâ ut progrediamur, ab iis progrediendum ſit, ſed à Naturâ nobis eſt inſita ac exhibita hæc via; quia magis univerſalia ſunt naturæ magis notiora. Quinetiam à magis confuſis, ad *magis diſtincta* & peculiaria optimè progrediamur. Hac adeò methodo totius Chymiatriæ doctrinis & veſtigiis inſtemus quæ ideò Principiis naturæ artis *CONSULTISSIMÆ* nomine, nobis ſemper inſigniatur.

2. *ARS* pariter eſt *SOLERTISSSIMA* ac *ſubtiliſſima* è *PRINCIPIIS CHYMICIS*, inquantum à Naturâ, ejuſque elaborationibus *ſpagyricis* proveniunt; Etenim iſta principia *Pneumatoſis* & aliarum Concoctionum non ſunt ab Arte, ſed à *Naturâ* valdè conſpicua, & ab his *PRINCIPIIS*, concoctionum corporis omnium, *ſuccorum*, humorum, *Craſeων*, colorum, odorum, ſaporum, *qualitatum*, conſpirationum & repug- 2. Quomodo ſit *ARS* ſubtiliſſima ac ſolertiſſima è *PRINCIPIIS Chymicis.*

repugnantiarum *Ratio* datur ex hâc Chymiatricâ, quæ igitur est *Solertissima*. De hâc re quoque D. *Sennertum* propriisque verbis Cap. 11. de *Princ. Chym.* excogitemus. Appellantur (inquit) & *Formalia principia*, quæ, ut *Recentiores de iis loquuntur*, *Temperamentorum* CRASEΩN, *separationum*, COCTIONUM *aliorumque Actionum Causæ sunt*, ABDITOSQUE *agendi* MODOS *aperiunt &* OCCULTARUM *proprietatum*, *quæ vulgò inscitiæ Asylum esse soleant*, *explicationem suppeditant*. Et ideò hæc Ars est *Solertissima*, quâ nihilominùs incerta, & absurda Dogmata *Paracelsi* vocabulis ejus barbaris, sesquipedalibus, vanis & inauditis, detestamur. Insuper & artem tam *subtilem* esse constat è *testimoniis* Plurimorum *Eruditorum* Chymicophilωn, sic & inquit P. J. *faber* in ejus *Pal. Spag.* cap. 9. *Quod mysterium* (i. e. artis Chymicæ ab his principiis, quibus ars imitatur naturam) *quidem adeò Intellectu* DIFFICILLIMUM *est*, *nisi* EXPERIENTIA *ipsa comprobetur*, *aut acutissimo Mentis* EXAMINE *perpendatur*; *unde intelligunt omnes opus Chymicum & Arcanum doceri* VERBIS *non posse nisi* ACTU & EXPERIENTIA, &c. Et *ARS* (inquit Fabius *Severinus*) *Perspicuo Ingenio* INVENTA, sed ab antiquitate *Hermes* ipse in *sua Tab. Smaragd.* testatur his verbis. *Et verum absque mendacio*, *certum*, *certissimum ad perpetranda miracula*, Pater *ejus est SOL*, *mater LUNA*, Portavit *VENTUS in ventre suo*, *Nutrix ejus est Terra*, *& vis ejus est integra sic habebis* GLORIAM *claritatis*; *totius* Mundi; *ideò fugiet à te omnis obscuritas*. Enimverò hæc omnia solvuntur huic XYMIOTEΧNH, ejusque Ritibus Solennibus Principiis *Chymicis*, Elaborationibus, *Indicationibusque* propter insinuationem medendi omnibus, quæ nostræ *methodo* meden-

D. Sennert.

P. J. Faber.

☞

medendi inserviant; unde fit & hæc insinuatio de *Capite* ac P N E U M A T O S I perquam ingenua. Quippe S O L E R T I A tanquam *Eustochia* gratulatur, & *Eustochia* est benè conjecturativa de quibuscunque. Sic solertia hæc est facilis atque acutissima conjecturatio, *circa mediorum* inventionem curandi, viz. in *Therapeuticis* & *Prophylacticis* tanquam pilulæ amaræ cum Syrupo dulci solertèr administrentur. Et huic Medicorum SOLERTIÆ retulit D. *Chrysostom:* in *Psal.* 51. Historiam de sapientiâ *Nathanis* ad Davidem quasi *correptione* astuta captam. Nunc per totum individuum non opus est majori Chymiatricæ artis ac inventionis SOLERTIA, quam capite PNEUMATOSIQUE, ex hujus cognoscendi Arte, curandi, corrigendique. Hoc etiam ex instantiis ferè haud numerandis de iis qui maniâ, melancholicâ, *delyriis*, phrenitide, &c. Correpti sunt, facillime confabularemur. Ast millium instar, unum exemplum ex *Jo. Manlio* in L. C. in medium proferamus, de Medico apprimè experto nervis & arte navante cum Ægroto; Qui à *Phrenitide* correptus erat, cibumque accipere nollet, dum se MORTUUM esse dicebat & imaginabat; sed *Medicus* hic callens, solertia subilitateque utens robustum & voracem Monachum sub ejusdem insaniæ prætextu submisit, & illum propè in Lectulo collocavit, qui se etiam MORTUUM esse dicebat potum tamen & cibum sibiipsi exposcebat & avidè devoravit! tunc inquit alter (qui verè laboravit insaniâ) *hah! quid hoc? an mortui comedunt!* Subdidit alter (insaniam fingens) *& edunt & potant omnes mortui*; hoc dicto cæpit etiam hic reipsâ insanus edere & avidiùs epotàre, postea verò quum ad *Dieteticam* rationē è medici

dici *consiliis* & artibus edere atque bibere continuasset, multos post dies â *Phrenitidis* ergastulo fælicissimè liberatus erat, magis ab ista solertiâ quam curandi ratione vel ab arte simplici. Tamen est ex principiis subtilissimis *solertia* consultissima, ad humores, proprietates, morbos, motusque appropriata, vel quoad *eubuliam* vel *eustochiam*. Empiricis autem & *Amethodis* hoc nihil gratificet, nec *experimentum* possit esse fundamentum, aut hujus artis solertiæq; causa sit quam *Empyrici* cõfidenter autumaverint. Namque fallax est (ex Hippoc. 1. lib. 1. Aphor.) Ars hæc solers si compararetur ab experimentis; & nullus Artifex aut Mechanicus esset qui non esset indè solers ac expertus. Quamobrem medicinis solenter adhibendis non tam requiritur experimentũ, quàm principiorum cognitio Chymiatrica ac dijudicatio philosophica quæ in nostrâ *Physiologiâ*, *Pathologia*, *Semeioticâque Chymiatr.* præcedit. Hâc inspectione debite præeunte non experimentum acquisitioni *habitus* curandi sufficiat. Sed ad *artis* Chymiatricæ SOLERTIAM satis hæc dicta sunto.

3. *Ars* est PRACTICA ex utrisque *Principiis* quomodo

3. Chymiatriæ quoque *Practicus* est *Habitus*, namque speculativus ultimò sistitur in cognitione; sed *FINIS* hujus ultimus est *practicus* & refertur ad operationem. Undè ex *Arist.* lib. 3. de Anim. cap. 5. & 8. τὸ αὐτὸ δ' ἐστὶν, ἡ κατ' ἐνέργειαν ἐπιστήμη τῷ πράγματι· Sic paulò post: Ὅλως δὲ ὁ νοῦς ἐστὶν ὁ κατ' ἐνέργειαν τὰ πράγματα νοῶν, ἆρα δ' ἐνδέχεται τῶν κεχωρισμένων τι νοεῖν, ubi discrimen inter scientiam actu ac potestate disquiritur ex *fine*. Hujusque CHYMIATRIÆ *finis* est opus, vel 1. quoad *Medicinæ* CONFECTIONEM. 2. Vel *ADMINISTRATIONEM*; & 3. UTRIUSQUE *Curationem* humanæque valetudinis.

Aristot. ?

1. Ad

1. Ad ejus *Medicinæ CONFECTIONEM* dicitur ΠΟΙΗΤΙΚΗ; sed operationes ejus ac processus dividantur in ΔΙΑΚΡΙΣΙΝ & ΣΥΓΚΡΙΣΙΝ utpotè priùs eliminavimus à *Principiis elaborandis*; undè paramus *Olea*, Spiritus, *Extracta*, Sales, *Elixires*, Aquas, *Flores*, &c. aliaq; *Medicinæ* potissimùm inservientia, & omnes suas operas ac ἐργασίας ad certum finem, Artemque Medicinæ, nempè *Resolvendo*, purificando, *Præcipitando*, exaltando, Rectificando, & *Uniendo*, dirigit *Chymiater*. Sic inquit D. *Sennert*. cap. 1. de *Nat*. Chym. MEDICO *solùm inservire cupit verus* CHYMICUS, *& præparationibus ejus omnibus ingeniosis ac subtilioribus, quàm aliàs fieri solet, efficaciora & utilia ad sanandum Medico Instrumenta suppeditat, vel peculiarem Artem non constituit, vel certè quod artis est suæ ad Pharmacopæam applicare possit*. Insupèr & fateamur ARTEM nullam esse veram solidamque, quæ quibusdam è certis *Principiis* non expromatur; necnon hujus *Artis* utilissimæ *Processus* penè infinitos ac formulas operationum (tamen à PRINCIPIIS certis) deductas agnoscamus, atque D. *Sennert*. verbis absque vacillatione concredamus in ejus *Append*. cap. 19. quæ sunt. *Verumenimverò cùm ut* MEDICINA *ita & hæc* CHYMIA *naturali Scientiæ subjiciatur, omninò etiam in operando*, LEGES *Naturæ sequi; & ad earum ductum operationes suas instituere debet, ut inter* PHYSICAM *&* CHYMICAM *mutuus consensus sit. Ita ut* PRINCIPIA *Naturalia* CHYMIÆ *&* OPERATIONES *Chymicæ Principiis Naturalibus respondeant*. Et adeò ex *Arist*. περὶ ζώων γεν. l. 2. c. 1. ἡ ΤΕΧΝΗ Ἀρχὴ καὶ τὸ εἶδος τοῦ ΓΙΝΟΜΕΝΟΥ ἐστί.

Trifariam 1. Quoad ejus Medicinæ *Confectionem*.

D. *Sennert*.

 2. Quoad

2. Quoad ejus *Administrationem*.

2. Quoad ejus ADMINISTRATIONEM supra memoravimus, & quomodo Artis hujus Chymiatricæ *Principia* ad PRAXIN administrandi ducimus, satis & ample probavimus è *COROLLARIIS*, unde dicitur ἡ ΠΡΑΚΤΙΚΗ Cujus methodo dogmaticâ (quemadmodùm diximus) requiruntur INDICATIONES Medicæ. Nunc in INDICATIONE *Comprehensio* fit utriusque TERMINI, viz ab

1. Indicationes à *Pneumatosi* tam ad Therapeiam quam ad *Prophylaxin*

1. *Indicante* ad *Indicatum*; necnon ab *Apprehensione* rei juvantis â Naturâ. *Quæ* curativis omnibus adeò præconsulenda sit, ac prosequenda ob affinitatem inter ACTIONES *indicatas* (cum earum circumstantiis) & *functiones medicas*. Constitutionis hujus Animalis Affectibus τὸ INDICANS est κατὰ φύσιν aut παρὰ φύσιν. Et

1. Generatim.
2. Membratim.

1. *Quoad* hujus *Hygieinam* ΚΑΤΑ' φύσιν. Ast

2. ΠΑΡΑ' φύσιν, *Therapeuticis* atque prophylacticis sese nobis offert. Porrò INDICANS est in *Genere*, vel *Specie*; è *Galen.* lib. 9. de Meth. Med. *Generatim* & *Membratim*.

1. TO' *Indicans* GENERATIM fit à Corporis statu, necnon ab aliis *Coctionibus*, succis, *Principiisque* relativè perpendatur; sicubi tantum indicat quid prosequendum est in *Genere*, vel ad *Curationem*, sivè *Cautionem*.

2. Sed Indicans *Membratim* vel in SPECIE; Principaliter, vel minus Principaliter aucupatur. Et principialitèr INDICANS est Νόσος ipsæ viribus Δυνάμεων principiorum motibusque lib. 3. Gal. & 9. de Meth. Med. vel ab Αἰτία ἢ νοσήματος, vel ab ἐνεργείᾳ ac affectu; & minus principalitèr à *Partibus*. ex. lib. 5. Gal. Meth. Med. Ast aliquid insupèr ab his coindicare aut contraindicare valeat, & inquit Gal. l. 13. de Meth. Med. COINDICANTIA

Galen.

TIA

TIA voco *virtutem*, Naturam, *Ætatem* Morem & siquà sunt id genus; Unde quid agendum est *Specifice*, vel Membratim, pro capite, ac *Pneumatosi*, vel ob hanc Familiam Animalem, inter *pharmaceutica* Chymiatricas comparanda, quid eligendum atque Indicatur. Attamen *Indicans* est à Patientis *Viribus* (Hipp. *Aphor.* 13. lib. 1.) vel ab affectis & Symptomatibus est minus principaliter quum à *Principiis* Morbi; Sed abinde (ut diximus) coindicantia vel contraindicantia atque *prohibentia* vel *cum* vel sine circumstantiis efferuntur ad *Tribunal.* Nunc ex consensu, dissensuvè *indicantium* horum, quid agendum est ad ejus *Therapeiam* aut *Prophylaxin* aptè ratiocinemur atque proliciamus; Quot enim sunt quæ nobis insinuant quid sit agendum, tot erunt INDICATIONES. Quibus satis. *Hippoc.*

2. Quoad *INDICATA* (*Indicantis* ex parte); præcipuaq; denotant *Actionem Medicam* aut Instrumentum. Quippè *Indicatis* manuducitur *ACTIO* aliquid ad *medendum* (dum *mederi* (sed haud *Sanitudo* ipsa cum vulgis) nobis à *Clar.* Regio *Præceptore*, in proximo fine Medicinæ teneamus) Nunc talis ACTIO vel prosequenda vel sit effugienda; 1. Actio prosequenda constitutionis hujus animalis Sanitatem versùs, est vel 1. *Conferens*, 2. vel nocens & *auferens.* Exindè status cerebri an sanus sit *indicatur*, ab elaborationibus *Pneumatosis* & actionibus sanis, indicatque suam conservationem vel Hygieinam (in proximâ *Sectione.*) Status autem Convalescens, suæ *Præservationis*, ac *Prophylaxis* est TO' indicans; Sed ejus *Status morbosus* est TO' *indicans Therapeuticæ*, medicinæ ac remediorū. Quippè *Chymiatrorum* officia propriaque sunt sanitatem ab omni languore tueri,

2. Ejus INDICATA ab Actionibus & Elaborationibus.

To indicans Prophylaxis ac Hygieinæ & Therapeiæ

MORBOSOS tutò, cito, jucundeque recuperare, convalescentes reficere, Symptomata diminuere. *Senes*, Pueros, *Debilesque* resocillare ac fovere. His ducibus absolvatur opus medendi fœlicissime; his & omnibus perpensis.

3. *Chymiatriæ* pensum utrinque tam quoad ejus *præparationes* quam *dispensationes* expendamus, proin & ejus habitus *Practicus* medendi planè deprehendatur atque capescatur; sicubi inter *Chymiatros* Empiricosque differentia sit satis atque magis indicabitur.

4. ARS Chymiatr. etiam est *proficiens*, non semper usque ad Sanitatem, sed ad *Medelam*, ejusque finem proximum ex habitu practico promovens. Quippè *finis hujus* ultimus non desumendus est ex intentione Medici, sed ex *Naturâ* Medicinæ, ac juxta exigentiam hujus *Artis* & Disciplinæ. Nunc exigentia vel Scopus proximus hujus Artis *Chymiatricæ* est Sanare, nondum *Sanitas*. Unde probe dicitur Ars P*roficiens*, imò & P*erficiens* in ejus *Encheirisi* vel praxi, regulas, methodos, principia, operationes, indicationesque medendi; quatenùs & insuper (è ratione certâ methodicaq;) tam S*imilia Similibus* quoad homogenea ac naturam, quam *Contraria Contrariis* quoad Heterogenea Morbosque ministrat. Quippè *Galenus* ipse nobis planè subinnuit his verbis lib. 3. de *Meth. Med. Rursus* (inquit) *repetendum, quod prius diximus in* INDICATIONE, *quæ à sicco humidoque; Nam sicut in illis humidior natura humidiora, siccior sicciora Medicamenta exigebat; ita nunc calidor calidiora, frigidior frigidiora requiret*. i. e. Similia *Similibus*; Quum quoque contra (inquit) *Quæ* SECUNDUM *naturam sunt* (nempè Homogenea) *SIMILIUM sibi sunt Indicativa; quæ præter Naturam* (scilicet Hete-

ARS est Proficiens Medicinaq; *Perficiens* & quomodo?

Galen.

Heterogenea) *Contrariorum*. Hoc censu deprehendimus *Hippoc.* *Aph.* 22. S. atque *Galen.* in Art. Medic. c. 8. 9. ἡ ἼΑΣΙΣ ἵνα μὴδ ἔχει καὶ πρῶτον κοινώτατον Σκόπον αὐτῶ τὸ μέλλοντι λυθήσεσθαι τὸ ἘΝΑΝΤΙΟΝ, &c. *Hippoc.*

Curationis intentio præcipua datur ad id quod est *CONTRARIUM* Diatheſi auferendæ; quapropter omne quod eſt vitium, ac *præter naturam* tollendum indicat ejus *ablationem*, cujus ideò ſcopus & intentio datur ad contrarium. Sed omne quod eſt homogeneum & ſanum indicat ejus conſervationem & opem, nempe per *ſimilia*; dein & ex conceſſis *Galenicis* eligenda ſint medicamenta, quæ ſunt optimè familiaria ac appropriata parti laboranti, (*principiis* & affectis traloquuntur alii) quæ familiaritas in *ſimilitudine* conſiſtit. Jam j m hæc ars *Chymiatria* ſivè ſanationis, huic methodo (præ aliis &) utrinque inſervit, undè de jure merito *Medicinæ* proficiens atque *Perficiens* appellatur. Nec obſtat, licèt hujus *ARTIS* cultor & Alumnus PRAXIN ſibiipſi nuſpiam intendit, tamen *ars* ipſa praxin, ejuſque finem medicum, ex habitu ſuo practico διὰ παντὸς intendit. Ars eſt *Pneumatoſi* quoque proficiens, & huic *Oeconomiæ* ſpecifica præſidia *viz.* χειρουργικά, φαρμακευτικά & Διαιτητικά promovet, quæ Sanationi præcautionique optimè conveniant.

1. TA' *DIAIETICA* Cephalica, Pneumatoſique inſervientia indicantur à *principiis*, in vitio; dein & à ſpeciè morbi, Ægrotantis viribus, elaborationibus, aut ſubjecti naturâ; ſic inquit Gal. lib. 9. de Meth. Med. Niſi quis indicationum poteſtates examinet, nequeat ſane menſuram; rationemque *VICTUS* invenire.

2. TA' *Chirurgica* manualia; quæ ſint per *venæſectionem*, fonticulos, *Hirudines*, Uſtiones, *Caute-*

terias, Cucurbitulas, Vesicatoria, Ligaturas, aut alia. Quæ Compressa & c ssa oita Corrigant.

3. TA pharmaceutica Chymico Galenica coctioni constitutionique animali specifica consistunt in κενωτικοῖς aut in ἀλλοιωτικοῖς. Et

1 Ex Galenicis. 1. Τὰ ΚΕΝΩΤΙΚΑ sunt vel elementa appropriata, Catharticaque aut Alexiteria.

2. Ex Chymicis. 2. Sed ἈΛΛΟΙΩΤΙΚΑ aut alterantia sunt multifaria quæ non tantùm concretis, aut quoad humores succosq; elementares statuuntur ex Electuariis, Julepis, Jusculis, Tabellis, bolis, potionibus, pilulis, Cephalicis Errhinis, masticatoriis, &c. verum etiam potissimumque ABSTRACTIS & quoad hujus coctionis particulas Radicales varieque fermentativas; & principia ejus compagis, quaquaversus exagitantia ventriculis, sulphurea, salina, mercurialia, &c. à statu debito Pneumatosis cerebri, membranarum vasorum aut nervosi generis CRASIN pervertentia. Partim Spagyricè consamulantur in Extractis, Oleis, Essentiis, Salibus, Tincturis, Spiritibus, Chalibeatis, & Magisteriis ac archicephalicis Arcanis ad rem per expertissimos Chymiatros perlicitis & exantlatis namque οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ Μέγα. Necnon adhibeantur Extrinseca, frictionibus, exercitiis, Lusibus, Gressibus, sternutatoriis, Oleis, Balsamis, Cucuphis, Linimentis, & Emplastris, & quantò morbi sunt profundiores aut occultantur in eorum qualitatibus, tantò magis efficacia sint Chymica Medic. ob penetrationem eorum radicaliorem, quippe Jatrophili reconditiores, occultiores Morborum Proprietates studuerunt. Partim etiam Remedia sint.

2. GALENICA quoad *humores*, succos, res *Elementares*, qualitates apertiores, atque leviores morbos.

3. Ast Potissimum ex utrisque conflata sint, de quibus efficacissimis, (instar aliorum) habeamus exemplum è *Quercet:* Herm: Med: Def: c. 23. de uno *Electuario*, necnon his verbis, quæ sunt. *DOMINUS* de *LUINES dictus* de Formentiores *Conciliarii munere Principe Senatus* Regii *Prætorio olim defunctus; Magnæ vir Eruditionis ac nominis, nobilitatis genere clarissimus, & de omnibus tum publicè tum privatim benè meritus, qui indefessâ diligentiâ, præstantissimus Arcanis naturæ, ac iis potissimùm, quæ sanitati vel tuendæ vel restituendæ conducunt, invigilabat. Ejusmodi enim* REMEDIIS *inquirendis sedulò incubuit, quòd olim ex infirmâ (quâ languebat)* VALETUDINE, *quùm nullis remediis malum evincere potuisset ac deploratæ salutis à Medicis judicaretur, una tantum* TABELLA *cujusdam Electuarii* CHYMICI *magnæ virtutis*, *à* Dom. de la Nova *Nobilissimâ ac Prudentissima Heroissa adjutus, MIRIFICE brevique convaluit; denique vomitu ab hoc Medicamento omnem IMPURITATEM tenacem ac viscosam instar ovorum Albuminis, rotundam ac crassitie, magnitudineque hylo æqualem, variis infectam coloribus, quam quasi motu præditam dixisses, ex stomacho & ventriculo eduxerit, unde ingenti gaudio se planè integræ valetudini restitutum esse tunc exclamarit. Hinc deinceps magno flagravit, non tantum hujus* SECRETI *addiscendi ardore, sed aliorum etiam non minùs egregiorum investigationi incumbendi.* Omnibus his administratis, ratione methodoque *Chymiatricâ*, hanc artem apprimè *proficientem*, medici-

3. Ast potissimum ex utrisque.

Dom. de Luines.

dicinamque perficientem concludamus, tamen ab hâc *Praxi* Pseudiatros *Empiricos* ac inertes *Amethodos* (qui *Patientibus* cramben ex Authoribus millies masticatam imponunt) excludamus. Quippè

Sit modus in DANDO, *Quis, Quid? cui? Quomodo? Quando?*

SECT.

SECT. V.

De Capitis & ANIMALIS *Familiæ, Pneumatosisque Conservatione ac Hygienâ quam* GENERICA *tam* SPECIFICA *atque Dignitate Medicinæ Medicique.*

PNEUMATOSIS & ejus constitutionis animalis *Eucrasian*, atq; Sanitatem ab elaborationibus & actionibus sanis indicatam satis enucleavimus; necnon abinde indicatur ejus *Hygiastica* vel *actio conservativa*, quæ non tantum à Medicis sed etiam ab *aliis* pro seipsis excubetur. Inquit *Plato* ῾ΥΓΙΑΙ'ΝΕΙΝ μὲν ἌΡΙΣΤΟΝ, τὸ δὲ δεύτερον καλὸν γενέσθαι. Hæc Ars Scientifera, *Philosophico-medica* & *Medico Chymica* ab hominibus exquiretur, ut *Pneumatosis Actio Conservativa.*

1. Ars hæc â *Prioribus* exerta sit.
2. Ut à *Posterioribus*.

1. Ars hæc â *Prioribus*, viam, scopumque ex principiis & *Causis ad Effecta* complanat; & hanc quoque Chymiatris dogmaticis atque peritissimè callentibus præsignavimus.

2. Sed hæc ut â *Posterioribus*; progreditur è contrario, & *ab effectis causas* vergens unde aliis etiam hanc *Artem* & *munus* statuimus quoniam ῾ΥΓΙΕΙΝΑ ὑγίειαν ἐμποιεῖ, τὰ δὲ νοσώδη, νόσον. Namque posterior hæc est ars *Sensitivè* medica, sed altera magis *Intellectivè* & philosophicè. Prior est (ad Scopum) magis evidens & distincta, dum *TOTUM* ibidem per partes & particulas extricatur;

atque

atque posterior est confusior & minus distincta dum *Totum* ut compositum aut compages pertractatur. Porro Artis prioris disquisitione (quoad animalem constitutionem) res παρὰ φύσιν, nempe *Diathesis ejus morbosæ* Curatio ac correctio, *Valetudinariæque* præcautio ac præservatio similibus tamen excludentibus *per vim Contrariam Curativamque* perquiruntur. Sed hâc Arte tuendæ suæ Sanitatis posteriori, *Hygiena* postulatur per *vim similem atque conservativam.* Necnon (attestante Clar. *Glissonio*) *Similium electio* est conservationis actioni maximè propria; nimirum eorum quæ sunt *similia* vel quoad substantiam, vel quoad quasdam qualitates. Et hoc modo hujus Oeconomiæ spirituum sanam temperiem, modum, motum, organorum constructionem, nervosum genus continuitatem, indies ac dietæticè conservemus. Hujusque *SIMILIUM Electionis* ratio datur & indicatur â *principiis* elaborandis. *AGENS* enim rem exagitandam, conversamque sibi quadantenùs & assimilandam arguit. Sic extricavit D. *Schroderus* in *Pharm. Med. Chym. cap.* 36. ex *Agripp.* his verbis. *Unaquæque res movet & convertit ad suum* SIMILE, *atque reclinat ad seipsam, secundum* TOTUM *posse suum tam in PROPRIETATE* i. e. *Virtute occultâ* qnam in *QUALITATE*, i. e. *Virtute Elementali. Quandoque etiam in ipsâ substantiâ sicut in sale videmus, nam quicquid diu steterit cum sale fit sal; omne enim agens cum agere cæperit non ad inferius seipso movet: Sed quodammodo, quoad fieri potest ad sui* PAR *& consentaneum. Quod etiam manifesto videmus in* Animantibus *Sensibilibus, in quibus* CIBUM *non in berbam vel Plantam nutritiva virtus permutat, sed in Carnem transmutat sensibilem. Quibus in rebus inest alicujus qualitatis vel*

Pneum. Conservatur ex virtute similium. D. Glisson.

D. Schroder.

PRO-

PROPRIETATIS *excessus, sivè insit ipsis per naturam, sivè quandoque etiam per artem vel casum; hæ res ad talem* QUALITATEM, *Passionem*, VIRTUTEM *maximè movent & Provocant, sic ignis movet ad ignem, aqua ad aquam.* Sic & una *PARTICULA* movet ad alteram sibi ipsi similem, unde fit *electio SIMILIUM* τὸ μὲν ὍΜΟΙΟΝ ὑπὸ τοῦ ὁμοίου ΠΑ͂Ν ἀπαθὲς ἐστί. Actio tamen prout est Diversa ita rei factæ vel elaboratæ naturam ex ejus *variis principiis* particulisque arguit Ideò Nutrimenti Membra curriculo cōsignata sunt; materiei coquendæ *elaboratio* dein suffectura sit, ac *assimilatio*. 1. *PARTICULIS* demùm. 2. Et *Partibus* magis sensibilibus. Necnon è *Gal. Meth. Med.* l.8. satis ad rem expromamus, *dictum enim* (inquit ille) *id quod secundum naturam est* SIMILIA *semper postulare, quod præter naturam est* CONTRARIA; *siquidèm quod naturalitèr se babet* CUSTODIRE, *quod præter naturam est* TOLLERE *oportet.* Sic lib. 5. *Indicat* (inquit) *vitium ipsum ut curetur, sibi applicandum esse* Contrarium; *sed ipsæ* Particulæ, *quod sibi sit* Simillimum. Quamobrèm Arte nostrâ *HYGIENICA* processus agamus. 1. *GENERE*. 2. Et in *SPECIE*. Galen. Bifariam 1. in Genere. 2. in Specie.

1. Ejus *conservatione GENERICA* quæ totius corporis familiis omnibus, *viz. Natural.* vitali & *animali* sanè congruat. Et editur, in 6. rebus *non-naturalibus* utendis, ratione planè diætetica usque ad metam Quantitatis, Qualitatem, sumendi temporis ordinemque. Sic *Hippocrates* Cuidam quærenti consilium de *Sanitudine tuendâ* pauculis his verbis imponebat. 1. Ejus CONS. Generica quæ? Hippocr.

Σιτία, ποτά, ὕπνοι, ἀφροδίσια πάντα ΜΕΤΡΙ'Α.

Omnia-

Omniaque mediocritate ac absque subita corporis alteratione fiant ex Hippoc. lib. 2. Aphor. 7. Τὸ κατὰ πολὺ ἐξαπίνης κενοῦν, ἢ πληροῦν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως· ὁκωσοῦν τὸ σῶμα κινεῖν σφαλερόν. Τὸ δὲ κατ' ὀλίγον ἀσφαλὲς, καὶ ἄλλως, ἢν τις ἐξ ἑτέρου ἐφ' ἕτερον μεταβαίνῃ. Quippè πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον· Omne nimium est naturæ inimicum. Quamlibèt enim *Aphorismus* maximè cautionem, corporis evacuationi, Analogicè tamen huic conservationi *Genericæ* propilet; dum plus periculi ab intemperantiâ, subitisque vicibus imminet, ex partis *principalis* spirituumque læsione, quam ab aliis; adeo ut ejus *CRASIS* tam quoad *principiorum* motus quam humorum tantò magis est præcavenda. Undè *Conservatione Genericâ* PNEUMATOSIS, ex ratione nostrâ diæteticâ præcaveantur quatuor 1. *Insuetudo* vel innovatio. 2. *Confusio*. 3. *Intemperantia*, & administrandi rerum nonnaturalium. 4. *Partialitas*.

Vnde quatuor Præcautiones.

1. Ne fit Innovatio vel insuetudo rerum.

1. Ratioque primæ *Præcautionis* deponitur ex *Hipp.* lib. 2. *Aphor.* 50. Τὰ ἐκ πολλοῦ χρόνου συνήθεα κἂν ᾖ χείρω τῶν ἀσυνήθων ἧσσον ἐνοχλεῖν εἰώθε. Δεῖ οὖν καὶ ἐς τὰ ἀσυνήθεα μεταβάλλειν. Quarum enim rerum inveteravit consuetudo de *diæta* susque deque habitâ, licèt illæ quæ sint deteriores, minùs tamen insuetis perperàm afficiunt. Paritèr & *Gal. de vict. Rat. com.* 11. *Multa tamen his* GERMANA, *eorum quæ ventri contingunt atque alia quispiam dixerit* (inquit ille) *& exempli gratiâ Cibos quibus uti consueverunt, facilè ferunt, tametsi natura haudquaquam boni fuerint, similitèr & potus. Cibos autèm quibus uti non consuevêrunt etiam si mali non fuerint molestè fuerunt, consimilique modo potus, &c.* Similia dein & Congruentia vocantur ex Hippoc. 'ΗΔΕΑΦΙΣΜΕ'ΝΑ.

Hippoc.

Galen.

2. Quoad

2. Quoad ejus confusionem ex nimiâ varietate satis ample deprehendendū sit è *Gal.* 3; de usu *Part.* c. 15. quoniam *Natura* nihil agat temerè, nec à principiis suis recedat. Unde ejus dispensandi ratio *nutritionis* ab unaquâque Corporis concocti-one, diligentèr expiscanda sit, ὥσπερ γὰρ (inquit Arist. de *Gen. Anim.* l. 2. c. 5. οἰκονόμος ἀγαθὸς, καὶ ἡ ΦΥ'ΣΙΣ οὐδὲν ἀποβάλλειν εἴωθεν, ἐξ ὧν ἔστι ποιῆσαι τι χρηστὸν. ἐν δὲ ταῖς οἰκονομίαις τῆς γινομένης τροφῆς, ἡ μὲν βελτίστη, τέτακται τοῖς ἐλευθέροις. Adeò ut omne Naturæ motibus principiisque moribusque elaborandi, sit gratum & acceptum, sed è contra non. Ita ΠΡΟΣΦΙΛΕ'Σ ἑκάστῳ τῶν ζώων ΤΟ' κατὰ φύσιν ὥσπερ εἴρηται καὶ πρότερον, διῃρημένων δὲ τῶν ζώων εἰς τὸ ἔνυδρον καὶ πεζὸν τειχῶς τῷ δέχεσθαι τὸν ἀέρα ἢ τὸ ὕδωρ, καὶ τῇ ΚΡΑ'ΣΕΙ τῶν σωμάτων, τὸ δὲ τρίτον ταῖς τροφαῖς, ἀκολουθοῦσιν οἱ βίοι κατὰ ταύτας τὰς διαιρέσεις, τὰ μὲν γὰρ κατὰ τὴν ΚΡΑ'ΣΙ'Ν καὶ τὴν τροφὴν ἀκολουθοῦσι,&c. Arist. περὶ ζώων 'ΙΣ Τορ. l.8. A quibus verè ratiocinādi principiis arguit etiā *Gal.* de vict. Rat. Com. 1. his verbis, *Quod nihil dum sanè concoquitur faciat ullam perturbationem; perturbatio autem hujusmodi paritur ex multis, variis ac confusis eduliis, his quidem ventrem mordentibus, aliis inflantibus, aliis item quæ pugnantibus facultate partibus constant, quod tum in lenticulâ, tum in brassicâ reperiatur. Nempè solidum ipsarum corpus ventrem, jus autem ipsum proritat subducitque. Sic & qui cerebrum cum oleo & garo condiunt,* TOTUM *ex ipsis tum Dissimilare, tum sibiipsi pugnans efficiunt, &c. Quo fit, ut qui de* Concoctione *scripserunt ciborum* varietatem, *præsertimque ubi variis constent facultatibus nocentissimam dixerunt. Observant ideò maxime tum qui* LUCTANTUR *tum qui* LEGITIME *certant.* Sic ille.

2. Ne sit Confusio.

Arist.

3. Ne sit nimium aut parum Sebast. Scrofa. 3. *NIMIUM* & *PARUM* præcaveatur haud tantûmodò ob *Quantitatem* quantùm ob *Qualitatem* rerum *nonnatur:* Sicubi *Sebast. Scrofa* in *Præf. Gal. de Bono Maloque succo* fusius explicuit. Et inter cibi qualitates mediocritatem ex gratia *boni succi* (proventûsque ad corporis omnes concoctiones) statuit, *Mediumque tenuit media Materies, cujus usus* (inquit) *est securissimus; ferè autem accidit ut quo potentior quæque materies est, eò & difficilius excoquatur, tardiusque transeat tùm per ventrem tum per Venas & alimentum cocta præbeat durabilius ac minùs dissipabile.* Propterea

4. Ne Diæta sit nimis Partialis. 4. Genericaque *Conservatione* Diæta fit ad universam rationem Corporis, ejusque concoctionum omnium; ad omnes succos salubres principiaque fovenda, humidique radicalis biolychnium conservandum. Et sic apud Arist. (Arist.) περὶ φυσ. ἀκροάσεως cap. 3. ἔτι δὲ φάμεν ἁπάσας εἶναι τὰς ἀρετὰς ἐν τῷ, πρός τι, πῶς ἔχειν, τὰς μὲν γὰρ τοῦ σώματος, οἷαν ΥΓΙ'ΕΙΑΝ καὶ 'ΕΥΕΞΙ'ΑΝ ἐν κράσει καὶ συμμετρείᾳ ΘΕΡΜΩ͂Ν καὶ ΨΥΧΡΩ͂Ν τίθεμεν, ἢ αὐτῶν πρὸς αὐτὰ τῶν ἐντὸς ἢ πρὸς τὸ περιέχον, sanitas ipsa in optimâ *CRASI* hujus humidi calidi *radicalis* de jure celebratur. Cujus ad *pabulum* in omni corporis cōcoctione Diætetica ratio fit exhibenda ad ejus prædā per totū, & ad indolem omniū. Alimentum ideo è rebus. 6. *Nonnatur*, haud duntaxat his aut illis, sed singulis & omnibus partibus congruat; tamèn ex *quolibet ligno non fit Mercurius*; nec ex quolibet, hoc vel illud principium; neque etiam ex cujuslibet alimenti principio hoc vel illo, partes aut concoctiones omnes & singulæ *parique ratione* nutriantur atque confirmantur. Pulmones enim ab ejus *principiis* magis aereis ventriculus ab acetosis & *nitrosis*; Cor & *Hepar* à salosis forsan & crassioribus; *Felà* sulphureis; Lienque à princi-

principiis alimenti terrestrioribus, sed cerebrum & *Pneum:* à mercurialibus, *spirituosis* & magis aëriis aptè comparatis (ex *Hygienâ Chymiatricâ*) nutriuntur. Quamobrem apud *Schröder:* in *Pharm: Med: Chym: Cap.* 4. *Nutritio* dicitur rerum (non Nat.) *progressio.* Et peractio fit ad ἀκμὴν ab ortu, beneficio materiei nutritivæ, unde subrogatur, quod actu vitali deperit, simulac accedit quoad ἀκμὴν & res augescat. Materies (inquit ille) quia respectu rei nutricandæ *UNIVERSALIOR*, impurior, indigestior existit, *ELABORATUR* subinde *VI* illius Nutritiva, hujusque *MINISTRIS* i.e. depuratur ab *HETEROGENEIS*, evehitur ad Maturitatem, adeoque *INDOLEM* rei nutricandæ induit. Et quid ab exemplis *vegetabilium* necnon Animalium de hâc re clarius eluceat è scriptis D. *Jo. Schröderi* aliorumque *Chymatrωn* expromamus. His *Præcautionibus*, hâc arte *Hygiasticâ* gressus prosperè faciamus, ad cerebri *Pneumatosisque* CRASIN (jugitèr cum aliis ἐργασίαις naturæ corporisque concoctionibus) ex eorum. 6. nonnaturalium usu fideli, & sanè ratiocinato conservandam. Unde Triplici statu Pneumatosis

1. *PNEUMATOSIS* ipsa ex ejus triplici *substantiâ* suppeditetur aut conservetur quà sit 1. *SPIRITUOSA*, in principiis. 2. *MATERIALIS*, in ejus succis. Et 3. Humida & calida in ejus crasi. 1. Ab *Aëre* temperato sereno subtilissime attenuato paratoque, etenim in *Aëre* sit aliquid τὸ Θεῖον ex Hipp. necnon ab odoribus gratis ac idoneis quàm *violarum* Rosarum, &c. sicubi à principiis *Pneumatosi* constitutivis & quidditativis, unde fit SPIRITUOSA. Est ut nihil sit tritius inter operas spagyricas quam sua principia Salis, sulphuris & Mercurii ☿ 1. Quà Pneum. est Spirituosa.

 defen-

defendere, paritèr & natura activa sua principia in *Pneumatosi* (quam aliis elaborationibus) ex virium facultatum δυνάμεων virtutumque insigniorum gratià (tartum aut aliquod tectum) magnopere vindicat, & exaltare delectat. Ex his (cerebri ventriculis) delibatis Principium *Pneumatosis* formale constituitur ope Caloris *duplicis* (ut priùs extricavimus.) Ignis autem vitalis Moderamen fit ab inflatu Aeris ambientis per nares, & quantò copiosior est tantò fortior evadit hic calor ad gradum ejus præparationibus congruentem; Quippe dixit Arist. 3. de Anim. Gen. C. 6 ἀναγκαῖον μὲν γὰρ γίνεσθαι τινὰ ΘΕΡΜΟΤΗΤΑ κατάψυξιν, καὶ τινὰ συμφύτῳ πνεύματι δύναται καταψύχειν Calor hic & Spiritus à Corde refrigerio Caret, & in defectu caloris peccare præstat quam á nimio fervore. Quamobrem Aër omnimodè temperatus clarus & liberrimus sit eligendus.

2. Qua Materialis. 2. Quatenus est *materialis* PNEUMATOSIS sustentatur; à materie, succisque per *Arterias* provectis, qualitatibus imbutis, quibus & *Pneumatosis* facultatibus & exagitationibus variis fideliter obtemperent; Humiditate, liquiditate forsàn ariditate penetrabili fermentabilique comitantur, hoc suo curriculo sive charagmate vitali ad Pneumatosis fores ubi nova fermentatio vel animalis huic materiei occurrat. Contrariaque fermentabilia confusa (i.e. nondum sub unum sunt Regimen) potestatem Animalem, aut mixtionem exactam redacta, sin aliquatenus vi caloris siccioris resolvantur è compage materiei mox â VI Potentioris Animalis facultatis elaborentur ad *PNEUMATOSIN* & ab hujus concoctionis *Mercuriositate* ad novam temperiem nempe calidam & humidam; Et ad ejus *Spirituositatem* exaltantur. καὶ τοῦτο δεῖ τὸ

καθ'

καθ' αὐτὸ κινητὸν, καὶ δ' ἄλλην κίνησιν ἕτερον, οἷον ἀλλοιωτὸν κ) ἀλλοιώσεως ὑγιαντὸν, ἢ θερμαντὸν ἕτερον Arist. φυσ. ἀκροάσ. l. 5. c. 1. Idcircò succus hujus *Pneumatosis* materialis ac elementaris, ab *Euchymis*, Eupeptis, & *Eucratis*, sive â cibis optime temperatis, curriculo sanguinis sive peripheria dispensatis proferetur.

3. *Quatenùs* est HUMIDA calidâque suâ *Crasi* sanâ, quæ conveniat *temperaturæ* Animali, sic eleganiiùs asseruit Arist. περὶ Μακροβιότ. κ) βραχυβιότ, cap. 2. Δεῖ γὰρ λαβεῖν ὅτι τὸ ζῶον ἐστὶ φύσει ὑγρὸν κ) θερμὸν κ) τὸ ζῆν τοιοῦτον Animal esse naturâ Humidum & Calidum, ejusque Cerebrum περὶ Ἀσθμ. κ) Ἀισ. cap. 2. Δυνάμει γὰρ θερμὴ ἢ τοῦ ψυχροῦ ὕλη ἐστὶ, ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου γὰρ συνέστηκεν οὗτος γὰρ ὑγρότατος κ) ψυχρότατος τῶν ἐν τῷ σώματι μορίων ἐστὶ præ omnibus partibus corporis est *humidum & frigidum* ex gratia contemperandi proventum aridum calidumque ab Arteriis. *HUMIDUMQUE* Pneumatosis; tunc intellige non humorem madefacem sed *MERCURIALEM* fixiorem & coagulabilem cum aliis principiis, succis atque spiritibus aliis in unum *Purum* ARCANUM διὸ κ) οὐκ ἐστὶ τὸ ὙΓΡΟ῾Ν μάλακον ἀλλὰ τὸ μαλακὸν οὐκ ὑγροῦ. Huic inserviunt & alimenta humida calidaque, & medicamenta ex *Potibus*, Potionibus, *Jusculis*, Julapis, *liquoribusque* depuratis & intus sumptis; Nonnihil autem qualitatis atque quantitatis ratione hâc diætetica [illegible] nobis occurrit aphoristicos ab *Hippoc*. & ad rerum intus sumendarum *Qualitatem* Aphor. 38. lib. 2. Τὸ σμικρῷ χεῖρον κ) πόμα κ) σιτίον, ἥδιον δὲ τῶν βελτιόνων μὲν, ἀηδεστέρων δὲ μᾶλλον αἱρετέον. Non tantùm *ÆGRIS* sed *SANIS* aliquantulum deterior cibus sit (ad totum) gratior, tamen (ad appetitum) est cæteris anteponendus.

3. Quatenùs est humida in crasi calidaque. Arist.

2. Et ad *quantitatem* ex *Hippoc.* Aphor.4. lib.2. Ου πλησμονὴ, ου λιμὸς, ουδ' ἄλλο ουδὲν ἀγαθὸν ὅ, τι ἂν μᾶλλον τῆς φύσιος ᾖ. Nec *nimium nec parum*, nec aliquid bonum, ultra naturæ integritatem mediocritate consistentem conservation nec Generic nec specificæ inserviat; Dum omnia, quæ *temperiem*, Habitum vel Actionem invadunt, *Hygienæ* oppugnant.

2. Præterea hujus quartæ Coctionis *CRASIS* ulterior opituletur aut impediatur.

2. Pneum. Crasis ex somno & vigiliis.

1. Per SOMNUM ac VIGILIAS quoad tempus, Modum, Quantitatem, Locumque, & quum Somnus fit ad Leges Naturæ Μελλίφρων ὕπνος θάλπει κέαρ Cerebrum, Sensorium, Familiamque animalem magnoperè reficit. Quippè τὸ ἔμψυχον πνεῦμα ἡσυχάζειν ζητεῖ, καὶ διὰ τοῦτο (τὰ αἰσθητήρια καταλιπὸν) ἀποκρύπτει ἑαυτὸ εἰς τοὺς ἔσω μυχοὺς, ὅ τι ὕπνον ὀνομάζομεν· καὶ γὰρ καὶ ὑπνοῦν καὶ καθεύδειν, οὐδὲν ἐστιν, εἰμὴ ἔχειν τὰς αἰσθήσεις ἀπὸ τῶν ἔξω ἐργασιῶν ἀναπαυομένας, ἐφ' ᾧ τὰ πνεύματα καμόντα καὶ διεσπαρμένα, καὶ καταλωθέντα ἀναλαμβάνῃ τὸ ζωτικὸν πνεῦμα τὴν ἔμφυτον θερμότητα ἀποκαθιστᾶ, τὸ γὰρ ΨΥΧΙΚΟ'Ν ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἡσυχίαν ἄγον, καὶ ἐπὶ τὰ ἔνδομυχα ἐπιφοιτῶν. Μενοῦν γε ὁ ῞ΥΠΝΟΣ ΈΥΚΑΙΡΟΣ ὢν ἀναθάλπει ἡμᾶς ὅτι τὴν ῥώμην αὐξάνει ἡ γὰρ ὑπερβολὴ τῆς ἀγρυπνείας κάμνειν ποιεῖ, ὅτι καταναλίσκει, οὐ γὰρ οὕτω σφοδρῶς ἡ ἀσιτία ὡς ἡ ἀϋπνία ἐξασθενίσαι ἄν. Spiritus enim quiescunt, suaque intranea quærunt in Somno, unde recreantur, viribusque augescunt, ast è nimiis *vigiliis* plusquam ab *inediis* fatigantur & exhauriuntur. Undè ex *Hippoc.* Lib. 2. Aphor. 3.

2. Pneumatosis cerebrique crasis è somno atque vigiliis

῞ΥΠΝΟΣ, ᾿ΑΓΡΥΠΝΙ'Η, ἀμφότερα τοῦ μετρίου μᾶλλον γινόμενα, ΚΑΚΟ'Ν. Quum somnus & vigiliæ modum excedant, malum denuncient. Quippe *Somnus* à

cerebro

cerebro debet occupari ad *S*pirituum Animalium refectionem, ac instaurationem. Insuper & ex *Aristotele* nuncupatur SOMNUS περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγ. c. 1. καὶ φαίνεται ΣΤΕΡΗΣΙΣ τὶς ὁ ΥΠΝΟΣ τῆς ἐγρηγόρσεως Privatio quædam & Δεσμὸς τοῦ πρώτου ΑΙΣΘΗΤΙΚΟΥ quasi vinculum primi *sensitivi*, pro tempore ac placidissimè sensorium sistens ὁ γὰρ ὕπνος πάθος τι τοῦ ΑΙΣΘΗΤΙΚΟΥ μορίου ἐστὶν οἷον ΔΕΣΜΟΣ ad hujus P*neumatosis* eucrasin & *euthymiasin* longiùs acceptiorem reclinans. Sed è contra ob *nimium Somnum* Spiritus *Animales* incrassentur ac obtundantur; & è vigiliis *nimiis* Pneumatosis nimium ac ferociter exantiatur, spiritus exhauriantur (ut diximus) cruditatesque acquirantur; Imò cerebrum fiat ipsum squalidius usque ad *Animalis* totius *Oeconomiæ* vitium, & ad unam aut aliam *anathymiasin*, sive metastasin iniquam. Sed edocuit *Arist*. lib. de Somn. & Vigil. cap. 1, ἡ δὲ τοῦ ἐγρηγορέναι ΥΠΕΡΒΟΛΗ, ὅτε μὲν ΝΟΣΩΔΗΣ, ὅτε δ' ἄνευ νόσου γίνεται. *Arist.* Ast *Galen*. de *Vict*. *Rat* Com. 2. in hanc Doctrinam ex *HIPPOC*. Commentatur: *Galen.* *Fortis Vigilia* (inquit ille) P*otus cibosque tum crudos tum incoctos reddit*; *verum ea quæ fit transmutatio in alia*, *Corpus dissolvit*, *excoctionem Capitisque gravitatem parit*. Ex nimio Somno S*egnities*, corporisque gravitates; ubi nomen ἘΦΘΟΤΗΤΟΣ usurpatur velut ab *elixatione* per humidiorum calorem atque *more coquinario* uti suprà demonstravimus. *Somni immodici mali.* Vigiliæ siccant & elaborationibus *more Chymico* Principi[redacted] propilant & acuunt, sed Somni humectant, humoresque propalant atque coquunt. *Vigiliarum mala.* Et ab utrisque immodicis, *halitus*, vapores & P*erittomata* redundent; Undè *CAPUT* ipsum hebetur, PNEUMATOSIS valde perperam agatur,

SPIRITUS & SENSUS debilitentur, partes & NERVI ab eorum geniis defraudentur, *succus* NUTRITIUS minus utilis reddatur, morbique plurimi *Cephalici* proveniant.

2. De Motu & *Quiete* pro *Pneum.*

2. *Quinetiam* C R *A S I* hujus Concoctionis inserviunt MOTUS & QUIES secundum leges ac mensuras Naturæ, totaque vita διαιτᾶσθαι εἰς ἄνεσιν καὶ σπουδὴν Studiumque *Sanitatis* (inquit *Hippoc.* 6. Epid.) ἄσκησις ΥΓΙΕΙ'ΑΣ ἀκορίη τροφῆς καὶ ἀοκνίη πόνων est, non Heluonem esse cibis, nec in laboribus otiosum, nè subsultant excrementa sic ab *Arist* 1. *Probl.* 47. & *Gal.* cap. 3. de *cib. bon & mal.* Exercitatio Corporis diversimodè ad morbum vel ad robur trajicit.

Galen.

1. Ad *morbos* quam immediocritèr tam intempestivè sic à *Gal.* 2. de *Tuend. San.* c 2. *Ne prius quàm per Maturam concoctionem succus crudus & incoctus in omnes partes Animalis rapiatur.* Unde cruditates, obstructiones & morbi penè innumeri scaturiunt. Pariter & lib. 8 de Meth. Med. Optimi cibi *sint Gallinacei, Phasiani, Perdices, juvenes columba, &c.* (inquit ille) *sed non hæ tamen intus claudendæ, quum EXCREMENTOSA sint omnia, quæ carent exercitio tunc crassum gignunt succum,* &c. Sed

Pindarus Poëta.

2. Ad robur & *Sanitatem* juxta leges *Hygienicas* atque diæteticas, Pindarus (&c. inquit D. *Heurnius*) meminit Ἀέθλων ἀεξιγυίων certaminum, & exercitionum unde Partes Corporis augescunt, forsàn & â *Plethoricis* atque *Cacochymicis* humoribus evadunt; dum *Galenus* exercitationem Mediocrem iis semper imposuit ex hâc causa lib. 4. & l. 13. *Ubi æquabilitèr* (inquit ille) *succi sunt adaucti Græcè* πλῆθος & ΠΛΗΘΩΡΑ & ubi ΚΑΚΟΧΥΜΙ'Α *sive succorum vitium balneis, sanguinis missione,*

missione, EXERCITATIONE *& frictione curantur.* Et quoad quietum ac exercitionum omnium, *temporis*, modi, *loci*, mensuræque *rationem* Medicis optimè consulamus. Quippè quoties mediocris *exercitatio* poscitur; & quanquam errores priorum concoctionum quandoque per alterius *alterationem* haud facilè corrigantur, attamen per exercitia, *motumque localem*, sudoremque mitem, Coctiones omnes aliquantulum emendari possint. Denique QUIETIS rationem Cecinit *Ovidius* in 4. *Epist.*

Quod caret alternâ requie Durabile non est
Otia Corpus alunt; animus quoque pascitur illis.

Ἡ γὰρ ἀνάπαυσις, τῶν ΠΟ'ΝΩΝ ἄρτυμα ἐστί· Condimentum laboris, à *Plutarcho*.

3. Per *EXCRETA* & RETENTA Pneumatosis CRASIS incommodetur (uti prius explicavimus) & non tantum à suis, sed etiam per *Sympathiam*, & à recrementis retentis sive nimis ejectis partium inferiorum; PRINCIPIUM *enim motionis obstrictoriæ* (Galenus inquit in Com. 3. de *Vict. Rat.*) *ex Infernis Partibus ad Superiores fecerit*, ob eam igitur causam non modò *flatus* verum & alia *Perittomata* in capitis affectu inferantur; & fæces si putrescunt pravâ qualitate *TOTUM* inquinant. Insuper (de *Sanit. Tuend.*) Nulla causa sit uberior ac efficacior ad morbos pullulandos, quam quum *retinentur excernenda*, sit ex *Hipp.* S. 6. Aphor. 27. & l. 2. de *Meth. Med.* his verbis *Diversa sunt ab his quæ excernuntur immodicè à Corpore, & quæ* PRÆTER NATURAM *retinentur, undè functionum vitia & Symtomata.* Quapropter (inquit D. Sennert. *Instit. lib.* 4. *P.* 1. c. 8.)

SPIRITUS & SENSUS debilitentur, partes & NERVI ab eorum geniis defraudentur, *succus* NUTRITIUS minus utilis reddatur, morbique plurimi *Cephalici* proveniant.

2. De Motu & Quiete pro Pneum.

2. *Quinetiam* *CRASI* hujus Concoctionis inserviunt MOTUS & QUIES secundum leges ac mensuras Naturæ, totaque vita διαγέσθαι εἰς ἄνεσιν καὶ σπουδὴν Studiumque *Sanitatis* (inquit *Hippoc.* 6. Epid.) ἄσκησις ὙΓΙΕΙ'ΑΣ ἀκορίη τροφῆς καὶ ἀοκνίη πόνων est, non Heluonem esse cibis, nec in laboribus otiosum, nè subsultant excrementa sic ab *Arist.* 1. *Probl.* 47. & *Gal.* cap. 3. de *cib. bon & mal.* Exercitatio Corporis diversimodè ad morbum vel ad robur trajicit.

Galen.

1. Ad *morbos* quam immediocritèr tam intempestivè sic à *Gal.* 2. de *Tuend. San.* c 2. *Ne prius quàm per Maturam concoctionem succus crudus & incoctus in omnes partes Animalis rapiatur.* Unde cruditates, obstructiones & morbi penè innumeri scaturiunt. Pariter & lib. 8 de Meth. Med. Optimi cibi *sint Gallinacei, Phasiani, Perdices, juvenes columba, &c.* (inquit ille) *sed non hæ tamen intus claudendæ, quum EXCREMENTOSA sint omnia, quæ carent exercitio tunc crassum gignunt succum*, &c. Sed

Pindarus Poëta.

2. Ad robur & *Sanitatem* juxta leges *Hygienicas* atque diætetieas, Pindarus (&c. inquit D. *Heurnius*) meminit Ἄεθλων ἀεξιγυίων certaminum, & exercitionum unde Partes Corporis augescunt, forsàn & â *Plethoricis* atque *Cacochymicis* humoribus evadunt; dum *Galenus* exercitationem Mediocrem iis semper imposuit ex h c causa lib. 4. & l. 13. *Ubi æquabiliter* (inquit ille) *succi sunt adaucti Græcè* πλῆθος & ΠΛΗΘΩΡΑ & ubi ΚΑΚΟΧΥΜΙ'Α *sive succorum vitium balneis, sanguinis missione,*

missione, EXERCITATIONE *& frictione curantur*. Et quoad quietum ac exercitionum omnium, *temporis*, modi, *loci*, mensuræque *rationem* Medicis optimè consulamus. Quippè quoties mediocris *exercitatio* poscitur; & quanquam errores priorum concoctionum quandoque per alterius *alterationem* haud facilè corrigantur, attamen per exercitia, *motumque localem*, sudoremque mitem, Coctiones omnes aliquantulum emendari possint. Denique QUIETIS rationem Cecinit *Ovidius* in 4. *Epist.*

Quod caret alternâ requie Durabile non est
Otia Corpus alunt; animus quoque pascitur illis.

Ἡ γὰρ ἀνάπαυσις, τῶν ΠΟ'ΝΩΝ ἄρτυμα ἐστί Condimentum laboris, à *Plutarcho*.

3. Per *EXCRETA* & RETENTA Pneumatosis CRASIS incommodetur (uti prius explicavimus) & non tantum à suis, sed etiam per *Sympathiam*, & à recrementis retentis sive nimis ejectis partium inferiorum; PRINCIPIUM *enim motionis obstrictoriæ* (Galenus inquit in Com. 3. de *Vict. Rat.*) *ex Infernis Partibus ad Superiores fecerit*, ob eam igitur causam non modò *flatus* verum & alia *Perittomata* in capitis affectu inferantur; & fæces si putrescunt pravâ qualitate *TOTUM* inquinant. Insuper (de *Sanit. Tuend.*) Nulla causa sit uberior ac efficacior ad morbos pullulandos, quam quum *retinentur excernenda*, sit ex *Hipp.* S. 6. Aphor. 27. & l. 2. de *Meth. Med.* his verbis *Diversa sunt ab his quæ excernuntur immodicè à Corpore, & quæ* PRÆTER NATURAM *retinentur, undè functionum vitia & Symtomata.* Quapropter (inquit D. *Sennert. Instit. lib. 4. P. 1. c. 8.*)

c. 8.) Medicus (præ omnibus) τῶν ΕΚΚΡΙΝΟΜΕ´ΝΩΝ καὶ ΕΠΕΧΟΜΕ´ΝΩΝ Rationem habere debet. Quippe magna cognatio fit, nimiaque familiaritas (à D. *Gliss.*) inter Humores alteratione vitiatos, & excretiones retentas. Nunc *Excretorum* perittomatωnque Copiæ, variæque, *Pneumatosi* graviùs incommodant quum partes iis obstruuntur, & tunc principia provocātur ad *malitiam*; Quamverò ab iis exonerantur & absolvantur, corroborantur; Spiritusque ventriculis liberiùs dehinc exagitantur Αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελέουσιν, ἢν μὴ ἐς τὰ πονηρὰ μεταβάλλῃ uvant enim nisi in prava commutentur. Actioni *CONSERVATIVÆ* ea prorsus & præligniter ancillantur quæ celeriùs excretioni subeunt. Ex *Hipp. Aphor.* 18. lib. 2. τῶν τροφῶν 'ΑΘΡΟ´ΩΣ καὶ ΤΑΧΕ´ΩΣ τρέφεται; καὶ αἱ διαχωρήσιες γίγνονται, Maximeque succis *Nutrientibus universis* & iis quæ *CONSERVATIONI GENERICÆ* litantur.

D. Glissan. | Hippoc.

4. Insupèr & ob Animi *PATHEMATA*; Quippe *Lætitiæ*, mediocres voluptates & *Spes Pneumatosi* succurrant, per nervorum enim vias aperiendas *SPIRITUS* placidè dispensantur ad sensus, & per *sensus* ad partes. Proindè ex *Arist.* lib. 3. Ethic. cap. 4. Sensum & intellectum (quatenùs *appetitui* præponantur), voluptatis mensuræ instar, autumant Philosophi, quamdiu τὸ αἰσθητὸν, καὶ τὸ νοητὸν ἢ οἷον δεῖ, καὶ τὸ κρῖνον, ἢ θεωροῦν ἔσται ἐν τῇ ἐνεργείᾳ ἡ ἡδονή. Objectum sensùs aut intellectùs erit tale, voluptas erit Actione Conjunctâ, ubi non solùm Mediocritas servanda, sed opera rebus danda est, quibus oblectemur & gaudeamus. Namque modum vel superant intempe-

4. De passionibus Animæ.

rantes

rantes vulgis, vel iis delectentur quibus non oportet, &c. cap. 11. ὑπερβάλλουσι ἢ τῷ χαίρειν οἷς μὴ δεῖ, ἢ τῷ μᾶλλον, ἢ ὡς οἱ πολλοὶ, ἢ μὴ ὡς δεῖ, ἢ μὴ ᾧ δεῖ. Hæ circumstantiæ (voluptatibus perfruendis) *Pneumatosi* læsiones inferant, Ast non mensuris ac rebus optimis. Etenim *Eudoxus* lib. 10. Eth. cap. 2. voluptatibus felicitatem collocavit hoc sensu, (eumque secutus *Epicurus*) nempe quibus ὁ νήφων λογισμὸς, ὁ τὰς αἰτίας ἐξηρευνῶν πάσης αἱρέσεως καὶ φυγῆς est ratio prudens & temperans causasque rerum omnium eligendarum & fugiendarum explorans; Hæ quoque voluptates Cor lætificant, Familiamque *PNEUMATOSIS* reficiunt; ex quibus etiam μᾶλλων ἕκαστα κρίνουσι, καὶ ἐξακριβοῦσι οἱ μεθ' ἡδονῆς ἐνεργοῦντες. Optimis accuratissimisque judicandi Spiritibus accomodantur. Et abheinc Consilia διὰ αὐτῆς τῆς ψυχῆς ἥδεσθαι fereque divina versiculis ex hisce nobis occurrunt

Si tibi deficiant Medici, MEDICI *tibi fiant*
Hæc tria, MENS *hilaris*, REQUIES, *Moderata* DIÆTA.

Sic & omnino *Divina* sacraque Consilia, è *Tripode* & oraculo *Solomonico* ne flocci-faciamus. Prov. 17. 22. לֵב שָׂמֵחַ יֵיטִב גֵּהָה dum Philosophiam divinitùs inspiratam ex *simplici converso* deprehendamus Animumque lætificantem, medicinæ benêfacere, Medicinamque Cor lætum promovere. Quippe cuique Cordis & capitis *Actioni* voluptas quædam lætifica vel intra Regulam *Sancitur*, καὶ Συνοικειοῦται; Sed è contrà, ab his immodicis *Passionibus*, imò & ab aliis extra modum, nempe à *Tristitiâ*

stitiâ, timore, irâ, odio, & *Invidiâ*, &c. quum ab iis nervi nimis aperiuntur aut perturbantur *ad Cor*, *PNEUMATOSIS* tunc nimiopere debilitetur, infirmetur forsàn & sufflaminetur; crebroque *Lipothymia*, Syncope, *Febres* Corporisque fluxus, aliæque *metastases*, atque Alterationes magis universæ Corripiant. Omnia cerebri ventriculis vel ægerrime feruntur vel blande avocantur à functionibus ob hanc causam. Διὸ χαίροντες ὅτῳ ἐν σφόδρα, ἐ πάνυ δρῶμεν ἕτερον· καὶ ἀλλὰ ποιεῦμεν, ἄλλοις ἠρέμα ἀρεσκόμενοι. Cum vehementèr capiamur aut lætitiâ aut tristitiâ, nihil aliud fere aut liberè agere valeamus. Quamobrèm ex *Hipp. lib. de Sacr. Morb.* *PNEUMATOSIS* hujus *Crasis* diligentius excubetur, ut prorsùs omni commotione sit vacua, & id quod olim subinnuit ille sit indies advertendum ex his verbis. *Sola quies* (inquit) *cerebrique* (CRASIS sana) *sapere facit*, *Prudentiam* rebus *subministrat*, *intellectumque causat*. Ast hucùsq; ad Res 6. *Non naturales*, ex quibus hæc *GENERICA Conservatio* sedulò duplicique modo molienda sit.

Hippoc.

1. *SIMILIUM* & *Eucratorum* Diætam eligendo saneque ratiocinando.

2. *Contrariorum* & *Heterogeneorum* prohibendo, quæ *Pneumatosi*, Spiritibus, Familiæque Animali & Vitali minantur; aut saltèm quæ nihil amplius emòlumenti quam detrimenti conferunt. Quælibet enim res (ex *philos. Naturali*) sese conservare in *ESSE* didicit, quantum in se poterit; & ad *HIGIENÆ* Chymiatricæ intentionem omnibus *Dyscrasiis* ac affectibus impugnabit; sed hactenùs *GENERICÆ* conservationi hæc *dicta sunto*.

2 Dein-

2. Deinceps post UNIVERSALIA sive quæ *generis* intentioni præstituuntur; COCTIONEM hanc, deindeque familiâm, CONSTITUTIONEMQUE *animalem* ipsam ex conservatione SPECIFICA sustentare, atque in spirituum exagitationibus magis optatis eorum procreationem, temperiem distributioni excubare debemus. Quippe è *philosophandi* principiis advertendum est hoc â naturâ bifariam. 2. De Conservatione *Specificâ* Pneumatosis

1. Quoad *Ordinem Naturæ*; & hoc verum procreatione celebrandum sit. 1. Ordine Naturæ,

2. Quoad ejus *intentionem.* Nunc priori modo magis universalia sunt *notiora* & constitutioni minùs universali præsupponuntur, ideoque conservatio *GENERICA* magis ad universalia (*Naturæ ordine*) priùs exquirenda sit, & posteà (*modo posteriori*) conservatio SPECIFICIOR, vel Hygiena minùs universalis (sed quoad *intentionem Naturæ*) est notior. Porrò *TOTUM* etiàm duplex advertendum sit. 2. Et intentione Naturæ.

1. Ut *ACTUALE*, per ejus Relationem *ad partes*, quas actu & essentialitèr includit, & hoc sensu, totius CONSERVATIO (quoad essentiales partes) *Prior* est. 1 Ad totum Actuale.

2. Ut POTENTIALE, per ejus relationem ad *partes subjectivas*, quas *Potentia* continet; nunc hæc conservatio fit *Posterior*, & quoad ejus partes subjectivas expenditur hoc loco, ac *Pneumatosi* specificè subministrat ac accomodatur. Ob hanc Causam (*Generica conservatione* præmittendâ) specificiora & alimenta magis *Cephalica*, appropriata, Coctuque faciliora consuetudini, *Ætati*, Anni tempestati, *Vocationi*, vitæque generi maxime congrua seligenda sunt. 2 Ad totum Potentiale.

Ast

Ast incongrua, *Dyspeptica*, malè ſucculenta & inſuetiora reſpuenda. Inſupèr ea ad hanc Coctionem elicienda quæ tam Corporis, quàm conſtitutioni capitis optimè conveniunt, at *Oeconomiis* debilioribus, corroborantia & opportunè foventia petenda ſunt vel alimentis vel medicamèntis nutritivis admiſcenda. Sed ea quæ nec huic nec alteri *Scopo* ancillantur, avidiſſimè fugienda ſint. Nunc aliis priori conſervatione,(Corporis humores *præparantibus* aut *alterantibus* præmiſſis) talia quæ ſunt ad *Pneumatosin*, Animalemque *Oeconomiam* familiora & amiciſſima annique tempeſtatibus uſurpantur. Quibus viarum nervorumque omnium læſuræ cum *Juſculis*, panatellis, &c. aperiendi *attenuandi*, incidendi, *diſcutiendi*, Corrigendi, *Corroborandivè* vi præditis, aut cum aliis *Electivis* lenitivisque præcaveantur; & inſuper quibus cum externis *Exercitiis* tempeſtivis, frictionibus, Luſibus, pratis, Hortaniſque, deambulationibus, vegetiores hujus Coctionis exantlationes, *Craſis* & omnium ſanior ac opimior (*quoad fieri*) conſerventur. *Quippè* FINIS hujus frictionis Externæ, *Luſus*, Exercitii, *Deambulandique*, Sanitatis eſt aſſervatio, ad cujus *Gratiam* ſi quis rogabit ad quem *finem* deambularet? dicimus ut benè ſe valeat. Actiones omnes ex *ratione* DIÆTÆ commenſurentur ad terminum hunc aut *finem*, vel quoad HYGIÆNAM corporis *Accuratam* vel *Deflectentem*, paritèr ad CRASIN *Sanam* aut *Convaleſcentem*. Atqui *Convaleſcentia* metitur hâc cõſervatione ſpecificâ ad proportionem, & proceſſus ejus à Sanitate verſus morbum, vel à morbo verſus *Sanitatem*.

Et

Et quid hâc differentiâ clariùs annotetur è verbis *Arist.* Φυσ. Ακροάσ. lib. 5. cap. 5. καὶ λέγεται δὲ ἑκάστη ΕἸΣ Ὃ μεταβάλλει μᾶλλον, ἢ ἘΞ ΟὟ· οἷον ὑγίανσις ἡ εἰς ὙΓΙΕΙΑΝ, νόσανσις δὲ ἡ εἰς ΝΌΣΟΝ· λείπεται δὲ ἡ εἰς ἐναντία, καὶ ἡ εἰς ἐναντία ἐξ ἐναντίων. Τάχα μὲν οὖν συμβαίνει τὰς εἰς ἐναντία καὶ ἐξ ἐναντίων εἶναι ἀλλὰ τὸ εἶναι ἴσως οὐ τὸ αὐτό. Λέγω δὲ τὸ εἰς ὑγίειαν τῷ ΕΚ ΝΌΣΟΥ, καὶ τὸ ἐξ ὑγιείας τῷ ΕἸΣ ΝΌΣΟΝ, ἐπεὶ δὲ διαφέρει μεταβολὴ κινήσεως à discrepantiâ atque contrarietate motuum tam terminis à *quo* quam ad *quem*, processus agunt per MEDIA Correspondentia vel ad morbum vel ad Sanitatem. Sin forsitàn objiciatur, Res omnes àDeo ter Max.opt.ipso conservandas esse. Hoc revera concedendum sit *quoad ESSE*, hæc autem *conservatio* nostra non intelligatur *quoad Essentiam* sed quoad Essentiæ *Diathesin* assignatam aut qualitates dispositivas. Sic è *Greg.lib.16.mor. cap.18. parum à Medio*, suffragamur. Aliquod enim *Agens* est causa effectûs sui ipsius *secundum FIERI* tantum; & non directò *secundum* ESSE, ut *Ædificator* causa sit domûs quantum *adFieri* sed nuspiam quantum *ad Esse*, aut ad Rerum essentiam; Et consimiliter hoc liquidò manifestum sit, quod ESSE consequitur rerum formam, sed FIERI Materiam. Quæ materia est *FORMÆ* compositionisque talis susceptiva ac conservativa. Et à pari ratione Formæ *Pneumatosis* hujus ac Animalis constitutionis causa conservativa sit à Deo, nempè *quoad* ESSE; Sed quoad *FIERI & operari* consequitur materiam hujus coctionis quartæ. Jamverò quo pacto methodoque P*neumatosis* operationes, materies, temperiesque Medicorumque è consiliis & experimentis optime conserventur, *Sanitati* plurimùm incumbit.

Unde

Pneumatosis Conservandæ Consultatio Chymiatrica perquàm utilis est.

Undè quæro quare non consulimus? *Medicisque* hâc re Peritis non amplius advenimus? Proculdubio è querimoniis Veterum, supinam hujus *Ætatis* oscitantiam de METHODO (medendi atque conservandi *Sanitatem*) CHYMIATRICA) hominumque inscitiæ asylum tam conservatione GENERICA quam SPECIFICA de *Pneumatosi* fideliter ac graviter lamentaremur. Præcipueque dum sedes hujus ANIMÆ ipsius velut *Altithronium* & ejus *Arx Basilica* undè fit dispensatio Spirituum tantoperè libera munificaque per totum Corpus (tam integrum quam Essentiale) collocetur in cerebro. Querelæque *Galeni* iis planè conveniant in lib. 1. Meth. Med. & in Princip. *Eoque jure fit* (inquit) *ut quum ægrotare cœpêrunt*, MEDICOS *advocent*, *non quidem optimos*, *utpote quos per* SANITATEM *noscere nunquam studuêrunt*: *Sed eos quos maximè familiares habent quique ipsis maximè adulantur*. *Qui & frigidam dabunt si hanc poposcerint*, *&c*. *Contrà quàm Veteteres illi* Medici *ab Æsculapio oriundi*, *qui tanquam* *DUCES Militibus*, *& Reges subditis imperare Ægris voluêrunt*. *Itaque iis*, *non qui melius* ARTEM *callet*, *sed qui adulari aptius novit*, *apud ipsos magis est in pretio*. *Huicque omnia plana ac pervia sunt*; *Huic ædium fores pateant*, *hic brevi efficitur Dives*, *plurimumque potest*; *Huic Discipuli multi à cubiculis*, *ubi jam fuerint exoleti traduntur*, &c. Præterquàm ulteriore æmulatione de hâc re, sive P*neumatosis* accuratiori scrutinio, ejusque *Hygiæna* per Artem nostram opus est è consideratione Dignitatis & ἐξόχως cerebri; quo potissimùm ANIMA ipsa velut Imperatrix arbitratur, omnibusque spiritibus,

Galen.

A dignitate Capitis ubi *Altithronium Animæque Tribunal*.

bus, facultatibus, functionibus, ſenſibus, motibus, viribus, muneribus, & principiis operandi vel efficiendi ſubditis præeſt ac præſidet per totum microcoſmum. Proinde & è PNEUMATOSI, veloces hujus *Reipubl* Cœleſteſque Emiſſarii vel Internuncii ſupra æthera proſiliant, quum *Imperatrix* (Anima) vel MONARCHA totius *Microcoſmi* in cerebri *ventriculis* velut *Arcibus* ſuis Baſilicis & *Altithroniis* reſideat; dominatuque ex iis fungitur, cujus & facultates muneraque imperandi ſuppeditantur, & inde per totam Corporis ac Naturæ OECONOMIAM influentiæ variæ propagantur, privilegia toti ſinguliſque donantur, atque quaquaverſus illuſtrantur. Quippe ἡ μὲν ΨΥΧΗ` τοῦ σώματος ἈΡΧΕΙ (plerique tamen aſſeruerunt) Ἀρχὴν δεσποτικήν. Ὁ δὲ ΝΟΥ͂Σ τῆς ὀρέξεως πολιτικὴν καὶ ΒΑΣΙΛΙΚΗ´Ν, Sed & Anima Ἀρχὴν βασιλικὴν petit. D. *Charltonius* in Exerc. 8. de *Animæ* ſede præcipuâ verbis his in medium protulit, D.Charlton. *Alii* (inquit) *Animæ* ALTITHRONIUM *ſive arcem baſilicam collocant in* CEREBRO, *quia omnia rerum externarum ſpectra vel imagines per organa ſenſuum exceptæ in cerebro, tanquam in ſummo* MENTIS *Tribunali percipiuntur atque dijudicantur; & quia læſo cerebro, læduntur etiam mox imaginandi, ratiocinandi, reminiſcendique Functiones quæ tamen in Cæterarum Partium Morbis, ut plurimùm perſiſtunt inviolatæ. Hæc quoque Sententia quidèm ad ſimilitudinem veritatique propiùs accedere videatur.* Et paulò poſt S. 12. *Primò quod Animæ noſtræ ſedes præcipua ſit in parte quadam Cerebri, in eo loco ſita, ubi ab omnibus ejuſdem Cerebri partibus, veluti in Centro concurrunt* SPI-

RITU

RITUS ANIMALES; *itaque â Naturâ constituta, comparataque, ut & omnes rerum Extern. imagines per Sensus externos introrsum dilatæ, in E A ceu in summo ANIMÆ Tribunali percipiuntur ac diiudicentur*: Et Spiritus Animales, *tanquam* EMISSARII, *vel ipsomet Fulgure velociores, exindè in quoslibet è* NERVIS *pro Animæ* IMPERIO *ad explendam illius voluntatem amandentur.* Sic ille. Ideoque ὅτι αἱ αἰσθήσεις τῶν χρημάτων τὰ παρόντα μόνον ἐπινοοῦσι (καὶ τοῦτο ἐπιπολῆς) δέδονται, ἡμῖν ὁ ΝΟΥΣ ἐξ ψυχῆς) τοῦτ᾽ ἐστὶν ἡ ΔΥΝΑΜΙΣ, τοῦ ἐπὶ ἄπορά γε διαπερῆσαι, τοῦ τὰ ἀπόκρυφα ἐξετάσασθαι, τοῦ τὰ μέλλοντα ἢ ἐσόμενα προείκασαι μετ᾽ αὐτεξίου εἰς τὸ ὀρέγεσθαι τῶν ἐπιγνωσθέντων ἀγαθῶν καὶ δυνάμεως εἰς τὸ ἐπιχειρεῖν τὰ ἐπιθυμητά. Τὴν ΔΥΝΑΜΙΝ ἐκείνην τὴν διανοητικὴν ΛΟΓΟΝ ὀνομάζομεν, ὅστις τῶν ὄντων τὴν σύνεσιν (διάνοιαν) ζητεῖ, τὴν ΔΥΝΑΜΙΝ ὀρεκτικὴν ἀγαθοῦ ΒΟΥΛΗΣΙΝ λέγομεν, ἢ τῶν ὄντων ἐκλογὴν (ἢ αἵρεσιν) ἐξάγει, τὴν ΔΥΝΑΜΙΝ ἀκολουθητικὴν τοῖς ἐπιθυμουμένοις ΘΥΜΟΝ προσαγορεύομεν, ὅσπερ τῶν ὄντων ἐξουσίαν περιποιεῖται. Καὶ ταῦτα τὰ τρία τῶν θείων ΑΝΘΡΩΠΟΝ διαφέρει ποιεῖ, καὶ γε καὶ ἀνθρώπων ἀνθρώπους, ἄλλοι. Μὲν γὰρ σπουδαιότερον τῶν ἄλλων διανοοῦσι, βούλονται, ἐργάζονται. Mens quasi vicegerens ab Animâ quoque Collocatur iis, unde ratiocinandi acumen intelligendi, penetrandiq; vires emittuntur.

Insuper & 5. Sensuum. 5. *Palatia* splendida necnon eburneola *Capitis* in hâc structurâ fabricantur; Spirituumque Curiæ officinæque, intellectusque ipsius CONSILIATORIUM; Dominarum ac Principissarum *Phantasiæ*, *Memoriæ*, *Imaginatricisque HEROINÆ* Cubilia Salutaria; Totiúsque hujus macairocosmi Procerûm

cerûm & Repræsentativorum SENATUS; imò ab omnibus partibus tam *Solidis*, quam fluidis atque *marinis* est tanquam *Bursale Teloniumque*; Regale; quo *vectigalia* continua impendenda sunt indies *Cerebro* ventriculisque; RECTRICIS & ipsius, *Apolectorum* omnium, *Aulicorum*, Principum, imò *Regniculique* totius est *Thesaurus*. Porrò sustentatio fit ab iis, atque perpetuatur ad omne dispendium quod insuper quotidie partibus ac minùs principalibus adveniat â Cerebri SCRINIIS his ubi conservantur opes tam immensæ. Quibus accuratè perpensis, ΚΟΣΜΗΤΩΡ omniumque rerum opifex ter *OPT. MAX.*(ab omnibus qui *mirificâ* hujus λειτουργήματος naturæ præstantiâ rapti & attoniti sunt) summâ Religione sit adorandus. Imò & quandoquidem *Medicina* sive CHYMIATRIA nostra (saltem Artium instar REGINÆ) justâ quoque veneratione vel observatione celebranda sit. Medicique Pii Dogmatici Solertissimique honorandi suntò eorumque præsidia ad hanc animalem OECONOMIAM conservandam σφοδρότερον impensè præcavendam, Sanitudinemque tuendam; eorumque *Auxilia* vel *VALETUDINE* vel DIATHESI, ulnis ex ambabus gratisq; testimoniis efflagitanda ac amplexanda sint. His denique decursis, hujus INDAGINIS vestigia sistere demùm sum lubens omniaque concisè consiliis divinitùs inspiratis (ex Ecclesi. 38. 1. 2. &c.) Conglomerabo. ΤΙΜΑ Ἰατρὸν πρὸς τὰς χρείας τιμαῖς αὐτοῦ, καὶ γὰρ αὐτὸν ἜΚΤΙΣΕ κύριος. Παρὰ γὰρ ὑψίστου ἐστὶν ἴασις, καὶ παρὰ Βασιλέως λήψεται δόμα. Ἐπιστήμη Ἰατροῦ ἀνυψώσει κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἔναντι Μεγιστάνων Θαυμασθήσεται. Κύριος ἜΚΤΙΣΕΝ ἐκ γῆς ΦΑΡΜΑΚΑ, καὶ Ἀνὴρ φρόνιμος οὐ προσοχ-

ποιῶ αὐτοῖς. Quippè, quia *Jehova* ipse Medicinam *Constituit*, Medicumque instituit, Chymiatriamque ἔκτισεν ἐκ ΓΗ͂Σ è *Vegetabilibus* & succis & Arcania terræ comparatam, nobis satis planè præstituit. Et uti medicinam, ita medicorum mentes Rerum naturæ Scrutiniis arcanisque exantlare, atque ad *Posteriorum* emolumenta maxima, die noctequè lucubrare excitavit. Imò 'ΙΑΤΡΟ'Ν (usque ad rectam Encheiresin) ἔκτισε Creavit Elohim, illumque *DOCTOREM* aliis ordinavit, unde dicitur ab HIEROPHILO MANUS *Dei.*

Theologis animos subjecit Lapsus Adami,
Corpora sed Medicis.

Adeò ut ΧΥΜΙΑΤΡΟΤΕ'ΚΝΗΣ munera Legitima, *Medicosque* in honore haberi (tanquam à Deo constitutos) à *Numine* & à divino *Lumine* demandemus. Ast non tantummodo πρὸς τὰς χρείας ex necessitate solâ sive pro præsenti sed ut ex *Syriis* & *Arabiis* ܝܩܪ ܐܣܝܐ. ܥܕܠܐ ܬܣܢܩ ܠܗ magni-pende (à Radice יָמַר Jamar, *Arabice* أكرم *àkrimi* vel *Imri* Consule) antequam Medicis egeas, aut â doloribus tibi miserrimè congestis tragicisque, extorqueatur. Quippè ad honoris hujus *Artis legitimæ* culmen, atque functionis ferè Divinæ Medicorū ad apicem supremum, *Christus ipse* (Dei Filius Æternus tam & Unigenitus) eo Nomine MEDICI nobis, ejus *Patientibus* fœlicissimè decoratus est. Luc. 4. 23. 'ΙΑΤΡΕ' θεράπευσον σεαυτὸν & Cap. 31. in Vers. Æthiop. ፈውሶ፡ ፈውስ፡ ርእሰከ፡ à *Saphi* sanare.

CHRIS-

CHRISTUS *& est* ÆGRIS *Gratus*, *&* *heinc* MEDICIS.

Imò & JEHOVAH ipſe *Medicus* appellatur, ejuſque officium *medicandi* ſæpius inculcatur e *Gen.* 20. 17. *Exod.* 15. *Deut.* 30. 17. & 32. 39. *Iſa.* 19. 22. *Jer.* 30. 17. *Hoſ.* 11. 3. & 7. 1, &c. *Dum* MEDEOR (inquit) *Iſraeli* حين أشفي ex *Arab.* شفي SAPHI & ab *Hebr.* rad רָפָא RAPHA unde *Nomen* רוֹפֵא *Rophe* & MEDICUS derivatur, quo nomine *Exod.* 15, 26. *Deus* ipſe ſuſcepit *Iſraeli* Medicinam.

Cui Solo ΑΡΧ' ΙΑ'ΤΡΩ *ſit* *MEDICINÆ Suprema Laus*, *&* *GLORIA*, *in Seculorum Secula.*

Finis ſecundi Libri.


DIATRIBÆ IATROSOPHICÆ
DE
SPERMATOSI

SIVE
Quintâ Concoctione, *Testiculis* Vasisque *Spermaticis* elaboratâ.

LIB. III.

Per Authorem JOHANNEM ROGERSIUM
Medic. Doctorem.

Τολμητέον τὲ ϗ ζητητέον τὸ ἀληθὲς, εἰ γὰρ ϗ μὴ τύχοιμεν αὐτοῦ πάντως· δήπου πλησιέστερον, ἢ νῦν ἐσμὲν, ἀφιξόμεθα; Gal lib. de usu Resp. c. 1.



LONDINI,
Typis *E. Cotes*, pro *H. Eversden*, apud insigne Canis Leporarii in *Cœmeterio S. Pauli*;
M.DC.LXIV.



Diatribæ Spermatologicæ

CAP. I.

I. Proœmium Apologeticum Authoris, ad Lectores, de hac re. 2. De Prioritate Spermatolis ordine Naturæ Intendentis. 3. Et alterius à spiritibus prolicitis spagyricè ex vegetabilibus; Semen & Germen, eorumque ὁμωνυμία & Definitiones.

I. 4. Spermatolis definitur, & explicatur à principiis, prioribusque concoctionibus, sed optimè dirimitur in 1. SEMEN. 2. in GERMEN.

SECT. I.

Proœmium Apologeticum.

Vexatis hujus ad ruinam, Ingenii Præfatio specimen ulterius deest PRIMA Lectoribus TOSI quinque Corporis Cochio- Apologeti- ne, augere volui, in opinis ... ratiociniisque variis nunc Palæstra accendere ... Sed ... ex improviso & mo- ... mus hujus ... vestibulo, molestiis variis ...

PRÆCLARIS,

Magnique Nominis inter Medicos
ΠΟΛΥΘΡΥΛΛΗΤΟΙΣ,

NECNON


Acutißimis Ingeniis, eruditioneque mirâ Instructissimis,

Honore semper Summoque recolendis:

D.D. *Francisco Glissono* Almæ Matris *Acad. nostræ Celeber.* Cantab. *Med.* D. Profess. *Primario,* Regio, *Sagacißimo,* Ἰατρικωτάτῳ καὶ Φρονιμωτάτῳ.

D. D. THOMÆ CLAYTONO Equiti, Acad. Florentiss. *Oxon.* Med. D. Profess. *Primario,* Regio, Solertissimo, Σοφωτάτῳ καὶ Τιμιωτάτῳ.

J. R. φιλίατρος, Φιλοχύμικος, & *M. D.*
S. P. D.



Arum Disquisitionum (etsi raptìm editarum) ἀξιοκοινώνησιν haud omninò Lectione vestrâ (ni fallor) indignam autumârunt Artis nostræ Candidati nonnulli. Dũ Ingenii Academici, hujusq; ætatis evigilationem, ad ulterius scrutinium de SPERMATOSI proposui, hanc Doctrinam atq; deheinc è Principiis ac ἐργασίαις Naturæ miris, aliquot rudimenta

de Chymiatricâ methodo [illegible] è Cathedrâ, quam πειραςικῶς è Musæolo meo comparavi; Judiciiq; vestrûm calculo & obelisco perspicaci submittere in limine collimavi, & de jure [illegible] statui. Veruntamen hoc Rhapsodico discursu, non tam VERBIS quam REBUS lacessere moliar; Quippè satis eleganter profatur ARISTON in Similibus Οἱ ἐν διαλεκτικῇ βαθύνοντες ἐοίκασι καρκίνους μασωμένοις, Οἱ δ' ὀλίγον τρόφιμον διὰ πολλὰ ὀστᾶ [illegible]. Qui Dialecticæ studium profundè rimantur CANCROS edentibus sunt similes, qui propter exiguum alimentum circa CRUSTAS plurimas occupantur. Ast Spermatosis hujus Arcano Scrutinioq; non crustis absq; medullis, non corticibus absq; nucleis, nec aridis, nugis, crepundiis, phaleris, aut falsis honoribus verborum; sed ratiociniis verè philosophandi, imò & cum Nectare (ab æthere) rapto per Aquilam Jovis Eruditos invitamus. His quoq; Diatribis GANYMEDES in sublime fertur per AQUILAM (hanc Hermeticam, ex principiis conficiendi Semen in Germen, & è speciei propaganda gratiâ) Jovis ad manum. Nunc ex hujus Indaginis poculo gratissimo, Divi forsan omnes (inter homines) [illegible] Apollinares velut è nectare nonnihil ἀμυσίζειν vel ingurgitare possint ad eorum refectionem, detectionemq; veritatis. Veritas enim (teste Poeta.) Temporis est filia Δευτέραι φροντίδες σοφώτεραι. Agite tunc, ut Ganymedes adeò Nectar Ambrosiamq; è Cœlis rapiat, Academiarum SUPERIS forsitan & ex hac Apotheosi VOBIS impertiat; Sic in votis habet

Dat. Southvarkiâ ad 4 Non. Martii, & Æræ Christianæ 1664.

Virtutis Splendorisq; V. [illegible]
Cultor Observantissimus.

JOHANNES ROGERSIUS.



Diatribæ Spermatologicæ

CAP. I.

Proœmium Apolegoticum *Authoris*, *ad* Lectores, *de hâc re*. 2. *De Prioritate* Spermatosis *ordine Naturæ Intendentis*. 3. *Et ulterius è* spiritibus prolicitis *spagyricè ex vegetabilibus*; Semen & Germen *eorumque*, φερωνυμία *&* *Definitiones*. 4. Spermatosis *definitur*, *&* *explicatur à principiis*, *prioribusque concoctionibus*, *sed optimè dirimitur in* 1. *SEMEN*. 2. *in GERMEN*.

SECT. I.

Proœmium Apologeticum.



Eritatis hujus ad trutinam, Ingeniiq; specimen ulterius de SPERMATOSI quintâve Corporis Coctione λαμπροτάτοις τῆς φύσεως τοῖς λόγοις ratiociniisque veris huic Palæstræ accedere accinxi. Sed en! ex improviso & moliminis hujus in vestibulo, molestiis variis à mundo

Præfatio Lectoribus *Apologetica*.

mundo ingruentibus, novis oneribus, insuetisque; necnon Corporis Dyscrasiis sum surreptus. Et Sed ἀπὸ τὸ πόσον quantitate sive Malorum (ex Ovidio) celebro.

Meq; tot adversis cumulat quot littus arenas
Quotq; fretum pisces, Ovaq; piscis habet.
VERE prius flores, ÆSTU numerabis aristas,
Poma per AUTUMNUM FRIGORIBUSq; nives:
Quam mala quæ patior ———

Et abhinc τὸ Ἀγαθὸν Μονοειδές, ἀλλὰ τὸ κακὸν πολυειδὲς didici. Sed quoad eorum qualitatem aut περὶ τὸ ποῖον, difficilius est τὸ λυπηρὸν ἀπαριθμεῖν ἢ τῶν κακῶν ἀπέχεσθαι & quamvis ex iis mecum tempus hoc instans diversimodè dilaceratur, ac discruciatur, Fidem tamen inviolatam *aliis* expectantibus persolvere ac colere conabor; adeò ut duas aut tres septimanas hoc agere & discutere mihi (quasi per vim) arripiam. Quamlibet ob has causas ἀκρίβειαν extricandi tantam, methodumque (quantam hæc *Disquisitio* justè mereatur) prætermittam; aliquantulum tamen ἀναλύσιν de SPERMATOSI hâc haud omninò ἀκείμως Si non tam ἀκρίβως ac exoptantèr suscepi; Ansamque ulterius *enucleandi* pro futuro, discutiendique expectatissimam nancisci nihil dubito.

Quibus hoc opusculum ex intuitu pe functorio & primò culpam incurrat.

Primo intuitu forsan hoc opusculum nonnihil temerarium esse supponetur; imò à DOCTIS posthabitis tot seculorum (de *Concoctionibus*) Dogmatibus haud tutum judicetur. Ab INDOCTIS & à Juvenibus nasutis & Pseudiatris criminetur, fortasséque irrideatur; sed ab *omnibus* perquàm INGENUIS ruminetur, & trutinetur, saltem ex æquiparâ ratione ac prævidente.

dente. Hujus tamen seculi socordiam ad reprehendendam, ingeniorumque aciem exagitandam & acuendam, imò Discussione hâc (veluti silicum ex collisione & scintillatione) LUMEN è tenebris per particulas ad emergendum elidendumque; Aliosque utrùm *Benevolos*, utrùm *Malevolos* ad hujus disceptationis Vestigia penitiori cum indagine prosequenda lacessere, hanc *feminificationis* elaborationem COCTIONEMq; (à naturæ nutu, legibusque αὐτοτελέσι) præstitutam suscepi. Nec omninò me tunc hujus *Cœpti* (aliorumque emolumento delibati) uspiàm pœnitebit. Quippe licèt ἀδιάβλητος nuspiam fui, Juvenes tamèn & indoctos ob eorum inscitiam (τοῦ συμφέροντος magisque τοῦ καλοῦ rebus ritò dignoscendis) dentibus eorum *Theoninis* nomen mihi transfodere ac trajicere perausos, forsàn & præcipites esse, constanter πρὸς ἑαυτὸν expectem; ast sub pedibus, horum scommata facilius & superciliosè floccifaciam. Præterquàm *Obtrectator* est hujus philosophiæ ὡς ἀδεκτικὸς ineptus Auditor (ab *Arist*. Lib. I. Ethic. cap. 3.) τοῖς πάθεσιν ἀκολουθητικὸς ὢν, ματαίως ἀκούσεται, καὶ ἀνωφελῶς ideóque non κατὰ τὴν ἡλικίαν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἦθος aut ex moribus mecum, complectendus est LECTOR. Sagaciores, etiam prudentes Doctissimique ob austeritatem fortassè nimiam, perspicacitatem, φρόνησιν ἢ Συνέσιν (in iis præ aliis effulgentem); oculis ex Lynceis, legendive transitu velocissimo (ἀπαρεμβλέπτως & obviam dantibus) in LIMINE Censuras admodum severas agant; & περὶ ἀρετὰς τὰ εἰδέναι μηδὲν ἢ ὀλίγον ἰσχύειν hoc conamen nostrum ad virtutes ethicas aut dianoëticas parùm aut nihil agere & valere primâ fronte concipiant. Attamèn

tamèn excogitationes alias & accuratiores inveniant in STAMINE: & hoc nihil à ratione, vel à recto veritatis virtutisque tramite descîscere deprehendent. Sed prudentiæ granulo forsan & habitu μετὰ τῦ ὀρθῦ λογισμῦ conjuncto, comparatum esse concludent; & proindè nonnihil indulgentiæ imò à maximè Lynceis *Philosophico-Medicis* impetrare speram, Defensionemq; hujus doctrinæ (*Numine* favente) satis locupletem & facilius astruam. Intereà hæc omnia liberiùs (in medinm) à naturæ lumine τῶ λόγω [illegible] his edita, Doctissimorum examini & emendationi humillimè proferam. Quippe pro *Loripede* potius quam pro *nullo pede* sivè pigritiâ, & ob *Myopiam* potiùs quam ob *Amaurosin* [illegible] τυφλότητα seu cyclopis instar, hisce naturæ Arcanis investigandis & perscrutandis exprobarer, imò irrideri maluerim. Sed Linguis venenatis & bromologicis haud æquum sit hoc lacerari, donec elaboratiori & locupletiori molimine ab erroribus exquirendis corrigatur, etenim hoc modo (non alitèr) ab hisce Θεραπόδουλοις me hoc tractamine errâsse Argumentum validum erit.

Hoc Ellychnium SPERMATOSIS accenditur à Lumine Doctrinisque Veterum.

Quinetiam hoc Veritatis de *Spermatosi Ratiocinium* est φῶς ἐκ φωτὸς, & à disquisitionis prioris *lumine*, hujus λαμπτὴρ arripitur, ut ab unâ Candelâ, ad alteram flammula derivetur: sic in *S. Scripturis* Medicus Regius (inter omnes) eximius & divinitùs inspiratus, qui fuit ἔξοχος ἀνθρώπων κεφάλη deposuit, ut mens hominis Prov. 20. 29 aut πνοὴ ἀνθρώπου ἐστὶ λύχνος ἢ φῶς κυρίου sit Lux domini nidulans in homine. כנשמת אד[illegible] בר יהוה Abheinc accenditur sequentis discursûs *Ellychnium* aut Ratiocinium. De hoc verè phi-

philosophandi lucerna Cœligena, suavissimè & & instar *Lusciniolæ* cecinit *Empedocles*.

——— φύσις ἐλυδὶς ἐστὶ ἑκάστου
Θνητῶν, ἐδὲ τὶς ὑλομένου θανάτοιο γενέθλη.

Ast ex hortulo D. *Chrysostomi*, flosculi ad Cadmi filiolarum manus & mammas, decerptum sint ex 12. & 13. Orat. περὶ Ἀνδριάντων, ubi lumen hoc appellatur Νόμ☉ φυσικὸς & extricatur ab origine. *Scientia radicalis* instar, & (in hominis essentiâ) efflorescentis ac implantatæ ὁ Νόμ☉ αὐτοδίδακτ☉ ἡ γνῶσις ἐστὶ τῶν καλῶν, καὶ τῶν ὁ τοιούτων. Imo in hoc lumine JEHOVAH imprimitur, & scatet ex *fluminibus* eloquentiæ *Ciceronianis* contra *Tarquinium* verbis hisce. *Recta Ratio quidem est Lex vera, Naturæ congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, quæ vocet ad officium jubendo, vetandoq; à fraude deterreat; quæ tamen probos neq; frustrà jubet aut vetat, nec improbos jubendo aut vetando movet. Hinc Legibus* (ita scriptis) *nec propagari fas est, nec derogari ex hâc aliquid licet, neq; tota abrogari potest*, &c. Hujus enim luminis naturalis & philosophici relicta, ac post *Adami* (maximi Philosophi naturalis) lapsu minutulæ *frustula* (ferè tamen feculæ) nobis insunt; per hæc τῆς φύσεως abstrusa, & occulta nos sedulos (*elucubrationibus*) ad dirigendos & in hâc *Iatrotechniâ* quasi *facem* Tyronibus ex hoc lumine præferre navemus. Nunc à rectè philosophandi lumine λαμπρωτάτῳ, crepusculoq; præeunte, ad hujus fœtûs parturitionem de SPERMATOSI, obstetricis munere perfungi lubens sum. Quippè λόγῳ δ' ὀρθῷ πείθεσθαι, καὶ Θεῷ ταυτόν ἐστί. Τὸ γὰρ

Et à Lumine naturali.

Hoc lumen insitum quid?

λογικῶν γένος ἐνυμορηῆσαν, τῆς οἰκείας ἐλλάμψεως, ταῦτα βέλεται ἃ ὁ θεῖος ὁρίζει νόμος καὶ γίνεται σύμψηφος Θεῷ ἡ κατὰ Θεὸν διακειμένη ψυχὴ, καὶ πρὸς τὸ Θεῖον, καὶ τὸ λαμπρὸν ἀποβλέπουσα πράττει ἃ ἂν πράττῃ. ἡ δὲ ἐναντίως διακειμένη πρὸς τὸ ἄθεον, καὶ σκοτεινὸν, ἀκῆ καὶ ὡς ἔτυχε φερομένη, ἅτε τῆς μόνης τῶν καλῶν σάθμης εἰνὰ καὶ Θεῦ ἀποπεσῦσα.

Et quare nobis implantatur à Divino Numine.

Et opus agere, & in lucem perducere, *Recta Rationis* ex lumine suasorio & *Dei* nihil differt; ideoque *Lucernam* Naturâ hanc implantatam JEHOVAH constituit, nobis ut lucem dare, sic *rationem* natûralem methodis omnibus (per abstrusa, & hujus Artis scientificæ latifundia) dirigere. A quibus hujus οἰκείας ἐλλάμψεως principiis directivis atque connatis, οἱ συγγενέστεροι felicissimè & tutissimè philosophantur. Ast è contrà, Hoc Lumine (prout inter ignavos & ignaros) offuscato ac obumbrato, Vir *Atheus*, stultus, *impius*, & uti Artibus ingenuis, veræque rationi, ita *Deo* ipsi teter inimicus erit, sive belluinus; nec uspiàm tàm propriis *radiis* aut ab eorum indole accensis, quam ab *oleis*, nervis, alienigenisque elucubrationibus effulgeat. Porrò ex aliorum Crambe (& fortasse) millies masticatâ, (aut instar infantium in *cunabulis*, cum cochlearibus & crepundiis) aluntur tales; quippe χρὴ τὸν μανθάνοντα πιστεύειν seipsos pascere Cognitione intus, & medullitùs illustrante aut indaginibus novis nequeunt. Ideóque *Crollius* in Præfat. Admon. p. 24. asseruit his verbis, ut *MEDICUS è LUMINE Naturæ & Gratiæ nasci debeat, ab Interno & Invisibili homine, Interno Angelo, Luceq; naturæ, quæ instar Veri DOCTORIS homines instruit*; & paulò post hoc lumen explicat. *LUMEN hoc est NATURÆ, quod homini omnia naturalitèr influit; sicut*

Crollius.

sicut enim Corpori crescit cibus è terrâ, sic etiam sidereo huic hominis spiritui ab igne firmamenti; Spiritusq; sidereus hominis à Radiis supernis artes & scientias attrahit. Et p. 69. *Hinc fit, ut sydereus Internus, Olympicus, Incorporeus homo seu Gabalis, est idem cum firmamento Astrorum.* Sic ille. Tamen ut huic lumini, his quoque κειμένοις internis, Theoremata nostra de SPERMATOSI consentiant; ita pro re natâ *Hippocratis, Galeni, Aristotelis* & celeberrimorum plerorumque Doctrinis. Sed satis hoc superque ad PROOEMIUM *Apologeticum*; nunc viam facere, sternere, & vadere κατ' ἴχνος, necnon olere lucernam nostram de SPERMATOSI restat; & hoc iis prorsus magis incumbat, qui *nasum* habent, veritatem & adæquationem notionum in *Intellectu* cum rebus deprehendere; namque τῇ νοήσει πιστεύειν ἄτοπον.

SECT. II.

FINIS hujus disquisitionis, & de prioritate Spermatosis *ex ordine Naturæ Intendentis.*

VEritas ulterius è Philosophiæ principiis demonstretur ex *Fine* vel *Objecto*. Nunc ex FINE, partes ratiocinandi de hâc re versantur, vel circa *res necessarias*, vel *contingentes*. Et necessaria sunt vel ἐξ ἀνάγκης ὄντα, ἁπλῶς ἀΐδια, ἀγένητα, καὶ ἄφθαρτα, vel ἐξ ἀνάγκης γινόμενα. Sed contingentia ἐνδεχόμενα, καὶ εἶναι, καὶ μὴ εἶναι, καὶ ὧν ἡ Ἀρχὴ ἐν τῷ ποιοῦντι, ἀλλὰ μὴ ἐν τῷ ποιουμένῳ & utrasque has partes philosophandi, nempe circa necessaria & contingentia *Spermatosis* enucleare co- *Veritatis Finis verè philosophando.*

conabimur, ut eam planè cognoscamus, vel ut præter nudam cognitionem Iατρoτιχνη nostrâ circa eam *Philiatri* solertiùs efficiant.

Decursis priori disquisitione de PNEUMATOSI requisitis omnibus in cerebro, maximéque conspicuis, quæ quoad INDIVIDUI conservationem expiscari possint; in hâc posteriori de SPERMATOSI quæ spectant SPECIEI Conservationem solertèr expiscanda & exposcenda videntur.

Quippe omne procreat sibi simile & in Specie Ex *Aristot.* Lib. 2. de Anim. cap. 4. φυσικώτατον τῶν ἐν τοῖς ζῶσιν ἔργον τὸ ποιῆσαι ἕτερον οἷον αὐτὸ, ζῶον μὲν ζῶον, φυτὸν δὲ φυτόν. Juxta illud

Naturæ sequitur Semina quisque suæ.

Et abhinc ortum ducit Proverbium κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν.

Quanquam autem in ordine *Concoctionum* Corporis hæc forsan enumeretur *Ultima* nempè SPERMATOSIS, nihil minus erit πάντα τελειῶς necessaria, (*speciemq; ad conservandam*) comparatissima, & elaboratione τελειωτάτη. Hoc quoque sensu ab aliis enumerationis ordine præeuntibus prioritatem dignitatis postulet. Coctiones ad INDIVIDUUM sunt Σύγχεονται, sed haud Coctio hæc ad SPECIEM quæ temporis prioritati subest, haud secùs ac flos est *Tempore*, prior *Fructu*.

Prioritas (insupèr) hoc loco pensitanda sit quoad ἀκολούθησιν τοῦ εἶ Naturæ *essendi*. Ideoque deheinc Naturæ prioritas bifariam Scholis philosophicéque sancitur. Nempe 1. Ordine *Naturæ* Ge-

Disquisitio de Prioritate Concoctionum.

Coctiones ad Individuum sunt Σύγχεονται.

Prioritas n°

Generantis. Et 2. Ordine *Naturæ Intendentis.* Nunc *priori sensu* id est prius quod est imperfectius; & posterius quod est perfectius; quippè hoc ordine progreditur aliquid ab imperfectiori ad perfectius. 2. Sed Ordine *Naturæ Intendentis*, id est primum quod est perfectissimum; ita *Forma* prior est *materia*, & *Speciei* hæc *Conservatio* prior est individui *Conservatione*, in ordine *Naturæ Intendentis.* Ex Arist. Lib. 9. metaph. t. 1. Ast Naturæ *Generantis* ordine, partes sunt priores *toto*, Conservatio individui prior est hâc; & *Coctiones* (*Chylosis*, *Chymosis*, *Hæmatosis* ac *Pneumatosis*) sunt priores hâc *Spermatosi*, sed nuspiam INTENSIONE, nec dignitate *quoad SPECIEM*! namque Coctiones priores & omnia *Individui* Conservationi inservientia cientur ut MEDIA, sed hæc ut FINIS, & quasi *Coctio consummans*, præcedentiumque ad sobolem perficiens, magis tamen τὸ δὲ ποιεῖν ἢ τὸ τὸ πάσχειν afficiens; nimirum *dando* communicandoque τὸ ποιεῖν sed *accipiendo* τὸ πάσχειν.

1. *Ordine Naturæ procreantis & 2. Intendentis quo sensu* Spermatosis *est prior.*

Quoniam in Intensione, *Finis est prior medius.*

SECT. III.

Ulterius explicatur è spiritibus prolicitis spagyricè, & spermatosis φιλοσοφία.

PRæterea quid luculentius appareat in operibus *spagyricis* Vegetalium & spiritibus elicitis Chymice, quinquies, sexies aut pluries rectificatis ex *Vulcano*? namque Distillationes priores erunt longè debiliores quam posteriores, nec æquale energiâ obtineant ex activis eorum principiis. Ast postremus spiritus erit longè vegetior, perfectior,

Constabit ex spagyricis operibus & spiritibus elicitis.

fectior, & *ELIXIRIS* instar, selectissimus ac præstantissimè deprompius; consimilique modo, velut *ELIXIR* omnium comparatur hæc *Seminificatio* Testibus, Vasis & seminariis, quippe non tam ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ, quam ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα conficiatur in *SPERMATOSI*; & licet ordine numeri posterior est, tamen usu, dignitateque prior omnibus; adeò ut appelletur à Jo. Fabro lib. de Pall. Spag. cap. 19. *FLOS hominis* & *ELIXIR*, sed ab aliis, nec abs re τὸ Πᾶν. Quapropter dum peritissimi *CHYMIATRI* præconiis summis (pro eorum spiritibus, extractis aut *Elixiribus* tantoperè confectis & ex *Vulcano* elaboratis) attolluntur; quare tunc ex vitæ sanctitate, affectuum pudicitiâ *eupatheticâ*, illibatâ, Castâque hujus *Elixiris* humani *scientiâ* & *æstimatione*, laudes & honores ad æthera *Divino Numini* ne persolvamus? dum Omnipotentis ipsius *Potentiam* (hominis productione) per vim *plasticam* Germiniferamque in illo repositam (ex *semine* tantillo benè cocto testibusque exantlato) cernamus; Dumq; Dei *Sapientia* ex partium compositione totiusque hominis καλλιεργία & Fabricâ tā mirificâ, proveniat ἐπιπεταυομένως. Spirituumq; horū Coctionumque Corporis *Leptourgiis* Omnipotentis *Bonitas* elucescit; quis ideò tam ἐνεστηκὼς ἐστὶ τῷ λογισμῷ, ut (ob ejus inscitiam, Oscitantiamque penetralia naturæ hujus perscrutando) non erubescat? imò & vehementer? Namque non puto *Aristot.* (Lib. 7. Ethic. c. 8.) ipsum ὑμνούμενον aut μεγαλυνόμενον, in hâc re; dum cantat Israelis Rex Propheticus Hebraismis & saltando,

אודך נוראות נפליתי נפלאים מעשיך

Celebrabo te (Domine!) *confitebor te dum mirabilibus tam mirificè confectus sum.* Aut רקמתי *eximiis*

tam

Jo. Fab.

Spermatosis celebretur ad summos honores Dei.

Aristot.

tam variè compactus בתחתיות ארץ ex imis partibus, quam mirifice! & quam affabrè formatus sum? Etiamsi (Dei ex gratiâ) concessum esset alicui Cœlos ascendere, megacosmi stellarumque pulchritudinem & splendorem collustrare; mirabilis tamen hæc contemplatio longè minus esset grata, nobilis, & proficua (vixque ullius pretii, Corporis humani perquisitioni huic callentissimæ collata); Quippè multis parasangis, & equis (ut aiunt) albis præcurrit, imò procul à tergo Artes Scientiasque humanas cæteras relinquit *Anthropeidesfeus* Rimatio perfecta; Et inter omnia Ἀνθρωπείους ipsius Arcana, sivè latifundia; Disquisitiones hæ de *PNEUMATOSI* & *SPERMATOSI* (præ aliis) *Dei* opt. Max. laudibus sese litare, plenisque buccis celebrare & ἐπικλεῖν, nervosque optimos haud parùm merere, videantur; sed hujus subjecti *meritis* sufficiant hæc, jam verò verbum ad ejus Παρωνυμίας Rationem.

SPERMATOSIS vocabuli, & hujus Φερωνυμίας Ratio satis è principiis philosophiæ justificetur. Quemadmodum ex placitis *Platonicis* in Gorg. ὡς αὖ τὰ ὀνόματα εἰδεῖ, ἴσηϑ καὶ τὰ πράγματα Cognitio *rei* naturæ, *Nominis* exegesin premit, & Ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις initium *disquisitionis* sit à consideratione nominis, (inquit *Epictetus*) Et SEMEN latè sumpto vocabulo, est *NATURÆ sublimatum* (ut *Faber* fusiùs edocuit cap. 20. *Pall. Spagyr.*) quod enim ἐπὶ τὸ πλεῖον possit SEMINIS naturam sapit, tam *Vegetalibus* quam *Animalibus*. Sed hoc clarissimè patet in nostrâ *SPERMATOSI*, (ut mox extricetur), unde dicitur *Purissimum* omnium quæ in *Animalibus* continentur, & *ELIXIR*

Ratio Παρωνυμίας hujus Spermatosis.

Plato.

Epictetus.

Faber.

Semen quid?

LIXIR autem Jam. Fabro, necnon aliis Chymicophilis SEMEN est pars optima & purissima, tenacissima, obstrictissima & elaboratissima [illegible] partium animantium quae conferunt ad nutritionem.

Germen quid?

GERMEN autem pars perfectissima SPERMATOSIS est, & in semine sublimato Mercuriali; unde definitur Virtus pura vel EMSER [illegible] Geningationis [illegible] elaboratione SEMINIS [illegible]. Et appellant FLOS noster aut Fructus, necnon ob ejus sublimationem AQUILA Hermetis; nec ita in nostro sublimato reperiri possit, nisi quatenus Animalis Alimentum esse possit, nec ex eo fieri nisi SEMEN a priori, & GERMEN a posteriori. His perpensis Zoroaster quasi rhapsodiis perculsis (circa hanc Anthropogeniam) nobis Sectionem hanc allusit [illegible]

[illegible] obinde [illegible] Manifestras

Intrat per Augustam [illegible] lumine [illegible]

SECT. IV.

SPERMATOSIS definitur, & explicatur in Genere.

Spermatosis quid?

His modo praemissis, [illegible] TIONIS hujus Definitionem ab initio propositam aggredimur. Quapropter SPERMATOSIS est [illegible] Generis ELABORATIO [illegible]

lata,

[illegible] *duplicis fermenti* [illegible] *seminalis coadjuvant* [illegible] *pro specie conservandâ comparata* [illegible] maturitatemque materiei promovendam, ab unâ Coctione ad alteram fusiùs explicavimus in *Lib.* 2. de *Pneumate*: ubi primaria hujus *Vitalis* Seminalis RUDIMENTA obiter ex Chyliis & à CHYLOSI patefecimus, dumque nulla Sanguinis vestigia conspiciantur; & ibidem Seminalis *Materiæ* principia etiamnum crassa cum reliquis liquoribus & particulis, *Choream* ducunt ad *PNEUMATOSIN*, & dein ad *SPERMATOSIN*, donec omnium præeuntium opus (quoad *Intentionem* Naturæ) in hanc ultimam, summariamque *Concoctionem* absolvatur ex gratiâ *SPECIEI*. Quippe supra annotavimus, *Vegetabilia*, pariter & *Animalia* ad nutritionem humani Corporis destinata, in ejus substantiam consimilem, naturamque cum suis PRINCIPIIS & *particulis* quibus constabant, facessere. Quoad enim ciborum masticationem, digestionemque ac elaborationem *Chylosis*, ejusq; derivationem per *Galaxiam* Ductusque Chyliferos ad *Chymosin* in *Hepate*, (ubi fit ulterior Separatio puri Mercuriique ab *Impuro* Tartareoque *formalis*) dein & ad *Hæmatosin* in Corde (ubi fit elaboratio ab *Efficiente* spiritu vitali; & *Instrumento* Calore, Fermentoque ad *Hæmatoseôs* dignitatem) & ad *Pneumatosin* in Cerebri *ventriculis* satis amplè demonstravimus; variosque *Coctionum* ac circulationum *gradus* & reiterationes [illegible] in *Spiritus* naturales, vitales, & *animales*, mercuriales, *sulphureos*, & salinos, æthereos [illegible] spirituosos, principia commutentur & [illegible]. Quæ radicales *Essentiæ* vel principia [illegible] ad *SPERMATOSIN*

Explicatur, à Principiis & prioribus concoctionibus.


 cum

cum *materie* translatâ per innumeros nervulos ad *vasa seminaria* (à *Pneumatosi*) & concluduntur in Animalis *semine*; in *Embryonis* formatione hominisque constructione exhibentur; & ex iis juxta *Formam*, juxtaque *Materiam* tria spirituum facultatumque genera suscitantur. Spiritus NATURALIS potissimùm oritur è *salsis* principiis *RADICALIBUS*, è *Chymosi*; & dicitur *vegetalis*; Spiritus VITALIS è principiis magis *sulphureis* ex *Hæmatosi*; sed ANIMALIS è principiis summopere *Mercurialibus* & æthereis à *Pneumatosi*. Quæ omnia principia spiritusque κατ' ἐξοχὴν occurrunt & uniuntur in *SPERMATOSI*, mutuoque sese (sed ad justam cujusque proportionem) amplexantur in *GERMINE*; ex quibus omnes functiones ac facultates spirituales proferantur. Quæ quasi per *transennam*, minusque conspicuis *Chylosis* & Chymosis *Diverticulis*, magisque conspicuis *Hæmatosis* & *Pneumatosis* Ventriculis perlustravimus. Et OMNIBUS tum ex *Principiorum* aut Particularum, tum ex *Elementorum* mixtione coquuntur & elaborantur; primo sensu cum calore, fermento, *modoq; Chymico*, sed altero sensu *Galenicè* & coquinariè.

Principia Spermatosis & Spiritus.



Duplici modo elaborantur.



Pariter & coquuntur & elaborantur hâc *SPERMATOSI* (ut mox cursim extricemus.) Intereà, & in *Limine* sit advertendum; quòd nobis (ut priori *Sectione*) *SPERMATOSIS* (& apposite) digeritur in duplicem *Elaborationem* 1. In SEMEN, & 2. Dein in GERMEN.

Spermatosis dividitur in Semen & Germen.


Et 1. In SEMEN quum haud satis exantlantur Principia activa; nec coquitur, nec imprægnatur *Seminalis* materies ad *prolificationem*, prout

prout in TESTICULIS. 2. Sed in GERMEN, quum semen satis elaboratur & impraegnatur in omnibus suis principiis; praecipueque *mercurialibus*; unde fit foecundum prolificumq;, prout in CAPSULIS aut *Favillis Seminariis*, proin & post elaborationes debitas asservetur ad Congressum *Aphrodisium* in PROSTATIS, ubi dicitur *GERMEN Potentiale*, sed *GERMEN Actuale* in utero. Hac quoque methodo, non tantum humanarum, sed etiam S. literarum vestigia dilucidius assequeremur. Quibus GERMEN Posteros & Liberos indicat Job. 20. *GERMEN domus ipsius migrabit*; & Isa. 14, *Perdam nomen Babylonis & GERMEN*; & Jer. 23. נצר משרשיו Sed SEMEN inter Medic. *Coryphaeos*, & ex *Hippoc.* lib. de *Genit.* & lib. de *Diaeta*, &c. agnoscitur hoc duplici sensu. Quocirca *Galenus* edidit libellum περὶ Σπέρματος, & *Hippocrates* prius περὶ Γονῆς. Unde Γονὴ & Σπέρμα Genitura & Semen apud vulgos unum & idem sonant, revera tamen in *Concoctione* differunt. Interdum ex *Hippoc.* semen appellatur Θορὸς, lib. 2. de Morb. & tunc *Galenus* ipse *com.* in 1. Progn. Θορὸν & Σπέρμα plane distinguit ad mentem nostram; quoniam Θορὸς proprie τοῦ σπέρματος ἔκκρισιν denotat, aut ejus *aptitudinem* ad coitionem ex elaboratione feminis, ejusque maturitate; & hoc censu fit *GERMEN* aut *Genitura*. *Aristoteles* etiam *Semen* a *Genitura* (vel *Germen*) distinguit lib. 1. de Gen. Animal. cap. 18. Et attestante *Laurentio* in Hist. Anat. lib. 8. Q. 5. *HIPPOCRATES non modo SEMEN agnovit* (imo in Foeminis) *sed in utroq. Sexu Genituram* (aut feminificationem) *DUPLICEM* viz. 1. *Imbecilliorem*

Germen est Potentiale & Actuale.



Hippoc.



Galenus.

Aristot.

becilliorem & 2. *Validiorem adesse scripsit.* Nobiscum etiam hæ *Coryphæorum* sententiæ ad amussim commententur; dum *Spermatosis* imbecilliorem exagitationem vel duntaxat ad *Testes* SEMEN; sed ejus ulteriorem *elaborationem* ad *Prostatas* & seminales *Loculos* (aut ἐν τῷ τελείῳ) GERMEN appellamus.

ubi Semen & *ubi* Germen.

Age tunc, & ut processus commodiores agamus; nostramque *Thesin* de SPERMATOSI περὶ τὸ καλὸν, τὸ Σύμφερον, καὶ τὸ πρέπον pertrectare; (cum *Pneumatosi*) methodum hanc brevem ex definitione priori pensitemus. Viz. 1. In. 2. Ex. 3. A *quibus*, 4. In quam *Formam.* & 5. Ad *quem* finem a summo Naturæ Numine ad unum *apotelesma* Coctio hæc instituatur, & 1. In *quibus*, nempe TESTICULIS vasisque adjacentibus promovetur. Adeo ut TESTES a TESTANDO (quoad Naturæ intendentis *ordinem* aptitudinalem) pro *Speciei* traductione denominantur. Quippe, si per TESTES non tantùm *Testiculos*, verumetiam omnia Vasa *spermatica* deprehendamus; tunc non solùm *pubertas*, sed ex iis *Spermatosis* principiorumve seminalium sublimatio aut promptitudo *attestatur*. Testatur ex iis ante *pubertatem Spermatosis* dormit & senectute. Testatur ex iis hyberno tempore plus coitum appetunt *Animalia* quam æstivo; quippe tunc (præ aliis temporibus) testes & vasa seminaria turgescunt (è *Spermatosi*) pruriuntque. Ast *Aves* ferè omnes tempore *vernali* vel æstate proritantur ad *genialem* coitum; & ab eorum *Testibus* grandescentibus, *Mercurius* in iis magnoperè sublimatus attestetur. Præterquam & ex iis testatur *Θεωτάτη benedictio* speciem cujusque generis ad con-

Methodus quâ tractatur hæc 5 Concoctio

1. *In Quibus aut Vasis spermaticis.*

A Testibus quæ testantur.

ut

conservandâ Et exinde TESTIBUS opes, priorũq; concoctionum *Ambrosiæ* viresque procreativæ reconduntur & asservantur in promptu. Et Gen. I. ויאמר אלהים פרו ורבו Elohim dixit Αὐξάνεσθε ϗ πληθύνεσθε, aut a Syriis passivè [Syriac] *fœcundamini & multiplicamini*, & appellatur à Divino numine *BENEDICTIO*, ברכה. Namque quoad INDIVIDUUM benedictio sit *conjungendi*, sed quoad *SPECIEM* perpetuandam benedictio *gignendi* & fœcundandi; ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον & hoc munere locupletatur Animal & *Intensionis ordine* fuit hæc primaria *benedictio* Θεοφύτευ ϗ ἔξοχα πάντων. Deheinc ideo ὁτινὰ ἀγάλματα ad *Testiculos*, vasaque hæc elaboratoria (velut ad *partes principales*, speciesque propagandæ maxime dicatas) *facem* nobis haud immerito prætulit in sequente *Capite*.

Testes unde à testando.

 CAP.

CAP. II.

In QUIBUS *Spermatosis exantlatur viz.* *In* TESTIBUS *vasisque spermaticis.* *Ex argumentis variis Testes probantur, Partes Principes à* Fine, *Forma*, Mediis, *Materie, &c.* 2. *Necnon aliis argumentis à nobilitate* Actionis, *Essentiâ Instrumenti & conditione* Recipientis. 3. *Et ulterius arguitur à Genealogiâ spirituum seminal. & à vi* Σπερματοποιητικῇ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ *partium.* *Et* 4. *Ab earum communicatione perpetuâ, conspirabili cum* Capite, *Corde*, partibusque *principalibus.* 5. *Et à calore innato specifico, Fermentoque spermatico.* 6. *Per vices & mutationes à* Testibus *per totum Corpus.* 7. *A nutritione spermaticâ. Unde* Testes Principes *existimentur.*

SECT. I.

Testium Principatus ad speciei conservationem Discussio, ex dignitate Finis, Formæ, *mediorumq;* Spermatosis.

ABARELLA* 1 Poster. ad text. 21. cujusque rei Scientiam duobus inesse statuit. 1. Cognitione vel γνωρισμῷ τῶν καθ᾽ αὑτῶν, quoad *essentiam rei.* 2. Vel τῶν ἐπισυμβεβηκότων quoad *accidentia* & subjectum; proinde etiam rerum *principia*

cipia sunt per se, vel per accidens. Nunc in rebus naturalibus (quoniam τὸ τί est prius quàm τὸ Πῶς) duobus modis principia philosophantur. 1. Ab eorum *Constitutione*. 2. Ab eorum *generatione*; hæc dicuntur in *fieri*, sed illa in *facto esse*; Et hoc sensu vel quoad principia *fieri* Palæstram hanc rursus descendamus ad *Spermatosin*. Et quoniam *Forma* non potest explere suum officium (i. e. *Ultimò*), *SPECIEM* aliquam absolvere, nisi subjectetur in *Materia*, Locoque Subjecto; ideò *Spermatosis ORGANA*, locumque subjectum *Vasis* his *seminariis* inquiramus. Viamque sternere, dum commune sit omnibus eorum speciem procreare, κ̀ συνωμότατον ἐςὶ τὸ γεννῆν ἑαυτῷ ὅμοιον (ex *Arist.*) *TESTES* nobis instar Partium *Principalium* deprehendantur ex variis ratiocinandi principiis. Quippe. Arist.

Testes argumentis plurimis probantur Partes Principales.

1. Natura *FINI Principali*, usuive, semper assignavit *Partes Principales*; *SPECIES* q̃3 *propaganda* Finis est principalis, adeò TESTES huic fini constituti, partes sunt principales. Proin & *Instrumenti* conditio, (naturâque ex congruente, rectoque usu) indicanda sit, & *Instrumenta* definiantur a Fine suo. *Zabarell.* 3. de meth. c. 18. & 1. de meth. c. 2. & 9. Picolh. gr. 8. c. 7. *ph. mor.* Præterea argumentetur, 1. *A* Fine *Principali.* Zabarella.

2. Si Natura dat *Instrumenta* conditioni formarum respondentia, tunc instrumenta talia sunt *partes principales*; sed natura dat *Instrumenta* conditioni formarum respondentia atque convenientia. *Picolh.* gr. 3. ph. mor. cap. 3. sic inter media & *instrumenta* speciei conservandæ congruentia, *TESTES* à naturâ dantur. 2. *Et à* Formæ *conditione.* Picolhom.

Et natura quum res procreat, easdem in finem instigat, facultatique tradit finem illum certis

certis *Mediis* & *Instrumentis* consequi.

3. Ex necessitate Mediorum.

3. Insuper ut *Forma* prorsus est necessaria ad suum effectum formalem, sic inter *formam* & *effectum* MEDIA sunt necessaria & organa. Nunc quæ sunt organa necessaria ad media inter *Formam* & *Effectum*. sunt *partes Principales*; sed TESTES sunt ad media *Spermatosis*, Organa vasaque necessaria inter Formam *Spermatosis* & Effectum aut *Germen* Δεῖ γὰρ τὴν ἀρχὴν ὁμοίαν εἶ) κỳ συνημμένην inquit *Arist*. & quoniam Terminos oportet esse inter se essentialiter ὁμοφυεῖς & congeneos, idcircò *Media* partes ejusdem naturæ debent esse principales. *Zabarel*. l. 1. post ad tex. 34.

Arist.

Zabarell.

4. Ex materie appetente Formam his Testibus.

4. MATERIA propter imperfectionem suam *formam* appetit (inquit *Avicenna*) nunc ubi materia *formam* impensè quærit, ibi pars est principalis; sed TESTE materies spermatica formam *Spermatosis* impensè quærit; *Major* illustretur ex *Jul. Scal*. l. 1. Phys. c. 9. t. 81. & Exerc. 6. s. 1. & alibi, sed *minor* ex chartulis hisce sequentibus.

Jul. Scal.

5. Citra eas non absolvitur Species.

5. Quinetiam ut *Forma* nuspiam citra *Materiam*, ita non citra partes has speciem absolvere possit. Nunc partes sine quibus Forma non possit absolvere speciem, sunt Partes *Principales* & *necessariæ*; sed *Testes* sunt partes, sine quibus *Forma* non producat speciem. Unde concludamus ex *Galeno* (lib. 1. de *Semine*, & lib. de *Arte Parvâ*) & cum Clarissimo D. Regio, Aliisque, Testes esse Partes Principales. Nec possunt *materia* & *forma* in unam *SPERMATOSIN* coalescere, nisi illa ad hanc recipiendam idoneis his accidentibus ab AGENTE præparetur. Quibus absolvitur *Apotelesma* (in *Sobole* propagandâ)

Galen.

D. Regius.

vagaque materiei *Potentia* redditur habilior huic Formæ *Spermatosis* recipiendæ. Sed hæc dicta sunto *Sectioni* primæ.

SECT. II.

Alia Argum. de Testium *principatu, ex perfectione* Actionis, *ex Essentia Instrumenti, & ex conditione* Recipientis.

VEritati rationique licant, Quibus FORMA principium est ἐκ αὐτάρκης τῆς τελεσ-λείωσιν absque mediis insufficiens ad *apotelesma* rei; quippè *Natura non facit* saltum, & ejus Progressus est ab uno termino ad alterum, & ab uno *gradu* vel imperfecto (*Spermatosis*) ad perfectum per MEDIUM. Agens enim naturale nequit agere in *Extremum*, quin prius agat in *Medium*, propter quod est necessum omnem actionem naturalem fieri per contactum. *Zabar.* de calor. cœl. c. 4. ex Arist. 1. meteor. c. 4. & *Scot.* in 2. distinct. 3. Q. 2. Coll. Conimbr. 1. phys. c. 1. Q. 2. art. 1. Et *Animæ* nobilitas per divinæ cum *corpore*, vel re brutâ conjungi nequeat, nisi *medium* naturâ quodam intersit, nimirum *spiritus* (inquit *Scal.* Exerc. 307. §. 13.): & ubi sunt *media*, sunt *Instrumenta* & organa necessaria instar Partium Principalium. Cum in rerum universâ serie, dentur quædam omnino *serva*, quædam etiam omnino *libera*; sed similiter & *Intermedia* dentur partim libera, partimque serva, sic *organa primaria* sunt *Intermedia* rerum, quæ vocantur *Partes principales*; & TESTES ad *speciem* propagandam sunt organa talia. Præterea

Natura non facit saltum vel absque mediis organis.

Zabar. Arist. Coll. Conimb.

terea Artifex *omnipotens* tam *Magnus* est in magnis rebus, quam *minor* haud sit in minimis; adeò ut in omnibus, imò minimis naturæ, nihil *mutilum* appareat. Et si nihil est in Naturâ *mutilum*, tunc neque *Spermatosi*; quoniam omnia conficiuntur, & à *Naturâ* ad omnes ejus elaborationes τελειότατης comparantur. Ut animadvertemus ex *Arist.* lib. 1. de Part. Anim. cap. 5. & lib. 3. de *Animâ* cap. 10. Εἰ οὖν μήτε μηδὲν ἡ φύσις ποιεῖ μάτην μήτε ἀπολείπει τῶν ἀναγκαίων πλὴν ἐν τοῖς πηρώμασι καὶ τοῖς ἀτελέσι. Τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν ζώων, τέλεια οὐ πηρώματά ἐστι. (σημεῖον δὲ ὅτι γεννητικά, καὶ ἀκμὴν ἔχει, καὶ φθίσιν) ὥστε εἶχεν ἂν καὶ τὰ ὀργανικὰ μέρη τῆς πορείας;

6. Arg. ex perfectione & nobilitate actionis naturæ. Arist.

Si natura nihil frustrà facit, nec omittit aliquid necessarium, tunc Animalibus perfectis *Spermatosis* non sit imperfecta, ex organorum defectu; & è nutu naturæ, nobiliores actiones organis nobilioribus famulantur; adeò ut arguamur, si nobiles actiones partibus nobilibus accommodantur à naturâ, tum *Spermatosis* (quæ nobilis est actio naturæ *speciem* ad conservandam) partibus nobilibus accomodatur. Et si partes nobiles inserviant *Spermatosi*, tum TESTES sunt *partes nobiles* & principales.

7. Ex Essentiâ Instrumenti *viventis & facultate.*

Præterquam 7. Sin *Instrumenti* Essentia sit in usu, hâc concoctione; tunc *Testes* sint partes principales, sed *Essentia* Instrumenti sit in usu; unde & *Instrumenta* definiantur à *Fine* suo *Zabar.* 3. method. c. 18. & 1. de meth. c. 2. & 9. & Picolli. gr. 8. c. 7. & adeò Partium in Animalibus causas ex utilitatibus, seu *finibus* elicimus, à *Scalig.* Exerc. 22. §. 1. Membraque cadaveris alia esse *specie* ab iis quæ fuerant viventis, sapientes ex penitioribus *Naturæ* Fontibus hauriunt. *Scal.* Exer. 346. non enim usum eorum

habent

habent in cadavere; ea tamen viventia sint *Instrumenta VIRTUTUM*, & ita TESTES qui generandi *facultate* imbuuntur.

8. Sin Agens agit, hâc *spermatosi* pro conditione RECIPIENTIS, tunc coctio fit in conveniente *Recipiente*; & si conveniente *Recipiente*, tunc *Testes* sunt partes nobiles & principales, alitèr non agit in conveniente *Recipiente*. Sic è *Zabarell.* lib. 1. de medio demon. cap. 7. & *Scal.* Exerc. 16. §. 2. Agens si agere debeat; aptitudinem ad patiendum requirit in *subjecto patiente*. Quapropter *spermatosis* non esset in naturâ, vel concoctio seminis, si *Testes* & vasa seminaria non fuerant partes nobiles, quoniam Agens non agit nisi *Recipiente* & *Patiente* idoneo ad recipiendum; Recipiensque recipit pro conditione suæ *receptivitatis*. Ex eadem ratione, quantò nobilior est SPECIEI Conservatio quam INDIVIDUI, tantò præstantiores æstimentur hæ Partes, principalioresque quam partes principales *Individui*. Cautione tamen hâc continuâ, quòd TESTES non *Individui*, sed *speciei* solius respectu PRINCIPES appellantur; nec tam necessarii sint Testes ad *individui* vitam, quam ad speciei traducem. Sic ulteriùs ex *Galeno* lib. 6. de usu *Part.* decertetur atque explicetur ἐξ ὧν χρὴ διαγινώσκειν ἐν ζώου σώματι μόριον, ἄκυρον τὲ καὶ κύριον, ἀπὸ μὲν δὴ τῆς χρείας ἀμφω κείνειν. Ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἄυτη διττὴ κατὰ γένος· ἢ γὰρ εἰς αὐτὸ τὸ ζῆν, ἢ εἰς τὸ καλῶς ζῆν, ἢ εἰς τὴν τούτων φυλακὴν διαφέρει. Quippè in corpore vivente Partes nobiles ab *Utilitate* dijudicentur; nunc ad utilitatem sobolescentem partes hæ testium sunt principes, ast ad *Individui* solius conservationem τῷ εἰς τὸ ζῆν

αὐτὸ

8 *Ex conditione Recipientis.*

Zabar.

Jul. Scal.

Ulteriùs explicatur è Galeno *ab utilitate.*

αὐτὸ χρήσιμα μόρια κύρια πάντως ἡγεῖται, τῶν λοιπῶν δὲ ἐνεστέρων γενῶν ἀκύρων ὑπερχόντων; Partes ad vitam ipsam utiles existimantur principes, sed aliæ minùs principales. Attamen *Testes* partes esse principes bifariàm extricari possint.

1. Quoad *speciem* propagandam. 2. Quoad *Individui* vitam meliorandam, εἰς τὸ καλῶς ζῆν; & dein Argumentum optimè validum ex speciei conservatione fabricetur à *Galeno.* Quippè præcipua speciei propagandæ organa sunt partes principales; sed Testes sunt *Organa* propagandæ speciei præcipua.

SECT. III.

Confirmatur ex nobilitate spir. seminalium à vi spermatopoietica *Testibus.*

9. *Arg. ab* ἐξοχῇ *vel incomparabili spirituum succorum Nobilitate Genealogiâ Testibus.*

Restat in *SPERMATOSI* spiritus *seminales* exquirere, ac investigare; qui comperientur in homine tantò subtiliores perfectioresq; quantò nobilitate & præstantiâ reliquis creaturis præcellit. Unde *TESTES*, quibus hi spiritus hominis elaboratissimi, quasi *quintessentiales* sublimatique reponuntur, absque vacillatione, partium principalium nobiliumve instar existimentur. Et ut homo siquidem à *Philosophis* est quasi compendium totius MICROCOSMI, (quemadmodum *Macrobius* illum *Magnum mundum ingentem* vocabat, & *Greg. Nazianz.* init. lib. de *hom. opif.*) ita Coctio hæc ultima *Spermatosis* est quasi compendium totius MICROCOSMI, omniumque coctionum, spirituumque Corporis humani præeuntium quasi

Mocrob. Greg. Nazianzen.

quinta

quinta Essentia. καὶ πρὸ Πάνυ. vel ARCANUM Specificacissimum; aut ut alii volunt, *PURISSIMUM rerum omnium* quæ continentur in Corpore, quo *Mercurius Animalis* mirificè pluriesque sublimatur; sed est aliquid potentius & divinius in GERMINE quam illud *semen* aut purum quod reperitur in Animalium ☿ *sublimato* (uti mox enucleabimus); unde dicitur ex Arist. de Anim. l. 2. c. 1. τὸ δὲ Σπέρμα, καὶ ὁ Καρπὸς, τὸ δυνάμει τοιονδὶ σῶμα *Semen* & FRUCTUS, estq; POTESTATE *Corpus tale*, Germen è *Potentiale.* Materiem enim fixam mercurialem & oleaginosam, infixamque volatilem, ex elementis principiisque nostris hypostaticis exaltatam & quasi *matrimonio* unitam (quemadmodum in *Pneumatosis* elaborationibus satis exploravimus) SEMINIS nomine intelligo, quod etiam ulterius sublimetur ad GERMEN. Et ex tenuissimâ siquidem alimenti *ultimi* parte, & ex omnium præeuntium *coctionum* principiis conficitur. Ideoq; ex *Arist.* l. 2. Anim. c. 4. *Alimentum purum non solùm valet ad alendum, sed etia ad augendum & generandum;* Ἔστι δ' ἕτερον τροφῇ καὶ αὐξητικῷ εἶναι, ἡ μὲν γὰρ ποσόν τι τὸ ἔμψυχον αὐξητικόν· ἡ δὲ τόδε τι καὶ οὐσία τροφή, σώζει γὰρ τὴν οὐσίαν, καὶ μέχρι τούτου ἔστιν, ἕως ἂν τρέφηται· καὶ γενέσεως ποιητικόν, οὐ τοῦ τρεφομένου, ἀλλ' οἷον τὸ τρεφόμενον, ἤδη γὰρ ἔστιν αὐτοῦ ἡ οὐσία, γεννᾷ δ' οὐθὲν αὐτὸ ἑαυτὸ ἀλλὰ σώζει; & in hac *spermatosi* radicales balsamicæque *Essentiæ*, (ex quibus tam *continentes* Corporis aut Embryonis partes, quam *contentæ*, spirituales & fluidiores formentur atque compingantur) complectuntur. Quamobrem quoniam *Semen* est tanquam omnium spirituum, principiorum, coctionum priorum, succorumque nutritiorum & radicalium EXTRACTUM

Aristot. In seminis & Germinis Arcano præstantissimo quæ contineatur.

[illegible]

TRACTUM (haud secus ac *ELIXIR* hominis & *Totius Integri*) ex succis omnibus, spiritibus, & principiis radicalibus elicitum. Uti *Marsilius Ficinus* acutissimè disseruit his verbis, *Scimus omnia viventia, tam vegetabilia quam Animalia per quendam spiritum similem vivere atq; generare, & quod est maxime spirituale velocissime generare; qualem spiritum quâdam sublimatione secretum* & comparatum *ELIXIR Arabes nominant.* Necnon ad αὐτεξουσίαν Σπερματο-ποιητικὴν exaltatum (ex Naturali spiritu *concupiscendo*, ex Vitali sulphureisque, incalescendo & *agendo*; sed ex spiritibus animalibus *influendo* & *illustrando* versus GERMEN) Testibusque repositum; ideóque TESTES suut *Partes nobiles* & principes. (Quamvis etiam hic *Succus* dives & *seminalis* in testibus est, velùt in PROMPTUARIO πλουδιναμ@; animam tamen τειμερὴν & (ex *Salmasio*), Platonicam τειψυχίαν ἢ πολυμερῆ semper explodemus apud Arist. de Anim. li. 1. c. 9.)

Marsf. Ficinus.

Elixir quid?




Et quomodo reponuntur in Vasis seminariis hi spiritus?

10. Nunc quantò præstantiores sunt spiritus partesque *contentæ*, tantò principaliores sunt *partes continentes*, sed succi testibus contenti sunt præstantiores & nobiliores quam Succi, *Venis*, Arteriis, *Corde*, vel partibus aliis.



10. Arg. à vi Σπερματοποιητικῇ Testiumq; Μεγαλοπρέπειᾳ.

Testibus inest *principium Causalitatis* spermaticum, conficiendique semen, ideoque sunt partes principes. Partes genitales sunt partes principes, quia continetur in iis ὁ λόγ@ οὐσίας *spermatosis*, aut *efficiendi* non semper *effectus*, quoniam Actus pendet ab *Agente Externo*, sed Aptitudo & Potestas ab *Interno Principio*. Denique quoniam hæc Vasa tàm mirificâ cum *Arte*, Ratione, *Solertiâ*, *sumptu*, *Energiâq;* Κοσμητῶς & Artifex Omnipotens (imò cum μεγαλοπρεπείᾳ maximâ) fabri-

fabricavit; nè vel ad *speciei* procreationem vel ad *seminificationis* elaborationem aliquid iis desit. Nunc quæ à Naturâ constituuntur & undique accomodantur à Divino *Numine*, ad semen conficiendum sunt partes principales, sed *Testiculi* constituuntur ab *Artifice* Divino *Numine*, hoc quoque Munere, *sumptibus* ab ipso Cœlo, necnon omnimodè πολυτελῶς conflantur; Testiumque officium τοῦ κάλλιστον ἢ ἀριστοποιήσασθαι, ἢ τιμᾶν spectat. Nunc eorum opifex pro *Partibus ignobilibus* expensas & opes tam *magnificas* ac facultates impendere nuspiam solebat. 

SECT. IV.

Probatur ex eorum Commercio, conspirabilitate, Κοινωνίᾳ cum capite & partibus principibus.

PRopterea dum RECIPIENS, recipiendâ *Specie*, nudum esse debet; Intelligentiam vel Intercursum à *Pneumatosi* per nervos ad Testes, aut *Spermatosin* accuratiùs invigilaremus. A quo fœdere atque commercio, cum Capite, & Corde, &c. communicationeque, & *Testibus*, eorum DIGNITAS μεγάλη eluceat: ideóque in omnibus penè *Affectibus* hoc commercium apparet, dum Testes *Cerebro* compatiuntur, & ex communione *Nervorum* spirituumque haud exiguâ intercapedine, mutuóque consentiunt. *II. Arg. ex eorum commercio Fœdereque conspirabili cum cerebro vel partibus principalibus.*

Unde II. Quoad *principium Terminationis Testes Partes* principes concludamus. Etenim hoc principium editur, vel à Termino à *Quo* vel ad *Quem*; I. A termino ad *QUEM* nempe Speciei

Specie propagandâ, velut ex principiis *Actionis* prælibavimus; Ast 2. In *Termino* à QUO principium ejus Motus expendendum; Proin & Consensus hic mirabilis maximoperè sit obvius inter *Cerebrum Testesq;* velut inter COMPARES.

Explicatur hic Consensus.

Dum (velut ictu oculi) Spiritus animales haud secus ac *Angarii* celerrimi (Coruscationisque instar) evolantes partim per *vias Regias* Nervorumque tritas, partimque per occultas & imperceptibiles vias, huc, illuc circumvolitantes, ob eorum fluxus & refluxus à Cerebri ventriculis excurrentes ad *testiculos*, partesque vicinas (pernicitate summâ utentes) conjugia diversa ineunt; Mentemque Regis, Cerebrique sensuum perceptionem & appetitum (ad amorem, *libidinem*, coitum, *voluptatem*, aut ad aliquid communi sensui placidè captans) his partibus *seminiferis* renunciant & adjuvant. (Namque τὸ καλὸν εἶναι ἢ τὸ ἡδὺ ἢ φαίνεσθαι prout affecti sumus finem proponimus) & ad *Spermatosis* animalem facultatem stabiliendam è *vectoria* nervorum & spirituum subserviunt à contiguitate *situs*. Sed hic Consensus inter Cerebrum ac testiculos diversimodè conspicuus fit è Diathesi partium, forsan & à situ. Quippè *Hæmorrhagia* sistetur *Epithemata* refrigerantia Testibus applicando, imò & egregium hoc Fœdus exemplificetur à Libidinoso *Juvene* qui correptus erat *Epilepsiæ* paroxysmis vehementer ingruentibus ab exiguo Testibus tumore *Contestante Crokio* de *Microcosmographia* Lib. 4. Cap. 40. Ast quam mirabilis est eorum consensus Cordi, *Diaphragmati*, partibusque aliis (tantum ab eorum transitu) elegantissimè ex *Hippoc.* Sect. 5. Lib. 2. Epid. expromatur. Ὄρχις ἢ δεξιὸς ἢ ἀριστερὸς ... Et iterum

Exemplum hujus commercii. Crokius.

Hippoc.

rum §. 1. Lib. 2. [illegible] Επιδ. πλεῖστοι δὲ [illegible] βῆχες ξηραὶ, [illegible] χρόνον φλεγμονὰς μετ᾽ [illegible] ἐς ὄρχιν [illegible]. Ita §. 1. Lib. 2. Epid. βῆχες χρόνιαι ὄρχιος [illegible] παύονται; & accidit præcipuè per nervos costales, quorum portio conspicua ad *Testes* fertur; & abinde *Thoracis* Testiumque tanta κοινωνία fit; obiter & notandum inter Cerebrum & Testes, (quoad *terminationis* principium) maximum ab ἰσχνοφωνία commercium, unde vox ipsa magnoperè mutetur. Ex *Hippoc.* §. 5. lib. 2. Epid. ἰσχνόφωνοι [illegible] [illegible] ; dum *Testiculorum* vasa labyrinthea, *varicum* modo implicata turgescere inchoant, tunc ob *spermatosin* uberiorem solvitur vocis gracilitas; & ob calorem spermaticum per totum Corpus dissemlinatum, amplificantur Vasa. Et sanè quum mares pubescunt, semenq; eorū Testibus, ex principiis mercurialibus elaboratur, [illegible] gravior vox ipsa redditur, τραχεῖα, vel instar hirci asperatur. Quin etiā *hystericis* morbis, & fœmineis inter caput & has partes *Consensus* egregiè constituitur. Dum ab omnibus his *affectibus* penè per *Sympathiam* celeberrimum, & palàm afficiuntur partes principes, viz. *Cerebrum* & *Cor*. Ex quo consensu *[illegible]* celebratur *aphoristicωs* ex *Hippoc.* 5. 5. Aphor. 35. propter uteri suffocationem [illegible] [illegible], ἢ δυσπνόη, [illegible], similibusque symptomatibus. Imò & ab hoc consensu partium mulieris fertilitas, aut ad concipiendum *aptitudo* probetur ex *Hippoc.* Regulis *Aphoristicis*. 5. Aph. 59. Quippe cui *Anathymiasis* aromatum, aut *styracis*, *benjovini*, &c. ab imis partibus aut utero (per *Metrenchytam*) ad os, aut nares transmittitur

Explicatur hic Consensus.

Hippoc.

A Pubertate & ἰσχνοφωνίᾳ.

☞

Ut ab Hystericis morbis.

Hippoc. Ex concipiendi τεκμηρίοις.

tur

tur, sit signum aut τεκμήριον fœcunditatis. Γυναῖκα μὴ λαμβάνουσαν ἐν γαστρὶ, βούλῃ δὲ εἰδέναι εἰ λήψεται, περιλαβὼν ἱματίοισι θυμία κάτω. Κὴν μὲν προϊέναι δοκέῃ ἡ ὀδμὴ διὰ τοῦ σώματος, ἐς τὰς ῥῖνας καὶ ἐς τὸ στόμα, γίνωσκε ὅτι αὐτὴ οὐ δι' ἑωυτὴν ἄγονός ἐστιν. Et hoc tentamen in hoc *Commercium* fundatur viz. inter eas partes & Caput. Etenim quum uterus in vitio sit, & hoc fædus conspirabile nervorum spirituumque *Animalium* interturbetur, haud facile transmittitur hic odor ad nares. Præterquam, quid sit evidentius quam hæc *confœderatio* Testium, cœteris partibus *principalibus* in *Amatoribus*? Libidinosis? *Superbescentibus*? & aliis uti familiarissime confabularemur? nunc intemperanti vel inordinato *Amatori* (ex *Aristot.*) φιλεῖν est τὸ βούλεσθαί τινι ἃ οἴεται ἀγαθὰ, ἐκείνου ἕνεκα amare & avide velle, quæ putat bona & placida, absque jure rationevè; tantum quoniam judicat voluptates esse (licet illicitas); unde ex eodem instanti conceptio fit cerebro, *Testibus* & unà; Quorū partibus forsan erit *titillatio*, pruritus, sive proritatio, *conspiratio*, consensus aut *turgescentia* libidinem versus; & exinde ob ingentes spiritus luxuriantes ac efferos, Superbiæ, Libidinesque conjunctissimè contesserentur, aut fœdere velùt irrefragibili conjugium ineant. Hoc. è Cl. *Harveij* nostratis *Tripode* & observationibus de *Gen. Anim.* luculentius appareat; ex quibus *Canum*, perdicum, Gallorum, &c. *Exempla* accumulaaremus. Et potissimum in *Galli* Gallinacei speculatione, qui prælio superans, mirè superbescit, & protinus in superatas conjuges libidinem suam exercet. Sicubi vel à partitione *Generatio* prout irritatur, ex cerebri facultate promovente *Spermatosis plastica* vis excitatur; undè [illegible] complures,

Ex Libidine superbiâ,&c.

Arist.

Harveius.

Ex plasticâ vi Spermatosis *in Testibus, ex* Commercio *cum cerebro vel* Pneumatosi.

res, similes, dissimilesvè coitu procreantur. Insuper & (ob hanc Causam) *nervuli* complures sunt circa *pudenda*, partesque adjacentes; ut per illos coëundi voluptatem & consensum ad Cerebri *Sensorium* commune remandare possent. Quippè per eos *nuntii celerrimi* recursitantur tanquam ad eorum terminum. Abheinc non tantum *testibus*, verum etiam per totum ferè Corpus titillatio quædam sentiatur. Et Cupido, congressu, & sensus perceptibiles, atque tactiles varii εἰ γὰρ ἡ ἡδονὴ μὴ μία ἐστὶν αἴσθησις, ἀλλὰ πλείους ex *Arist.* exquisitissimè gratulentur. Nunc ob tantam *stipulationem*, conspirationem & conjugium inter cerebrum vasaque seminaria, imò ob eorum (ad sensus) congruentiam ac internuncios plurimos; Testes esse compares *principatu*, aliisque *gubernatione* præeuntes κατ' αὐτοὺς ex Coryphæis Medicinæ celeberrimis, concredere sim lubens; & ex Authoritate *Hippocratis*, quo Corpus Σύμπνουν κ) Σύῤῥουν dividitur, in *Conspirabile* & *Confluxile*; sed inter partes conspirabiles cum *Principibus* numerentur *Testes*, & adeò partes nobiles.

SECT. V.

De Caloribus Innato *&* Influente *ad Spermatosin.*

Qui *Unguenta* suavitèr redolentia conficere student, humidam materiem quam certo condire odore volunt, ita præparant, uti nullum odorem proprium habeat; & qui materiis mollibus, impressionique cedentibus figuras quasdam sunt impressuri, nullam omninò priorem in

iis apparere figuram sinunt; sed exactissimâ quâdam levigatione eas poliunt. Sensus de objectis suis non bene judicant, cum sensoria peregrinis succis vel vaporibus depravata sunt; quemadmodum ictericis quibusdam lutea videntur omnia, ita vertiginosis omnia circumagi, & cui amaritudo est in linguâ, amara sunt omnia. *Scal.* Exer. 265. Quapropter Intelligens etiam debet esse nudum eo quod intelligitur *Picolhm.* gr. 9. ph. mor. cap. 41. & hoc *Recipiens Spermatosis* esse liberum, nudum, & optime comparatum *materiei* recipiendæ. Idcirco quoad Testium *temperamentum*, Duplicique calore imbutum viz. INNATO & INFLUENTE perquiramus. Et quoniam *CALIDUM Innatum Spermatosis* haud ut *nuda Qualitas*, sed ut *Qualitas* cum subjecto, ideo deprehendatur (nempe à Spiritu *Animali* & subtilissimo) Testes esse *Partes principales*.

Scalig.

Picolhom.

12. *Ex innato calido fermentoq; seminali* Testibus *probatur.*

12. Ab hoc innato calido, Fermentoque *Spermatico* iis appropriato atque nidulante concludamus, & nervosius hoc expugnemus. Hoc calidum innatum *Spermaticum* ex novo Foco celebratur, & dicitur *Arist.* 2. *de Gen. Anim.* cap. 3. Σῶμα θειότερον τῶν καλουμένων στοιχείων, καὶ φύσις ἀνάλογον οὖσα τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ; per Quod (& inquit *Sennert.* de Chym. c. 10. & de corp. hum. c. 2. lib. 8. calidum Semen redditur *fœcundum*, & elaboratur ad *GERMEN*). Quippe ut inter se *Semina* differunt officiis ac facultatibus, (nempe *Semen* animale, vegetale, atque minerale,) ita Corpora differunt ex hoc calido *fermentoq;* seminali ex *Arist.* 3. de Gen. Anim. cap. 3. διαφέρουσι τιμιότητι καὶ ἀτιμίᾳ αἱ ψυχαὶ ἀλλήλων οὕτω καὶ αὕτη διαφέρει φύσις ut *Animæ* nobilitate vel ignobilitate differant. Etenim pro Animæ nobilitate

Sennertus. *unde Semen fit fœcundum sive* Germen *Potentiale.* Arist.

rate vel ignobilitate tum virtutem *Generatricem*, tum corpus subjectum nobilius esse concredamus, necnon hoc *innatum calidum spermaticum*; Et non elementare *calidum* sit, quoniam Elementum haud *Animal* generare possit. Sed (ex *Arist.*) cœlesti calori respondeat. Et calor hic *Cœlesti calori* respondens, multo divinior est *Elementi calore*; sed Calor *Spermatosis* est talis. Major etiam probatur ex ἐνεργείᾳ Caloris utriusque tam *influentis* à Corde & Capite, quam insiti *Testibus*, unde Coctio quoque (quam in *Pneumatosi*) bifariam exantlatur, Coquinario Chymicoque more; Sed calor insitus vasis spermaticis, proprius accedit ad efficaciam, vimque *cœlestis caloris*, quam calor *elementaris*; & est multo suavior, humidior, lenior atque benignior καὶ ὅσπερ ποιεῖ γόνιμα τὰ Σπέρματα; hic quoque facit *Semen* ut fœcundum sit ac *G E R M E N*. Et est *Instrumentum*, quo *Spermatosis* actiones ac elaborationes exequuntur; Sed calor hic *seminalis*, & diversis suis præparationibus, quas inducit (elaborationibus) in materiem suppositam, diversas acquirat agendi vires; & ex iis diversis præparationibus, peculiares enascantur proprietates, quæ principiis agendi fruantur; & calor hic Agens, tam Externus in *utero*, quam Internus in *Semine*, *G E R M E N A C T U A L E* inferat, & *Animalis* Formam occupet (utpote sequentibus literis explicemus.) Ideoque ex *Arist.* appellatur τὸ Θερμὸν τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ Σπέρματι, καὶ ἐν τῷ ἀφρώδει πνεῦμα, & lib. de Mundo, cap. 4. spiritus hic spermaticus innatus sibi ipsi peculiaris agnoscitur, ὥστε ἐν φυτοῖς καὶ ζώοις, καὶ διὰ πάντων διήκουσα ἔμψυχός τε καὶ γόνιμος οὐσία; foveatur tamen ab I N F L U E N T E Calore tam *Vitali* quam *Animali*; unde

Calor hic spermaticus non est elementaris sed magis cœlestis

☞


12. Ex innato calido fermentoq; seminali Testibus probatur.

Semen unde Germen fœcundum, sive Germen Potentiale ACTUALE.

Quomodo famulatur etiam ex Influente Calore *Animali ac Vitali.*

de & principes partes per totum Corpus, vectigalia spirituum omnium (quasi tributaria) vasis his seminalibus continuò solvunt. Quapropter ex *Rationibus* omnibus allatis, *Testes* esse *Partes nobiles* & Principes, nuspiam hæsitemus. Galenus. *Galenus* etiam (lib. 3. de simp. Med. fac. cap. 9. lib. 1. de *Semin.*) his partibus *Focum novum*, innatique caloris alterum constituit, perindeque spiritus seminales (veluti *Lares*) ad totius Corporis alterationem & incalescentiam spermaticas disseminantur.

In Testibus est novus Focus caloris.

Haud secus ac *Ovelli* vitello, sic *Testiculorum* semine Calor hic innatus augeat, nutriatque, *Calor* enim innatus haud est vitalibus *spiritibusq; Animalibus*, verumetiam spermaticis, seminique appropriatis præditus; attamen quoniam hi Spiritus (*TESTIBUS*) sunt *candidi*, spumosi, ætherei (& ex *Aristot. Cœlestes*, Stellarumque elementis respondentes) potius HU-  MIDO (vulgò) radicali, *oleaginoso*, primigenio, & velut ultimum hujus ignis seminalis pabulum (oleique Lampadis instar) mihi videantur. Et *Testium* Calorisque *spermatici* temperamentum est medium inter *Cor* maximè calidum, *Cerebrumque* de seipso maximè frigidum, sic *Spermatosis* Crasis est inter *Hæmatosin* & *Pneumatosin*.

Hujus caloris Crasis *est humidior Mercurialior & Mediocrior.*

His quoque vasis, microcosmi ipsius *Anima Rectrix* hospitatur; potissimùmque tempore *Vernali*. Cordis autem vasis tempore *brumali*; Cerebrique vasis in *æstate*: (partibus aliis & temporibus haud exemptis, dum sit *anima tota in toto, & tota in quâlibet parte*) Temporibus Anni tamen illis, principalibus his partibus (quoad Carnem) dominatu fungitur Animus. Nunc quia Regis hujus *Reipubl.* humanæ PALATIUM hoc est (*VERE*) *voluptuarium*, & in iis novus est

Palatium *Animi voluptuarium in* Testibus.

est hujus ignis temperatioris innatique FOCUS; humidique primigenii fermentique novi *sedes*, (undè semen è Doctrinâ *Hippocratis* appellatur *igneum & aëreum*), ab his rationibus partes hæ principes satis evincantur. *Petroq; Severino* novus hic *Calor Seminalis* (instar *Astralis*) suffragatur; necnon *Jo. Picus Mirandulanus*, edocuit de hâc re lib. 3. contr. *Astrolog.* c. 4. Cujus Verba sunt.) *Verùm ex nomine CALORIS fallamur, quum intelligimus statim rem adversam frigiditati. At COELESTI illi calori proximior quidèm natura calor elementaris, quam elementaris frigiditas, sicut etiam est perfectior; sed nihil prohibet illum ab utriusq; Elementi proprietatibus exaltatum utraq; virtute complecti; sicut Candorem cum dicimus, rem adversam videmus dicere fusco, nigroq; colori, non tamèn quispiam negaverit haud secùs NIGRUM colorem quam ALBUM Candore lucis & conservari & efficacem esse.* Ab hoc calore *Spermatosi succus* exantlatur ad ALBEDINEM, & non ad colorem NIGRUM.

P. Severinus.

Jo. Pic. Mirandulanus.

SECT VI.

De Corporis alterationibus è TESTIBUS variis.

CAnon est celebris & valde conspicuus ex *Arist.* 1. Ethic. c. 1. de variis acceptionibus FINIS; Διαφορὰ δέ τις φαίνεται τῶν τελῶν· τὰ μὲν γάρ εἰσιν ἐνέργειαι, τὰ δὲ παρ' αὐτὰς ἔργα τινά. Et quidam Fines ex unâ *Spermatosi* vel operatione conquiescunt; & ut in domûs constructurâ alius sit finis ὃ & alius ᾧ. Quippe FINIS hic ὃ id est in Quod desinit, συνεχὴς κίνησις *Arist.* 2. Phys. c. 1. tit. 23. ita *Germen* aut *Generatio* Finis est *Spermatosis*, & à *Græcis* appellatur ἐσχατὸν τέλος ac *Finis* Architectonicus. Ast in FINE ᾧ variæ vices & alterationes Corporis ex hâc *Spermatosi* nobis occurrunt; ἕνεκα τὸ ἡμῶν τέλος; Sed subinde

13. Ara. Ex variis mutationibus à Testibus, & universis. 13. Testes esse *partes principales* subassentiamus, ex variis mutationibus Totius *Corporis*; à *Spermatosi*, Vasisque *Seminariis* viz. ab ejus *statu*, Crasi, *Diathesi*, Habitu, moribusque penè omnibus ex iis provectis. Cujus Analysis ex quadruplici Consideratione dispendamus.

1. *Quoad ejus fertilitatem.* 1. Quoad *Fertilitatem*. 2. *Robur*, & 3. Valetudinem Corporis, (& hæc hâc Sectiunculâ) sed 4. Quoad Spermaticam *nutritionem* (proximâ). Et

1. *Ante pubertatem sterilitas & quare?* 1. Quoad *Fœcunditatem*, alteratio fit egregia per *Testes* partesque adjacentes, à *Spermatosi*. Ratio dein, & in promptu sit, cur Corpus humanum ante pubertatem sit infœcundum & sterile; quippe

1. A

1. A consimili ratione, cur Arbores & Plantæ fiunt infrugiferæ multis mensibus aut annis, dum alimentum vix trahant sufficiens ad vitam sustentandam, & ad *flosculos*, semenque producendum, nec prioribus annis possit humanum Corpus. 1.

2. Præterquam hic *calor seminalis* aut fermentũ haud satis ante pubertatem in TESTIBUS niduletur. Unde. 2.

3. Materies *spermatica* nondum satis elaboretur, neque ☿ sublimetur ad GERMEN. Quid evidentius in *Vegetabilibus* est? quam *ÆSTIVO Tempore* ex ope *CALORIS duplicis* viz. *Innati* simul & *Influentis*, fermentique vegetalis, & *Mercurii* faustè sublimati floreant Arbores fructusque, semenque parturiant? necnon in *Animalibus*? utpote vernali Tempore *Aves* ad Venerem coitumque procliviores, ex Testiculis copiâ *Mercurii* sublimati, duplicisque *Caloris* & fermenti turgescentibus sunt. 3.

2. Et *Alteratio* fit à *Testibus* ad Masculinum *Robur* fortitudinemque, unde Spiritus *seminalis* dicitur ἡ πάντα δύναμις, de quo loquamur ex *Hermete*, in *Tabula Smaragd. Heic sita est fortitudinis* fortitudo *FORTIS*, *quia vincit omnem rem subtilem, omnemq; solidam substantiam PENETRAT.* Et sic à Celeberrimo D. *Highmoro*, & è *Rogerio Bachon.* de Spec. Alch. c. 10. 2. *Quòd robur virile sit Alteratio à Testibus.* Hermes. D. Highm.

Porro dilucidiùs appareant principales, ab *Alterationibus* totius Corporis (viz. *Crasi*, diathesi, *habitu*, Moribusque ferè omnibus) ex iis provectis. Sic à Celeberrimi D. *Highmori* Disquisit. Anat. Lib. part. 4. cap. 1. elegantiùs expromamus; *quòd testes maximam & penè incredibilem vim ad TEMPERAMENTI, habi-*

tusq; Corporis & morum alterationem habeant; adeò ut à GALENO *alter caloris nativi fons est; cujus rei veritatem nos docent robur, fortitudo, & vetustas illorum qui illis fruuntur; Qui verò illis destituuntur vitam è contra imperfectiorem & ærumnosam degunt*, &c. pariter à *Blas.* Comment. in *Vesling.* cap. 6. & à *Bartholino* Lib. 1. cap. 22. & à *Veslingio* cap. 6. mutationes egregiæ per totum Corpus à *Testibus* agnoscuntur. Imò

D. Blasius. Veslingius Bartholin.

3. Quoad *Valetudinem*, ab his enim *Febribus spermaticis*, Dyscrasiisque plurimis, forsân & malignis homines corripiantur: Sic etiam Fœminis, circa pubertatis Annos ingens incidit universi Corporis *Alteratio*; tunc quoque temporis, increscente jamque facto vegetiori in omnibus partibus (maximéque circa genitalia) calore vitali pubes erumpit, mammæ fratrant, Corpus ex œstro sulphureo Cupidinis titillatur; exuberans sanguis (inquit D. *Charletonius*) calore tum suo, tum spirituum seminalium, veluti extenuatus, circumquaque diffunditur. Et (attestante Hippoc.) *Maribus Sanguinis è naribus profusiones Puellis autèm menstruorum eruptiones obtingant.* Sed hæc prætermittere; sin *Hippoc.* rursus in *Progn.* auscultemus, Ὄρχιες ϗ αἰδοῖα ἀνεσπασμένα θανατώδεα ex iis mors ipsa prognoscatur; ob hanc quoque Causam parvulorum testiculi sentiuntur manibus, & oculis observantur apud Nutrices. Ast inter medicos Arabos (apud *Laurent.* Lib. 7. Q. 1.) *Avenzoar* introducitur his verbis. *In Eunuchis prætenuem vocem audimus, malos agnoscimus mores, rationis sunt pessima, nec ferè inventus est aliquis exectus, bonæ legis, aut intellectus non diminuti.* A quo, quam eorum *consensus*, Cerebro, & intellectu probari possit, tam ab his alteratio *metaplastica* fide ferè major.

Hippoc.

3. *Quoad Sanitatem Alteratio à Testibus.* Laurent. Avenzoar

major. Uti pateat in *Castratis*, quibus conversio vel alteratio fit ex calidâ in frigidam temperiem, & velut in fœmineas constitutiones, *habitu*, voce, *formâ*, moribus, &c. itidemque de *animalibus* aliis amputatis à *Testibus* advertendum sit; ex hâc celebri mutatione Testes μεγάλην ἔχειν ῥοπὴν περὶ τὸν βίον magno usu ad *vitam* etiam degendam (præter speciem conservandam) frui mihi videntur, adeò ut haud absque re rationeqne *Testes* principales reputentur *Partes*.

SECT. VII.

De Spermaticâ Nutritione.

4. EX *Alitione* Corporis *Spermaticâ*, de principatu *Testium* aliud Argumentum inferemus. Quippe, quid est nutritio, nisi selectio quædam & propria ex *Alimento* idoneo distributo, Puroque Naturæ, vel à quodam *Homogeneo* radicali? Et inquit *Arist.* de Gen. Animal. l. 2. c. 4. *Simile à suâpte naturâ ad simile fertur*: & de Animal. l. 2. c. 5. τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ τρέφεσθαι, καθάπερ καὶ αὐξάνεσθαι. Undè partibus à virilibus, partes corporis viriliter *alantur* aut *influantur* saltem, ad auxesin *roboris* immensam & masculinum. Quocircà *Spermatosin* elaborari consicique *succis*, è purissimi *nutritii* spiritibus, *eduliis*, ac principiis optimis extricavimus. Et, huic Doctrinæ *Peripatetici* satis subinuunt ex *Arist.* de Anim. l. 2. c. 4. Ὥστε πρῶτον περὶ τροφῆς καὶ γεννήσεως λεκτέον· ἡ γὰρ θρεπτικὴ ψυχὴ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει καὶ πρώτη, καὶ κοινοτάτη δύναμις ἐστὶ ψυχῆς, καθ' ἣν ὑπάρχει τὸ ζῆν ἅπασιν· ἧς ἐστὶν ἔργα, γεννῆσαι καὶ τρο-

14. Arg. ab alitione spermaticâ vel virili Testes existimentur Principes.

φῆ

φῦ χρῆσθαι, ejus opera sunt generare & nutrimento uti. Et paulo post Ἐπεὶ δ' ἡ αὐτὴ δύναμις τῆς ψυχῆς, θρεπτικὴ καὶ γεννητικὴ, περὶ τῆς τροφῆς ἀναγκαῖον διωρίσθαι πρῶτον. Mox sequitur καὶ γενέσεως ποιητικὸν, οὐ τοῦ τρεφομένου, ἀλλ' οἷον τὸ τρεφόμενον. Et inquit *Jo.* Jo. Faber. *Faber:* cap. 20. *Pall. Spagyr. Semen est tenuissima pars omnium, quæ conferunt ad Nutritionem.* Quid explicatius observetur? aut eluceat è vegetantium semine? ubi principia sunt, & facultates vegetantium formarum *germinandi*, pullulandi, crescendi, *nutriendiq́ʒ*, unde *Plantæ* vel Arbores excrescant in vastissimam molem; propter earum semen magis *aquosum*, quod in varias, maximas, grandes & altiores moles extendatur atque divaricetur. Nostra nutritio *spermatica* vel masculina non secus quam vegetalis illa *Coagulatio*, Partibus viriliter alendis corroborandis inserviat; Et ut *Biolychnium vitale*, vel flammula sit principium VITÆ, sicubi VIRILITATIS principium est hoc ὑπέκκαυμα vel succendiculum seminale; ubi *Nutritionis* HISTORIA metam fecit.

14. Et ex *pabulo* hoc virilis *Ellychnii*, *Nutritioneq́. spermaticâ*, Testes *principales* existimentur. Quippe pariter ut prioribus coctionibus nutritio fuit *singulis* appropriata specificaque: utpote Nutritio *Naturalis CHYMOSI*; *vitalis HÆMATOSI*; *Animalis PNEUMATOSI*; itidem & huic *SPERMATOSI*, *nutritio seminalis*, quasi *masculinior* præcedaneis concoctionibus astipulatur.

Nutritio Spermatica tàm corpori quàm Embryoni.

Unde non tantum *semine*; nutrimen est *Individui* proprio Corpori; Sed & FOETUI alimoniam quandam apportat; & (attestante *Bar-* Barthol. Galen. *thol.* Lib. 1. cap. 22.) *Galenus* ipse *arbitratus in*

Testibus

Testibus spiritum gigni qui abinde per totum CORPUS diffundatur; necnon à Doctissimo *Willisio de Ferment.* cap. 5. asseritur ex his verbis. *Et vivido veluti fermento per Universum Corpus totam inspirant* (Activa *Spermatosis* hujus principia) *sanguinis massam. Quare in fœminis à fermento uterino se rectè habente, facies colore florido & eleganti suffunditur, calor vegetus & copiosus existit. Etiam in viris à fermento seminali caloris abundantia vires robustæ, vox sonora, virilis barbæ & pilorum eruptio accedunt; sed ob hujus defectum effœminantur viri* &c. clariusque ex D. *Harveio* hoc compertum erit (lib. de Gen. Anim) inter Animalculorum mares, ut *Gallorum*, Columbarum, *Cervorum*, Cervorum, Perdicum, *Cuniculorum*, & aliorum; quibus horum spirituum *Copiæ* insunt, & quorum *Testiculi* fortè turgescunt *semine*. Quibus maribus is vigor tantoperè luxurians est, ut plurimis *fœminis* sufficiant.

D. Willisius.

D. Harvæus.

Illis etiam à naturâ donantur, Corporis magnitudo, ornatus viribusque animi longiùs alios antecellere ac transcendere, undè ab aliis & à suis consortibus facillimè distinguantur.

Gallus etiam ut plumis ornatior, altior, superbior, robustior & bellator insignior incedat, pariterque *semine* alios exuperabit; & adeò ferox libidine, æstuat isque & frequentissimè ad congressum genialem suas fœminas complementis maximè affectatis (& instar *Aulicorum*) blandè salutans, ex œstris *cupidinis* eas invitabit. Inter homines etiam; sæpè Hi superant animi *robore* masculino; sive Corporis magnitudine, vel rectitudine, qui *Spermatosis* luxuriâ superant; sed non tam ob vim Σπερματο-ποιητικὴν quam ob *Homotrophiam* ex hoc succo *seminali* & masculiniorique ad habitum

bitum Corporis animique vegetiorem. Nunc ex Philoſophorum placitis Caput hoc finiam τὸ μὲν φύσει ἀκίνητον, καὶ πανταχοῦ τὴν ἔχει δύναμιν ὥσπερ τὸ πῦρ καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Πέρσαις καίει. Quicquid naturale eſt immobile, ſed undique energeticum; ita unâ eâdemque facultate ut *ignis*, ignis erit tam Græcis quam Perſicis; ſic ſemen undique ſemen erit, & nutricatu ſpermatico aut viriliquè præditum (tam Græcis quam Perſicis) & in quantum ſemen educitur ab ultimo Alimento ſpermatικῶς alatur Corpus aut Pars.

Galen. Denique ex *Galeno* concludamus Teſtes eſſe *partes principes* ἢ εἰς τὸ καλῶς ζῆν, ἢ εἰς τὴν τύπων φυλακὴν tum ad vitam meliorem, tum ad ſpeciei procreationem. Nec non ex omnibus apodictis ratiociniis concedendum ſit, principium virile & ὑπέκκαυμα partibus ad ſemen conficiendum dicatis; Cæteroquin enim difficillimum eſſet pro membro tali, ſivè *Vaſis* ſeminariis, τὰ καλὰ πράττειν ἀχορήγητον ὄντα præclarave exigere, abſque *neceſſariis* mediis, vaſis, principiis & ſpiritibus tali Functioni inſervientibus, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἀχορήγητον.

Sed è *Tab. Smaragd.* Hermetis. *Quod eſt inferius, eſt ſicut id, quod eſt ſuperius, & quod ſuperius, ſicut id quod eſt inferius*; & *Ariſt.* ipſe nobis edicit ἐν γῇ ὑπάρχειν τὸ ὑγρὸν, ἐν δ' ὕδατι πνεῦμα, ἐν δὲ πνεύματι θερμότητα ψυχικὴν ὥστε τρόπον τινα πάντα ψυχῆς εἶναι πλήρη, *Humorem in Terra, ſpiritum in Aquâ & Calorem Animalem in hoc SPIRITU inſitum eſſe*; imò & πάντα πλήρη ψυχῆς omnia animæ plena. Sed ſufficiant hæc.

CAP.



CAP. III.

De SPERMATOSIS *Vasis & 1. De* Præparantibus *aut Plexu pampiniformi.* 2. Comparantibus *aut Epididym. Parastatis & Testibus.* 3. Deferentibus. 4. Continentibus *viz.* Favillis Seminariis *&* Prostatis. 5. Ejaculantibus *ad* Germen Actuale.

SECT. I.

De SPERMATOSIS *Vasis : & 1. De* PRÆPARANTIBUS.

HOc aureum *Hieroclis* dictum agnoscamus εἰς πρὸς κανόνα τὴν οὐσίαν ἡμῶν ἀποβλέποντες, τὸ δέον ἐν πᾶσιν διώκομεν, κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον συμφώνως τῇ ἑαυτῶν οὐσίᾳ διαζῶντες quòd in hominis *Essentiâ* Lex canonica sit ad rationem rectam præstituta, proin & omnia modulari debent ad hoc jus naturæ. Quapropter & *Crollius* Præf. *Admon.* querelis his, inertiam, supinamque hominum segnitiem deflevit. *Miseros mortales ex Cœcitate & Ignorantiâ quærere* EXTRA SE *per multos libros, per multos Præceptores, per itinera longinqua, summo diuturnoque laboro, studio, & defatigatione, quæ tamen*

men Intùs apud se possideant abundantèr, tamèn tam ab *Extra* per libros & *autopsiam*, quam ab *Intra* per *automathiam* ὅλῳ ἀθλῳ̃ καὶ χειρὶ Arcana hæc τῆς φύσεως exscrutemur. Veruntamèn hanc *Spermatologiam* è lumine *gratiæ* simul & *naturæ* disquiramus.

Et nobis occurrit *Paracelsus* de hâc re. Quo *notanda* sunt *duo LUMINA*, intra quæ *omnia*, & extra quæ *nihil*, aut nulla sit perfecta rerum γνῶσις viz. *Lumen GRATIÆ*, quod verum *Theologum* inducit, ast haud absque philosophiæ ratione; & 2. *Lumen NATURÆ*, quod efficit verum *Philosophum* in rerum naturâ; ast haud absque *Theologia* nonnullo, quasi Fundamento Sapientiæ veridicæ; Et *medicus* (inquit ille) *nasci debet ab utroq; Lumine*, *Natura* & *GRATIÆ*. Forsan & ex utroque hoc *lumine* stadium sequens perveniamus; *Spermatosis* & omnia vasa per Naturam τὰ δέοντα ποιῆσαι (ex *Hippoc.*) consignata è παιδείας & ἰατρικῆς gratiâ dissertemus ad *Apodeixin* illustriorem *operis*, & ad Gloriam *Opificis* omni-sapientis in æternùm celebrandam; Ideoque verbis *modestis*, castisque (tamèn ad normam veritatis & *Analysis* partium λαλεῖν ac ἀληθεύειν,) huic quintæ COCTIONI, vasorum genera quinque celebramus. Nempè

Spermatosis Vasa *sunt quinq; vel Elaboratoria & Confectoria.*

Vasa

Vasa	1. PRÆPARANTIA,		quæ sunt in *plexu pampiniformi.*
	2. COMPARANTIA,		& *Proficientia* in Testibus ac *Parastatis.*
	3. DEFERENTIA,		& *Impragnantia* ab iis.
	4. CONTINENTIA,		& *Perficientia* Capsulis & *Prostatis.*
	5. EJACULANTIA,		& *Evilrantia* de nervosis corporibus.

Ast ex modestiâ, & *Laconicè* traloquendi gratâ limites hujus disquisitionis ad *spermatosis* vasa Masculina proposui. Et

1. Ad virorum *vasa* materiem seminificandam PRÆPARANTIA aut Ἀγγεῖα Σπερματικὰ καὶ προπαρασκευαστικὰ quæ PLEXIBUS pampiniformibus & *pyramidaliius* insunt; & ex usu *PNEUMATOSIS* vasis *praparantium* simillima sunt hæc; imò Reti mirabili, PLEXUIq; *Choroidi*, velut ovum ovo propter hanc *materiam* parandam, attenuandamque respondeant. *1. Vasa praparantia haud absimilia Plexui Choroidi ob usum.*

Hæc enim vasa (Coctionis hujus limine) *hederiformia* (utiunque nuncupantur ab aliis) tot *gyris* intorquentur, tot anfractibus implicantur, quot corpus varicosum egregiè præclaréque constituendum exposceret. His quoque plexibus *Labyrinthei* maximè conspicui sanciti que sunt NERVI vix numerandi, cum arteriis venisque intertexti; & à sextâ *Conjug. nervosi generis* succi nutritii animalesque spiritus è cerebro copiis ex majoribus ad *SPERMATOSIN* uberiorem atque optatiorem deferuntur. Quoniam tamen ex *Hippocrate* ὁ γόνος ἔρχεται πάντοθεν τοῦ σώματος,

 ma-

materies hujus *Spermatosis* (ex quâ) proditur ab omnibus Corporis partibus per *magis* aut *minus*; *VENÆ Spermaticæ* ex CAVA sanguinis nonnihil ancillantur, & ARTERIÆ ab AORTA materiam à Corde spirituosam aut vitalem promovent, nervis & plurimis delegatis varicosè mirificéque complicantur. Mares etiam majoribus Arteriis quam fœminæ (sicut ob spiritus, calorem, succosque seminales magis iis luxuriantes, sic ob *Spermatosin* iis meliorandam ad *GERMEN*, ampliorem que spiritum calorisque vitalis *Influentis* copiam) donantur. Venulæ verò cum *Arteriis* Conjugium ineunt per *Anastomoses* evidentes, & earum Capillares versùs *Epididymedes* Testesque hiantes: haud dubio *Arteriarum ex osculis*, materiem crassam, superfluam, vel ad coquendam ineptam excipiunt, & in sanguinis circulatione reportant; ne *Spermatosis ipsa* sufflaminaretur, Testiumque *parenchyma* opprimeretur, & hoc opus, SEMINIFICANDI præliminarium interturbaretur. Hanc quoque refluam materiem Venulæ per venas majusculas in *Emulgentem*, proinde in *Cavam*, & abinde in *Cor* naturæ ex processibus & Charagmate naturali regerunt. Nervuli verò hoc Corpore *varicoso* & *plexu*, omnibus aliis prænumerosiores sunt, unde *semine* parando, suppeditandoque *sedem primariam* de jure vendicabunt: Et quare non? dum ab origine Familiâque illustrissimâ proveniunt, imò dum & maximas (*ad hoc opus*) opes accumulant ac congerunt, necnon ob hanc Causam partibus TESTES circumvolventibus surculos tantoperè insignes impertiunt; & ab *Epididymidibus* demum in *Testes* ipsos exoneratur hujus Seminis conficiendi PROVINCIA. Quod semen (inquit

Plexus à Quibus fit Pampiniformis.

Quare donantur Arteriis?

Quare venulis?

Quare nervis tam innumeris?

Unde omnia feruntur ad Spermatosin.

(inquit *Heurnius* in Instit. Med. l. 3. c. 2.) est Corpus OMNIUM viribus ornatum, viz. ex viribus naturalium à Venis, vitalium ab *Arteriis*, & Animalium à *Nervis*. Vasorumque horum perplexitate, Materiei hujus omnis provectæ fit *Elaboratio* prior, percolatior ac attenuatior; partim ex *innatâ* vi, calore *fermentoq.*; partim ex Arteriis (*vitali*,) partimq; ex testibus & fermentatione immissa ad has partes spermatosinque accelerandam. *Blasius* ipse dum in *semen* (vasis his seminariis) conficiendum inficias agit, *Plexui* tamen hoc *pampiniformi*, sanguinem succumque reddi puriorem annuit. Insupèr hoc perceptibile, & ad *autopsiam* admodùm mirabile fit omnibus, circa vasorum *plexuumq.* horum *Medium*, Angustiisque maximè perplexibus atque intricatis observare sanguinem, succumque seminalem commutari in *ALBICANTEM Colorem*, velut hujus *spermatosis* rudimentum primum. Nihilominus ulteriore præparatione magis & magis elaboretur & irradietur per ἐπιφολὼ ad *Epididymides*, ex omnibus his ambagibus tortuosè & anfractuosè huc illuc sese ferentibus ad *TESTIUM* extremitatem proximam, (nempè *Epididymidem*) sive vasa PROFICIENTIA.

Heurnius. ☞

D. Blasius.

☞

Succus albicans *ex hâc priori Elaboratione.*

SECT. II.

De Vasis semen *excoquentibus,* & Elaboratoriis, *in* Epididymidibus.

2. *Vasa comparantia quæ sunt*

HOc tramite, tralatitiisque Disquisitionibus, *Seminificationis* vestigia, ad *fœcunditatem* prolificam, vel *versus GERMEN,* Vasa seminis hujus condendi COMPARANTIA, proficientiaque prosequamur. Quæ sunt *Epididymides,* Testes & *Parastatæ;* sed quoad usum *Elaborandi, Anterioribus* Cerebri *ventriculis* haud imparia sunt hæc vasa. Namque *Nervuli* in extremo Testiculi utriusque occurrentes, VAS NERVOSUM ex ductibus variis, variéque contortis & complicatis constituunt: Quod in *medio* aliquantulum dehiscens, seminis Conficiendi & *Excoquendi* muneribus *Albedinem* versus accuratius inserviat. Quippè vasa omnia *Præparantia,* tam venosa & arteriosa, quàm Nervosa disseminantur, & admittuntur in *hoc Corpus,* aut Canalem *Nervosum EPIDIDYMIDIS,* ubi exonerantur; (attamen nondum Vasa Deferentia nec Ejaculantia admittentur uspiam his). Corpora hæc *Epididymidum* Albicantia sunt, Testibus & ipsis subjectis incumbunt, ad *spermatosis* ulteriorem perfectionem *Testiculis* ipsis seminis rudimenta hæc albula transmittunt, communicantque. Ideòque (*Tantorum* pace) non ex Testibus in Canalem *Epididymidis,* ut à clarissimis perspicacissimisque viris D. *Glissonio, Entio, Whartonio,* &c. existimentur, nobis ex probabilibus sequentibus tam tralucidè constabunt.

Hæc vasa sunt albicantia.

Quare non putamus nervos transferre à Testibus ad Epididymides.

1. Ex

1. Ex Naturæ ipsius *Methodo* & Processu. 1.

2. Ex *Concessis*, dum in *Epididymede* vasa semenque videntur agnosci (per oculatissimum D. *Whartonium* de *Gland.* Cap. 29.) imperfectius esse quam in Testibus ipsis; partim ab eorum *Colore* livido & imperfectiori in *Epididymidibus* (sed in Testibus albiore & depuratiore); partimque à *materiâ crudiore*, ut sensibus (& αὐτοπτικῶς), & partim ab imbecilliori *calore*, *fermentoq;* liqueat; (omnibus enim suffragiis ab *elaboratione* per magis aut minus, COLOR Albicans ipse proveniat.) 2. D. Wharton.

3. Ex *Mentibus* aperientibus ab *Epididymide*, Testis in substantiam, ubi multò perfectius Semen exantletur per *ambages* mirificas, anfractusq; varios; & quo longiùs vergit ad *Parastatas*, ac deferentia Vasa, eò minùs inficiatur Colore livido. Hoc modo per *Veslingium*, plurimosque alios Anatomicè peritissimos, *Epididymidum* officium, seminis Rudimentum hoc in *Testibus* ad exagitationem ulteriorem transmittere, statuitur. 3. D. Veslingius.

℞

Quinetiam hæc materies *SPEMATICA* non ex *venis* tantoperè, vel *Arteriis* transfunditur in hæc *vasa*, quantoperè, ex NERVIS; Qui saltem quadruplo Venarum & Arteriarum Numerum transcendunt. Attamèn ex venulis *spiritus naturales* evehuntur, cum sanguinis & salis aliquantillo; *Vitales* autèm ex *Arteriis*, majorique copiâ cum sulphureis principiis; Deinceps *Animales* ex Nervis, numerosissimis effluviis, uberrimis, Mercurialibusque, ad sperma conficiendum provecti sint. Sin (inquit D. *Glissonius*) *Spermatosis* hujus pars maxima ex *Venis Arteriisq;* impertiretur, tunc hæc vàsa (necessariò) colore

Usus hujus vasis & Elaboratorii.

Materiei plus effunditur ex nervis à Pneumatosi *quam ex aliis Vasis.* D.Glisson

rubicundiore, sanguinioreque tingerentur; quemadmodum partes omnes quotquot ex sanguine Copiosiore perluuntur, colorem ipsius sanguinis (*Insignis* instar) præ se ferunt.



Ast hæ partes Cerebri mæditullii, Succique Nervosi *Colore* (sensibus obviis) albicantur & illustrantur; & iic ex *Epididymidibus* ad Testes perveniamus.

SECT. III.

De Testibus, iisq; Spermatosis Elaboratione.

Testes sunt vasa comparantia vel Amoris Poma.

TESTES appellantur Ὄρχεις & Δίδυμοι unde vocantur vasa priora, *Epididymides* ab eorum nexu; necnon *Amoris Poma*, (sed talia, cum prohibita nullatenus sint comedenda) & substantiâ cavernosâ, albugineâ, molli, spongiosâque fruuntur. Quâ partim ex vi specificâ ϗ Σπερματο-ποιητικῇ, partim à calido humido ac Mercuriali Testium parenchymate insito, partimque à Calore fermentativo & Influente ab *Arteriis* & Corde; materia seminifica hæc longe meliùs, GERMEN versus aut propiùs exantletur.

Forsan ob hanc Causam (meoque judicio) quamvis Sphærica Figura mathematicè perfectior, *Testium* horum tamen *Ovalis* est physicè perfectior, ad elaborationes ac accuratiores omnimodè paratior, ex duabus eorum extremitatibus; quarum Uni annectitur principium *Epididymidis*, alterique *Parastatæ* vasorumque deferentium. Et

Quomodo Materies iis defertur.

viri testiculis, tàm venæ capillares, hiantes, quàm *Arteriolarum* flexiones variæ & *Mæandri* sunt; sed insupèr & præ omnibus, copiâque majore

jore, *Nervuli* in *Testium* parenchyma disseminantur & deprehendantur! quippe ex nervis à sexto Pari, cum particulis seminiferis virtus Animalis *plastica* famuletur forsan &(ex hypostaticis principiis)promoveatur, ita succi multò suaviores, balsamicâque virtute mitiores, ad *Germen* etiam aptiores, Spermatosi *per Nervulos* advehuntur. Venulæ tamen his *Testibus* ad usum duplicem designantur, nempè

1. Sanguinem refluum, materiamque coctioni ineptam reducere.

2. Testibusque ipsis nutritionis nonnihil inducere; namque Testium *Nutritium* fit, partim à sanguinis hoc pauxillo, partimque à *Chylo*, è plexu Mesenterii; Quocirca D. *Whartonii* ex industriâ nobis editur de Gland. cap. 24. p. 197. *Si Ligaturam Vasis præparantibus vel ante, vel statim post Animalis obitum injiceres, vasa Lymphatica videntur oriri ab ipsis Testiculi tunicis, & inde venas per Processum concomitantes, Abdomen ingrediuntur, & venas paulo post deferentes ad Mesenterii glandulas vergunt, unde cum Lacteis ad commune Receptaculum deferuntur.* Unde mihi constat, non tantum per *Lymphæ-ductus* materiam aquosam ad *commune Sacculum* Mesenterii deferri; sed etiam ex eduliis *Plexûs mesenterii* per venulas, Testes & vasa spermatica nutriantur; sed præcipuè à *succo* seminali *nutritivo*; *COQUUS enim est miser, digitos qui proprios lingere nequeat.* ARTERIÆ vitalitatis Ellychnii flammulam ad conservandam disponuntur; attamen Testium, *dexter* sinistro calidior est, & varicosior, dum *Arteriæ dextræ* materies ex *Aortâ* omninò, *spirituq; calidiori*, vel (ab Hipp.) Ἀῤῥενογόνῳ proveniat. Sed sinistrum Testem semen continere serosius & imbecillius, ut plurimum dum

D. Wharton.

Unde Semen *serosius & lividius.*

ab Emulgente materiam delegatam esse concredamus; & à pari ratione *muliebre semen* (quam virile) lividius est, serosius ac invalidius, utriusque Constitutione etiam benè perpensâ. De Vasis hisce *Spermatosis* elegantiùs ab *Highmor. Disquis. Anat.* Lib. 1. Par. 4. Cap. 1. expromamus. Quòd *Arteriæ ad Testium summitatem pervenerint, se in interiori illorum tunicâ diffundunt & in surculos infinitos penè luxuriant: Qui circumcirca vagantes, invicem per Anastomoses uniuntur nonnulli, Alii superficiem deferentes versus interiora inclinant, suosq; terminos sub tunicâ abscondunt eamq; perforant. Qui inde per substantiam Testiculorum elabentes Corpori cuidam tereti per medium Testiculi percurrenti connectuntur, ibiq; cum aliis uniuntur, qui retrorsum per eandem viam ad Testiculi membranam tendentes, sanguinem ad venas in Tunicâ disseminatas devehunt. Atque sic perenni hâc circulatâ sanguinis defluxione per substantiam Testiculorum celebratâ, particulæ Cognatæ eliciuntur, ibiq; concoquuntur, & perfectum elaboratur semen,* &c. Sed subjiciatur & versus *Germen*, aut ad ἀκμὴν & ἐν τῷ τελείῳ seminificationis.

D. Highm.

Obj. Attamen in hanc Testium coctionem seminis ex *Arist.* objiciatur, Taurum castratum & paulò post exsectionem, speciem similem genuisse.

Resp. Sed forsan hoc eveniebat ex amputatione imperfectâ, vel alioquin cum D. *Bartholino*, D. *Whartonio*q; &c.) ob materiam spermaticam coacervatam vasculis seminalibus, & partibus adjacentibus coctam & asservatam, ubi pro mensibus plurimis semen asservari possit, nec uno coitu, nec duobus effundi queat. Sed existimo (sub Correctione) quoad GERMEN potius, quam quoad *Semen* Bestiæ hoc evenire; quippe Spermatosis in *Testibus* conficiatur

ciatur, sed nondum ad GERMEN. Spermatosis enim ad Germen exantlatur in *vesiculis*, vel *Favillis seminariis* perficitur in *Prostatis*; ideóque post Testium excisionem, *Taurus* fortasse generare posset ex *Loculis* seminariis, *Prostatis*, & adjacentibus; sed de materiâ spermaticâ priùs elaboratâ Testibus quoad *Semen*, & abinde in Vesiculis *Prostatis* quoad *Germen*. Ast Lector advertat in *limine* heic, ne à scopo disceptationis hujus hallucinaretur; quamvis ex *Clar. Regio* Spermatosis in duas partes (aut elaborationes) & scenas, nimirum in SEMEN, & in GERMEN mecum lubentissimè dirimitur; nihilominùs hoc uno parùm & humillimè differre sim ausus, dum à plurimis philosophiæ veræ ratiociniis, Germen hoc (quoad ejus potentiam & Capacitatem) viris nobis maximi æstimandum credo, Semineque virili & ex *Prostatis* potissimum.

Germen in Maribus Potissimum.

Forsan & *ex Divinis*, partimque *ab humanis* (de *GERMINE virili*) persuasus sim; sic ex S. *Mosis* ipsius philosophiâ Gen. 1. 27, 28. ex hominis origine dilucidiùs lustretur Hebræis ☐ אלהי☐ זכר ונקבה רבא אתם aut Ἄρσεν καὶ Θῆλυ ἐποίησαν αὐτούς· Creavit illum Elohim & *marem & fœminam*; aut Condidit illi GERMEN utriusque, benedixitque à *Barah* ad *Beracha*. Quapropter sequitur v. 28. ויאמר להם אלהי☐ פרו ורבו Peru Urbu Crescite & multiplicamini Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε sed quo pacto (precor!) Si GERMEN hoc in illius semine *Jehova* nondum reposuisset? At ex *Samaritano textu* nihil clariùs redditur & explicatur [Samaritan] peru *Fructificate* è Radice פרה Parah, sic ab *Arabis* اثمروا *athmirou* à Radice ثمر *tha-*

mar Germinificare fructumque proferre & pullulare. Deinde & ex omnibus Orientalibus hujus *GERMINIS virilis* patrocinium suscipere & ἀληθεύειν didici; dum uno eodemque tempore hominem Facultatis *Spermato-poieticæ* muneribus, *Germinisq;* hujus Donis pro specie propagandâ locupletatum, & tam feliciter ornatum fuisse, sacris ex Testimoniis compertum sit; imò priusquàm Elohim fœminam formaverit.

Hippoc. Et quid (hoc Germine) clariùs ex *Hippoc.* & elegantiùs expromamus aphoristicως in §. 5. Aphor. 63. Παραπλησίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων, ἢ γὰρ δι' ἀραιότητα τοῦ σώματος τὸ πνεῦμα ἔξω φέρεται, πρὸς τὸ μὴ παραπέμπειν τὸ σπέρμα· ἢ διὰ τὴν πυκνότητα τὸ ὑγρὸν οὐ διαχωρέει ἔξω· ἢ διὰ τὴν ψυχρότητα, οὐκ ἐκπυρεῦται, ὥστε ἀθροίζεσθαι πρὸς τὸν τόπον τοῦτον, ἢ διὰ τὴν θερμασίην τὸ αὐτὸ τοῦτο γίνεται. Plurimi tamen *Aphorismum* hunc suspicâ[redacted], sin autem viri sterilescant ob fractam corporis *Oeconomiam*, adeo ut prolifica vis seminis stupescat, tunc in *virili semine* vis est prolifica vel *Germen* potentiale. Et insupèr à *Lumine* Naturæ GERMEN hoc virile, nobis occurrat ac egregiè liqueat.

Germen virile ratiocinetur.

I. 1. Ab omnium Vasorum (*Germen* versùs) accommodiorum Fabricatione,& in Viris quam in Fœminis accuratiore.

2. 2. A *Spermatosis* ipsius elaboratione perfectiori, *viro* quàm mulieri concessâ, ac vulgò suffragatâ.

3. 3. Quinetiàm, Quibus Semen est in *Elaboratione* potissimùm *agens*, iis maximè *Germiniferens*, sed hominibus Semen est in Elaborationibus potissimùm agens, &c. ex *Arist.* de *Gen. Anim.* Lib. 1. C. 2. & ex omnium ferè suffragiis celebratur hoc.

4. Porrò

4. Porrò ut luculentiùs & ampliùs extricetur, Noſtratis *Harvæi* de *Gen. Anim.* Exercit. 28, 30, 31, 37, 38, &c. diſquiſitiones conſulamus. Qui *Gallinam* ovum facere; ſed *Gallum* & Marem, Fœcunditatem (aut *Germen*) *Ovo* dare ac efficere nervoſè probat, pro re natâ. Necnon comprobatur in *Empſychologiâ* Timpl. Lib. 4. cap. 6, Probl. 3. de *Piſcibus oviparis*, Ovaque Fœminis ſolis concepta non eſſe fœcunda, vel apta ad generationem abſque *ſemine* genitali, (piſces & attritu ventrium coire,) probat. Videmus à Gallinâ ova ſubventanea gigni, ſed nuſpiam abſque *Galli* mariſque *coitu* prolifica: parique ratione *mulier* ſemen edit ut *ovum ſubventaneum*, ſed à *Mare* & à virilis ſeminis miſturâ ſolâ fœcundum fiat ac prolificum; ideoque Semen *Maris* eſt Germiniferum, aut *Germen Potentiale*. Nunc hoc ſenſu ſolo, ſententia per *totam Viam* Germinis virilis deprehendatur, & ſic progrediar. 4.


Sed ulteriùs objicitur ex ſponte naſcentibus & Αὐτομάτοις abſque Teſtibus; *Teſtes abinde ad ſpeciei conſervationem non ſemper expoſci.* Obj.

Attamen abſque Germinificâ *materiâ*, *fermentoq́;* ſeminali (vel Analogo) originem haud uſpiàm duxêrunt; Hoc ex *Nat.Philoſ. Clar.*Regii Lib. 4. cap. 14. explicatiùs eliminandum eſt; viz. ex particulis *fermentativis*, innato calore ſuccoque, (Terræ partibus mirè fœcundantibus) incluſo, & inſtar fèrmenti à quo ſubtiliter eorum principia ad ſeminis Analogiam exagitentur & operentur. (Sed alii volunt ex *Atomis* diverſimodè figuratis ortum eorum trahere) ex *Sennert. Nat. Phil.* Lib. 5. cap. 8.) Nihilominus certo, certius eſt, quantò animalia ſunt imperfectiora, aut ignobiliora Resp. D. Reg. Sennert.

nobiliora, tantò minus elaboranda fit eorum *Spermatosis*; & quanto minùs elaboratio requiritur, tanto minùs accurata sunt vasa, eorumque spermatosis media. Proïn etiam crebrò spontaneis his, & Anomaliis, *Generatio æquivoca* Vernalique tempore) satisfiat. Cœlum à suâ primævâ origine consspersum esse virtute quâdam seminariâ productivâ quorundam *Animalium* αὐτομάτων, i.e. eorum quæ sponte nulloqne congressu *Paris* enascuntur, ita sentit *Averroes* cum *Durando*. Sed haud concredimus, ex *siderum* conventu formas (ut homines in hunc modum aut effigiem) enasci, quamvis influentias nonnullas agnoscamus. Perfecta tamen *Animalia* egent proprio (sibique peculiari) progenitore, & satis id firmat experientia. Neque Leonem videmus, nec *Equum*, nec Animal nobilius absq; *Parentum* semine provenire: Coll. *Conimb.* l. 2. de Cœl. c. 3. Q. 6. Art. 3. Contrarium autèm tam sacris mysteriis, quam ab *Aristotelicâ* veritate descisćit. Etenim ille quidem l. 2. de Gen. *Anim.* per lineam in se recurrentem fieri dicit πᾶν ἐκ παντός; sed eam mutationem solis elementis assignavit, & non nostris principiis seminificandi; unde dixit Ἄνθρωποι δὲ καὶ ζῶα ἐκ ἀνακαμπτόντων. 7. Metaph. c. 7. Ideoque quædam Animalia tum ex aliis, tum fortuitâ origine, Quædā ex mutuo tantûm *coitu* nasci; nimirum à Perfectâ *Generatione* & univocâ. Quapropter tempore *Verno*, Influentiis ex solaribus Terræ viscera parùm intepescunt, statimque mirificâ fœcunditate ex ☿ & principiis ad GERMEN, sponteque nascentium Ortum, imprægnantur; & in Telluris *Gremio* πανσπερμία elaboranda proditur. Abheinc *Poetarum* Princeps cecinit (viz. *Virgilius*) in 2. *Georg.*

Vernali Tempore fiunt hæc αὐτόματα per æquivocam Generationem.

Averoes. Durand.



Arist.

Vere

Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.
Tum Pater omnipotens fœcundis imbribus æther.
Conjugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit, magno commistus Corpore, fœtus
Avia tunc resonant avibus virgulta canoris;
Et Venerem certis repetunt armenta diebus.

Hoc enim tempore Aves & Pisces nidificant, ovaque pariunt; imò tota Naturæ moles (quasi fermento renovato vividoque calore) è principiis *Mercurialibus* inspirata germinationem versus agit, connubia init, & prægnat. Sed sufficit ad αὐτόματα Anomaliasque tales; cæterisque nempè *viviparis* ac *oviparis* Eximium D. *Harveyum* de *Gen. Anim.* optimè consulamus. Intereà TESTES à Naturâ consignatos esse pro nobiliorum *Animalium specie* conservandâ existimemus. Dum partes alias *Genitales* (scil. *Testes* Epididymides, & *Parastatas*, Vasa *deferentia* &c.) Arte tam insigni, tantâque ratione fabricatas, *Venis*, Arteriis *Nervisq;* tam plurimis & penè innumeris affabrè concinnéque subservientibus; imò & earum *situras*, figuras temperiesque, tam miro ordine, constitutas maximopere (sed nuspiam satis) demiremur. Quamobrem ex *Hippocrate*, *Galeno*, Medicinæque *Proceribus* & Coryphæis, de jure TESTIBUS his vim seminis procreatricem & *Spermatosis* Coctionem ulteriorem versùs GERMEN assignavimus. Parastatasque sicciore pede percurramus.

D. Harveius.

Testes fabricantur ex opifice opt. Max. *vasis omnibus & optimis ad Spermatosin.*

SECT.

SECT IV.

De Parastatis quomodo distinguuntur ab Epididymidibus, spirituum exaltationi inservientibus.

Parastatæ & Epididymedes differunt & quot modis. PARASTATÆ variciformes, ad Testiculorum fundum πύθμλω collocantur, ut *Epididymides* in eorum Caput κεφάλλω sed ab *Epididymidibus* perspicuè discriminantur, non tantum à *Situ*, verumetiam

2. 2. *Substantiâ*; Quæ media est inter *Testes* & *vasa deferentia*; interiùs spongiosa, sed exteriùs membranosa: Et

3. 3. Colore longè albiore, &

4. 4. Calore, & Elaboratione longè perfectiore.

5. 5. Minore quoque ductu gaudeant (propter Spiritus puriores) ideoque minùs varicoso (quam *Epididymidibus*) & nodoso.

6. 6. Ob succum lacteum aut *candidiorem* his ductibus compressis, dum liquor in *Epididym.* lividus est aut cineritius & magis serosus. Hæ *Parastatæ* consignantur evidentèr ad volatiliorem ac operosiorem *Spermatosis* elaborationem; Quippè præ cæteris nervosæ sunt atque tangenti durinsculæ deprehenduntur. Vegetabilibus *florere*, Species est exaltationis, sic & his *Parastatis* exantlari. *Flos hominis exaltatur in Parastatis ergà Fructum & Germen.* Flores enim *Arboris* (dum ante *Fructus* efflorescunt) nihil aliud testantur quam subtilissimæ partis *succorum*, mercuriiq; spissitudinem ex perenni *Concoctione*, caloreque, fermentoque vegetali, tandem exaltatam in fructus suavissimos & maturos. Et ut Flores (ante fructus) sunt

sunt indicia *sublimationis* vegetalis, sic & Elaboratio seminis in *Parastatis*, Exaltationis *Animalis* & spermaticæ. Imò haud secus ac Arbores omnes, (quæ *Fructus* producere nequeunt, quin imprimis floreant, unde pars subtilissima spissitudinum ex principiis & Elementis *hylæorum* φυτικῶς exaltetur in *Flores*) Spermatosis exantletur ad *Germen* absque hâc sublimatione per *Parastatas*. Sed hoc *Arcanum*(ut mirum *Naturæ*) insigniter & solerter expiscetur inter *Alumnos* χυμικοτέχνης. Quippe si desciscat Anima vegetalis ab hâc elaboratione *Floris*, nec permaneat in Fructu, nec Semine, nec in GERMINE. *Quercetanus* ideò de hâc re satis agit his verbis. *Herm. Med.* Def. c. 10. *Permanere apparet Anima, quòd ex SEMINE sicco etiam in terram projecto novum GERMEN emergat, SPECIE Parentes referens; at novum illud GERMEN unde prodit & vegetatur, crescitq; ad perfectionem, quàm ex vi illâ, facultate, spirituq; in semine latente, qui ex Potentiâ tandem prorumpit in Actum : Neque fas est dicere, hoc ex sole & terrâ effici.* Flores etiam è *Mineralibus* suscitantur hâc elaboratione sublimatoriâ, uti *Sulphuris*, Antimonii, *Auri*, Stanni, &c. suos enim habent *Flores* mineralia, suos *vegetabilia*, suosque *Animalia*, & suos utraque fructus; natura fructus maturos absque *Floribus* producere, aut *Germen* fœcundum, & hoc opus *Exaltationis* absolvere sine *Parastatis* nequeat. Idcircò prout in *Arcanis spagyricis*, multis de Caussis Exaltationem celebrare diximus, pariter & hanc sublimationem *Seminis* in *Parastatis*.

Quercetanus

Chymicè more elaborandi sublimatio fit in Parastatis & quare?

1. Ut *Spiritus Animalis*, vitalis & *naturalis* in hoc Arcano *Spermatosis*; aut tenuissimæ, volatiles, materieique seminalis partes (paratissimæ) & activa

activa (humidioris) principia *sulphuris Mercuriiq;*, nonnullo principii siccioris (viz. *Salis*) in unum Corpus aut mixtum hylæum conficiantur.

2. 2. Ut *Spermatosis* pars fixa vel oleosa *substantia* fiat infixa & volatilis.

3. 3. Ut ab originali *spurcitiâ* mirè (forsan) & sæpè repurgetur; ac defæcetur puriùs ab omnibus ineptis.

4. 4. Ut ex hujus *Nectaris* & *Elixiris* seminalis ☞ subtilitate ac puritate, Anima mirabiliores effectus in propagandâ specie præstabit. Sed *Chymico more*, principiorum has elaborationes fusiùs extricavimus & delibemus in *Pneumatosi*.

Paucioribus verbis, sed ad rem, *Clarissim.* D. D. Highm. *Highmorum* exaudiamus lib. 1. part. 4. Cap. 2. *Si PARASTATAS consideremus, illas solùm ad ulteriorem ELABORATIONEM, & seminis à Testibus SELECTIONEM & Collectionem inservire, ut feliciùs vasis deferentibus communicetur; Per Testis enim* substantiam, *pro seminis Collectione ducitur, Parastatarum solummodo Capiti conceditur. In PARASTATIS ulteriorem elaborationem, qualis apud CHYMICOS circulatione illâ, seu PELLICANITIONE celebratur, fieri, gratis concedimus:* ☞ *Atq; indè per vasa deferentia ad Prostatas, & Glandulas, ubi ad tempus Coitus reservatur, emendatur.* Ita Cap. 1. p. 4. Lib. 1. hoc pacto *Spermatosis* κατ' ἴχνος, & gradatim conficitur. Quò quoque humiditates hâc *pellicanitione*, vel Coctione, & elaboratione absumuntur, eò per Aquosa *Vasa* vel *Lymphæductus* partìm efferuntur, partimque per *venas*, & in Corpus reducuntur non tantùm ad sanguinem locupletandum, sed denuò ad Corpus *seminali nutritione* augendum, maximeque ossibus gran-

grandescentibus. Reliqua verò pars saltèm parùm exaltatur in Parastatis, in itinere tamen ipso exactiùs & candidiùs exagitetur, lentoque motu atque prorepente, per ambages hujus ductûs in *Vasa deferentia* transmittatur; hucusque de *Vasis comparantibus* & *proficientibus*.

SECT. V.

De Vasis Deferentibus *ad spiritus seminales maximè exaltandos, sublimandos, & præcipitandos Constitutis.*

SEd ad *Spermatosis* ulteriorem perfectionem, *Vasa Deferentia* proximè consideranda sint; & ab *Hierophylo* nuncupantur Πόροι Σπερματικοὶ, ac producuntur à *Parastatis* ad Favillas seminarias, abindeque ad Glandulas *Prostratas*. Et quoad usum, Ventriculo *Cerebri tertio* haud incongruentia, in Varicosis *Epididymedum*, Testium, *Parastatarumq́*; Corporibus elaboratã spermatosin promovere & exaltare, ad Germen aut Coagulationẽ. Hæc vascula *Fallopio* Canales seminarii haud immeritò nuncupantur; & per hæc Vasa *semen albicans* defertur ad ulterius fermentum, impraegnationẽ novamq; Vesiculis Prostàtisque usque ad *Germinis* materiem primã (ex *principiis* elaboratis *activis*) ejusq; conservationẽ coeundiq; promptitudinẽ ab œstris & *aculeis* sulphureis; aut ab aliquo quod Analogiâ quâdã spiritui *Sali*, mercurio, *sulphurique* respondeat; unde principia *Spermatosis* eorum nomine sortiuntur, dum heterogenea sublimationique inepta præcipitantur. Purus autem succus *spermaticus*, exaltatus à statu *cruditatis*, resolutus à *crassiori*-

Vasa Deferentia ad Spermatosis exaltationem ulteriorem. Hierophil. Fallopius.

Quæ Principia sublimantur ad purum succum seminalem.

bus & terrestrioribus, segregatus ab humidioribus *heterogeneis* & ineptis ad GERMEN, ascendat & sublimetur per hæc Vasa; donec consistentiam laudabilem ab aquosioribus & fœculentioribus, imò ultimumque puritatis nitorem nanciscatur. Spermatosis enim ex his principiis activis ac hypostaticis non imaginatione, non analogiâ solâ, sive conjecturâ, sed re ipsâ & effectu conspicuo sapit. *Sapores* autem potissimum à SALE, odores à SULPHURE, *Colores* ex utrisque conflantur, sed potissimum à MERCURIO: Quæ principia ad totum Mixtum *Seminis*, (quoad ejus internam & necessariam Compositionem) reperiuntur in hâc exaltatione per *Parastatas* & *Vasa Deferentia*. Rursus *sulphure* sit opus tanquam *Glutine*, ne succus Mercurialis à siccitate *salis* & caloris impingeretur, ejusque fluores impedirentur, aut ex nimiâ *volatilitate* vel fluiditate à cæteris totius compagis erumperet, ideoque *Sulphur* est quasi *Mediator* aut *Combinator* principiorum reliquorum, quæ citra medium hoc *Sulphuris* aut *Mercurii* fixioris & unctuosi vix uspiam unientur (ut diximus in *Pneum.*) ex volatilitate spirituum & ex siccitate salium unde distantia fit haud exigua vel intercapedo, nisi per substantiam hanc mediam *sulphuris* aut potiùs alterius *Mercurii* (sive fixioris) ineant conjugium; quæ salem elevat, nimiamque spirituum activitatem reprimit, & quasi *cœmentum* naturæ summè laudabile tenax est omnium in uno succo seminali. Qui succus (ex ope mercurii volatilis tanquam vehiculi reliquorum ad penetrationem) per hæc *Vasa deferentia* perfectius exaltetur. Ut ex Botanicis Doctrinis inter plantales exaltationes eluceat, quum *Vernali tempore* ex ope caloris innati



Medium uniendi principia remotiora.



Mediumque exaltandi per hæc Vasa.

nati & *Influentis* à Sole (*Arietis* signum ingrediente) radiisque suis vivificis, fermentum suscitatur, & principia (quasi somniculosa καὶ κατεβλακευμένα) provocantur; unde à liquore vel vapore mercuriali, qui sulphure & instar salis *Armoniaci* volatilis elevatur sursum è *Radicibus* (dein & stirpes flaccescentes, & penè mortuæ, ramique marcescentes renovantur ac efflorescunt) Seminaque speciem ad conservandam efferuntur. Quippè sine sublimatione hâc totum Arcanum (respectuque *Germinis*) perit & annihilatur; nec coagulatio *Vesiculis seminariis* fieri possit, nec *seminis* spumositas *mercurialis*, & inquit *Faber* cap. 20. Pall. spag. *Sciunt omnes Medici, quâ ratione Semen in Animalibus fiat; & quâ ratione spumosum videatur, & quod in corporibus reperitur, sublimari debet ut eorum* Arcanum *perficiatur.* Necnon hoc sensu *Venerem* Generationis Principissam ex SPUMA *Maris* concipiamus. Quapropter his *Vasis* spermatici spiritus ad vasa continentia permeantur, & ad *Capsulas seminales* tanquam ad penu & *promptuarium.* Sed etiam

Faber.

Unde Seminis spumositas.

Iter hujus subblimationis ad Favillas seminales per Ascensum *&* Descensum.

2. Ex horum *Situ* partim in *Scroto*, & perindè partim in *Abdominis* Cavitate, supra os Pubis, spiritus hi *seminales* (eorumque itinere) prius ascendentes maximè *sublimantur*, & exaltantur ad ἀκμήν. (Haud secùs ac inter *Spagyros* Aquarum *mirabilis*, vitalis & *Cœlestis*, spiritus liquoresque admodum sublimantur) per ASCENSUM à fundo *Parastatarum* ad *Abdomen.* Sed

3. Deheinc per DESCENSUM itinere eodem deflectentes versus posteriora vesicæ reflexa. Unde præcipitantur hi Spiritus seminales ad SPUMOSITATEM. Sic cum *Blasio* in Vesling. Comment. p. 62. *Quæ candida* 3.

D. Blasius.

 agitantur

agitantur fiunt omnia & *SPUMOSA, partim ex spirituum copiis, partimq́ ex eorum motibus, Spirituq́ deficiente semen livescit, magis hinc* & *in fœminis color ejus est subflavus, quia in iis tantus non est spirituum proventus quam in viris.* Etiamque mulierum semen non esse tam spumosum, aut turgescens partim à temperie, partim verò ex eorum vasorum *deferentium* brevitate & longè minori descensu, sic putavi; namque non ad Vesicæ *collum* ut in *maribus* sed *ad uterum* tantum feruntur, & ab hoc progressu paululum crassescit Semen.

Quare semen mulieris non tam spumosum.

SECT. VI.

De Vasis Perficientibus ad Germen. Et 1. De Favillis spermaticis.

Duo sunt Vasa hæc Perficientia.

VAsa *Continentia*, Perficientia atque *Conservantia* Duo sunt; & utrique semen hoc *Elaboratoriis* præcedentibus excoctum effunditur per *Vasa deferentia.* Nempe

1. Vesiculæ vel Favillæ spermaticæ.
2. Prostatæ

1. *Vesiculis*, at *Favillis* spermaticis.

2. *Prostatis.* Quæ & huic Coctioni *Spermatosis* inserviunt in COAGULATIONE spermatis (& instar Cerebri *Ventriculi* quasi ad Pneumatosin) situantur utrinque ad Vasorum deferentium latera (quasi eorum propagines) & inter Urinæ *Vesicam* ac *Rectum Intestinum.* Ex plurimis, (*Bartholino*) cellulis, (*Veslingio*) loculis & capsulis, (*Whartonio*) vesiculis, sed mecum *favillis* anfractuosis racematimque dispositis constantur.

Et

Et non tantùm semen priùs elaboratum (ut ab *Anatomicis* vulgis statuitur) ubertìm excipere, colligere & in futuros coitiones asservare, verumetiam (velut) à novo fermento (utpote ventriculo Cerebri quarto(cum fermento Cordis,) ad Pneumatosin) spiritus hos ad GERMEN ulteriùs impraegnare & perficere constituuntur. Attamèn vix credo (Clar. D. *Whartonio*) has Vesiculas seminales aut *Favas* aliquam novam *Spermatosin* efficere, sed has à Naturâ constitutas esse pro semine Testiculis elaborato & nondum satis impraegnato vel ad *Germen* adepto; *Prostatas* etiam pro semine maximè perfecto & ad *Germinis* principia summè coagulato & unito. Doctrina tamèn haec de GERMINE *Prostatis*, cautione hàc semper accipere debeamus, (nempè per philosophica ratiocinia)benè distinguere inter *Actum Germinis Entitivum* in Prostatis, & *Actum Formalem* in *Utero* (ut posthac explicemus). Insuper inter *Ens Potentiale* & *Actuale*; ex Arist. 9. Met. cap. 3. & 4. quia Germen *potentiâ* prius est *Actu*; unde fieri potest; & destruatur Ens habens potentiam, antequam ad Actum perficiatur; ita semen ante *germen* fit; & *Germen* in potentia nempè *Prostatis* priusquam fiat in *Actu*. Sed explicatius hoc expromamus è *Scalig*. Exerc. 6. ubi Motus ad Generationem rectè vel quasi per *lineam* derivatur à Facultate *Fieri*, quae semini inest, vel potius *Germini*. Ubi δύναμις inchoatur, ast non perficitur ad *Actum* dum caret instrumentis aptis & expressis. Sicut Animal est Animal actu per Formam in Actu, ita *Germen* est Actuale Germen per *formam* in Actu, sed Vasis organisque adaptatis ac benè dispositis τὴν κίνησιν ταύτην ποιεῖν. Ob parem rationem Forma

Pro Materie Spermatosis hujus coagulatâ & non ad novam Spermatosin.

Arist.


Germen Potentiale.

seminis dicitur *esse* in Potentiâ, aut potentiali *Germine*, quia in potentiâ sit ad Animal, & τὸ κινεῖν ἐνεργείᾳ δεῖ εἶ). Attamen per *formam seminis* intelligo vim prolificam *plasticamq;* vel habitum ☞ Aptitudinalem ad actiones primas *Animæ* recipiendas per incrementum (& non *Animam ipsam* ex D. *Sennerti* Psychogenesi quemadmodum fusiùs extricabitur). Nunc Germen in *Potentiâ* sit homine vasisque ad hoc designatis, & obruaatur antequam in Actu vasisque ad Actum consignatis proveniat.

Jul. Scal. *Quocircà* cum *Jul. Scal. Exer.* 307. §. 24. concludamus, ut *Ens* in *Potentiâ* sit aliquo modo *Ens*, & aliquo modo *Non-ens*. Ens in potentiâ non est purè non-ens. Exer. 75. §. 4. tamen id, quod est in *Potentiâ*, aliquo modo non est Exer. 23. Arist. §. 1. & *Arist.* lib. 1. phys. c. 8. ubi dexteritate philosophicâ ratiocinatur adversus Veteres physicos *Generationem* è medio tolleutes, & optimè distinguit inter purè *non-ens* & quodammodo *non-ens*, id nihil NEGATIVE, & hoc *Privativè* Scholæ Peripateticæ nominârunt. Hác *Germinis* exegesi tunc appareat, quod in *Prostatis* & Vesiculis his seminariis non est pure *non-ens* sed quodammodo, quippè Potentiale *Ens* est; veluti Rosa hoc hyberno tempore sit ens in *Potentiâ* vel in *Germine* potentiali; sed ante *vernale* tempus in *Actu* non potest esse, & ante tempus illud destruatur. Nunc ex hoc *fermento* novo materiei seminalis ad *Germen*, vel instar *Gelatinæ*, Colorisque subcineritii fiet in *vesiculis* his & *favillis*; vel tanquam à scaturigine ex variis eorum digitis compressarum foraminulis materia aliquan- Bauhinus. tulum livescens exercetur. Sed ex *Bauhino*, succis subflavis & oleaginosis has *Favas* esse repletas plurimi

plurimi censuërunt. Ast post has vesiculas seminarias, *vasa deferentia* deinde uniuntur & coëunt in ductulum unum ad *Prostatas*; ubi omnia feliciter uniuntur & coagulantur. Quibus (per hæc vasa) semen hoc *Germiniferum* & maximè elaboratum ex omnibus principiis activis & mercuriis nidulatur; sed alia pars *Spermatosis* hujus dilutior & imbecillior per meatum peculiarem ad *Urethræ* principium fortasse distribuatur & distilletur: Attamen adhuc, ex hoc ductulo mihi haud verisimile sed (minùs extra aleam) vesicularū harum usū esse videatur, peculiaris generis *semen* solùm in se conficere. *Quippe* pro semine (potiùs) imperfecto (ut in nimiâ Venere, Gonorrœhâ, & pollutione nocturnâ, &c. priusquam semen ad *Germen* Perfectum coagulatum conficiatur) hic ductulus peculiaris in *Urethram* dispendatur. Jam verò *Prostatæ* huic disquisitioni proximè occurrunt.

Iter hujus Elaborationis in Prostatas



SECT. VII.

2. *De Prostatis, i. e. Germinis ultimò & ad ἀκμὴν exantlati Repositorio atqq; CONFECTORIO.*

AB *Hierophylo* Παραστάται ἀδενοειδεῖς aut Glandosæ appellantur, albæ; spongiosæ & sitæ sunt ad penis Radicem & ad *ejaculatorium* principium, velut in promptu atque ex promptuario Coitum subservire; & quantò magnitudine sunt majores, tanto lasciviores reputantur homines semineque luxuriantes, (Simiarum utpote *prostatis* magnopere repletis cernamus) forsan etiam tantò maturius sit *Germen* in illis. Hæ prostatæ membranâ tenui, spiraculis & porulis in ure-

thram perviâ veſtiuntur; ut Coitu ſemen *Germiniferum*, incraſſatum & ad ἀκμὴν elaboratum velut Argentum vivum (ex Corio poruloſo) *granulatim*, (ſinapiſq; ſcelerata) ſtimulatim aut *titillatim* exprimeretur. Quamvis enim incraſſare & attenuare ſunt Ἀντίσημα aut ἐναντιούμενα ſaltem, tamen incraſſare & propellendo vel exprimendo titillare ſint ἐνάντια ac ſatis congruant. Nunc ut abhinc ex (Conceſſis) Scortatores in ſtupris proſtibuliſque libidinoſè volutantes, nocteſq; dieſq; cum mœchis agentes, coëundi hunc pruritum aut temperatiorum voluptatem impetrare nequeunt; ſicubi ex ſemine tam malè cocto, & propter immoderatam Venerem prolificationi tam inepto, *Proſtatisq;* vix accepto, nullam fœcunditatem aut ad Uterum *Germen uſpiam* communicare valeant. Unde Scortarum uteri tam ſteriles & infœcundi fiunt. *Scortatores* ad *Speciem* propagandam inepti, quoniam eorum *Semen* nondùm fit, nec ſatis exantletur ad *Germen*, nec vaſis his *Perficientibus* debitè coaguletur, impregnetur, aut omnibus ſuis hypoſtaticis principiis uniatur. Idcircò hoc ſemen nec virtute prolificâ, nec poteſtate plaſticâ donatur, imò ſpirituumque varietate, calore, ſapore, ac ſpumoſitate planè vacat.

Unde Scortatores plerumq; ac ferè ſemper infœcundi.

Igitur haud immeritò *Philochymici COAGULATIONEM & exaltationem* ſupra cæteras elaborationes ſpagyricas celebrârunt (velut *Arcani* ipſius metam), dum ultimæ ſint præcedentiumque perſectivæ, & quibus ἐργασίαις latent munera ditiſſima naturæ. Porrò quod ex *Paracelſianis* Archidoxis de rebus aliis aut mineraliſer's præcerpſimus, his *Germinis* elaborationibus optimè conferamus. *Pœtæ verò fabulantur VULCANUM, in eo lavacro laviſſe* Phæbum (ita materiem

Paracelſ.

teriem seminalem) *& ab omnibus sordibus, & imperfectionibus ipsum repurgasse: natum ex PURISSIMO, Perfectissimoq; MERCURIO & sulphure sub vitrioli genere in formam atq; splendorem.* Nostrumque GERMEN quasi totum Corporis MAGISTERIUM depingatur elegantiùs ab *Arnaldo* de Villâ novâ in *Spec. Occult.* Ecce totum *Magisterium* hominis inquit ille (& apud *Querc. Herm. Med.* Def. c. 16. citatur) Ergo, *Considera rem illam solam quæ MERCURIO & corporibus perfectis magis adhæreat, & habebis Scientiam per Deum vivum.*

Germen est totum Corporis Magisterium.

Sicubi *Leonem* hunc omnivorum, & *Hermetis* Aquilam nostram descripsit. *Et scias quod Argentum vivum nostrum COAGULATUM est Pater omnium hujus nostri Magisterii, & est CORPUS & SPIRITUS*, &c.

Semen hoc coagulatum *est humani corporis* Argentum vivum.

His enim ulterioribus Vasis ἐργασίαις novam *agendi* potentiam Semen acquirat, Copulationemque complectentium. Et dein ob nimiam *Venerem* Semen his virtutibus & energiis prævis Speciei propagandæ defecit, unde Prostibulæ ac Scortatores vix sobolem procreant.

Sin objiciatur de *Juliâ C. Augusti* Imp. Filiâ quoniam licèt Adulteros habuerat plurimos, tamèn liberos etiam plerosque maritoque suo haud dissimiles parturiebat.

Obj.

Responsum autem ex Juliæ ipsius verbis astruamus; Quippe quum rogata fuit quâ solertiâ vel Arte hoc faceret, facetè sed haud absque ratione respondebat *Se non admittere Vectorem nisi in plenâ Nave*, aut non *Adulterum* Navi-thalamo suo ante Maritum; forsan & haud maritum ipsum nisi *Naviculâ victuali*, vel *plenâ.* Etenim *Navis victualis* est *Spermatosis* prolifica & Germinifica

Resp.



minifica è *Favillis* seminariis & *Prostatis* ab ulteriori hâc vasorum *asservantium* elaboratione, ast hæc coagulatio seminis perperàm atque nefariè à Scortis præoccupatur, unde nullatenùs *germen* & vix *semen* iis gignatur.

D. Regius.

Denique tunc age! Celeberrimique D. *Regii* verba pensitemus. Lib. 4. Nat. Phil. cap. 14. *Ut semen sit* fœcundum *requiritur, ut illud non tantum benè sit excoctum: sed etiam bonis & satis copiosis spiritibus, in coitu à* Cerebro *&* Corde *venientibus perfusum.* GALENUS *autem aliiq; præstantissimi formationis cognoscendæ antehac quam maximè Cupidi, nullâ ratione illam potuerunt assequi, quia semen nullis particulis præditum esse putantes à solâ vi plasmaticâ in Fœtum efformari crediderunt; quæ cum ipsis inexplicabilis totam fœtûs formandi rationem suis tenebris involutam reliquêrunt, quia vero GERMINIS, Seminisque particulæ, earumque motus hactenùs tantum generalitèr nobis innotuêrunt, idcirco non alia etiam quam generalis hic traditur formationis ratio. Quæ tamen ad specialia in Generatione occurrentia intelligenda, satis magnam lucem præbet.* Sed quod Insignis *Regius* de *Germine Actuali* philosophatur, de *Germine* nostro *Potentiali* virorum his Prostatis ἀληθῶν & Analogicè ratiocinari possemus; juxta quoque hujus *philosophiæ* principia ϗ οἰκείοις ἐμπείρως ratiocinia benè distinguendo inter primum & secundum actum quam *Generationis* (ex *Sen.* Nat. Phil. Lib. 5. Cap. 7.) tam hujus *Coctionis* & Spermatosis; Inter imperfectam & seminificationis (ad *Germen*) elaborationem perfectam; inter *vim plasticam* & prolificam; inter Semen & Germen; & inter *Germen in Potentiâ* Prostatisque ac *Germen in Actu ac Utero*..

Doctrina de Spermatosi *optimè deprehenditur distinguendo inter* Germen *&* Semen.

Hoc

Hoc quoque lumine liberiùs extricaremus *Prostatarum* usum præcipuum non esse semen tantùm continere, (ut *Riolanus*, *Spigelius*, aliique velint) hec tam humorem oleaginosum ad meatum urinarium illinendnm (ut autument alii *Barthol. l.* 1. cap. 14.) quam SPERMATOSIN ex Favillis *seminariis* & per vasa deferentia excipere, perficere, & coagulare *Germen* usque ad *potentiale*, sive incrassare ac lubrificare. Deinceps ut (*Hannibal* ad portas) *Spermatosis* aderit promptu; necnon ad oculos & αὐτοπτικῶς, Germiniferum hoc *semen* semper erit albissimum, spirituosum, *crassum*, oleosum & mercuriale, velut in Elixirem opimiorem eximiè redactum. Attamen ob has rationes aliam materiem seminalem (aut *Spermatosin*) his Prostatis & diversam cum Solertissimo & *Eximio D. Whartonio* nondum statui. Namque

Riolan. Spigelius. Barthol.

Quare non est nova Spermatosis in Prostatis.

D. Whartonius.

1\. Vasorum *deferentium* vestigia sequamur ex *Testibus* & *Parastatis* ad has Prostatas; & quare? nisi *Testium* semen promovere & deferre his partibus ad ulteriores elaborationes versus *Germen*, aut *Apotelesma*, & abhinc *Glandes ASSISTENTES* à *Fallopio* vocentur. 1. Fallopius.

2\. Si *Prostatas* has pro semine exprimendo, digitis tuis avidè & nervosè comprimas, nihil tamen absque compressione *vesicularum* aut *favarum* seminalium, exire cernas; undè sit verisimile, Semen nullum novum, aut his *Prostatis* peculiare & diversum confectu posse. 2.

3\. Tunc haud dubio (ut *Bartholinus* ipse & contra *Varolium* trajecit) *Viri Castrati* generarent, si *Prostatis* & vesiculis Spermatosis esset nova specificaque & à *Testibus* diversa. Nec obstat aut satisfit, quid pro *responsu* de tribus seminum 3. Barthol.

seminum generibus inferuntur à Clar. *Whart.* cap. 31. de Gland. dum Semen quod est *Glandi* vasisque ejaculantibus & *Urethra* proximum (promptuque paratum ad coitum) est absque vacillatione perfectius & elaboratissimum semen; Sed hoc in Parastatis est proximum Urethræ, &c. & ad coitum comparatum. Insuper & sequitur quòd semen perfectius & elaboratissimum est *Germen prolificum*, sufficiatque ad Generationem.

Germen ad generationem satis elaboratur.

Sed hoc in *Prostatis* est tale, &c. Nec juvabit quod Castrata frustrà coëant; semenque aliquod emittant, quia non est alia vel *Spermatosis* (ab illâ Testibus) diversa sed eadem materia, quæ Naturæ processu ordinario proveniret ad Testiculos; quoniam autem excisi sunt, materies hæc seminalis ad eas partes proximas, & genitales relictas dirigatur, à quibus accipiatur, & ex quibus excernatur frustrà. Veruntamen haud est nova vel materiâ ab illâ Testibus elaboratâ reverà diversa ac exotita; nisi quoniam *Elaborationes* Testium Epididymedum Parastatarumque *prænecessarias* ad perfectionem nunquam obtineat. Quocircà materies hæc *dilutior* & serosior non elaboratur *Capsulis* seminariis aut *Prostatis*, sed protinùs elabitur in *Urethræ* principium per ductum peculiarem & (ex *Veslingio*) pro seminis parte dilutiore singularem.

Materies spermatosis *dilutior & serosior non exantlatur in Capsulis aut* Pro*statis ad* Germen.

4. Vesalius.

4. Porrò *Vesalius* historiam cujusdam in civitate *Patavianâ* pro flagitiis Patibulo suspensi suffocatique *Gomorrhæâ* tamen miserrimè laborantis, *exempli gratiâ*, mandavit ad Posteros. Cujus Corpore dissecto, *Ductus* & *meatus* omnes hi præcipuéque vasorum deferentium à *Testibus* vadentium, in *Vesiculas*, in *Prostatas* ad *Urethræ* prin-

principium spectantibus omnibus & liquido (ut *Author* de κοσμογραφία Lib. 4. cap. 7. bonâ fide nobis edidit) absque dubio conspicui fuerunt.

5. Et verbo; Si quantò semen sit elaboratius, tantò perfectius, tunc è contra; Quantò crudius & minus elaboratum, tantò imperfectius & ad prolem ineptius; sed si Vasa hæc seminalia ad *tria seminum genera* & haud ad *unam Spermatosin* gradatim elaborandam consignata sint, tunc (*concreto*) semen ipsum minùs elaboratum esset & ad speciei perennitatem) plurimum aut omnimodè ineptum, Ideoque ex his, plurimisque aliis Argumentis; (in Glandulis his *Assistentibus*) nempe *Prostatis, & vesiculis*, non novam, non diversam, sed unam & eandem *Spermatosin* impraegnari, incrassari, lubrificari, & pinguefactam fieri, imò, ad *Germen potentiale* perfici concludo.

Abheinc quoque (per *Doctissimum Whart.* cap. 31.) Chirurgorum observatio *lithotomiis* ad proficuum maximum concredatur, & a nobis de illis quorum *Prostatæ* in Calculi immensi asperique protrusione plurimùm lacerantur, & ab hâc Causa fiunt infœcundi sterilesque propter ineptitudinem coficiendi Seminis ad *Germen* aut ἐν τελείῳ. Hactenùs de *Vasis Perficientibus*, eorumque muneribus, quibus in *Spermatosin* & *Germen* usque ad *ejaculandi* Januam, principiumque *Urethræ*, Naturæ ἐλλάμψις κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον nobis facem exoptatò relucentem prætulit. D. Whartonius

SECT.

SECT VIII.

De Vasis, semen ejaculantibus (syringis instar & metrenchytæ) usque ad Germen *Actuale.*

Spermatosis iter ad vasa ejaculatoria dein & ad uterum.

HIs Præmissis, partimque aliorum sententiis modestè rejectis; Spermatosis hujus itinere *Vasis ejaculatoriis*, & dein utero vel κατὰ καιρὸν adveniamus. Ubi semen imprægnatum & ad libertatem fores convellere ferè promptum, imò *vasorum ejaculantium* Claustra mordens, vellicans, & τειχωρυχεῖν aut revellere moliens, inveniamus.

Unde fit aptitudo tanta ad hanc ejaculationem

Enimvero partim ex pleonasmo *genitalis* materiei, & partim ab ejus vigore, vel forsan ab aliis *Cupidinis* Oestris plus quam debitò ferocibus ad *Aphrodisiæ voluptatis* vel potiùs libidinis exercitium instiget, quandoque pungat quasi morsibus & aculeis *Tarantularum* ex πολυσπερμίας igniculis nimiis, & præ libidine consuescendi; deheinc lascivè de congressu vel *lectiluctâ* traloquuntur homines, dum *Veneris* illecebræ meditantur. Quum verò *spiritus* (ejusque principiis hypostaticis) *succo* seminali MARITATUR in *Vesiculis seminariis*, & *Prostatis* coagulatur, unde coëunt in vasa hæc sagittantia. Hoc corpus Spirituosis his principiis unitur & vincitur *Mercurio* fixiori & sulphure; sed his solutis sulphureisque deflagratis omnium affinitas gratuletur ad *dyscrasiam SPERMATOSIS*, & è *Concreto* spiritus efferi nimis effervescant forsan & ad *Febres spermaticas* (quarum differentias & varietates juxta *dominatum* principii elegantiùs expromamus è *Sinibald. Geneanthrop.* l. 9. tract. 1.) & ad

Sinibald.

Satyri-

Satyriasin atque Priapismum; imò forsan ex miasmate venenato sursum ferente & conscendente, spiritus animales ejus Oestris & catervatìm ingruente ad insaniam, furorem aut alia symptomata gravissima. Quippè succus etiam *spermaticus* quum separetur à principiis & divortium ineat, impuritatibus aut venenis & adulteriis heluetur; inde vapores & auræ impuræ sivè maculatæ à *Testibus* ad cerebrum transferantur, dein & nervosus succus haud malignitate levi corripiatur (& ut lacte corrupto Principia hæc (ὁμόφυλα) fiunt ἀλλόφυλα) & Functiones tam *Animales* quam *Seminales* perperàm agantur. Ast *Spermatosis* spirituum *Dispensatione*, in promptu sunt hi succi *vasis his nervosis* prorsus evibraturi. Vasa tamen *Deferentia* vulgò vocantur *Ejaculatoria* (*Laur.* Lib. 7. cap. 5.) quoniam Semen iis subservientibus ejaculatur aut defertur ad *radicem* membri virilis. Sed (à priori, rationeque celebriori) partes illas, quæ semen hoc *Germiniferum* in itinere suo ad Uteri sinum (vel ad *Germen* in *Actu*) musculorum adminiculo fortitèr & instar *Syringis* ejaculant aut evibrant, *Vasorum EJACULANTIUM Nomine* & officiis propriorbus insigniturus esse (sub Correctione) credam. Nunc hæc *Vasa ejaculatoria* & famulantia sunt *Corpora Nervosa* (per industriam D. *Whartonii* de Gland. cap. 32. optimè descripta) Urethra sivè *Penis* Συειγγώδης Νεῦρον propter ejaculationem aut κατ' ἐξοχὴν Μόριον propter Fœcunditatem appellatur. Corpora hæc *Nervosa* pudendi virilis sunt *Duo*, oblonge rotunda (quasi crassissimæ *Arteriæ*) & exteriùs *dura* sunt, densa, *candida*, nervosaque: sed interiùs *spongiosa*, cavernosa, *medullosa*, rara, & cum membranâ.

Laurent.

Horum Vasorum Corpora quæ sunt.

Cujus

Cujus substantia *Coëundiq;* tempore erigendi plurimùm infletur,&plenitudine spirituum admodum induretur ad *ejaculationem validiorem* in Uteri orificium. Attamen plexu *venularum* & *Arteriarum* minori,sed Nervulorum& fibrularum numerosiori transversim decurrentium spiritus hi vel cohibeantur, vel forsan à stimulis Venereis Oestris impetu majori spirituum strenuosiùs erumpentium κατὰ ἰσχίαν ὁρμῇ ejaculentur. Moventur etiam *Musculis duobus* & robustis, quia crassis brevibus & benè connectis (ut *viri crassi* compactique *strenui* sint & maximè nervosi). Hoc PAR ab appendice *Coxendicis* principium nervosum vendicabit ad vim fortitudinemque majorem Congressu ; haud secus quàm ab *Arctuario Nervo* strenuissimo jacula fortissimè longissiméque sagittentur & evibrentur. Nunc inter hæc Corpora nervosa,conspicuus est meatus Seminalis & nervosus aut *Urethra*, cujus membrana interna exquisitissimi sensûs est,quàm dolore calculi, tam voluptate veneris illecebris & pruritibus magnoperè demonstrant. Ast quoad ejus usum præcipuum *Canalis hic nervosus* Seminis potiùs quam *Urinæ* excretioni dicatus de jure censeatur, & probetur. *Arist*. lib. 1. de gen. Anim. cap. 13, ab hâc observatione ; nempè quoniam *urethra* vel *penis* iis adest quæ Urinam non edunt, & abest in quibusdam eorum qui Urinam dant, ideoque à Naturâ meatus hic pro semine potiùs quam pro Urinâ consignatus videtur ; & ut *Germen* hoc in Uteri fundum (pro specie propagandâ) rectà, strenuèque projiceretur.

1. Par Musculorum eorumq; usus.

Arist.

Secundum Musculorum PAR *urethram* hanc ad exitum *seminis* promptiorem dilatat tam mingendo quam coëundo, (ast inter hos, Calculi per

litho-

lithotomiam sunt extrahendi) & musculi Acceleratores sunt ut *semen per poros expressum cum violentia quadam (sese ad principia contrahentes) emittatur & sagittetur*, (ex *Highmor.*) Etiamque (quemadmodum Alii velint) *Prostatas* comprimere & constringere ad *semen* velociter exprimendum per porulos & granulatim in Urethræ canalem; Sed abinde fortissimé litare veneri *GERMEN in uterum* recta ejaculandum (sic ait *Lindan.* Phys. 286.) Highm. Lindan.

Hæc vasa non hominibus tantum & aliis, sed in Animalculis perfectioribus inveniantur, ut *Cygnis*, *Anseribus*, *Anatibus*, &c. Et de *Gallis* verbis *Harvæanis Exerc.* 38. de Gen. Anim. referamus; *Gallum in Coitu, Genituram vulgò semen dictum emittere ex partibus ejus genitalibus constat: quippe Testiculi eadem scatent & in vasis deferentibus longis, amplisq; plurimum ejus reperitur.* Tunc procul dubio *Vasis ejaculantibus* nempè *Pene* & *urethrâ* ad genituræ ejaculationem Hymenæis repetitisque suavis in Uteri *Gallinæ* orificium celebrandam ille non indigeat. Et in *Anate* nigrâ *penem* tantæ longitudinis se vidisse (*Clar. Harvæus* nostras) asseruit Exerc. 4. ut humi pendentem post coitum, *Gallina* insequens avidissimè (per errorem) mordicavit, quasi lumbricum. D. Harvæus.

Nunc finem imponere; *Venarum*, Arteriarum, *Nervulorumq;* usus debitè pensitandus sit; & quàm multum hujus evibrationis ministerium, copora hæc duo nervosa (*Arundinibus Indicis* omnino disparia), conferunt, à *Blasio* discamus. Exteriorem habent corticem duriorem, sed intùs substantiam fungosam, *subnigram* & sanguine repletam, maximeque in *congressu geniali* vel erectione D. Blasius.

Penis. Ejusque sanguinis copia cum spiritu naturali principioque salis summè postuletur è VENIS, & ejaculationis ~~quae~~ quatenus *naturali* gratius inserviat. At ex ARTERIIS (ab *Hypogastricis*) *ejaculationis vitalitas* admodum spiritnosa sulphurea & fervida suppeditatur, adeo ut ad longitudinem Penis disseminetur. Et idcirco è *Galen.* Lib. 15. de Usu Part. cap. 11. has partes & vasa facili negotio, sanguine ac spiritibus impleri aut depleri, simul & tantoperè tendi aut laxari concludamus.

1. *Ejaculatio, quasi naturalis.*
2. *Ejusque vitalitas.*

Præterquam ex NERVIS penè innumeris *ejaculationis virilitas*, animalis *erectio*, sed è Vasis his Cupidinis igniculi prurientes concupitâ Palæstrâ Veneris proferuntur; & animales spiritus ad *latitudinem* dispenduntur. Ideoque facultates omnes, (*viz.* nimirum *imaginatrix*, motrix & sentiens) ejaculandi & evibrationis hujus Actioni quatenus *Animali* peregregie concurrunt, & inter se quasi mutuâ conspiratione, seminis evibrationem efficiunt. Sed ratione sensus & imaginationis, cum *Veneris* illecebris & voluptatibus hæ partes distenduntur & ad ejaculationem *Animalem* planius inflantur. Sic ex *Regii Clar.* Lib. 4. *Nat. Phil. Semen fœcundum spiritibus copiosis in Coitu à Cerebro, Cordeq. provenientibus perfundetur.*

3. *Ejusque virilitas animalis.*

D. Reg.

Atqui *vasorum ejaculantium* Doctrinæ huic satis superque *litavimus*; hujus Coctionis sivè spermaticæ (τὰ περὶ τοῦτον) Vasa atque Elaboratoria tam mirificè fabricata (ad *prolem* perpetuandam) accuratiùs exploravimus. Necnon hujus *Spermatosis* ut prius *quartæ Coctionis* aut *Pneumatosis* charagmata fideliter gressusque investigavimus, ad GERMEN hoc *Actuale* vel τὸ τέλειον. Et cujusmodi Partis Principalis (quoad *Elementaria*

&

& hypostatica *principia*) semen est, (quod adeo Partium Corporis omnium IDEAM ex eorum spiritibus & principiis in se contineat κ̀ μοῖραν πεπρωμένην), Ejusmodi materiei seminalis (maximeque in maribus) erunt apparatus ac Principiorum elaborationes de jure summo, & ejusmodi partis *principiis* efformantibus respondentes. Proin & ut natura det Instrumenta & media Conditioni Formarum respondentia, omniaque necessaria iis congruentia *Picolhom.* gr. 3. ph.mor. cap. 3. pariter & hâc *Spermatosi* omnium Idearum & partium principia. Utrum vero proprietates, potestates & signaturæ sint insitæ *principiis* his, Elementaris, *Influentiis* coelestibus aut omnibus conjunctis mox inquiramus. Sed huic sufficit *extensio formæ* ad extensionem materiei; dum quam ad unum fine & *Spermatosin* (nempe *Germen Potentiale*) conspirant omnia, tam ad unum finem (nempe *Germen Actuale*) coëunt omnia. Et huic *Elaborationes variæ*, calores, *motus*, vasa, *fermenta*, principia, *Elementa*, Astrales influxus & *spiritus omnes* (viz. natur. vital. & Animal.) inter se clanculum agunt, κ̀ κατὰ τὸν Σκοπὸν ἀγῶνα impense concenturiant ac concorporantur. Itaque SPERMATOSIS hanc ἀπαρχὴν εἰδῶν κ̀ ΜΕΤΡΩΠΛΑΘΕΙΑΝ transeamus, aliisque disquisitionibus nos accingamus.



CAP. IV.

SPERMATOSIS aut hæc Concoctio *probatur* 1. *Ex* Dominio *TESTIUM.* 2. *Ex* Vasis, *Terminis*, Situ, *Subjecto*, Heterogeneis *Particulis*, *& maturitate* seminis *ad GERMEN, &c.* 3. *Spermatosis materies ex QUA.* 4. *Elaborationes* Spermatosis *per QUAM.* 6. *Classibus aperiuntur ad* ἀκμὴν *& Apotelesma omnium.*

Arist. DIctum erat inclytum *Aristot.* Li . 4. de *part. Animal.* cap. 4. Ἄνθρωπος ὀρθόν ἐστι μόνον τῶν ζώων, διὰ τὸ τὴν φύσιν αὐτοῦ καὶ τὴν οὐσίαν εἶναι θείαν. Ἔργον δὲ τοῦ θειοτάτου τὸ νοεῖν καὶ φρονεῖν. *Præ omnibus homo solus est figuræ rectæ*, (& hoc munus ὀρθοποδεῖν aut ambulandi rectè, à naturâ debetur Pneumatosi, & spiritibus Animalibus) *propterea quod substantia ipsius & naturæ* (quoad ejus Germen & Generationem) *est divina*, divinitùsque instituta; tunc τὸ νοεῖν καὶ φρονεῖν *intelligere & sapere opus est maximè divinum.* Hoc opus, hic labor est (inter homines) Arcana naturæ diligentiâ summâ perscrutari, Deum adorare, seipsos intelligere, fabricam admirari, Facultates, Functiones, Coctionesque ἀκριβείᾳ exquisitissimâ sapere, dein & in pulvere Sapientum καὶ ἐν τῇ γνώσει τῶν πιστοτάτων decumbere. Ideoque non solum ea quæ SUNT (quemadmodum indigitavimus in *Capite* priori) sed quæ FIERI de-

debent (& hoc capite quoad Spermatosin) contemplemur ὐ μόνον κατανοεῖ ὡς ἔχει τὰ ὄντα ἀλλὰ καὶ βουλεύει) περὶ τῶν πρακτέων, ἢ ποιητῶν, namque tum circa τὰ ποιητὰ tum τὰ πρακτὰ sapere quoad Animalem Oeconomiam, & ejus *Spermologiam* haud parùm erit necessarium præliminariumque; Quamobrem & primò utrum *ulla sit Spermatosis aut Coctio vasis seminariis* ventilandum sit.

SECT. I.

Coctio hæc in vasis spermaticis, argumentis ex plurimis firmetur. Et 1. à Dominatu Testium.

NOnulli sunt qui negant (ex *Arist.* Lib. 1. de *Gen. Anim.* Cap. 1. 4. & 7.) Spermatosin aut coctionem in Testibus; & Generationem ab *Alteratione* haud multum differre statuêrunt. Quamvis *Alteratio* tantum secundum Qualitates, aut passiones κατὰ τὸ ποιὸν, Ast Generatio fit (philosophando) ab unâ substantiâ in aliam & κατὰ τὸ πόσον potius (ubi per *substantiam* intelligamus compositum totum *hylæum* atque coagulatum, actuq; perfectum, nimirum ut in GERMINE). Sed discrepantèr tamen agantur. *Spermatosis arguatur.* *Generatio & Alteratio differunt.*

1. Ex parte Terminorum ad *Quos*: Et 1.

2. A *Quibus*, dum procreatio fit à *non-subjecto* ad *Subjectum*; & 2.

3. Ex *Parte Subjecti*, cum Alterationis subjectum sit *totum Concretum*, sed procreationis subjectum est materia prima & abstracta. 3.

4. Ex *Parte Successionis* quoad motum, namque Generatio non est successiva, nec mensuratur (ut Alteratio) tempore, sed instanti. 4.

6. 5. Ex *preliminariis.* Et

5. 6. *Formâ* differunt; quippè procreatione una Forma suscipitur alterius extrusione, sed non semper in *Alteratione.* His tamèn, in hanc *Palæstram* descendere non nobis est opus; ideoque hæc *pede leviori* pertranseamus, dum plura de his agere supersedeamus. Jamverò Argumenta atque ratiocinia (*Spermatosin* hanc (& in ordine ad illam Generationem) spectantia), vasorum spermaticorum limine καλῶς βαδίζ nobis occurrunt.

Hippoc. Etenim ab *Hippocrate* Ἀρχηγέτῃ, à *Galeno* Medicinæ Promo, imò ab eximiis Medicorum Proceribus & Coryphæis Testiculos vasaque spermatica

1. *Hæc* Coctio *probetur à* *Principatu* *Testium.* Laur.

propter eorum vim Σπερματο-ποιητικὴν, ex Seminis conficiendi, Generationisque perficiendæ *Principatu* de jure consignantur. Et videbis (inquit *Laurent.* Lib. 7. Quæst. 3.) Præparationem Vasis Labyrintheis tantum fieri; sed COCTIONEM IPSAM & elaborationem perfectam in eorum *finibus* ac substantiâ peculiari, ut Animales spiritus in Plexibus *Labyrintheis* præparantur, sed *Formam* & *ideam* in Cerebri *finibus* substantiâque medullari impetrant; ita (sq. 2.) semen sensim & paulatim in *Vasa seminaria* distillet. Quorum *Plexibus* inprimis præparatur, mox autèm per exiles meatus in *Testes* (ad elaborationem & Coctionem) corrivatur, nondum tamen ea meatuum Rectitudo, Vasorum Latitudo nec

Laur. Amplitudo quam somniavit *Aristot.* (inquit *Laurent.*) ad hanc Coctionem requiratur, aut ad *Spermatosin*, Seminisvè vel *Germinis* ejaculationem. Porrò licèt Animalia magis ignobilia ac imperfecta, Coctione seminis mancâ, mutiliore minusque nobili fruuntur & funguntur (ut *Pisces*, *Angues*, &c.) semine tamen iis satis excocto,

Vasculisque

Vasculisque satis ad *Testes* analogis nec ad *Coctionem* nec ad *Coitionem* uspiam indigeant. Sed his *TESTICULIS Spermatosis* hujus provinciam delegatam probare, nunc restat.

1. A Testium PRINCIPATU pro speciei productione. Quibus eorum Principium inest οὗ ἡ Ἀρχὴ ἐν αὐτῷ εἰδότι τὰ καθ' ἕκαστα, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις ad agendum. Partes has Principes esse Probatu haud difficile putamus ex Cap. 2. Nunc autem tantam *partibus principibus* Coctionem celebrandam esse non tantum à plerorumque suffragiis, sed etiam ex his rationibus concedamus.

Quare Spermatosis in Testibus.

1. Ad honorem, harumque partium *Dignitatem* demeritam, præque aliis (ad speciem propagandam) illustrem.

1. Ad honorem partium seminalium.

2. Ad Naturæ *sumptus* solvendos, harumque Partium principum expensas (ac dispendia) per novos succos alimentosive reparandas. Quippe (velut *Principes*) impendunt penè profuse, luxurioseque, & ideo quadam voragine largitiones novas, congestasque quotidianas obsorbeant dein & distribuant. Bifariam tamen *peccatur*, scilicet quando iis tantoperè demeritis dignisquê hæc expendia non debitè rependuntur, & quando ex iis impertiuntur vel indebitè vel indignis, (ᾧ μὴ δεῖ ἀπολαύειν ἢ μὴ ὡς δεῖ) proindè Partes hæ, equotidie ægritudine ferunt, sumptus non fecisse (*Favillarum seminalium* ex *Thesauris*, ex *Prostatumq;* Promptuariis) cum res postularet; & fecisse cum res non postularet.

2. Ad sumptus harum partium solvendos.

Quomodo Testes offenduntur.

3. Ad Fœdus partibus aliis *Principibus* ineundum & tuendum, mutuamque pacem inter has sanciendam, totiusque *Microcosmi* euexiam tranquillam ac *eucrasian* conservandam; præsertimq; inter Testes, *Caput*, & Cor, *Pactum* quasi *sacrum*

3. Ad ineundum Fœdus & sanitatem.

 ob-

observare, & ad mutuum quæstum commodumque Sanctiones Combinationesque inviolatas habere.

4. Ad obeundas Actiones generandi. 4. Quoad officium *Testiculorum*, Generandique munus his partibus principibus assignandum; & ad actiones omnes procreativas obeundas specificissima sit illis *Coctio*, ac perquàm congrua (utrum hoc munus vel *à tanto* vel *à toto* subeundum) ad prolem gignendam; & quò partibus à nullis nisi *Testibus* & Vasis spermaticis *prolificatio* fungitur, eò *Spermatosis* aut Coctio versus *Germen* his solis fruitur; Sed hactenùs ad Argumentum ex Testiculorum *dominatu*.


SECT. II.

Spermatosis *ex* Vasis, *Terminis*, Situ, *Partium*, *Subjecto*, *Particulis Heterogeneis*, Spiritibusque *animatis*, *&c.* *probatur*.

Arg. 2. ex idoneitate vasorum omnium & organorum. Hoc tramite processus agamus.

2. A *Vasis*, Organisque ad hunc usum tam affabrè compositis, tam commodè dispositis (quemadmodum Cap. 3. extricavimus). Nunc Quibus sint Vasa tam benè (ad hunc usum) & accuratè constituta, in iis Coctio promoveatur, (& Lib. de *Pneumatosi* probavimus. Abinde traditur

Laurent. in *Laurent.* Lib. 10. Q. 8. de *organ. Animal.* quòd Natura nuspiam PLEXUS & texturas



creare soleat nisi ad *elaborationem* quandam & *Coctionem*, sed hæc assertio de Vasis omnibus *Spermatosis* tam mirificè compositis, dispositis, & connectis optimè deponatur; Quibus (& apprimè) nihil aliud nisi Coctio fiat. Nempè quoad

Ru-

Rudimentum in *Plexibus*; quoad *Coctionem* & elaborationem in *Testibus*, Epididymidibus, & *Parastatis*; quoad exaltationem in *Vasis Deferentibus*, & quoad impraegnationem perfectionemque ad *Germen* in *Vesiculis*, aut *Pavillis* & *Prostatis*, usque ad ejus ejaculationem in *Uteri* sinum.

Quapropter his solis tantoperè præsignis μὴ μόνον ἀλλὰ καὶ τὸ καλὸν Seminis *Germinisque* fieret *Confectio*. Quoniam

1. Hæc Vasa quoad *Intentionem Numinis* Divini, & Opificis Summi à *Barah* usque ad *Beracah* sivè Conjugalem *Benedict*. Gen. 1. 27. huic elaborationi *Germinis* constituta fuerunt. *1. Ab Intentione divinâ Opificis.*

2. Imò quoad operati hujus *Retentionem* vesiculis ac *Prostatis* (quemadmodùm prædigitavimus) & ubi novum Fermentum *Seminale* ad ulteriorem Germinis τελειωτέραν elaborationem asservatur. *2. Ab operati retentione Vasis.*

3. Quinetiam quoad *Extensionem* operationis ipsius ad Germen in *Actu*, prolemque procreandam, Vasa prorsus huic elaborationi consignata cernamus. *3. Ab Extensione operationis.*

3. Ex parte quoque *Termini* à QUO; nimirùm quum à toto *Composito*, sed præcipuè à Capite per NERVOS ferè innumeros materia *Spermatosis* sit ad partes has provecta; & deinde Semini vim omnium Membrorum effectricem impetrandi de jure merito celebremus. Nunc Vasa in Quibus materiei seminalis *libamen* deponitur, Coctioni ejusdem materiæ inserviunt. 2. Et insupèr, ubi materies tam diversimodè à Corporis partibus (Venarum, Arteriarum, *Nervorumque* adminiculo) promota, conjugium (unâ elaboratione) Fœdusque init, coit, & subit; ibi (ex necessariis) *Arg. 3. Ex parte Termini à Quo.*

sariis) fiat *Coctio*, sed his vasis seminariis Materies tam promota ex partibus omnibus in *unum mixtum* ac compagem conspirat, & simul exantlatur.

Arg. 4. ex Parte Termini *ad* Quem

4. Et ex parte *Termini* ad QUEM, (scilicèt ad *Germen*) SPERMATOSIS enucleari possit. Quippe ubi motus fit ab *activis principiis* ad Germen, ibi fit eorum principiorum *Coctio*, sed in *Testibus* & vasis *spermaticis* fit motus ab activis principiis ad GERMEN (uti Cap. 3. uberiùs eliminatur.) Namque natura cujusque Speciei conservandæ tam sollicita, tam provida semper fuit, ne species ullius interiret, ut *Coctionem* in ordine ad Specificum *Germen* constantèr instituerit; imò & in Botanologiâ ex *vegetalibus* ipsis, & *Zoophytis* imperfectioribus, quorum *Germen* haud absque materiei Seminalis (principiorum) elaboratione debitâ per *magis* aut *minus* perficiatur. Tempore *Vernali* tota Naturæ moles velut à *Fermento Uterino* impraegnatur, motuum atque procreationis etiam abundè sit ferax; Quippe copiosum tunc alimentum iis attrahunt arbores & *plantæ*, & hæ copiæ non tantum nutritioni verumetiam *Semini* sufficiant; ast hyberno tempore (quam steriles pro tempore videntur) haud alimentum sufficiens ad vitam sustentandum, simul & ad semen producendum accipiunt; nec satis innatus calor ad Semen aut *Germen* suscitetur absque Calore Cœlesti, sive solari & *Influente*. Quamobrem etiam *fermentum* vegetale dormit, & abeunte *calore*, influente, deficiente succo nutritio, atque fermento consopito, Terræ & *Plantarum* pori constipantur ac innatus Calor ad elaborationem debilitatur, undè sterilitas illa temporaria consequitur. Ast *æstivo tempore* vernoque adveniente *Sole* præsto adsunt omnia,

Motus ad Germen *ab activis principiis in omnibus Zoophytis.*

Plantæ

Plantæ germinant, pullulant, florent & parturiunt; *Aves* & Pennipotentia ad congressum excitantur, & nidificant, Pisces & vivipara *Sperma*, sed *Ovipara* Ova pariunt, quum à *Solis* viciniis, viscera Gremiaque *Terræ* intepescunt, πολυσπερμίας sive πολυσπερμίας elaborationes mirâ cum Fœcunditate prodeunt. Deheinc & *Plantæ* rationeque botanicâ flosculos proprios efformant. Et præterea quam vegetabilia germinant, tam animalium *Succus* aut Sanguis existit vegetior, ac luxuriando undique proclivior. Proinde quoque Corporis humani *Succi omnes* redduntur opimiores fermentatioresque, Quibus Spiritus animales appellentur à jure merito Flores aut humani *Flosculi*, quum ab iis *particulæ* activaque principia communicantur ac colliguntur ad SEMEN; Deinceps & ad Animalis *Fructum* aut ad GERMEN sive *Speciem* propagandam. Sicubi quum *flosculi* hi humani sunt flaccidi, vel *Mercuriis* destituti & (quoad activa principia) depauperantur *Semen* efficaciæ minoris atque virtutis his vasis existat.

5. Ex parte *Subjecti*. Etenim Quibus *vasis* exantlatur materies Seminalis ad præviam, specificamque Generationis *dispositionem*, illis *Coctio* vel *Spermatosis* promovetur; sed Vasis *spermaticis* fit exagitatio materiei *per nervos* acceptæ, & ex *Arteriis* venisque provectæ; insuper & à vi spermatopoieticâ fermentoque seminali Testibus ac vasis vicinis, elaboratur ad *speciei* generandi aptitudinem. Hâc elaboratione perfectiore semen fit instar *Lactis*, insuper & *spiritnosum*, mercuriale, succosum & spumosum, atque quò candidius eò comparatiùs & à *calido* (tam *innato* quam *adventitio*) perfectius exagitatur.

5. *Ex parte* Subjecti, *vel exagitatione materiei in spermaticis.*

Val-

Vallesius. *Vallesius* etiam de hâc re philosophatur in Controv. *Med.* & *Phil.* lib. 2. cap. 7. *Succum illum ALBUM in Testiculis vim quandam ex majore ELABORATIONE comparare, similemq; ei esse quo solida membra nutriuntur medullis ossium, arteriarum, venarumque alimentis.* Sed longè luculenter illustretur ex Harvæanâ facundiâ ab albumine ovi de *Gen. Anim.* Exerc. 35. *Quare cum* Aristotele *sentio contra Medicos albumen esse partem ovi sinceriorem magisq; concoctam & elaboratam; videtur etiam albumen calorem animalem uberiorem in se continere, & proinde alimentum esse propinquius; similiter ob eandem Causam, albumen exterius, interiori sincerius magisq; concoctum esse verisimile est.*

D. Harv.

☞

6. A vasorum spermaticorum situ Corporis in medio sive Μεσογαστρίῳ.

6. A *Vasorum* feminalium *Situ*; nempe in μεσογαστρίῳ sive Hypogastrio, imò & in medio Corporis totius; ubi *Partes* hæ tam Congressui Geniali quam *Spermatosi* conveniunt & optimè situantur; Quippè totius Compositi Medium, materiei (à toto) seminificandæ circuitui (nempè *Cap. ad Ped.*) fœlicius inserviat; hujusque Coctionis περὶ τὰς διαπάνησεις aut ad ejus *Elixirem* nobilissimum gratuletur.

2. 2. Insuper ad animalium spirituum *Connubium*, Capitisque *Sympathiam*, Communicationemque, & ad hujus *Emissariorum* Cursus, huc illuc quaquaversus perniciores, modo καθ' ἴξιν & quasi per lineam excursitantes ad *terminum*, vel ad hæc *vasa* congruè ministrat etiam hæc SITURA.

3. 3. Porro, quò pro succorum redintegratione promptiori (Copiis ex novis) à toto, eò propter eorum Recrementiciorum reductionem debitam, sive fœnoris Seminalis Dispensationem, ad *nutritionem* spermaticam partibus viriliter alendis; haud

haud secus ac Querci Enterione vel Arboris Meditullium situatur ad alendas partes vegetales.

4. Ex Coëundi Gratiâ omnimode potiori, *Spermatosis* hæc in Medio conficitur, ut Sagittario more τȢ Μέσȣ ἂν εἴη σοχαςικὴ Medium Album aut Scopum rectà petat. 4.

7. A Particularum *Heterogeneitate*, Matériæque seminalis ineptitudine ad *Germen* ullum citra Coctionem & elaborationem obeundam; ob *Particularum* luctas diversimodas & ob contranitentia inter se confusè sed subtiliter agenda. Dum spirituosa principia terrestrioribus, Sulphurea Tartareis, & crassioribus *amplexibus* inviscentur & velut ergastulis incarcerentur. Nunc Coctio fiat & elaboretur ad *secretionem* Crassiorum, ad *excretionem* Recrementorum, & ad exaltationem magis *homogeneorum*, & ad GERMEN è semine sobolescens undiquaque limatum, nunc hæc exagitatio & dein exaltatio per vim coquificam fermentificamque Vasis his Spermaticis absolvatur.

Arg. 7. ex heterogeneitate materiei seminalis absq; concoctione

Elaboratio eorum unde fit & quare?

8. Ex *Animatione* Seminis Spermaticâ vasis his, a spiritibus & insitis & adsitis (Solis instar) irradiantibus ad Germen. Nunc ubi fit hæc *animatio* sivè potius *Maturatio* GERMEN versus; ibi semini fit *Coctio*; (prout in Vegetalium seminibus insit potentia vegetativa Germen versus ab auxilio solari) sic *Semen humanum* à spiritibus Animalibus velut *Influentibus* & ab innato calore (tamen haud juxta Doctrinam *Sennertianam* de PSYCHOGENESI) maturetur ad GERMEN. Deheinc quoque Mœchis ac Libidinosis prorsus accidat ut eorum semen (ab *immodicâ Vene-* Coctionis sive defectu) quanto crudius & incoctius, tanto serosius & remotius à GERMINE

Arg. 8. à Maturatione Seminis.

NE fiat (uti prius eliminavimus.) Ast hujus *Animationis* rationes D. *Sennerti* l. 1. cap. 10, Instit. satis valeant, dum Animatum ab *Animato*, veluti à *principali causa*, & haud ab *inanimato* proferatur; & quantò præstantius atque perfectius Corpus sit animatum, tantò purior, illustrior, atque nobilior est animatio vel *irradiatio* Spermatosis ejus ad Germen ex radiis influentibus à Cerebro sive *Pneumatosi*; Et inquit *Arist.* 2. de Gen. Anim. c. 1. τὸ σπέρμα τοιοῦτον, καὶ ἔχει κίνησιν καὶ ἀρχὴν τοιαύτην ὥστε παυομένης τῆς κινήσεως γίνεσθαι ἕκαστον τῶν μορίων καὶ ἔμψυχον.

D. Sen. · Aristot.

Arg. 9. à Naturæ Syntaxi. 9. Probetur hæc *Spermatosis* à Naturæ *Syntaxi* inter omnia *Zoophyta*; imò & in campo τῆς φύσεως inter omnia *Vegetalia* analogicè generata, à semine prius elaborato coctoque Vasis eorum *analogis*, argumentetur. Etenim univoca *Generatio* perfectior est & verior quam *Æquivocâ* vel non-univocâ; adeo ut talis *Spermatosis* erit omnimodè præstantior, ejusmodique vasa sint perfectiora. Et explicatur à *Peripat.* ex *Arist.* de *Gen. Anim.* l. 3. c. 9. ut Artifices qui plurima suis manibus operantur, Quibus artes præstantiores, formæ præstantioris aut magnitudinis Instrumentis utuntur ad curiosas, subtilesque operationes summè peragendas, quoniam ἡ τέχνη μιμεῖται φύσιν Arist. 2. phys. c. 2. t. 22. Ars ex aptitudine & imitatione naturalium oritur; & est instar ejus *Simiæ*. Natura est ut Artifex quasi quidam eorum quæ molitur, & Artifex ut Natura quædam eorum quæ figurat. Quò magis *Natura* præstantiam Artis Divinæ exprimit, eò gradum altiorem operandi, & instrumenta perfectiora obtinet, & ars tantò ampliùs extollitur quantò ad naturam propiùs accedit, è *Coll. Conimb.* 2. Physf. cap. 1. Q. 5.

Arist. · Coll. Conimbr.

art. 1. Consimiliter, ideò ut Artifex, ita Natura ad animalia perfectiora ἐξ ἀναλόγως utitur instrumentis idoneis & præstantioribus. Sed inter *Plantas* & ἀναιμάτοις SOL æquivocè procreare dicitur vel absque *Instrumento*, vel ex *Instrumento* imperfecto, aut ut loquuntur καθ' ὕστερον καὶ πρότερον, vel ordine quodam imperfectiori καὶ διαφόρως Goclen. l. 2. prob. log. q. 15. *Spermatosis* autem Goclen.
Animalium explicetur ex univocâ Vegetabilium procreatione; Et inter Authores multos (inquit *Plinius* de hâc re) *humor quidem seminalis ascendit in herbam de Radicibus, de herbâ autem non revertitur in radices sed sursum transmittitur in* Semen, (*&* Germen). Adeò haud ineptè *de homine* traloquuntur Asseclæ *Platonis* ex illo παράδοξῳ *Plantam hominem esse inversum*; quippe per intuitum sagacem, miram *Plantalium* similitudinem cum cæteris animantibus, & hominibus (ἀναλογίαν) præcipueque *Seminis* elaboratione sanâ (primâ fronte) percipiamus. Unde Cl. D. *Regius* forsan ex *Timpl.* D. Reg.
Empsych. l. 5. de Plant. c. 1. Probl. 8. Plantarum eti- Timpler.
am Partes dividit in *Similares* & *dissimilares*; Similares rursus in partes *siccas* & *liquidas*; *Siccas* rursus in *Carnem* fibras, *venas*, nervos & membranas; *Liquidas* etiam in *spiritus*, succos & *humores*, & in sponte effluentes, seu fixiores; Præterquam *dissimilares* in partes perpetuas & anniversarias. Sed è ratione *botanicâ Quercetanus* earum signaturas fusè tractavit, Truncum & Quercetanus.
arboris à *Theophrasto* Corporis humani trunco Theophr.
comparavit, & tot arborum Plantarumque sexus, quot animalium, nempè marem & fœminam explicavit. Imò & elegantiùs expromamus ab Arist. Aristot.
l. 2. de Cœlo, c. 2. & de *Anima*, l. 2. c. 4. ἀλλ' ὡς ἡ κεφαλὴ τῶν ζώων, οὕτως αἱ ῥίζαι τῶν φυτῶν, οἱ

χρὴ τὰ ὄργανα ἔπεα λόγων καὶ ταῦτα τοῖς ἔργοις. Ut Caput animalium se habeat, prout *radix plantarum*; insuper & Spinæ ossiumque medullam cum ipso cerebro atque Corde repræsentat Medulla vel *Enterione* plantarum; porro per venas, nervos & Arterias, aut (ex *Hippoc.*) φλέβας, succus nutritius, Spiritus vegetalis, & vitalis aut innatus calor sursum feruntur ad unionem, operationem coagulationemque, necnon optimè maritantur ex ope *mercurii* & *sulphuris* in unam *Spermatosin* ad Germen. Sicubi per totam *naturæ Syntaxin* Fructus aut Semen fit ab exantlatione *materiei seminalis* ad τὴν γονὴν (*Hippoc.*) aut τὸ σπέρμα (*Aristot.*) sive GERMEN (nobis,) quoniam *Semen* & *Germen* inter se differunt elaborationis prioris & posterioris ratione; Sed posterior plùs ultra, versus *maturationem* irradiatur velut à *Sole*, ex influenti calore spirituque, unde *Virgilius* hoc celebrat

Semen & Germen tamen differunt quoad prius & posterius.

——tener omnibus humor
& genitalia semina poscunt.

Etenim activa principia versus summitatem ex *mercurio* & *sulphure* figuntur, & pauxillo salis, adminiculo caloris tam influentis a *Sole*, quam ab *innato*, humido, radicali elaborantur, coagulantur atque maturantur ad *Germen*. Proinde *Plinius* lib. 17. cap. 10. velut attonitus his verbis *Ecstaticis* profatur. *Et Ingens est profectò naturæ miraculum ex tam exiguis principiis materiem tantam nasci, hæc est natura δύναμις hæc ἐνέργεια.* Inest enim omnibus Plantarum seminibus talis GEMMULA, cujus si *summitas* duntaxat (inquit *Harvæus* noster) & *instar puncti* abrasa fuerit,

Plinius.

D. Harv.

fuerit, tollitur illicò spes omnis *generandi*; tanquam in tantillo *puncto* virtus omnis *plastica* futuræ arboris hospitaretur, quoniam illa summitate vel punctulo succus seminalis elaboratur & cietur ad *Germen*; quod est reverà *gemmula Vegetabilium* Animaliumque & efficaciæ majoris è *Spermatosi*.

Germen est Gemmula plantarum & omnium

10. Probetur ex testimoniis *Hippoc. Galeni*, *Medicorumq. Coryphæorum* ferè omnium, propter ejus vim *publicam*, prolificam, *plasticam* & principalem; insupèr ex hâc concoctione propter habitum *Corporis*, Crasin & *mores*; quoniam ab hâc *Spermatosi* tanta promovetur *Alteratio* per totum Corpus (ut jampridèm examinavimus.). Etenim ex ejus elaborationibus *Hylæum* illud *Arcanum* comparatur, Quo *facultates* exeunt, & à facultatibus *affectus* ac functiones, & ex robore facultatum ac affectuum *habitus* (apud *Plutarchum* de *virt. mor.*) prodantur, ad innovationem *facultatum*, functionum, *affectuum*, morum, *Consuetudinis* & habitus totius *Corporis*, ϰ̀ τεία ταῦτα περὶ τὴν ψυχὴν ὑπάρχει, δύναμις πάθος, ϰ̀ ἕξις, ἡ μὲν δύναμις Ἀρχὴ ϰ̀ ὕλη τοῦ πάθους τὸ δὲ πάθος κίνησις τὶς τῆς δυνάμεως. ἡ δὲ ἕξις ἰσχὺς, ϰ̀ κατασκευὴ τῆς δυνάμεως ὑπὸ ἔθους ἐγγινομένη *Facultas* est Caput & principium affectuum, *affectus* aut functio motus est facultatis; *habitus* autem est ejus robur & conformitas. Atque ex omnibus his *phænomenis* Spermatosis arguatur; Ἔστι δὲ ϰ̀ ἀλλοίωσις κατὰ Σπερμάτωσιν dum ex sanâ *Spermatosi* tanta εὐεξία, sed ex pravâ, κακοεξία profertur. Et sic *Hippocrates* aphoristicῶς satis tamen edocuit §. 5. Aphor. 2. Οἷσι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσει ϰ̀ ἡ γονὴ ὑγροτέρη, ὑγιαίνουσι νοσηρότερον· οἷσι τἀναντία ὑγιαινότερον *Spermatosis* ex Intemperie nimis humidâ habitum corporis

Arg. 10. ex ejus facultatibus viribusque communicandi corporis habitus & functiones Partium.

Plutarch.

Hippoc.

Alterationes Corporis ex hâc Spermatosi.

morbosiorem sive valetudinarium efficit; ast è *contra*, salubriorem; Et *seminis* vitium fit vel ex *materie* coquenda (dein *apepsia* fortasse sequitur, aut vitium *ventriculi*, deinceps *hepatis*, & demum totius habitûs aut *cachexia*).

2. Vel ex *elaboratione* vitiosâ (nempè *coquendo*, distribuendo, retinendo) aut excernendo.

3. Vel ex *Testium* aut Vasorum vitiis, unde innovatur habitus adeò δυσδιαφόρητος, & crebrò *lassitudines*, tumores, *pustulæ*, œdemata, *flatus*, & plurima tubercula, imò & *herpetes* salsi, *chœrades*, strumæ, *testudines* innumeraque vitia proveniant. Porrò omnibus quæ nobis obveniunt à naturâ τὰς δυνάμεις τούτων πρότερον κομιζόμεθα. ὕστερον δὲ τὰς ἐνεργείας ἀποδίδομεν, prius facultates & deinde functiones obimus. Adeò ut facultates à sanâ *Spermatosi* κατὰ τὸ εὖ, καὶ τὸ ἄριστον accomodantur, ast *vitiosâ* corrumpiuntur; unde functiones tam perperam agunt. Denique quoniam res denominetur à *Formâ* SPERMATOSIS hæc ulterius argumentetur ex *Aristot.* l. 2. de Anim. c. 2. τριχῶς γὰρ λεγομένης τῆς οὐσίας, καθάπερ εἴπομεν, ὧν τὸ μὲν, εἶδος τὸ δὲ, ὕλη τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν. Τούτων δὲ ἡ μὲν ὕλη, δύναμις, τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια, ἐπεὶ δὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἔμψυχον οὐ τὸ σῶμα ἐστὶν ἐντελέχεια ψυχῆς, ἀλλ' αὐτὴ σώματός τινος, quoniam ex *materie* & *formâ*, seu corpore & animâ consistit, unde fit *animatum*; attamen *Sennertianæ Psychogenesi* de hâc re haud concedamus, uti mox fusius exploremus.

Facultates etiam grassentur.

Aristot.

Participat et materiem & formam.

Postremo Ἔτι δὲ τοῦ δυνάμει ὄντος λόγος ἡ ἐντελέχεια. Actus est ejus ratio quod est in potestate & *Arist.* l. 2. de Anim. c. 4. πάντα τὰ φυσικὰ σώματα τῆς ψυχῆς ὄργανα καθάπερ τὰ τῶν ζώων, οὕτω καὶ τὰ τῶν φυτῶν, ὡς ἕνεκα τῆς ψυχῆς ὄντα, ἁπλῶς

Aristot.

πλῶς δοῦναι τὸ εἶναι. Τὸ δ' αὐτὸ, καὶ τέλειον, omnia Corpora naturalia sunt Instrumenta animæ (an animalium an vegetabilium corpora) & Semen est tale Corpus (aut Germen) quo utitur Anima generando, sive specie propaganda; & ideò dicitur τὸ ἓν ἐνεργῶ, τὸ ἓν καὶ τὸ ὤν nunc corpus tale sine concoctione non proferatur; unde Spermatosin esse concoctionem deponimus. Jam verò de Materia hujus Spermatosis aut EX QUA nonnihil amplius extricare restat.

Et absque concoctione, tale corpus haud celebratur aut conficitur.

SECT. III.

De Materie seminali ex QUA Spermatosis exanclatur.

His perpensis, materiem spermaticam aliquid amplius elimare conabor; & quoniam conficitur ex omnibus (ut demonstravimus) spiritibus, principiis, succis, & quasi partium omnium rudimenta vel plura vel pauciora contineat, Πολυπίδαξ optimè dicitur ex Homeriano Epitheto (quasi multos fontes habens in se, καὶ ΕΥΠΙΔΑΞ quasi pulchros. Ast quoniam ex variis elaborationibus, usque ad Germen exaleatur haud immeritò, nomine Πολυπίδαξ præsignatur; & in vestibulo haud parum meâ refert (ut antea memoravimus) distinguere inter τὸ Σπέρμα καὶ γονὴν ex Hippoc. & Arist. cap. 18. l. 1. de Gen. Anim. Attamen parum aut nihil controversiæ tollit, Si Γονὴ vel Genitura (juxta Peripateticorum opinionem) sit ens imperfectius & minus elaboretur, Ast Semen perfectius (quam genitura) fit ens in procreandâ specie.

Laurent. l. 8. q. 3.

Sperma *generaliter accipitur pro toto* Arcano *aut 2. peculiariter pro semine minus elaborato.*

Quocirca ne quidpiam à nobis promiscuè depromatur, sub utroque nomine, litemus *veritati.* Nondum autem planè solvere τὸ Σπέρμα generalitèr habetur & pro totâ *Spermatosis* ἐργασία sive concoctione deprehenditur ex *Galeno* lib. περὶ Σπέρματος & ex *Hipoc.* lib. περὶ γονῆς ubi *semen Portio quædam optima & elaboratissima universi humoris ex toto corpore existimatur.*

Hoc quoque censu SPERMATOSIS hâc nostrâ disquisitione nuncupatur. Σπέρμα tamen aliquando peculiaritèr applicatur coctioni seminis minus *exantlatæ*, sivè pro semine minus elaborato sumitur (à σπείρω *semino*), quippè semen omne seminatum non est fœcundum, prolificumvè. Sed Γονὴ mihi videtur de jure sumi pro *Germine* sive semine ἐν τῷ τέλει vel ad amussim comparato. Unde GERMEN aut Proles derivatur à γείνομαι *gignor*, quia nemo gignitur absque GERMINE sive semine prolifico. Sic ex *Hesiodo* Μηδ᾽ αἰδοῖα γονῇ πεπαλαγμένος accipitur creberrimè pro *partu* ac *fœtu*, nec alitèr ex *Euripide* in Phœn. πρὶν εἰς φῶς ματρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν, & ex *Homeri* Il. Γονὴ παιδὸς Idcirco ab *Hippocrate* semen sub duplici consideratione lucu-lentius appareat ex his verbis καὶ ἐστὶν (inquit) ἐν τῷ ἀνδρὶ, τὸ θῆλυ σπέρμα, καὶ τὸ ἄρσεν καὶ ἐν τῇ γυναικὶ ὁμοίως, unde inest homini, imò & mulieri Semen duplex, nempè *muliebre* vel debile & *virile* vel forte; necnon è *Galen.* Com. *Aphor.* 62. §. 5. Σπέρμα ὀνομάζομεν (inquit) καὶ γονὴν καὶ γονήν. Nunc *Semen* haud coctum est imbecille, vel haud satis elaboratum, Sed coctum ad *Germen* est virile ἰσχυρὸν ac prolificum; Ideoque *Spermatosis* opus duplex agnoscimus.

Germen *unde derivatur.*

Semen & Germen. Hippoc.

☞ Galenus.

1. In SEMEN, quum materies accipitur à *Plexu Pampiniformi*, & excoquitur in *Epididymidibus*, Parastatis & *Testibus*.

2. In GERMEN quum elaboratur ulteriùs & exaltatur per *Vasa Deferentia*; impraegnatur, necnon irradiatur in *Vesiculis* (mecum favillis) *Seminariis* & *Prostatis*.

Atqui Seminificatio haec ex QUIBUS exantlatur, nonnihil amplius expendere nobis incumbit. Nonnulli volunt ex *Aristot.* Semen ob ejus primam materiem esse sanguinem ab *Hepate*, sive *Chylosis* excrementum, sed nec est *excrementum*, nec *Sanguis*. Et haec opinio nervosè refutatur D. *Sennerto*. Et (inquit ille) eorum ratiocinatio, contra lumen, leges naturae, vimque demonstrandi & omne fas infert, dum semen plantale sine cruore, atque tam luculenter ac Ἀποπεφασμένως cietur & conficitur. *Pythagoras* etiam hanc spermaticā materiem ἀφρὸν τοῦ χρηστοτάτου αἵματος spumam esse Sanguinis optimi & locupletissimi putavit. Ast *autoptikῶς* alia discamus, dum *venulae* vix plurali numero terminantur in vasis his seminariis, *Arteriae* verò sunt plures, ultra tamen omnes nervuli vix numerandi feruntur ad vasa seminaria, unde & ex industriis, argumentis strenuis, & observationibus *Coryphaeorum* hujus Seculi inter Neotericos, materiem seminalem non è *Sanguine* congestam esse facillimè suademur. Sed quatenus ad ὕλην ab Eximiis Viris D. *Gliss.on.* de hep. c. 45. D. *Whartono* de Gland. &c. è succo multò nobiliore atque suaviore Semen esse confectum concludamus. Doctrinam *Glissonianam* de hâc re verborum suorum ex serie deponamus. *Quippe SEMEN* (inquit ille) *non videtur è sanguine produci, sed è MA-*

Seminis *materies ex* Arist. *inficiatur.*

D. Sen.

Pythagor.

Seminis materies apud Doctissimos Neotericos.

D. Glisson D. Whart.

Non è sanguine sed succo multò suaviore.

MATERIA multò suaviore, quæ per NERVOS advehitur. Et deinceps sequitur, *Fateor tamen Sanguinis pauxillum earum operâ in ipsos testes derivari, quantum nempe vitalitati eorum conservandæ satis sit: & manifesta illius vestigia in Testiculi medio propè Vas nervosum conspeximus, etiamsi alibi parcior reperiretur, quam ut reliquis testiculi partibus tingendis sufficeret.* Insuper ex aliorum placitis nuncupatur hæc materies seminalis πνεῦμα ἔνθερμον ex *Arteriis* spermaticis τὴν πεπραμένων ὑλην comprehendens, attamen nervosorum succorum spirituumque *Provincia* nobis εὐλογῶς ac debitè recognoscitur, & hæc materies *Spermatosis* tam πρὸς τὸ ποιὸν quam πρὸς τὸ ποσὸν deprehenditur. Adeò ut τοῦ σκόπου ἐφικνεῖσθαι metamque attingere, materiem spermaticam ad duplicem *Extensionem* statuamus (ex *Fortun. Licet.* de *Animæ* Coextensione lib. 2. c. 4.) viz. *Materialem* & *Formalem*.

Fort. Licetus.

1. Quoad Extens. *Materialem*, aut κατὰ τὸ ποσὸν Materies hæc, est crassa, densa, compositaque mixtura, Corporeâque quantitate fruitur; Sed

2. Quoad *Formalem* materies est magis spirituosa, & ad substantiam *Germinis* magis incorpoream agit. Hæc itaque duplex est *Materies SPERMATOSIS* (apud *Laurent.* lib. 8. q. 3.) nempe *succus* & *spiritus*; & ex hâc duplici materiâ fit unicum Corpus per elaborationes & ἐπιρροὴν aut irradiationem. Et quamlibet *Authores* de hâc re digladiantur & ambigunt; nos forsan inter omnes gratiam mereamus, dum sententiæ nostræ, succi omnes, *sanguinis* arteriosi *nervosiq*, eorumque *principia*, spiritusque *naturales*, vitales & *animales* fœliciter occurrunt in unâ *Spermatosi*. Et quoad ejus partem crassiorem

Laurent.

Spermatosis materies ex Autheris sententiâ.

G g 4

siorem ac *elementarem*, seu à Concreto *principia heterogenea* sive patibilia continentur. Sed quoad ejus *partem spirituosam* particulæ activæ, *mercuriales*, sulphureæ, oleosæ atque *salosa* conspiciantur; & potissimum earum exagitationibus ex *calore innato*, influente, *fermentoq; seminali*; undè post varias elaborationes exantlentur ad *Unionem* & *Connubium* cum succis sanè coctis & sublimatis in GERMINE. Haud multùm secus ac *Chymiatri* ex eorum Elaboratoriis, Qui per *Vulcanum*, spiritus, *pinguia* & olea è Vegetalium *Seminibus* uberrime eliciunt, (utpote à *Lini*, Fœnic. *Anethi* &c. seminibus) quum activa *principia* choreas ferunt & prius erumpunt è compage (uti proximâ *sectione* perquiramus). Quoniam enim omnium proprietates ad *chymica principia* reducantur; & natura ipsa *leges* elaborandique rationes *spagyricas* oblectamento summo observare videtur, ideo tam SPERMATOSI quam PNEUMATOSI principia hæc (*chymica* more chymico exantlantur ad *Arcanum* purum, & UNUM, ex omnibus. Proinde quocunque *misto* talis proprietas reperitur (uti *sulphurea*, mercurialis, salina sive spirituosa) ibi principium illud à Quo fluit inquirendum, & inde *Spagyrorum separationes*, resolutiones (ab *Heterogeneis*) exaltationes & coagulationes in *unum homogeneum* ortum ducunt. Sim.

Ex his *principiis activis* (de jure) elaboratis SPERMATOSIS ratio FORMALIS expendatur, sed MATERIALIS ex succis & Elementis. Hæc quoque principia ACTIVA proveniunt magis à *Spiritibus* præcipueque è *Nervis* & *Arteriis*; ast PASSIVA magis à *succis hylais* & elementaribus, seu fortasse

 cum

cum Spiritu *naturali*. Unde *Elementa* passiva *Potentiæ* ejus naturali sive *Crasi* summoperè respondent; & *Hermetici* passivis his, principiorum activorum munera & virtutes denegant. Hæc omnia tamen elaborantur Vasis seminariis ex ope *caloris* duplicis, fermentique seminalis, humidiq; Radicalis ad aptitudinem & *ALBITUDINEM Seminis*. Hoc censu velut è Tripode

Hippoc. *Hippocraten* ipsum exaudiamus *lib.* de *Prisc. Med.* τὸ πεφθῆναι γίνεται ἐκ τοῦ μιχθῆναι καὶ κρηθῆναι ἀλλήλοισιν *ubi mistio fit & contemperatio cum aliis ibi COCTIO fit conspicua*; sed in hâc *Spermatosi* mistio fit succorum & spirituum in unione, & contemperatio particularum proprietatumque sana. Adeò ut & veterum definitio *Seminis* nobiscum

Seminis Definitio *apud* Antiquos *nobis etiam conveniat.* optimè deprehendatur Πνεῦμα ἔνθερμον ἐν ὑγρῷ ἐξ ἑαυτοῦ κινούμενον, δυνάμενον τοιοῦτο γεννᾷν οἷον ἀφ' οὗ καὶ ἀφεῖθη; dum ex hâc misturâ atque contemperatione *Spermatosis* optimâ *Semen* appellatur *Spiritus calidus in humido radicali, & hic spiritus TALE generare potens est, QUALE est è quo emittitur*, unde GERMEN fit & irradiatur ad fœcunditatem à *Pneumatosi*, uti semina vegetabilium ab æstivis *Solis* radiis maturantur & fœcunda fiunt.

Sic *Spermatosin* nostram tam *formalitèr* à principiis *hypostaticis* quam *materialitèr* ex succis & *Elementis* indigitavimus; unde *Semen* est quasi

Materies seminalis unde proveniat. διὰ ΠΑ'ΝΤΩΝ διήκουσα οὐσία, cujus *materies* undique proferatur à *Corde*, Cerebro, & è toto *Corpore* per Vasa *Arteriosa*, venosa, sed potissimum *Nervosa* Spermatosis ad vasa propria, ibique exagitari per vim Σπερματο-ποιητικὴν ad aptitudinem Generandi prolem. Et exinde Generatio (*Chymicophilorum* ad mentem) dicitur ex

placitis

placitis *Sennertianis* cap. 12. de *Gen.* & *Mist.* nihil aliud quàm processus seminum *è suis fontibus, abyssis,* & *principiis.* Sicubi ad Generationem (inquit ille) necessaria sunt & ELEMENTA, & PRINCIPIA seminalibus rationibus fœcunda; & semina hanc habent potestatem, ut adsciscant OMNIA sibi consentanea, *neq; in quolibet subjecto, sed in tali calido frigido, humido vel sicco* (quoad Elementa) *vel in tali sale, Sulphure, sive Mercurio* (quoad principia) *talia semina* nidulantur. Et huic mox subjunxit. *Semina & SPECIE in seminalibus materiæ rationibus vigent, & conservantur in illâ nocte* Orphei *aut* Hippocratis *Orco vel Iliastro* Paracelsi. (De *orco* hoc *Hippocratis* vide lib. 1. *Hipp.* de *diæta*). Quapropter huic *Sectioni* metam imponamus ex universalitate, necnon ἰσχῦ materiei seminalis (quoad *extensionem* tam materialem quàm formalem); & hæc materia *SPERMATOSIS* in *Balsamo Animali* atque *mercuriali* præcipuè, sed proximè in *Vitali Sulphure* dein & in *Naturali Sale,* omniumque *spiritibus* & succis radicari dicitur; & ratione Corporis *materialis* (inquit *Quercetanus,* in *Herm. Med. Def.* cap. 18.) *tres sunt radicales ac balsamicæ Essentiæ, ex quibus tum continentes corporis partes, tum contentæ & spirituales formantur ac compinguntur, nutriuntur & vitam suam hauriunt.* Sic paulò post. *Hinc perspicuum est promiscuè istos spiritus radicales, aut substantialia ac formalia rerum PRINCIPIA, sese ita mutuò AMPLECTI, ut inter se divelli nequeant; quin potiùs sese mutuò foveant ac conservent, imò etiam generent. Ex quibus FUNCTIONES omnes ac Facultates rerum spirituales prodeant, emphytusq; symphytusq; calor, qui & ipse*

Insuper & apud D. Sennert.

Et apud Quercetan. *opinio nostra firmatur.*

ipse æthereus est ac ἰσοάδης promanet. Et quid planius ex his testimoniis decerpamus quam nostram sententiam de seminali *materie* provectâ, ex omnibus succis principiis, spiritibusque balsamicis ad *Spermatosis* Elaborationes varias. Quas κατὰ τὸν ζήτημα ὀρθῶς, & breviter exquiramus.

SECT. IV.

Elaborationes Spermatosis *variæ, tractantur in 6. Classibus.*

Spermatosis exantlatur diversimodè sub 6. Classibus.

MAteriei seminalis vestigiis instemus ad elaborationes diversimodas tam *Chymico more* (quoad principia & spiritus) quàm *coquinario* (quoad Elementa & succos) undè τὰ περὶ τοῦτ eliminentur sanè sub. 6. Classibus.

CLAS. I.

Quod Materies spermatica (quoad ejus compagem & mixtum HYLÆUM) *ex succis, & principiis HETEROGENEIS (inter se colluctantibus versus alterationem specificam substantialemque) consistit.*

Class. I. *de Heterogeneitate Materiei.*

DE hâc materie (priori disquisitione) satis superque præposuimus; cujus *Elementa opposita*, particulæque tam *crassæ*, tartareæ & *fœculentæ*, quam sulphureæ, *salosæ*, mercuriales & *spirituosæ*, succorum *compagem* totam referciunt; quarum qualitates tantoperè sunt contrariæ, ut atisque variis elaborationibus impediant unionem,

&

& nuspiam maritentur in unum *Hymen* aut *Germen*. Ideoque compages hæc multis potest accomodari operationibus, quousque *Heterogenea* segregentur sive præcipitentur, & *Homogenea* commisceantur insimul atque conficiantur (ex ope Mercurii) in *Arcanum* unum *Spermatosis* balsamicum. Quod arcanum aut apotelesma ex succis aut liquoribus elementaribus, absque principiis & spiritibus haud ortum ducat, nec è *principiis* citra succos hos elementares; adeo ut Lib. 2. de *Pneumatosi* fusius expugnavimus hæc exantlanda duplici modo; (nempe *Coquinario* atque *Spagyrico*) Cui disquisitioni *Lectores* referamus. *Spermatosis compages haud tantum ex Elementis sed etiam ex Principiis.*

Jamverò nonnihil amplius de hâc materiei *heterogeneitate* inquiramus tam ex ejus elementis quam particulis insitis & congenitis. Quippe semina rerum non sunt in succis aut *Elementis* solis, & (inquit *Sennertus* cap. 8. de Element.) *non Deus ipse semina reposuit Elementis solis ab origine sive creatione, sed speciebus* (& principiis) *rerum naturalium quæ Elementis insunt*. Sennert.

Et *Fernelio*, *Valeriolâ*, *Schegkio*, plurimisque *Chymiciatrûm* Coryphæis D. *Senn.* nervosius asseruit, *esse quid SPIRITUOSUM in rebus naturalibus præter Elementa*. Quo citatur etiam *Jul. Scalig.* contra *Alexandrum* de hâc re Exerc. 307. §. 20. *Quo loco deducitur Herculeum Argumentum adversus* Alexandrum, *qui Animam quatuor ex ELEMENTIS constituebat; sed in Animæ potestatibus est id, QUOD nunquam fuit in Potestatibus Elementorum, & nihil est in quâpiam re quod nunquam fuerit in Actu in suis PRINCIPIIS. Etenim* Principia *sunt eorum Actus quorum sunt PRINCIPIA: Et facultas ad movendum est introrsum, retrorsum, dextrorsum* Fernel. Valeriola. Schegkius

sum sinistrorsumq; quod in Elemento nullo. Veruntamen hoc *Argumentum Scaligerianum* applicemus optime nostris principiis, & id est in Spirituum horumque principiorum Potestatibus, quod nunquam fuit in potestatibus *Elementorum*; ac *Illustriores* (inquit ille) *potentiæ sunt quæ non sunt in Elementis*, dein elaboratius exantlantur *principia* omnimode; vid. Lib. de *Pneumat.* Necnon hujus doctrinæ crepusculum saltem eluceat ab *Aurorâ* Peripateticâ in *Arist.* de Anim. & 2. de *Gen. Anim.* c. 3. Πάσης ἐν ψυχῆς δύναμις ἑτέρου σώματος ἔοικε κεκοινωνηκέναι καὶ θειοτέρου τῶν καλουμένων στοιχείων· ὡς δὲ διαφέρουσι τιμιότητι αἱ ψυχαὶ καὶ ἀτιμίᾳ ἀλλήλων, οὕτω καὶ ἡ τοιαύτη διαφέρει φύσις; Omnis igitur animæ virtus aut potentia Corpus aliud participare videtur, idque multò magis divinum quam ea quæ Elementa vocantur, nempè *principia* spirituosa; ideoque sequitur τοῦτο δ' οὐ πῦρ οὐδὲ τοιαύτη δύναμίς ἐστιν ἀλλὰ τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ σπέρματι, καὶ ἐν τῷ ἀφρώδει πνεῦμα, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι φύσις ἀνάλογος οὖσα τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ, SPIRITUS qui in semine spumosoque Corpore continetur, & *natura* quæ huic spiritui, his quoque principiis *hypostaticis* inest, respondet elemento stellarum. Exinde quoque nobis optimè deprehenditur *Hippocrat.* lib. de *Nat. hum.* t. 31. & de *Prisc. Medic.* Ἔνι ἀνθρώπῳ καὶ πικρὸν, καὶ ἁλμυρὸν, καὶ γλυκὺ, καὶ ὀξὺ, καὶ στρυφνὸν, καὶ πλαδαρὸν, καὶ ἄλλα μυρία παντοίας δυνάμιας ἔχοντα, πλῆθός τε καὶ ἰσχύν. Ταῦτα μὲν μεμιγμένα καὶ κεκρημένα ἀλλήλοισιν οὔτε φανερά ἐστιν, οὔτε λυπεῖ τὸν ἄνθρωπον. In homine insunt hæc principia, nimirum quod est amarum, & salsum, & dulce, & acidum, & acerbum, & insipidum; Et ex eorum Commixturâ atque contemperatione

Aristot.

Hippoc. *De principiis elaborandis.*

temperatione sanâ (per *elaborationes* debitas) nec perperàm afficitur homo, nec ejus *Spermatosis*; Quippe sapores (*amari*, salsi, *suaves*, acidi, &c.) *Colores*, & odores ex *principiis* (& non ab Elementis emergunt. Attamen hæc opinio *Elementis*) nihil aufert, unde D. *Sennerti* verbis de *Princ.* Chymic. cap. 11. concludamus, *quod tàm Elementa* (quoad succos) *quam hæc principia Chymica in mistorum constitutione sunt admittenda. Ex illis*(Elementis)*caliditas,frigiditas,humiditas,siccitas, sed ex his* (Principiis) *odores, sapores, hujusq; generis qualitates aliæ deducuntur.* Et ex *Elementaris* materiei ratione, *Spermatosi* datur *Coctio*; sed ex principiorum ratione dantur *elaborationes*, uti fusius extricantur in *Pneumatosis* lib. 2. ubi principia nostra satis exponuntur ab eorum proprietatibus ac commodis. At profectò MERCURIUS quasi *Spirituum* liquor est ductilis, penetrabilis, acidus & æthereus, imò velut Corporis ARGENTUM-VIVUM; unde promoventur exaltationes *Spermatosis*, ejaculandique *seminis* magnæ vires sive motus. Ast *Quercetan.* in def. *cont. Anon.* c. 14. *Beguinus* in *Tyrocin. Chym.* Aliique recentiores hæc explicatius edocuêrunt; necnon *Severinus* (instar omnium) cujus verba nobis gratius occurrunt, *Mercuriumq;* reliquis principiis addendum esse dixit, ut ab ejus assiduâ irrigatione cætera principia (*sal, sulphur*, &c.) ad *siccitatem*, seniumque in horas festinantia foveret, ac *mistioni* fluidam substantiam redderet facilem. SULPHUR autem est humidum, oleaginosum, dulce, forsan φλογιστὸν & inflammabile. Nunc quousque *mercurius* est spiritûs *Animalis* pabulum, eousque sulphur est vitalis *Ellychnium*; vi quoque leniendi atque *agglutinandi*

Colores odores, sapores à Principiis. D. Sen.

Et 1. ☿ *ductilis hujus* Spermatosis.

Quercet.

Beguin.

Severin. *Ejusque usus.*

2. *Ejus* Sulphur *quasi* Medium *inter omnia.*

glutinandi prædonatur, nihilominus ☿ *fixiori* Munus in hac re nullo pacto detrudamus. Quippe quoniam materiei seminalis *spissitudo* & crassities indigeat tenuitate atque subtilitate spirituum, necnon *Mercurii* fluiditate; & quoniam horum volatilitas aut subtilitas spissitudine elementorum, succorum, principiorumque cæterorum indigeat, ideoque tam ex spissitudine posteriorum quam ex subtilitate priorum generatur hoc *Medium* conjungendi naturas, omniumque tincturas & essentiam in unum *matrimonium* aut Arcanum.

Jul. Scal. 3. *SAL quid & ejus officium.*

Deinceps SAL est Corpus siccum & terrestrius, virtutibus tamen admirandis præditum, evacuandi, detergendi forsan & ex ope ☿ *fixioris* & sulphuris mediante, figendi *Spermatosin*, in unum omnium conjugium, unctuosamque materiem & balsamicam. Ex his principiis & spiritibus unitis conficitur *Semen Mercuriale*, &

Libavius.

omnia tontoperè confunduntur (ait *Libavius* in *Exam. Philos. vit.* §.6. ut in *Sale* Mercurium ac Sulphur; in *Sulphure* Mercurium & Salem; in *Mercurio* salem & sulphur maritari cernamus. His quoque principiis, *seminis* proprietates, *potestates*, forsan & *signaturæ*, viresque plasticæ sint insitæ; Colores etiam debentur *Mercuriis*, odores sulphuri, *saporesq́; sali*. Hoc censu deprehenditur *Hippoc.* de *Prisc. Med.* ἐ τὸ θερμὸν ἐςὶ τὸ τὴν μεγάλην δύναμιν ἔχον ἀλλὰ τὸ ςρυφνὸν ϗ πλαδαρὸν &c. quòd non *Calor* habet tantam vim & *potestatem*, quàm *principium* hoc acerbum, insipidum ϗ ἁλμυρὸν γλυκὺ ϗ τἆλλα, *salsum*, suave &c. Subjiciemus tamen oculis ipsa *Elementa* ex succis, quæ cum spiritibus omnibus & principiis *hypostaticis* contesserata, Corpus hoc *Seminis* planè constituunt. Idcirco Classem hanc con-

Horum Principiorum Potestates in spermatosi. Semen *ex omnibus tam* Elementis *quam* Principiis *& spiritibus conficitur.*

concludamus è *Quercetano*, in *Herm. Med. Def.* cap. 13. *Quas quidem virtutes ac potestates satis apertè indicant, quum ex* Elementis, *rerumq́ seminiis, ac* principiis *Entia omnia effingit, magnaq́ impressionum spirituum varietate; δυνάμεων proprietate, colorum, saporum & odorum veritate informat, atque quantum cuiq; rei ad usum dignitatemq́ officii tribuendum est, tantum* (ex his unitis & elaboratis) *tribuat.* Insuper in Cap. 14. *Elementa formalia de quibus nobis est sermo, ea nobis appellantur, in quorum S I N U rerum* (astralia) *semina & principia formalia* (velut in sua propria Receptacula) *diffusa sunt & reposita, in quibus simplicibus & spiritualibus* Elementis *seminum & principiorum spiritualium fœcunda vivificaq́ scientia, proprietates & radices rerum omnium propagandarum delitescunt; Omnis itemque habitus dispositio, figuræ, qualitates, quantitates, & dimensiones, sapores, odores & colores* (his omnimodè junctis) *includuntur; quæ suis temporibus, opportunâ M A T U R I T A T E ex illorum Sinu efflorescunt; atq; hæc elementa principiaq́ tantâ Sympathiâ ac Amicitiâ spiritualia S E M I N A amplectuntur, & hæc mutuam reddunt* E L E M E N T I S *& P R I N C I P I I S reciprocationem, ut semel à* Parentibus *in* Speciem *aliquam, aut individuum traducta nunquam finem faciant quin denuò ad Avos suos & Proavos retrogrediantur.* Jamverò *Principiorum* Elaborationes varias καὶ κατ' ἴχνος inquiramus.

Quercetanus.

CLAS. II.

Principia hæc HETEROGENEA *inter se contranitentia Calore duplici viz. innato & influente* (velut sicciore & humidiore) *fermentoq; seminali exantlantur ad* RESOLUTIONEM *Partium.*

Explic. ex ***eorum*** **Resolutione,** ***seu segregatione crassiorum à magis activis.***

EX his principiis athleticè litigantibus, (ob crassiorum inviscantium vincula) Vasa seminalia turgescant, & ex eorum heterogeneitate lucta fiat ac *Antipraxis* incessans & accumulans; prout *Epicharmus* efficit exaggerationem, utpote maledicta ex *Calumniis*, & ex maledictis oriantur *Pugnæ*; Sic ex *Compagis*, mixtique totius *cruditate*, materieique *heterogeneitate* turgescentiæ, ex *turgescentiis* lites & certamina, ex *luctis* & *litibus*, pugnæ; & ex pugnis activa *principia* effringunt repagula, ac erumpunt è cæteris usque ad *victoriam* aut exaltationem.

Hæc eruptio dicitur RESOLUTIO & fit per *segregationem* Crassiorum, *Tartareorum* Aquosorumque, à cæteris magis *Activis*, spirituosis, ac *mercurialibus*.

Sim. Et ut Artifex *formam* intendit ex ejus sudoribus, pariter Anima per has elaborationes; & ut motus ad *Generationem* insignitur à facultate quæ in *semine* inest *Arist.* 2. Phys. 86. Sic ad *Spermatosin* à principiis, eorumque geniis. Unde motus (inter hæc) plures atque contrarii sanè vindicantur ex

Arist. Arist. Περὶ Γεν. καὶ φθορ. το β Κεφ. 10. Δεῖ δὲ πλείους εἶναι τὰς κινήσεις καὶ ἐναντίας, ἢ τῇ ἀνωμαλίᾳ, τῶν γὰρ ἐναντίων αἴτια τἀναντία, διὸ καὶ οὐχ ἡ πρώτη φορὰ

αἰτία

αἰτία ἐςὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς ἀλλ' ἡ κατὰ τὸν λοξὸν κύκλον, ἐν ταύτῃ γὰρ τὸ συνεχὲς ἔν ἐςὶ, καὶ τὸ κινεῖσθαι δύο κινήσεις; ἀνάγκη γὰρ εἴγε ἀεὶ ἔςαι συνεχὴς γένεσις καὶ φθορὰ, ἀεὶ μὲν τὸν κινεῖσθαι, ἵνα μὴ ἐπιλείπωσιν αὗται αἱ μεταβολαὶ, δύο δὲ ὅπως μὴ θάτερον συμβαίνῃ μόνον, τῆς μὲν οὖν συνεχείας ἡ τοῦ ὅλου φορὰ αἰτία; quoniam iis motus ſunt plurimi & heterogenei, vel quoad eorum latitudinem, vel anomaliam, & contraria principia ſunt cauſa eorum contranitendi. Et horum qualitates Cauſa ſint *ſecretionis aut concretionis*; inquit *Jul. Scaliger* Exerc. 6. §. 7. *Denſationis aut rarefactionis; extenſionis aut contractionis; cohæſionis aut abjunctionis; aſperitatis aut lenitatis; duritiæ aut mollitudinis; viſciditatis aut ariditatis; & aliorum talium quæ conſimilibus partibus procreandis apparata ſunt à Naturâ.* Hâc elaboratione nobiliores & maximè activæ particulæ ſegregantur à cæteris volatileſque fiunt, iiſq; fortaſſe pauxillum terræ cum ſale. Namque liquores hi ſeminales tam *Animalium* quam *Vegetabilium* concreti, & è pluribus, variiſque Particulis compoſiti citò fermenteſcunt, unde varias mutationum vices ſubeunt, & ex iis invicem commiſſis, mutuoque colluctantibus, plerique motus & contrarii dependent, *Spermatoſis* uſque ad exagitationem τελείαν & *Germen*. Jam quoad *ſubjectum*, nempè *Venoſi*, Arterioſi, *Nervoſiq; Generis* ſuccos, ſpirituoſæ, *Mercuriales*, saloſæ, *ſulphureæq;* particulæ copiis inſunt; Spiritus imprimis (ut diximus) immerſi ſunt, aliiſque craſſioribus principiis ſtipati, unde confunduntur omnia; utpote rebus *crudis*, indigeſtis, & immaturis luculentèr apparent inter *Vegetabilia*. Quibus *ſpirituoſæ*, particulæque ſummè *activæ* vix eliciantur è *Tartareis* & terreſtribus.

Jul. Scal.

Unde fermenteſcunt & ineunt varias Mutationes.

Sim.

Nihilominus hæc principia magis activa *succis* his *mixtisq;* (præ omnibus) Semen *versus* luxuriantia, *sulphuris* Mercurii *fixioris* & unctuosi, forsan & nonnulli *salis* ope combinantur, atque RESOLUTIONEM a cæteris, & ex *compage* fortiter junctimque nituntur; quia *vis unita fortior*. Mineraliumque *accretio*, Plantarum & Arborum *vegetatio*, Animaliumque *fœtificatio* proferuntur, ex his *seminiis*, spiritibus, & *principiis* activis, inquantum & ex eorum primo stamine *generandi*. Quum opus absolvitur ex elaboratione *principiorum* debitâ, observetur in SPERMATOSI ob ejus particulas salosas SALACITAS; ob particulas *mercuriales*, ibi floriferasque *Sulphuris* SPUMOSITAS, ob spirituosas VELOCITAS; & ob oleaginosas LUBRICITAS.

De dominatu Principiorum.

☞

2. Attamen hoc opus ad *Apotelesma* nuspiam exolvatur absque CALORE duplici, FERMENTOq; seminali. Unde huc illuc principia circumvolitantur, & velut aëre Atomi, vel muscæ, & ut in *molecula* formicæ, perpetuo motu versantur; & modò ineunt *conjugia* diversa, modò *Divortia* iterum atque iterum patiuntur. Hoc quoque naturæ gremio ludunt aut litigant Heterogenea omnia & omnimodè vasis *spermaticis calore* INNATO *fermentoq;*, sed *Homogenea* maturantur ab *Influente* partim à *Corde*, partimque à *Cerebro*, sive *Calore Vitali* & *Animali*, non secus ac *Arborum* fructus ab influenti calore *Solis* optimè maturantur & perficiuntur ad *Semen*. Ob hanc causam concludamus ex *Arist.* de *Gen. Anim.* ἐργάζεται τὴν Πέψιν τὸ ΘΕΡΜΟ'Ν & quid explicatius aut facundius effari possit? ex ejus verborum serie, Μετεωρολογ. τὸ Δ Κεφ 2.

2. *De Duplici calore & fermento.*

Sim.

Ab innato calore Heterogenea *elaborantur sed ex* Influente *Homogenea perficiuntur ad* Germen. Arist.

'Εςι

Ἔστι δὴ ΘΕΡΜΟΤΗΤΟΣ μὲν ΠΕΨΙΣ, πέψεως δὲ ΠΕΠΑΝΣΙΣ, ἕψησις ἔτι ὄπτησις· ψυχρότητος δὲ ἀπεψία. Πέψις μὲν οὖν ἐστι τελείωσις ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ, καὶ οἰκείου ΘΕΡΜΟΥ ἐκ τῶν ἀντικειμένων Παθητικῶν· ταῦτα δ' ἐστὶν, ἡ οἰκεία ἑκάστῳ ὕλη, ὅταν γὰρ πεφθῇ τελείωται τε καὶ γέγονε· καὶ ἡ Ἀρχὴ τῆς τελειώσεως ὑπὸ Θερμότητος τῆς οἰκείας συμβαίνει. Ἀλλ' ἥ γε Ἀρχὴ ἡ ἐν αὐτῷ, Θερμότης ἐστί. Τὸ δὲ τέλος, τοῖς μὲν ἡ φύσις ἐστὶ φύσις δὲ ἣν λέγομεν ὡς εἶδος καὶ οὐσίαν, τοῖς δὲ εἰς ὑποκειμένην τινὰ μορφὴν, τὸ τέλος ἐστὶ τῆς πέψεως, ὅταν τοιονδὶ γένηται καὶ ποσονδὶ τὸ ὑγρὸν ἢ ὀπτώμενον ἢ ἑψόμενον, ἢ σηπόμενον, ἢ ἄλλως πως θερμαινόμενον, &c.

Qui differentias *Coctionis* tres statuit, & omnibus & singulis dupliciumque *Calorem*, nempe *naturalem* & *proprium*. Calor implantatus & insitus est οἰκεῖος Θερμὸς sive *proprius* quoniam partibus & vasis ubi Coctio fit, appropriatur; at per *Naturalem Arist.* nobis haud abs *re*, rationeque deprehenditur de nostro Calore INFLUENTI & magis *universo* sive communi. Exindè Concoctio dicitur τελείωσις aut Perfectio à *Calore duplici*, naturali Proprioque ex heterogeneis particulis aut *oppositis Passivis* Et hujus elaborationis ortus aut Principium ab *insito Calore* sive proprio conscendit ad perfectionem. Præterea *Caloris* insiti defectu *Spermatosis* Corrumpatur, diminuatur aut privetur ἀπεψία δὲ ἀτέλεια δι' ἔνδειαν τῆς οἰκείας θερμότητος, ἡ δ' ἔνδεια τῆς θερμότητος, ψυχρότης ἐστὶ τῶν ἀντικειμένων παθητικῶν, ἅπερ ἐστὶν ἑκάστῃ φύσει ὕλη, πέψις μὲν οὖν καὶ ἀπεψία διαιρείσθω τοῦτον τὸν τρόπον. Et ex inopiâ Caloris *Influentis* semen *maturare* nequeat, ut expromamus ab Arist. Μετεωρολογ. τὸ Δ. Κεφ. 3. Πέπανσις δ' ἐστὶ πέψις τις· ἡ γὰρ τῆς ἐν τοῖς περικαρπίοις τροφῆς πέψις, πέπανσις λέγεται,


De duplici hoc calore fit Coctio

Absque calore innato nulla Coctio *seu fermentatio, & absque calore* Influente *nulla Maturatio.*

Aristot. ἐπεὶ δ' πέψις τελείωσίς τις, τότε ἡ πέπανσις τελεία ἐστὶν, ὅταν ἐν τῷ περικαρπίῳ Σπέρματα δύνα(ται) ἀποτελεῖν τοιοῦτον ἕτερον οἷον αὐτό· ὀνόματα καθ' ἑκάστην τελείωσιν περὶ τὰ ὁριζόμενα ὑπὸ τῆς φυσικῆς θερμότητος καὶ ψυχρότητος. Ἐστὶ δὲ ἡ φυμάτων, καὶ φλέγματος, καὶ τῶν τοιούτων Πέπανσις ἡ ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ Θερμοῦ, τοῦ ἐνόντος ὑγροῦ Πέψις &c. Maturatio est alimenti quod in Plantarum aut arborum fructibus inest; Concoctio, ex *humido calore* vel *Influente* ac cœlesti. ὠμότης δ' ἐστὶ τὸ ἐναντίον, ἐναντίον δὲ πεπάνσει ἀπεψία τῆς ἐν τῷ περικαρπίῳ τροφῆς, ἡ ἀμότης ἀτέλεια ἔςαι γίγνεται, ἀτέλεια δι' ἔνδειαν τοῦ φυσικοῦ Θερμοῦ, καὶ ἀσυμμετρείαν πρὸς τὸ ὑγρὸν τὸ πεπαινόμενον. Et ad nostrum proposi-

Maturatio è radiis Influentibus. tum quid planius? dum *maturationi* cruditas opponitur ex Caloris *influentis* aut *maturantis* defectu. Quippè maturantur fructus *Arborum* à Spiritu cum Æstivo *Sole* vel *cœlesti* Calore

Sim. reduce, & à pari ratione per animalium, vitaliumque spirituum RADIOS & *influentias* matu-



ratur *Semen* velut à cœlesti calore; unde fermentatio & calor innatus in *Vasis spermaticis* sanè contemperantur. Calor hic *Influens* (& quasi Cœlestis) Muneribus agendi diversis ac ditissimis imbuatur, & abhinc peculiaribus ἐργασίαις usque ad GERMEN peculiares Qualitates & adminicula proveniunt. Calor hic quam in *Semine* tam in *Utero* præparationes ad *Germen in Actu* vel *Embryonem* introducit. Id-

Valesius. circo *Valesius* inquit l. 2. c. 7. Controv. Med. & Phil. *Scire licet, succum hunc ALBUM seminis in Testiculis vim quandam ex ELABORATIONE MAJORE comparari.*

Absque Calore influente Dyscrasia Spermatosis calidæ.

Porrò Calor hic *Influens* à spiritibus animalibus inserviat *Eucrasi* vasorum & *Spermatosis*, & hoc deficiente particulæ spirituosæ, sulphureæque

æque a calore seminali, fermentoque nimium excandescant, acrimoniamque contrahant, & vini generosi effervescentis instar inflammabiles fiunt atque corrodunt, quoniam humidum radicale quoque nimis expendatur aut absit. Ideoque deponitur his verbis *Arist.* 4. lib. Meteor. cap. 1. ἐξιόντος γὰρ τοῦ οἰκείου (καὶ φυσικοῦ) θερμοῦ, συνεξατμίζει τὸ κατὰ φύσιν ὑγρόν.

Ast innato *calore* destituto fiunt imbecilles elaborationes seminis dyscrasesque *Spermatosis*, aut Testium frigidæ Principiaque magis activa sufflaminantur, aut vinculis & stypticis incarcerantur, spiritusque seminales debilitantur, crebroque redduntur impotentes, inutiles, & inopes ad Generandum. *Absque Calore insito Dyscrases frigidæ.*

Succique fortasse corrumpantur, eorumque vigores & olea depauperentur haud secus ac in Lampade conspiciatur quum oleum absumitur, & cujus vice substituitur Aqua sive liquor inops; nec *Ellychnii* hujus flammulam aut vigorem diutius alere seu conservare valeat *Spermatosis* aquosior, imbecillior, segnior & dilutior absente *calore*, fermentique exagitatione prorsus obtorpescente. Quocirca *semen* haud satis elaboratum, nec tam calore vegeto, nec tot vasis impraegnatum, nec tanto spiritu, fermento, principiis mercurialibus nec dominio exuperans, reddatur infœcundum; nec partium RESOLUTIONEM perfectam impetret hæc *Coctio* citra *calorem* hunc duplicem fermentationemque.

CLAS. III.

Ex hâc Elaboratione Principiorum Resolutio fit, & ex RESOLUTIONE crassa segregantur & præcipitantur, ast Activa principia præparantur ad EXALTATIONEM.

Tria de hâc re perpendenda.

Hujus Classis *Analysi* tria nobis excogitanda sint,

1. Ut Resolutio fit ad materiem & formam Spermatosis ? Sim.

1. Ut in Corruptione *materiei* seminalis & ex defectu *Caloris innati* non detur *Resolutio* usque ad Materiam primam; & ex defectu *caloris influentis* Resolutio non datur ad *Formam*, Quæ est τελειώτικος activus gradus. Quoniam ex *agendi* debilis *Potentiâ* spirituosæ particulæ sufflaminantur & vincuntur à cæteris ac terrestrioribus; ut in flosculis pomorum appareat, in quibus adhuc non est forma pomorum; attamen materies & spiritus adsunt in eorum floribus, etsi illicò nondum decoretur forma sua ultima ad quam Spiritus intendunt, tanquam ad ultimum materiei primæ perfectionis gradum, in quo educitur *Forma pomorum*, Sed ultimus hic gradus Perfectionis nuspiam obtineatur absque Calore *Influente*.

2. Ad unctuosam materiem & purum Arcanum.

2. Uti diximus superiùs in *Pneumat. lib.* 2. Est omnibus humani Corporis *succis* unctuosa materies & spirituosa quasi occulta, quæ *ratione* & *arte* eliciatur. Attamen hoc opus absque *Resolutione* partium, particularumque exagitatione (quasi per operationes *spagyricas*, quibus Natura maximoperè gaudet) haud absolvatur, nec Arcanum hoc proferatur. Quapropter occultorum

Naturæ

Naturæ (ferè omnibus) *Admiratorem*, (literis ad *Aubertanum*,) *Quercetanum* exaudiamus, & de hâc *Chymico-technià* dictis his. Quercetanus.

Tot illa nobis Dei opt. max. opera patefecit, tot ARCANA Naturæ pandit, tot antea ignotas Pharmacorum Præparationes: Herbarum deniq; Animantium, mineralium, & omnium penè rerum ABDITOS, & in ipso Naturæ sinu reconditos usus depromit; ut in humanum genus ingrati sunt, qui sepultam hanc Artem velint. Et quoniam Ars ex aptitudine Naturalium oritur ex *Scal.* Exer. 1. §. 2. & 307. §. 31. ϰὶ ἡ τέχνη μιμεῖται φύσιν hæc ars imitatur naturam in suis *Elaborationibus*; tamen hâc differentiâ, quod *quid* imitatur, debilius est eo *quod* imitatur, & significat diminutionem verè philosophando, *Scal.* l. 4. de caus. ling. lat. c. 95. unde Natura his arcanis *physochymicis* longè strenuiùs & perfectiùs operatur quam *Ars* spagyrica, majus & arcanum infert. Scaliger. Natura superat. Artem Chymicam his elaborationibus ☞

Nihilominùs hæc resolutio (materiei mercurialis & *unctuosæ* gratiâ) fit Elaboratoriis Chymicophilorum admodùm conspicua, ejusque ratio reverà è *Galeni* ipsius Doctrinâ lib. 7. de *Method. Med.* satis expromatur, cujus verba sunt hæc. *Ergo quoniam unaquæq; Animalis PARTICULA propriam actionem edit, quæ tantum ab aliarum actionibus differt, quantum ipsa Particula ab aliis quæ illas edunt est DIVERSA*; Et mox addit, *Differt autèm ab aliis PARTICULA quæq; eò, quòd calidior est aut frigidior, siccior aut humidior* (& Chymico Censu, quòd est magis aut minus *activa*, spirituosa, *mercurialis*, aquosa, *tartarea*, salsa, sive sulphurea), *& quòd binis horum quibuslibet sit affecta, tueri ACTIONEM vult, CRASINq; earum custodiat.* Resolutionis ratio. Galen.

Custodiet autem si id quod ad calidius est conversum, refrigerabit, quod ad frigidius est inclinatum calfaciet. Pariq; modo si quod ad siccius sit alteratum humectabit, & quod ad humentius est versum siccabit. Rursus quoq; si siccabit pariter ac calfaciet, quod humidum est redditum & frigidum; siccabit pariter & refrigerabit quod humidius simul & calidius evasit; sic in reliquis duabus conjugationibus aut Syzygiis ad proportionem. Semper enim pro eo quod exuperat inducendum eousq; contrarium est, quoad particulam in Symmetriam & naturalem habitum vindicaveris. Sic ille. Quibus ex verbis etiam *Particularum* operationes, tam ad *actionem* quam ad *temperamentum* extricentur. Quippè quælibet particula proprias *actiones* edit, & hâc *Resolutionis* elaboratione particulæ subtiles, spirituosæ, sulphureæ, atque mercuriales sursum feruntur dum Crassiores & *Tartareæ* præcipitantur ad eorum Centrum. Sed

3 Materies datur depuratior ad sublimationem.

3. In Conjunctione vel Syzygiis harum particularum activarum (ex *resolutione* hâc) materies datur *Spermatosi* πρὸς τὴν Συγκεῖον depuratior, nobiliorq; & omnimodè proclivior ad sublimationem è *Caloris duplicis* adminiculo *fermentationisq;* spermaticæ viribus. Etenim Fermentatio intus agit (inquit D. *Glissonius* de Hepat. cap. 39.). *ob luctam*, (& antipraxin) *inter spirituosas & partes crassiores, dum illæ conantur sese expandere ac avolare, hæ illi nisui adversantur.* Ideoque fermentatio & calor ad hoc conveniunt, quòd in utroque spiritus & activa principia sese expandere, & erumpere nituntur, hoc autem absque *Resolutione* quâdam absolvi nequeat. Jamverò quum SULPHUR dominatum teneat. *Spermatosis* erit magis nutricans.; quum MERCURIUS,

Fermentatio quemodo agit.

De Dominatu Principii in Spermatosi.

RIUS, erit magis *Germiniferens*; quum *SPIRITUS*, magis *salax premensq;* ad congressum; & quum SAL praemineat, *austeritas* aut acerbitas clavem imperabit. Insuper & inquantum *Spermatosi* desunt *activa principia* (velut ex nimiâ *Venere*, Spermatosis imbecillitate *dyscrasiisq;* frigidis appareant) Semen erit tantò serosius, limpidius, & minùs efficax propagandae speciei, forsan & vadit in vasa lymphatica quae valdè sunt conspicua majoribus Animalibus, & vergunt ad Mesenterii *sacculum*, quibus liquorem lympidum ex vasis spermaticis Nonnulli & haud extra *verisimilitudinis* tramitem assignavêrunt. Interim *Faeculentiae* tartareae crassioraque Recrementa disponantur ad *venulas*, & perinde in *Emulgentem* ac in *Cavam*, necnon ad *Cor* per *Circulationem*, peripheriamque Sanguinis. Et sic *Resolutio* fit, aut separatio *particularum* subtilium à caeteris & ex totâ compage, per *Calorem* innatum rarefacientemque, fermentumque seminale, particulas has ab aliis distrahens in certos ordines ac Classes per *Metastasin*. Unde Controversia sanè decidatur inter particulas tam efferè eodemque gremio decertantes atque πολυστοίχως contranitentes, quum activa principia & magis homogenea confluunt, combinant, & emittuntur in Exaltationem per *Vasa Deferentia*, sed deinceps impraegnantur in Vesiculis aut *Favillis* seminariis. Sic impraegnatio (ex *Rogerio Bachone* de *Spec. Alchym.* cap. 5.) dicitur à conjunctione particularum in ventre *venti chymici* seu spirituum seminalium, & portavit hoc Semen VENTUS in VENTRE suo; *sic oportet* (inquit ille) *quòd VENTUS portet, & reportet, & pariat MAGISTERIUM, & alimentum*

Unde fit semen inefficax & aquosum.

Recrementorum Distributio.

Roger. Bachon.

Impraegnatio quid?

re-

recipiat à nutrice suâ, sive Fermentatione, & sine ***FERMENTATIONE*** *nunquam perveniret ad effectum, quod quidem Fermentum alimentum dicitur ei,* ***MATRIq́;*** *simillimum erit in* ***ALBEDINE.***

CLAS. IV.

Particulæ activæ quæ resolvuntur Testibus, ***EXALTATIONIS*** *gratiâ feruntur ad Vasa Deferentia, iisq́;* sublimantur *ad unionem, & Essentiam* ***BALSAMICAM.***

Explicatur ex Roger. Bacch. & e Gebro.

HAc Classe quid ab *Alchym.* ***GEBRI*** Arabis (qui vocatur ex *Avicenna* Geber *aben Haen*) & ex *Rogerio Bachone* necnon è *Phylochymicorum* veterum theoremate decerpsimus: heic exquiramus viz. ***ASCENDIT A TERRA IN COELUM, ITERUMq́; DESCENDIT IN TERRAM.*** Quippè materies hæc Seminalis, nunc *ascendit* superius à *Terrâ* seu fermento ac compage in *Cœlestem* ***MERCURIUM*** & dicitur *volatilis*; iterumq; *descendit* per Vasa eadem *Deferentia* in Capsulas seu *favillas seminarias*, ad Terram novamque *Fermentationem*, atque fixum *mercurium*. Quamlibèt in prioribus vasis inter coquendum humiditas superflua secernatur & evaporetur, tamen absolvitur optatius hâc elaboratione, quoniam exaltatione sanâ humor hic supervacuus evaporatur. Ideoque spiritus hi seminales fiunt volatiliores ad activitatem, larcmq́; præcedaneum in Testiculis deserere nituntur, & exindè sursum aguntur à cæteris, dum per *Vasa Deferentia* feruntur; ubi

In Exaltatione Seminis ascendit priùs & Descendit *posteriùs per* Vasa Deferentia.

☞

Sper-

Spermatosis hujus massa levior, resolutior & defœcatior fœliciter exaltatur. Partim è *particulis* activis occurrentibus, partimque præcipuéq; ex vasorum deferentium siturâ, ac vigore *insito* proritante (forsan & *influente*) spiritus hi sublimantur supra *O S pubis*; & abinde per *Descensum* protinùs atque iterùm versus *Posteriora* Vesicæ in *præceps* aguntur, ad eorum ulteriorem elaborationem & imprægnationem *Capsulis seminariis* versùs GERMEN. Consimilique ferè modo fit *exaltatio* & exantlatio *materiei* seminalis in *Arboribus* aut plantis floriferis, frugiferisque; dum spiritus vegetalis & intùs inclusus ab *humido calido*, particulisque fermentativis elaboratur ex *principio* ῥιζώσιος & prius in radicibus, unde spiritus hic solutus sursùm avolare molitur; dum verò succus hic vegetior fit, & adeò suâ *peripheriâ* circulatior, ex *Solis* vicinitis prorsùs & tempore verno paratior est, cujus principia magìs activa sese liberant & evolant ab aliis crassioribus, & exaltantur ad summitatem *Arboris* aut plantæ, ubi novis particulis (inquit D. *Willisius*) & minùs activis, ac volatilibus (sed nonnihil eorum *volatilisationem* contranitentibus) occurrunt; Aerisque, *mercurii fixi*, salis *terræ*, forsan & *Aquæ* tantillo, quantillo *Germini* sive flosculis optimè conveniant. Exindè præcipitantur principia crassiora per novam *elaborationem* & imprægnantur omnia per novam fermentationem ad arboris *flosculos*, Plantæque flores amiabiles; atque proin in Semina velùt in *Essentiam* omnium præeuntium QUINTAM; Quippè quum *Semen* perfectum sit, illi *spiritus* ex *Sennerto* cap. 9. lib. 4. *Nat. Phil.* Anima) *Vegetalis* inerit ad *speciem* propagandam. Pariter & *Animalibus* Semen

Sim.

D. Williss.

D. Senn.

Unde Seminis spumositas. men exaltatur, statimque præcipitatur ad ejus *spumositatem*, & unionem cum mercurio novo fixiori, sive potius ad FLOSCULOS (*Animalis*) in loculis *seminariis* & penè ad GERMEN. Etenim spiritus hi *Vesiculis his* aut seminariis *Favis*, novis *fermenti* calorisque duplicis principiis occurrunt, unde reinvigorantur, rursùs exantlantur, & impraegnantur ad GERMEN aut fœcundum semen; quod erit instar *Gelatinæ*, spiritu, *Mercurio*, Sale ac *sulphure repletæ*, tamen usque ad ultimam ejus perfectionem, unionem & ἑνωσιν, seu fixationem emittatur in PROSTATAS, ubi *balsamum* hoc Essentiale & *Radicale* à naturâ mirificè confectum reponitur, atque reservatur ad tuendam *speciem*. Quamobrē hæ Conclusiones nobis adstruuntur de hâc re. *De hâc re 4. Conclusiones.*

Concl. 1. I. Ut *SPERMATOSIS* omnis sublimari debeat ad unum *Purum hylæum* tam ex principiis & *spiritibus*, quam ex Elementis & *succis*; & à fœcibus suis depurari, (*Caloris duplicis* auxilio) ad *unionem* seminis *mercurialem* inseparabilem.

Concl. 2. II. Citra hanc elaborationem aut EXALTATIONEM *coagulatio* nuspiam fieri possit *permanens*, nec Arcanum ad GERMEN aut fœcundum semen; adeò ut ex nimio Congressu *APHRODISIO Scortatoribus* & libidinosis hoc desit.

Concl. 3. III. Hoc Semen ad amussim exaltatum Vasisque seminariis repositum appelletur *FLOS noster* & *AQUILA Hermetica* quodammodo, quum *Purum volatile* fœlicissime maritatur PURO

RO FIXO Humidoque RADICALI atq; Mercuriali; seu quasi conjugali spirituum omnium succorumque unà societate devinciatur, & figatur.

IV. In omni *Spermatosi* sanâ celebratur hæc exaltatio ad *spissitudinem* & *spumositatem* materiei; Quæ in invisibili suo CENTRO speciei *Semen* custodit, quod in GRANULUM efformatur. Et ut natura sine *floribus*, Fructus aut Germen *Arboris* proferre nequit; nec in *Animalibus* absque debitis his elaborationibus *exaltationeque* hoc *Arcanum* ad GERMEN producere ac perficere uspiam valeat. Ideóque *Semen* (ex *Heurnii Instit. Med.* lib. 5. c. 1.) vulgò definitur *Corpus SPUMOSUM in Testibus ELABORATUM procreandi causa*; & *Galenus* ipse lubentèr amplectitur fabulam *Veneris* natæ mari SPUMOSO. Nunc *spuma* non fit nisi *sublimatione* materiei, & deinde præcipitatione quasi per vim magnam; & *Germinis* naturam alitèr non sapit. Ex hâc elaboratione sanè deprehenditur *Arabes* Philosophus *Geber*, necnon Eruditissimus *Rogerius Bachon.* his verbis. Iterumque, DESCENDIT in Terram; sic Recipit vim *SUPERIORUM sublimando, & INFERIORUM descendendo*; id est, quod Corporeum, SPIRITUALE fiet sublimando, & quod est Spirituale fiat CORPOREUM descendendo.


Concl. 4.
Sim.
D. Heurn.
Galen.
Geber.
Roger. Bachon.

CLAS. V.

Spermatosis ultima FERMENTATIO *ac Elaboratio fit, in* VESICULIS, *seu Favillis Seminariis Prostatisq́ue; usq́ue ad omnium unionem inseparabilem, maturationem, coagulationem & fixationem in* GERMEN *perfectum sive Potentiale.*

Explicatur per eximiam mythologiam Veterum.

EX eleganti *mythologiâ* Veterum, veritas hujus *Classis* eluceat. Quippe fingunt *Venerem* cum Marte congredientem & eorum luctâ geneali vel Aphodisiâ αὐτῶν famulariâ *Mercurio*, *Neptuno*, & *Apolline*. Hæc SPERMATOSIS principia *Marti* cum *Venere* coeunti, nempè GERMINI semper in *Aphrodisio* Congressu præsunt ac uniuntur. Sic *APOLLO* suis *Radiis* influentibus, aut spiritibus quasi *nectare novo* vivificoque è *Corde*, *Cerebroq́ue*, (seu vitali & Animali) Germini inserviat, MERCURIUS



autèm in *succis* præcipuéque nervosi generis; Et *Neptunus*, cum salis provinciâ, potissimumque ex *venis* & Arteriis, occurrunt *Spermatosi* in hâc elaboratione, ad unionem coagulationemque omnium ex ope Caloris *duplicis* tam innati quam influentis. Et quid nobis clarius è verbis *Magni Philosophi* facundis prælucea? τῶν αὐτομάτων γινομένων γίνεται, οὐδὲν σηπόμενον, ἀλλὰ πεπτόμενον, ἡ δὲ σῆψις, καὶ τὸ σαπρὸν περίττωμα τοῦ πεφθέντος, ὅτι οὐδὲν γὰρ ἐκ παντὸς γίνεται, καθάπερ οὐδ' ἐν τοῖς ἀπὸ τέχνης δημιουργημένοις, οὐδὲν γὰρ ἂν ἔδει ποιεῖν· νῦν δὲ τὸ μὲν ἡ τέχνη τῶν ἀχρήστων ἀφαιρεῖ, τὸ δ' ἡ φύσις,

Vide Scal. *Exer.* 26.

Deinde cernamus opus *Coctionis* absolvendum ex

his

his prioribusque elaborationibus non ab *Arte*, sed à *naturâ*, ministerioque caloris partim infusi partimque diffusi (dixit ille). Hâc quoque Seminis unione, post superiores diversas operationes & depurationes multò major aderit agendi facultas, procreandique vis quam in vasis prioribus aut ante hanc novam *impraegnationem* unionemque πληρώτικω, ubi spiritus omnes & succi, Principia & Elementa, volatilia & fixa fœlicissimè (quum legitimè) maritantur in uno *Humido radicali Fixo* sive mercuriali. Purumque τῆς φύσεως hoc Arcanum Radicale (præ omnibus) in SPERMATOSI nostrâ facessere possit. Ast pro re natâ vel *Analysi* fusiore, D. *Sennerti* principia Chymica, *Quercetani Defens.* contra *Anonymum*, P. *Joan. Fabrii*, Pallad. *Spagyr.* &c. optimè consulant *Alumni*, Chymiatrique. Cujus verba sunt hæc cap. 28. *His itaq; constitutis non est dubitandum, cum certò sciatur rerum omnium SEMEN, ex purissimo Elementorum singulorum semine simulq; MIXTO constare; In quo semine, cum semper certus aliquis ignis seminis gradus reperiatur, & pondus & mensura & agendi facultas & energia insit permixta*; nempè permixta nostris principiis *hypostaticis* usque ad hanc omnium UNIONEM. Ex eorum omnium *Unione* resultat forma *Germinis*, quæ totum perficit & complet; hæc quoque *Forma* tamdiu permanet in hâc materie coadunatâ quamdiu *spiritus* hi, qui eam complantârunt, vigeant & polleant in MIXTO, quod produxerunt. Adeò ut ad novam agendi potentiam exantlentur omnia *Spermatosis* in unionem, & deinde maturentur ex irradiationibus potissimùm à *Pneumatosi*.

Hæc elaboratio fit ad novam impraegnationem & vim agendi.

D. Sennert.

P. Jo. Faber.

Ex omnium unione resultat Forma *Germinis hujus Potentialis.*

2. Hæc *mixtura* aut *maturatio seminis* proferatur

tur

Aristot. *Maturatio fit ab Influente Calore.* tur in medium ex *Arist. Meteorol.* l. 4. c. 3. ἡ γὰρ τῆς ἐν τοῖς περικαρπίοις τροφῆς Πέψις· ὅταν τὰ ἐν τῷ περικαρπίῳ Σπέρματα δύναται ἀποτελεῖν. Et ex hâc causâ celebratur *Cerebrum* quasi *Sol* microcosmi., cujus radiis *Semen* (plantarum summitate) maturatur, unde Sol *semen* impraegnans & maturans aequivoce *Germen* edere dicitur à *Philosophis*. Sim. Timpler. Imò Sol cum lumine (quemadmodum *Timplerus* in *Empsychol.* l. 4. c. 2. probl. 2. explicavit) communicat calorem, cujus *vi influente* semen fovetur, *maturatur*, & ad procreationem omnimodè comparatur, donec inde *Planta* nanciscatur; sicubi à pari ratione *Parens* cum semine communicat influentem calorem, cujus ope virtus prolifica seminis excitatur & ex eo comparetur ad Embryonem. Sic ex subtilitate *Scaligerianâ* Jul. Scal. *Exerc. 26.* γίνεται δὲ ἐν τῇ γῇ, καὶ ὑγρῷ, καὶ τὰ ζῶα, καὶ τὰ φυτά. Διὰ τὸ ἐν γῇ μὲν ὑπάρχειν ὑγρὸν, ἐν δ' ὕδατι πνεῦμα, ἐν δὲ τῷ παντὶ, θερμότητα ψυχικὴν, ὡς τρόπον τινὰ πάντα ψυχῆς εἶναι πλήρη. Et omnia ex hoc *Influenti*, animalique calore & radiis maturantur ad GERMEN. Hanc quoque philosophiam à sacris *Scripturis* planè satis expromamus in Deut. 33. 14. &c. וממגד תבואת שמש & ex Chald. versione Targ. Onk. מיבול שמשא quae Sol GERMINARE facit, sed ex *Hebraeo-Samaritano* textu & versione legimus &c. צעוריד שמש: [illegible]: ex proventu *solari*, quoniam absque maturatione sive praeparatione solari, *Planta* nec Germen, nec *semen* proferat; sed ex *solaribus* influentiis mirificè foecunda fit, ejusque fructus omnes optimè maturescunt. *Et ingens profectò Naturae MIRACULUM* (inquit *Plinius* lib. 27. c. 10.) *ex principiis tam exiguis tantam materiem enasci, indomitaque ponderibus immensis*

mensis prela, arboris velis, turribus murisq; impellendis arietes, hæc est naturæ vis, hæc potentia. Inest autèm omnibus(inquit Celeberrimus D. *Harvæus* de Gen. *Anim. Exerc.* 40.) *talis Gemmula, cujus si duntaxàt SUMMITAS instar puncti fuerit abrasa tollitur omnis spes generationis quasi in tantillo PUNCTULO virtus omnis plastica futuræ arboris hospitaretur.* Et cur in summitate plantæ? nisi propter spissitudinem & spirituum succorumque vegetalium unionem in *summitate*, necnon eorum coagulationem & maturationem à *radiis* solaribus. Ast equidem cum majori stupore rationeve *ecstaticâ* perculsi simus *maturationem* hujus *Germinis* in PROSTATIS, è *Pneumatosi* sive radiis spirituum Animalium influentibus observare; & ut tanquam in tantillo GRANULo virtus prolifica plasticaque nidularetur ad conservandam *speciem*, Quis satis adhuc excogitavit? Et quod vegetabilium fructibus tribuitur ab æstivis *Solis* fervoribus ut maturitatem consequantur & *semina* eorum fœcunda fiant, de jure merito Spiritibus his influentibus agnoscatur. *Spiritus enim* (inquit. D. *Harv.*) *est focus, Vesta, lar familiaris, SOL microcosmi, &* Platonis *ignis, seipsum conservans, nutriens & augens; Spiritûsq; nomen meretur, quatenùs HUMIDO RADICALI, ultimoque proximoq; alimento, primario & præ aliis partibus abundat.* Ex his influentiis maturescentibus quam potestates & vires, tam principia suscitantur, unde consistentiam laudabiliorem cum *sapore*, *odoreq;* gratiori, *coloreq;* candidiori conciliat *Totum*.

D. Harv.

Vis plastica & prolifica minutulo Granulo Germinis.

D. Harv.

3. Tandem absolvitur hoc *opus* atque seminificationis *Apotelesma* FIXATIONE Germinis in *Potentiâ*. Quamobrem *fixatio* fit è materiei

3. *Seminis* Fixatio *ac* Coagulatio *quæ sunt.*

riei coagulatæ in *humido radicali* mercurialique exagitatione, usque ad *substantiam* permanentem radicalem; (aliique volunt) & in *qualitates balsamicas* exilientes: unde coagulatio & fixatio tantummodò per *magis & minus* differunt, humidumque radicale semper præsupponunt; Quæ propter *homogeneitatem* materiei ex *Influentiis* è PNEUMATOSI sanâ potissimùm & perquàm perficiantur.

Semper in humido radicali Mercuria-lique.

Ex iis (augustis radiis) Geniisque cum *humido* radicali CRASIS omnium instituitur ad optimam temperationem *Germinis*; & in his ἐργασίαις Totius *Arcani* virtus aut ἐνέργεια consistit, quippe his plurimæ vires agendi lateant ast *Germine* in *Actu* quamplurimùm scateant. Et ut olim *Geber* ex *Specul. Alchymiæ* cap. 10.) *Roger. Bachon.* has posteriores elaborationes (præ omnibus) & quasi *perficientes* magnificat his verbis, *& sic habebis GLORIAM TOTIUS MUNDI, quia vincet omnem rem subtilem, & omnem rem solidam penetrabit.* Vincet, i. e. ejus EXALTATIONE, vincendoque convertet, *Mercurium* hoc Animale COAGULATIONE omnium, & post hanc congelationem (inquit ille) subtilis est materies, unde solida, dura, firmaque *penetrabit*, & instar ARGENTI-VIVI Corporis totius habet τὴν κίνησιν ἣ ἐκεῖνο ἐκίνει. Spiritus etiam qui *semine* hoc, spumosoque Corpore continetur (inquit *Arist.* de *Gen. Anim.* l. 2. c. 3.) ejusque natura quæ in eo spiritu hospitatur *proportione respondet Elemento Stellarum.* Ast ejus materies *Germinis* ex Animali *balsamo*, vitali *sulphure*, Naturali *sale*, spiritibusque omnibus, *Purisq;* tam volatilibus quam fixioribus *Humido radicali mercurialiq;* coagulatis fixis statuitur

Roger. Bachon. Geber.

Semen hoc est ARGENTUM VIVUM Animalis. Arist.

tuitur

tuitur à Naturâ, per has omnes elaborandi rationes. Quæ procreandâ ac conservandâ specie, labore magno spagyricas artes exercet καὶ τῶν ἐναντίων ἡ φύσις γλίχεται καὶ ἐκ τούτων ἀποτελεῖν τὸ Σύμφωνον. Arist. iisque summopere delectat hoc ARCANUM ex ope *fermenti*, duplicisque caloris, motuque Corporum minimorum ad mutuum contactum omniumque (in οἰκείᾳ ὕλῃ) *Coagulationem* ubi *omne ex omne fieri* minutissimumque *granulum* ex omnibus componi per omnes *Spermatosis* PROCESSUS enucleavimus.

Spermatosi natura magnoperè & obnixè postulat Elaborationes Chymico more exantlatas.

CLAS. VI.

Quamlibèt hoc ARCANUM Spermatosis *absolvitur, quàm explicavimus*; nihilominùs ejus Recrementa Fœcesque foràs exturbari debent, nè Spermatosis ipsa perperàm ageretur.

Explic. Rationes præcipitandi, Fæcesque foràs emandandi

SPERMATOSIS ἐξοχῇ consistit in ejusdem *puritate* atque homogeneitate unde *Fæces* diligentèr excernendæ sint; Quoniam alioquin


1. Impediant virtutes mixtorum, vigoremque *Seminis* aut elaborationum; & agendi vires ex impuris aut crassis planè redduntur imbecilliores, dum *Recrementa* sunt impedimenta grandia Nisui τῆς φύσεως ex his exantlationibus. 1.

2. Ex his *Fœcibus* præcipitandis *Spermatosis* ipsa nedum sufflaminetur, forsan & ARCANUM totum hoc deprædetur & ex iis pereat; quum magna naturæ *duella* indicantur, ac natura cedit *excrementis* ex debilitate principiorum activorum spirituumqne. 2.

3. 3. Insupèr & ex his *fœcibus* retentis Quæ naturæ legibus è *vasis seminariis* emandari debent, *Functiones* eorum præoccupantur & heluantur, viresq; dejiciuntur aut à suis geniis saltem defraudantur, ita morbi plurimi iisq; cognati subolescunt; sic (inquit *P. Jo. Faber*) ab omnibus *vasis* extrudenda sint excrementa juxta naturæ leges, alitèr *Natura suis vasculis & operationibus ad supremam HUMIDI radicalis PURITATEM nuspiam pervenire possit, nec ad debitam; unde morbis tentatur & variis vitiis ex varietate Excrementorum, quæ in præparatione Humidi radicalis adventitii* (seu *Spermatosis* mercurialis materiei) *relinquuntur; quibus tandèm acervatim cumulatis calor INNATUS sufflaminetur, & Calor INFLUENS præpediatur ab humido radicali.*

P. Jo. Faber.

4. 4. Denique *Semen* conservandum est in PURO MIXTO, ne corrumperetur & vitiaretur ex materie putredinem corripiente. Quippè *Seminis* est multò pravior putrefactio quam *Sanguinis* & tantò res deterior evadit, quum à suâ naturâ recedat; quantò in proprio, purissimoque *Spermatosis* arcano perfectior esset. Et ut nullus est succus ἐν ἐργασηείῳ naturæ purior, ita nulla putredo pravior, aut lethalior ex *symptomatibus* gravissimis; undè pullulent innumeri morbique contagiosi, necnon efficiantur *tragœdiæ*.



5. 5. Præterquàm è *Gebri* lib. 1. *Sum. Perfect.* part. 4. c. 41. Fæces hæ & omnes *Concoctionis* avidè præcaventur. Cujus verba sunt hæc, *Probatio hujus administrationis FOECUM, cum proportione propriâ sit, ut eligatur illa materia, cum QUA plus conveniant spiritus sublimandi, & cui permisceantur profundiùs.* Fœcibusque quibus sublimanda non conveniant, & Quæ uniantur in suo (Ar-

Geber.

(Arcano) profundo, illa Perittomata præcipitare necesse est. Ideoq; *Roger. Bachon* in *Hortulani* Com. c. 8. & ex *Antiquis Chymicophilis* nobis hoc consiliũ prælitavit viz. *Separabis TERRAM ab IGNE* (i. e. fœculentias terrestriores, Tartareasque per Resolutionem) SUBTILE à SPISSO (per exaltationem) *suaviter cum Magno Ingenio*, i. e. per omnes has *elaborationes*, processus & *Gradus*. Idcircò ad ἐνεργείας & facultates præpollentiores atque omnimodè nitidiores Purum hoc Arcanum & ab omnibus supervacaneis Fœculentiis defæcatum statuitur; Etenim quò puriori claustro spiritus seminales includuntur, eò fortius, celebrius, & celerius eorum facultates & agendi vires mirabiles exertant. Nec uspiâm sana *Coctio* fiat absque præcipitatione *Recrementorum*; sed ex his *Spermatosis* elaborationibus, *Recrementa* pinguia, fœcesque luxuriabunt circa *Pudenda*. Et attestante *Heurnio* per vim *Spermatopoieticam* & agentem calorem, humores inviscantes ac glutinosi foràs eliminentur extra *Spermatosin* deorsum, velut in mollem *lanuginem*, vapores & albi *fumi* feruntur sursum, & quasi per ἄδηλον διαπνοὴν, aut insensilem *transpirationem* eveliuntur, forsan etiam non parum inserviunt sudorum exclusioni. *Galenus* lib. 2. de *Temper.* profectò fœculentiarum harum processus optimè depinxit, cujus verba sunt hæc. *Sin veluti fuliginosus, crassusq; & terreus sit VAPOR subinde contingit, ut in angustis porulis impactus non facilè rursùm intrò REDEAT, nec EVACUARI possit; Hunc igitur alius etiàm è PROFUNDO subiens ferit, prorsumq; IMPELLIT; tam HUNC rursus alter, atq; ILLUM alius; ac multos mihi ejusmodi vapores FULIGINOSOS*

Roger. Bachon.

☞

Ubi Fæculentiæ Spermatosis *luxuriant.*

D. Heurn.

Galen.

SOS alium super alium impactos tempore complicari conjungiq́ intellige, ac unum ejusmodi efficere Corpus, quale est, quæ foris cernitur FULIGO, nisi quod hic quantum spissatum est, tantum etiam per transitûs angustiam stipatum in angustam prorsus redactum est formam (adeò ut ex iis Capilli lanuginis instar, uberrimè luxuriant circa PUDENDA) *Ubi autèm tale Corpus totum obstruxerit meatum, deinceps jam violenter ictum, à similibus sui, quibus exitus non est excrementis, totum interim propellitur, adeò ut CUTE exire cogatur, jam lori formam adeptum.*

Quare copiæ non tantæ sint Fæcium ex Spermatosi *quam ex aliis Concoctionibus* Morien. Bernard. Treviren.

Nihilominùs hoc jure notandum sit, quòd ex hâc *Spermatosi* minus est scoriæ, Fœcis aut superfluitatis quam è cæteris ob ejus MERCURIOSITATEM materieique seminificandæ τὴν ἐξοχὴν; Ratioque hujus *præcipitationis* haud ineptè depromamus ex dictis auriferis *Morieni Romani* de *Transm. metall.* & *Bernardi Trevirensis* in ejus Resp. ad *Thom.* de *Bononia* pro *Miner.* & *Elixiris compositione*, cujus verba sunt. *Unumquodq́ enim naturaliter appetit permixtibilitèr & unitivè conjungi magis sibi in naturà simili & proportionali in homogeneitate, quam dispari sibiq́ dissimili, quemadmodum aqua facillimè absq́ contradictione Aquæ alteri identativè & UNIONIS mixtione citò conjungitur.* (adeò fit fœcium præcipitatio, ut mercurius *Mercurio*, sponsaque *Sponso* maritetur & adhæreat) *Quapropter* (inquit ille) *fæces seu scoriæ non possunt cum MERCURIO permisceri; non non solum cum ☿ coagulando per* Artem, *sed nec cum* Mercurio *coagulato per* Naturam *suis ex operationibus*. Ideoque sensilitèr vel insensilitèr excreta feruntur vel sursum vel deorsum, & per *sudores* circa *Pudenda*, Inguina, *Perinæumq́*

rinæumq;, inter Radicem *Scroti* podicemque. Quæ viscosa velut in *præceps* deturbantur & catervatim, ast *fuliginosa* facilius evaporantur è *Spermatosi*. Propterea sanis Animalibus, *Spermatosis* & eucrasiâ, principia activa homogeneaq; magis exuperant, & deinceps recrementa tam plurima nondum emittuntur quam ex insanâ *Spermatosi*; & quò minus principia confunduntur ex heterogeneitate, eò magis inserviunt materiei *Mercuriositati* necnon homogeneitati, atque minus excernendo subeuntur. Crassiores autem Fæculentiæ præcipitantur in *Fundum*, & uberiùs ad *Perinæum*, partesque vicinas.

EXCRETA tamèn hujus præternaturalia ortum ducant vel *De Excretis Præternaturalibus sub triplici Consideratione.*

1. Ab erroribus hujus *Concoctionis*, vel

2. A Vitiis partium *seminalium*, vel

3. A Corruptione *Spermatis* ipsius, aut materiei elaborandæ, utpote *Lue Venereâ*, Gomorrhœâ *virulenta*, &c. luculentèr appareat. Et

1. Ab ipso semine, quum corrumpitur ex quantitate & *plethorâ* sive Qualitate aut *Cacochymiâ*; dein & ex prava *Diathesi*, putredine, contagiosovè miasmate, aut forsan ichores fœtidi illeinc atque venenati, cruori, spirituique animali tradantur, unde & totum Corpus inficiantur. Et hæc putredo fit tam animalibus, quam vegetalibus, ex spiritibus Mecuriis & *principiis activis* fugitivis aut paulatim avolantibus, ab Influentis *caloris* interceptione, fermenti caloris & innati sufflaminatione, undè vires, & virtutes omnium amittuntur, & facillimè subeunt putredinem. Ast ex mercuriositate *Spermatosis* & influentiis, principia activa retinentur & agitantur, haud secus ac chymicè præparata quæ perstant ex homogeniis aut haud multum diversis principiis, sartaque *1. Ex vitiis ipsius seminis quum Mercurius & spiritus sunt fugitivi.*

tecta ex iis diu servantur quoniam *mercuriis* instant, & *Mercurius* haud *Alterativè* sed *Dissipativè* corrumpitur. Sic pomis maturis accedente

Sim. motu putrefactivo, spiritus *particulæq;* *mercuriales* aut dissipantur aut suffocantur, tunc ab *heterogeneis* & crassioribus *putrescentiam* contrahunt, & forsan ex sulphureis rancidisque principiis rancore corripiantur. Quippè Fugatis his

Sim. principiis, Alimenta, medicamenta, & olea (nimirùm oleum Amygdalarum, butyrum, &c.) ex nimio *sulphure* humiditate & heterogeneis fiant putrida, rancida forsan & amara; Consimilique modo Semen (absque principiorum hypostaticorum proportione mercuriique) putrescat & rancescat unde fœtore contagioso excreatur. Qua-

Bernard. Treviren. propter in *Resp. Bernardi Trevirensis* instituitur hæc *præcipitatio* superfluorum, & exponitur principiorum justa *proportio* cum Elementis omnibus, ad perfectam elaborationem.

Et SULPHUR (inquit ille) & ARGENTUM-VIVUM *tantummodo sunt quatuor Elementa in ipso MERCURIO sic & sic* proportionabilitèr *disposita ut requirit hæc vel illa SPECIES*; *atqui quædam scoriæ & fœces in elaborationibus his MERCURII contrahuntur, sive superfluitates quæ sint immundæ & impuræ & abjiciendæ sint. MERCURIUS enim purior aut impurior in ejus elaborationibus plures vel pauciores superfluitates colligit, ejusq; fæx est scoria* Sulphur combustibile *quidam appellarunt, quoniam in Examine Mercurii* (per has exagitationes) *non subsistere possit sed evanescit* (Mercurio volatili) *vel in Fæces* (rancidas) *putrescit, nisi secernitur.* Et quid magis obvium sit ex *Lue Venereâ*, seu *Gonorrhœâ* virulentâ & purulenta? quum materies seminalis per contactum *sulphuris* rancidi (quasi

(quasi Veneni) gravissimè grassatur, forsan & Seminis *Confectoria* ex corruptelâ & miasmate corripiantur. Ideoque quoad *unionem* spiritûs, succique seminalis; antequam hoc matrimonium inter Regem & Reginam, Sponsum & Sponsam aut Materiam *hylæam* mixtam legitimè celebretur; Regina *Sponsa* vel Hyle hujus *Spermatosis* satis expurgari debeat à *menstruis* fæcibusque suis. Sic ex *Arnaldi de Villâ Nova Rosario*, in lib. 2. c. 3. deprompsi; *tantò magis* (inquit ille) *partes grossas subtilias, aut dividis, donec uniantur omnia puritate, quippè Natura lætatur quum S P O N S A P U R A cum S P O N S O puro copuletur.* Sed multò fusius explicatur, hæc doctrina *Bernardo Trevirensi* de transm. Metal. & his verbis. *Quia ut in M E R C U R I O, Conjunctio sit naturalis amborum* Seminum *Masculi & Fœminæ, sic & artificio Chymico* (ex imitatione hujus à naturâ) *fit artificialis consimilisq; conjunctio Agentium & Patientium* (expulsione cujusque quod impediat). *Nam* (inquit) *Elementa activa,* (sive principia activa) *quæ seminis masculini nomen sortiuntur cum elementis passivis* (in succo mixto) *quæ sunt veluti Semen Fœmininum naturalitèr conjungantur, lege tamen & proportione naturæ debitâ semper observatâ.* Sin autèm ex L E G E naturæ, tunc non absque purgatione *Facium*, & uteri, Gremiique præparatione, Sed ex P R O P O R T I O N E naturæ conjunguntur quum omnia quæ *unionem* arctissimam & inseparabilem impediant, foras expelluntur, ita paulo post ille; *Non tamen improbo, quin possit & debeat immundus aut impurus* Mercurius *per simplex sal semel aut pluries, secundum experientiam Philosophicam debitam sublimari seu exaltari & pur-*

Spermatosis Sponsa *cum* sponso *non ante* lochiarum *harum & facium purgationem conjungi debet* Arnaldus *de Villâ Novâ.*

Bernard. Treviren. ☞

Quomodo maritantur ad legem *Naturæ & quomodo ad* Proportionem

purgari ad FÆCEM immunditiamq; amovendam; manente tamèn illæsâ sempèr MERCURII fluxibilitate, seu HUMIDO RADICALI i. e. *Mercuriositate stante incorruptâ, Quæ est ex PROPORTIONE naturali.* Insupèr & *Morienus ad Calid. Regem* justam hanc *proportionem* collibrare suscepit; Sed huic hæc sufficiant.

Morien. Roman.

2. Ex vitiis partium genitalium inter viros.

2. Ex Vasorum partiumque *seminalium* vitiis, Excreta sint præternaturalia, forsan è pravâ *Conformatione* vel organicè, & ab errore *Glandularum* inter pubem, *Scrotumq;* situatarum. Copiæ superfluæ materiei, Coctionique ineptæ exuperabunt, omnia tamèn Excretionumque genera singula nondum à nobis satis investigata fuerunt. Forsan etiam ex *Intemperie* eorum nimium *frigida*, aut *calida*, aut *composita*, & ex principiis ratificatâ. Unde ut inter masculos *Spermatosis* perperàm agat, sic & inter *fœminas*, quum earum lochiæ, & excreta nimis obserantur (aut sistuntur in utero) corrumpuntur; nimium profluunt quum partes promptè reserantur. Ex earum Fæcium retentione diuturnâ putrescant & in maculam labemque teterrimam abeant, proinde recrementa & hæc *catamenia* ferociant ac acerbentur, dein & diversimoda Malorum genera per totum Corpus inferantur. Viz. *Hysterici morbi* viscerum vasorumque *obstruentiæ*, Nausea, *Apepsia*, Chlorosis, facieique Color Fœdus, lumborum, *Lienis*, Veutriculi, *Scapularum* & Capitis dolores, forsan & *Uteri* cancer ac inflammationes ex *Sulphure* cremabili; quum ab excrementorum hâc colluvie COR impingitur, tunc *Lipothymia*, Syncope & alia truculenta *symptomata pathemataq;* repullulabunt, quum vero *Cerebrum* & Animales *Spiritus*, tunc Capitis gravitas,

Et inter fœminas unde earum lochiæ & catamenia sistantur; & inde tragediæ fiant per totum Corpus.

vitas, Apoplexia forsan & alii diri affectus emanant ex *Hipp.* lib. 1. de Morb. n. 6. & 7. & lib. περὶ ἀδένων his verbis. Ποιέουσι καὶ μαζοὶ φύματα φλεγμονὰς τὸ γάλα ἀποσήποντες, ἀγαθὰ δὲ ἔχουσι τοῖσιν ἔμπροσθεν ὅμοια. Ἀποστερίζουσι τὴν πλεονεξίην τοῦ ἄλλου σώματος· μαρτύριον τῇσι γυναιξὶν ἤσιν ἀφαιρέεται νούσῳ ἢ ἄλλῃ τινὶ ξυμφορῇ μαζὸς, καὶ ἡ φωνὴ θρασεῖα καὶ ὑγρὰ εἰς στόμαχον, καὶ πτυαλίζουσιν, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀλγέουσιν, καὶ ἀπὸ τῶνδε νοσέουσιν· ἴον γὰρ ἀπὸ τῆς μήτρας καὶ ἀπορρέον τὸ γάλα, ὥσπερ μεθίῃ καὶ ἔμπροσθεν ἐς τὰ ἄνω ταχέα, τὰ οἰκεῖα οὐκ ἔχων ταχέα συντυγχάνει τοῖσι κυρίοις τοῦ σώματος καρδίῃ, πνεύμονι, καὶ ἀποπνίγονται; Hippoc.

Lac quoque veniens & fluens ab utero, (aut humor alius) sursum fertur, unde principes partes, cor & pulmones suffocentur. Imò *Lusitanus* in ejus *cent.* 2. *cur.* 2. se suppressis his lochiis ac catameniis, sanguinem periodikῶς ex mammarum papillis, Mulieribus in binis observâsse refert. Lusitan.

Sed ex eorum inmodicâ *profusione*, Spiritus nimiùm expenduntur; & imbecillitas virium, ventriculi *cruditas*, apepsia, *bradupepsia*, dysorexia, *Cachexia*, fœdi *Colores*, forsan & tumores *Oedematici* proveniant, unde fiant morbidæ, & ad obeundas functiones hujus Spermatosis magis ineptæ. Et utrisque tam viris quam fœminis è vitiis vasorum, Excrementorumque Anomaliis & corruptelis Animales Spiritus (musculos influentes) afficiantur, forsan atque *vellicatione* nervorum fibrillarumque *Convulsiones* excitantur; & quum vapores aut halitus & miasmata hæc feriunt *Diaphragma* Thoracisque partes, Respirationem difficilem, brevem, crebramque Dyspnoian & *Orthopnoian* efficiunt, tanquam ex pectore compresso. Cor etiam obsidentes, lypothymiam levem

Ex eorum nimiâ profusione; Morbi Plurimi proferuntur.

Et utrinq; convulsiones, spasmique ferociant.

levem inducat, tamen haud absque metu suffocandi. Spiritusque prorsus Animales ab iis præoccupentur, quum Nervorum sextæ Conjug. musculos heluantur Musculosque *Pharyngis* convellere videntur. Variæque sunt *accessionum* (à vasis seminariis) Formæ aliosque quidem crebriùs, aliosque rariùs, alios etiam graviùs, aliosque leviùs pro majori minorive *Corrupti seminis* Copia, sulphure, fermentationeque, vel secundum vasorum *Spermatosis* aptitudinem aut ineptitudinem invadunt.

3. *Ex Erratis hujus concoctionis.*

3. Ab erroribus *Spermatosis* aut hujus Concoctionis Excreta sint præternaturalia, quum *particulæ* nimiùm volatiles & sulphureæ, aut nimium Crassæ *Tartariæq;* dominium ferunt. Quippe quum *Mercuriales particulæ* atque commoderatiores è cæteris erumpunt ac effugiunt, *sulphur* magis erit inflammabile ferociens & aculeans. Quippe *Mercurius solus* (utpote probetur ex *Rosario* Philosph.) *est spiritus incombustibilis & aëreus*; Ideoque ad cæterorum contemperaturam perquam necessarius. Quum verò *Mercurius* absit, aut officium ejus & munus absolvere nequeat, tunc *Spermatosis* nimis exagitatur ac commovetur; Principiaque sulphurea ferocitèr excandescant, & partim ex Oestro *Cupidinis*, partimque è *pleonasmo* materiei seminalis effectus ferini, prorsus & immanes inferantur. Sed hæc in medium optimè produntur in *Exerc. Pathol. D. Charltoni* Ex. 9.) Homines enim (inquit ille) maximeque *Juniores* ac polygoni, ex diutius intermissâ ferventiusque concupitâ *Veneris* palæstrâ, aliàs quidem *Anorexiâ*, Universi Corporis gravedine ac torpore, summoque Animi etiam angore conturbantur, aliàs Febres sper-

Rosar. Philosf.

D. Charl.

spermaticas, Capitisque dolores acerrimos incurrunt; aliàs victâ honestate, pudoreque despecto, *Priapismo* insaniunt & *Satyriasi*; Cujusmodi fuit illa *Satyriasis* apud *Schenkium*, in Schenck. quâ virga biduò post mortem tensa rigidaque erecta perduravit. Procul & omni dubio contingunt hæc ex intemperatâ *Spermatosi*, vel quoad ejus quantitatem & πλεονασμὸν, aut Qualitatem & *Crasin*; Quum è *sulphure cremabili* (*Mercurioq;* fugato) semen excandescit nimioperè, seu è *sulphure* rancido corrumpitur, vel è principiis venenatis Partes impinguntur cum mille *morsibus*, stimulis & *aculeis* forsan & turgescant. Paritèr & fœminæ quædam sive *Virgines* (inquit ille) ex his igniculis πολυσπερμίας sive κακοσπερμίας prurientes insaniant. Quoniam ex hujus seminis *sulphureati* proventu nimio *Virginibus*, Viduisque salacioribus *hysterica* symptomata gravissimaque propagantur, deheinc ardens uteri *pruritus* & stimulatio, *Furor* uterinus & *Nymphomania*, libidinis & *aculeus* insatiabilis ad congressum virilem, *lectiluctamq;* proveniunt, forsan & uteri suffocationes, Vaporesque, Ventriculum, Diaphragma, Thoracem, Cerebrumque ferientes aut impingentes.

Quippè *Spermatosis* ex his aculeis, principiisque sulphureis & spiritibus nimium effervescat *Horum omnium morborum Ratio à* Spermatosi *intemperatâ ex inopiâ* Mercurii. absque *Mercurio* Intermedio ϗ συγκαίτῳ; Cujus interventu tam *sulphuris* ardor, quam *spirituum* volatilitas restringatur, & temperetur ad sanam *Crasin*, non alitèr Quamobrem è *Bernardi Trivirensi. Respons. ad Thomam de Bonon. Medic.* ejusque verbis expostulemus; *Quomodo veritatem reperit, Qui Argenti vivi*, Mercuriivè *naturam humidam destruit? & ea qua DISPRO-* Bernard. Treviren.

POR-

PORTIONANT argentum hoc vivum ab ejus qualitate propriâ quæ nihil aliud requirit quam PURITATEM, (ejus *Decoctione* vel elaboratione) humidumque *Naturale corrumpunt*. Ideoque *Spermatosis* ex ope *Mercurii* potissimum efficitur ad ἀκμὴν πλειωτάτην & ope *Caloris duplicis* atque fermentationis exantlatur à *fæcibus*, & depuratur ad UNUM, PURUM, ALBUM.

1 *Quoad ejus PURUM* Spermatosis è *principiis & operationibus Chymicis*. Morien.

1. Quoad ejus PURITATEM, Azoc & Ignis *Latonem* abluunt, (inquit *Morienus*) atque mundificant & obscuritatem penitus eripiunt. Quapropter (inquit ille) *Sume Fumum ALBUM* (i.e. nostrum Mercurium in *Spermatosis* operationibus) *Leonemq; viridem* (i. e. Spiritum & principia spirituosa) & *Almagra rubeum* (seu principia sulphurea) & *Immunditiam Mortui* (quoad principia tartarea fæcesque excernendas præcipitandas aut abjiciendas *Mortui Capitis* instar) *hæc omnia miscentur, & dissolvuntur, Quibus dissolutis* (& Resolutis) *fac ea ascendere, & post Ascensionem in* Unum Purum *conjungere.*

Quid planius *Spermatosin* nostram depingat? Consimiliter & è *Rosario Philosoph.* sic quoque

Geber.

Geber his verbis *Hæc Aqua* (ita liquor hic seminalis) *debet esse munda, ergò non debet fieri nisi de Dracone PURGATO; purgatur enim DRACO ter elevando, & inde ipsum vivificando.* Ter elevando, nempe *Solutione*, Sublimatione atque *Præcipitatione*; sed & *ipsum vivificando*, per Unionem, Coagulationem & Fixationem. Namque hoc sensu deprehendimus hanc philosophiam

Acuboce.

Converte rem in rem & habebis Arcanum (è secundo Gradu *Scala Philosoph.*) Et *Acuboces* velut extasi

extasi profatur, *O natura! natura quomodo vertis* Corpus *in* Spiritum! *sic enim* Spiritus *mutatur in* Corpus, *& Corpus in Spiritum ex his operationibus; Hoc fac tu ex igne Philosophorum extrinseco* (quám Natura ex igne intrinseco conficit) Arcanum hoc) *& lætaberis.*

Sic quoq; consurgat nullum sine Semine GERMEN
In quo dum moritur semen GERMEN dare fertur.

De hâc quoque depuratione *Aristeum* (in ejus Visione) audientium igniculos excitantem accipiamus, & hujusmodi verbis. *O natura benedicta! & benedicta est tua hæc operatio, quia de Imperfecto facis PERFECTUM, Idcircò non assumas ipsam Naturam nisi* Puram, *nudam, mundum, amœnam,* terream, & *rectam* &c. Sed quare *terream?* forsan (ope *salis* mercuriique fixioris) ad Totius fixationem saniorem. Quippè *Bernardus Trevir.* hoc explicat his verbis *terram sibi naturalitèr homogeneam secum exposcat, quæ quidem Terra Causa sit Fixionis permanentis in Homogeneis.* Et *Raymundus Lullius* in lib. *principio* de Scala *Philosoph.* Ideoque (dixit ille) *præparatio rerum quæ præcedit operationem* perfectæ *praparationis, propriè dicitur SEPARATIO Elementorum, quoniam illa dividit omnes partes* Impuras *à partibus* Puris, *ut cum levioribus & purioribus fiat successivè, cum naturali Conjunctione nostra perfecta OPERATIO.* Et quod *Bernardus* de *Auro* optimo inter metallifera asserebat, de *semine* hoc (inter Animalia) reverà & optimè concludamus, *Quod non est aliud quam* Argentum Vivum (hominis) *coagulatum vi sulphuris, & Latonis,* &c. quando *Laton* cum *allzebric* aut sulphure operatur, sic ex

Aristeus.

Bernard. Trevir.

Raym. Lullius.

Semen est hominis Argentum vivum *&* Aurum.

ex ope Mercurii in *Unum Purissimum* coagulatur ac figitur.

2. Quoad ejus UNUM. *ex copulatione Spirituum & succorum in Spermatosi.*

2. Et quoad hujus UNITATEM *Aristeus* admonuit his dictis in ejus visione. *Conjunge filium tuum GABRICUM* (O Natura!) *dilectiorem tibi in omnibus filiis tuis*(aut præ omnibus in priori-bus concoctionibus Corporis) *cum puellâ BEYA, quæ virgo suavis est fulgida & tenera*; *Gabricus est Masculus* (i. e.) Spiritus seminalis, eoque ☿ volatilis) *at BEYA* (vel hyle, materies aut succus seminalis) *est quasi Fœmina, Quæ dat ipsi omne quod ex ipsâ est*. Et de hâc re *Lullius* ejus *Scalâ Philosoph.* planè docuit in 8. gradu de *Sublim.* ut *Mercurius incorporet se cum Corpore* (vel succo, fixiorique ☿) *& fiat* unum *cum eo. Hoc tamèn UNUM* (inquit ille) *non est Unum in NUMERO, sed GENERE sicut Masculus & Fœmina sunt sufficientes ad prolem procreandam sine aliquo alio additamento.* Quinetiam & *Rogerius Bachon.* Anglicus in ejus *speculo Alchym.* de hac unione philosophatur; *& nullus* (inquit) *Natus nascitur nisi ex viro & muliere, nec etiam ullum* GERMEN *gignitur nisi ex caliditate, humiditate, frigiditate & siccitate in* Unione. Sic omnia uniuntur hâc nostrâ παιδοποιΐᾳ, Cujus etiam *Mercurius* inserviat toti. *Quia* MERCURIUS (inquit *Lullius*) *calefacit & infrigidat, desiccat & humectat, & facit opera contraria secundum diversitatem & modum ejus regiminis; In quo regimine consistit totum ARCANUM.* Attamen hi Spiritus (inquit *Aristeus*) non ritè vel legitimè conjungantur Corporibus (aut succis) donec perfectè fuerint depurati, nec donec ea Corpora defœcantur, & tunc in horâ Conjunctionis appareant maxima miracula

Aristeus. Raym. Lullius. Roger. Bachon. Lullius. Aristeus.

miracula naturæ. Præterquam fermento mediante (dixit ille) *Corpus imperfectum perficitur.* Quapropter *Considera* (monuit *Morienus*) *si poteris rem puram & mundissimam rectè dirigere, ne tota operatio fieret inefficax*; atque Arcanum periret. Sic & *Geber* c. 16. de Nat. Principiis hâc serie verborum. *Notandum est quod postquam materia fuerit purificata ac perfectè mundata ab omni re corrumpente, & postea fuerit FERMENTATA non indiges amplius mutare vas, & Coagulatio fit post purificationem; quæ purificatio non habet aliter fieri, nisi in putrefactione & conversione Corporis in spiritum* (i. e. per Resolutionem & Exaltationem) dein & spiritus rursùs in Corpus (i. e. per *unionem* & fixationem). Insupèr hanc *unionem* spiritûs cum corpore (seu succo, vel materiali liquore) quam *Solis* cum Lunâ hoc modo prosopopæiaque exposuit. *Ego sum* Luna (inquit materia) *crescens HUMIDA & FRIGIDA, tu quoque* Sol (O Spiritus!) calidus *& humidus* (*alias* siccus), *quando copulati fuerimus in æquitate status in mansione; quæ non sit alias nisi per ignem levem, habens secum gravem in quo vacabimus & erimus, sicut MULIER & VIR: cum intraveris domum Amoris, COAGULABITUR hoc Corpus meum, & ero in meâ vacuitate. Tunc respondit SOL Lunæ dicens. Si feceris hoc & non inferes* (*O Luna!*) *mihi nocumentum, revertetur & tibi Corpus meum, & posthac tibi dabo novam virtutem PENETRANDI per quam POTENS eris, &c.* Hæc ex *Ademaro*. Sic à testimoniis ferè innumeris tam ex *Veteribus* quam *Neotericis* Doctrinam harum elaborationum omnium tam à *Naturâ* quam ab *Arte* firmemus, imò & de *fermentatione*, ac *unione* omnium fœlicissi-

Doctrina hæc de fermentatione & depuratione in ordine ad unionem ab Antiquis Philosophis.

Prosopopæia de hâc re inter spiritum & succum spermaticum.

Ademarus.

mâ ex auspiciis optimis celebrandâ. Sed hæc è fonte *Caballino* hauriamus, paticulisque his versibus & verbis exprimamus è *Rosario* Phil.

Quæ quasi lac fuerat, conceptio sanguine mutat
Candida si Mulier PURO *sit nupta* Marito
Mox complexantur, Complexaq; mox copulantur
Per se solvuntur, per se quoq; conficiuntur
Ut DUO *qui fuerant,* Unum *quasi Corpore fiant.*

3. *Quoad ejus ALBUM ab ejus mercuriositate & elaboratione.*

3. Postremò quoad ALBEDINEM seminis & *Spermatosis*, nonnihil de hâc re & ratione prius memoravimus, cui subjungamus etiam verba *Bernardi Trevirensis*. Et isti *Colores ultimi absconsè ac intrinsecè permanent & apparent sub specie* Spiritus Albi *in Mercurio liquido, usque ad sui reinspissationem in Corpore (seu succo seminali).* Hæc albedo tunc conficitur ex elaboratione *Mercurii*, ope Caloris ad ejus *sublimationem*; ait *Valesius* in Cont. *Phil. Med.* l. 2. c. 7. hanc *albedinem* è Testibus ortum ducere philosophatur, cujus verba sunt. *Illorum substantia est alba, coagulatoq; semini omnino similis quod est evidenti argumento ipsos semine nutriri. Nunc scire licet succum illum ALBUM in Testiculis vim quandam ex majore ELABORATIONE comparare.* His Testibus, propter eorum substantiam albam, vim quoque commutandi seminis *albificientem* statuit, tamen ex *elaboratione perfectiori*. Sed hæc elaboratio perfectior non fit in *Testibus* sed vesiculis aut favillis *seminariis* & per vasa *deferentia*. Quamobrem è Subtilissimo *Raym. Lullio* de *Sublim.* in octavo gradu *Scalæ* Phil. *EXALTATIO fit* (hujus Spermatosis) ad has Causas.

Valesius.

Lullius.

1. *Ut*

1. *Ut Corpus* (i. e. succus materialis) *fiat multò spirituosum ex suis principiis subtilioribus & activis.*

2. *Ut* Mercurius *incorporet sese cum corpore* (vel succo hoc seminali) *& fiat* UNUM *cum eo.*

Et ut fiat totum Album Sic ille. Paritèr & *Arnaldus de Villâ novâ* suo *Rosario Phil. de modo Sublim. & Albific. Facimus hanc sublimationem tribus de Causis.* Arnaldus de Villâ novâ.

1. *Ex subtilitate materiæ elaborandæ.*

2. *Quod MERCURIUS se benè incorporet cum calce.*

3. *Quod totum sumat colorem ALBUM, idcirco cum calx sublimatur ad Lunam debet esse ALBA, Mercurius & similiter ALBUS.*

Sic Arcanum *Spermatosis ALBUM, UNUM* & *PURUM* absolvatur (quum satis à *fœcibus* depuratur, ac (ope *Mercurii*) conjugium imò & connubium init) nihilominùs ut Arvum fertilius è Stercore reddatur, & *Oleaster* è propriis pinguibus *excretis*; sic ab exitu transituque eorum recrementorum, quæ non sunt præter naturam partes hæ genitales magis imprægnentur & vigorentur. Interea & utcunqne quanto magis crassiora *Heterogenea* secernuntur tantò magis homogenea sit, & purior & albior erit *Spermatosis* ex ejus *mercuriositate* versus GERMEN, quod tantò ditiùs atque diutiùs asservetur in *Favillis seminariis Prostatisq;* conservatoriis velut in *Promptuario* pro specie propagandâ. His viis perficiatur hominis *Elixir* nempè Semen; Et *quicunq; habet* (inquit *Arnaldus* in *Rosar. Phil.*) MERCURIUM *hunc VIVUM & verum habet & Elixir, quod ELIXIR est Mercurius sublimatus &*

Sim.

Quantò depuratior tantò perfectior est Spermatosis.

Quomodo fit Elixir. Arnaldus.

fixus cum odore Corporis (i. e. materiei seminalis) *Qui DRACO non moritur nisi cum fratre & sorore sua*; unde concludamus ex iis quibus sacrum pandunt *Helicona* Sorores.

Rob. Valensis Rugl.

SPIRITUS intùs inest quem sumito (Corporis hæc est
Sectio) sejunctis Fæcibus *arte levi*;
Fæcibus *ac* Terrâ *demissis*, Fonte benigno
Sæpiùs aspersis; *sic tibi ELIXIR erit.*

CAP.




CAP. V.

De SPERMATOSIS materiei sublimitate, ejusque vindicatione. 1. *Quòd* Semen *non est* Excrementum, (*ut perperàm olìm Plurimi censuerint,*) *sed opulentissimus* Succus *καὶ* Μεγαλόπλυτος *per totum Corpus ad* Speciem *propagandam.* 2. *Ejusque* ἐξοχὴ *ratiocinatur ex* Argumentis *plurimis & strenuis.* 3. *Et ex aliis Argumentis* Authoritateque. 4. *Ejusque PROVENTUS est uberrimus à PNEUMATOSI sivè* Cerebro, *& collustratur à* Ratiociniis *apodictis multifariis.*

SECT. I.

Succus Spermatosis *non* Excrementitius, *sed nobilissimus &* ἐξοχώτατος *est.*



HOc verum haud abs re sive ratione philosophatur *Geber* quòd hæc scìentia de principiis, eorumque ἐργαδίαις nec ab arte, nec à Naturâ post Chymicam *elaborandi* methodum *Pauperi* vel Egenti conveniat; & inquit ille Γραμματεὺς τῆς φύσεως in *Polit.* quòd impossibile est *Indigenti* de rebus

Quomodo Pauperi non convenit hæc Philosophia.

rebus his & naturæ latifundiis agere seu sanè philosophari; scilicet INDIGENTI partibus, veréque *philosophandi* principiis; hoc est ἀληθεύειν. Consimiliter & est impossibile INDIGENTI, sivè *succo jejuno*, famelicoque vel inopi per has multifarias elaborationes (veluti *spagyricas*) & ad tantum ARCANUM aut τὸ τέλειον καὶ τὸ πᾶν *Spermatosis* exantlari. Ideoque nunc si quis hæc *Spermatosis* ovalia *principia* nobiscum ᾠοτόκησε vel incubavit ab hâc ipsius Naturæ χυμικοτέχνῃ, materiem hujus Concoctionis ab *Excrementorum* calumniis avidè vindicabit; quia contra fas omne & æquum à plerisque existimatur *Excrementum*, quum reverà succus est selectissimus & è toto microcosmo summè πολύτελής.

Ratiocinia cont. Arist. ex quibus Semen non Excrementum esse cernamus.

Enimverò *palæstram* hanc fortiùs ac liberiùs eamus, ex digladiationibus *Peripateticorum* de hâc re inter se, & quandoque Semen *Excrementum* quandoque verò περίττωμα χρήσιμον *utile* & alimenti ultimi mixtum statuêrunt. Excrementum autem hoc immerens ab *Arist.* ex falsis *suppositis* ac enumeratis supputatur lib. περὶ μακροβιότητος καὶ βραχυβιότητος Et lib. 1. de *Gen. Anim.* C. 18. Τὸ γὰρ Σπέρμα περίττωμα & quippe

1. Quia non solum ultimi Alimenti.

1. Dicitur ab illo Semen *excrementum Alimenti ultimi*; Sed è contrà fusè demonstravimus quòd Semen non est duntaxat *Alimenti*, nec *ultimi* residuum, (sed *omnium* quasi virtus, entelechia, & Flos) multo minùs ejusdem est *excrementum*, nec est *superfluum* ratione partis proferentis (quoad *Speciem* propagandam) nec fit à *Colliquatione* Corporis. Præterquàm

2. Quia non est solum sanguis sed τὸ πᾶν & ex omnibus

2. A *Peripateticis* tantum pars una *materiei* seminificandæ in SPERMATOSI admittitur, imò & portio minima & infima (nempe sanguis) sed præter

præter sanguinem è venulis, ex *Arteriis* succos nobiliores, sed è *Nervis* plurimis *succos locupletissimos*, spirituumque *copias* ingentes, multoque magis necessarias deferri imo & ejus πανσπερμίαν satis extricavimus. His conceptis, ex *Hippoc.* quòd ὁ γόνος ἔρχεται πάντοθεν τοῦ σώματος Semen ex omnibus partibus, spiritibus, succis καὶ ἀπὸ παντὸς τοῦ ὑγροῦ, τοῦ ἐν σώματι ἐόντος principiis, divitiisq; totius Corporis & non è sanguine solo provenire puto. Unde ex his quoque Carminibus *Ænigma* & hoc *Arcanum* Spermatosis sive τὸ πᾶν plane celebretur cum cantu *Merculino*. *Ænigma hujus Spermatosis*,

SUCCUS hic occultus, sic in imo FONTE sepultus;
Primus & ejectus, tenebris cum Stercore *tectus,*
OMNIUM & Unius Semen *quoq; Nomine divum:*
GERMEN & est moles; stirps, ac Saturnia Proles,
Nunc Vivum-Argentum, *nunc Aurum, nunc Ele- (mentum,*
Nunc Aqua, nunc Vinum, nnnc Sanguis, nunc Chry- (solinum
Nunc Lac virgineum, nunc SPUMA Maris vel A- (cetum,
Nunc mare purgatum cum SULPHURE purificatum.
Jupiter HUIC *& inest*; Mars, *Sol*, Venus, *&* Jo- (ve * Natus, * *i. e.* ☿ *Mercurius.*
Siccine transponunt, quod stultis pandere nolunt.
Hoc quod tractatur STULTIS *ne distribuatur*;
LUNA *vocatur*, Nominibus *quod & omnibus* (UNA.

Sin autem OMNIUM Nobilissimorumque *Virtutes*, nec non omnium ELABORATIONES tam à *Naturâ* quam ab *Arte* fiunt conspicuæ *Spermatôsi*, tunc *Semen* haud absque Cri-

mine καὶ κατιλαλία sive defamatione nuncupetur *Excrementum.*

3. *Quoniam omne superfluum non est Excrementum per se, sed per accidens.*

3. Ex eorum *Concessis*, & falsis *suppositis*, dum iis *Superfluum* omne sumatur pro *Excremento*, & ubi Copia superfluit ex solâ *Quantitate* dicitur apud eos *Excrementum*; Sed hoc haud est ἀληθεύειν aut veritati litare. Quippe *superfluum omne* non est *Excrementum*, dum in CHYMOSI supersint & superfluant Copiæ *Chymi* & ab Hepate uberiores ex *Hæmatosis* gratiâ; sic & in *Hæmatosi* redundant à Corde; Succique nutritii & Animales è *Pneumatosi* superabundent è ritu vel ex gratiâ *Spermatosis*, & non (de jure) supponentur *Excrementa* (nisi quum fiunt inordinati, vel extra *propria vasa*) dum proprias vires facultatesque servant, & omnia excrementosa virtutes

Galenus.

& vigores amittunt (inquit *Galen.* de *Meth. Medend.* l. 7.) Sed ab intensione *Naturæ* superfluitates & hæ Copiæ comparantur ad ulteriorem perfectionem concoctionemque. Ideoque D. *Sennertus* l. 4. Nat. Phil. c. 6. Semen hoc à *sanguine* potius optimo & *ditissimo*, non Excrementitio seu superfluo conficiendum esse statuit.

4. *Ab Aristotelis Inductione insufficienti.*

4. Ab *Aristotelis* ipsius *Inductione*; Quicquid enim (inquit ille) continetur in Corpore, vel est *pars*, *vel alimentum*, *vel colliquamen*, *vel excrementum*; *sed semen* (inquit) *non est pars*, *nec alimentum*, *nec colliquamen*: Ergo *Excrementum.*

Resp. Est etiam fructus hominis.

Quamlibet in minorem inficias eamus ex nutriendi ritu *Spermatosis*, undè Semen *Alimentum virile* sive masculinum à nobis suffragatur; tamèn ob ejus *enumerata tam manca*, atque insufficientia, *Major* inficiatur. Quippè præter *alimentum*, partem, *colliquamen* & Excrementum, est etiam FRUCTUS in Corpore tam *Hominis* quam *Arboris*,

Arboris. *Aristoteles* insupèr scripsit eleganter l. 1. de *Gen. Anim.* c. 18. Fructum *esse vel* semen, *vel* id *quod* *semen continet*; tunc ut Arboris Fructus sic & hominis Fructus non appelletur *Excrementum*; ast potius, est Arcanum (ad *Carpophoriam*) gratissimum, virtute, succis & spiritibus omnium *Arboris* præditum à principio ἑνώσεως. duplicique calore, (licèt ex *Influenti fervore* maturatur) & ab alimento præcipuo, concoctoque locupletissimo confectum. Arist.

Porrò ut semen insit in *Arboris* fructu, paritèr & GERMEN in hoc fructu *hominis*. Adeò ut hoc semen non sit *excrementum*, sed *Fructus*, *succusq;* hominis electissimus & ἐξοχος, velut *Elixir* è toto corpore, (quoad posteriorem principiorumq; perfectiorem elaborationem).

Semen esse nobilissimum Elixirem Corporis probatur ex Auctoritate Veterum.

ELIXIR Græcè Pars dicitur Arte Secunda,
LIXIS sunt de se Principia *factaq;* *MUNDA*.

De *Seminis* ἐξόχη *Coryphæos* tam Veteres quam *Neotericos* citaremus. Et inter eos *Hippocratem* ipsum Principem Lib. de *Geniturâ* de hâc re audiamus, Qui *semen* universi liquoris *Portionem* electissimam esse, & à toto *Corpore*, tam ex partibus *solidis* quam *fluidis*, non à sanguine solo sed ab omnibus *succis* provectam statuit. Sic & aliis *libris Epid.* & de *Intern. Affect.* &c. *Pythagoras* autem vult Semen esse *spumam sanguinis* locupletissimi atque laudabilioris ἀφρὸν τοῦ χρηστοτάτου αἵματος, tamen haud sanguinis *excrementitii*, ast *succi dilectissimi* & optimi. Ideoque *Plato* ex majori ratione collimavit quum medullam ipsam è *spinâ Dorsali* vel ejus emanationem *semen* esse censebat τὴν τοῦ νωτιαίου μυελοῦ ἀπόῤῥοιαν & *Alcmæon* (è *Pneuma-*

Hippoc.

Pythagor.

Plato.

Pneumatosi) Cerebri *portiunculam*. Præterquàm inter *Antiquos*, & hujus doctrinæ crepuſculo *ſemen* aliquid eſſe nobilius *Excremento* Plerique celebrârunt, & *Zeno Citticus* vocat hoc πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου ὃ μεθίησιν μεθ' ὑγροῦ, ψυχῆς μέρους ἅρπαγμα hominis Spiritum, quem cum HUMIDO RADICALI (nobiſque *Mercuriali*) vir exertat quaſi RAPTUM portionis Animæ. Vetereſque (*Laurentius* aſſeruit l. 8. q. 3.) Semen haud excrementum ſed multo magis *ſpiritum* vi mirificâ *præditum* definire, καὶ Πνεῦμα ἔνθερμον ἐν ὑγρῷ, ἐξ ἑαυτοῦ κινούμενον καὶ δυνάμενον τοιοῦτο γεννᾷν, οἷον ἀφ' οὗ καὶ ἀφεῖθη *Spiritumq; calidum in Humido*, qui TALE procreari valet, QUALE eſt, & è quo emittitur, undè non eſt EXCREMENTUM. *Epicurus* autem *huic* plus quam debito videatur attribuere quum Semen (atteſtante *Plut.* de plac. *philoſoph*. l. 5. c. 3.) ψυχῆς καὶ σώματος ἀπόσπασμα dicebat.

Zeno. | Laurent. | Epicurus. | Plutarch.

Attamèn inter *Veteres* Plurimi cenſuêrunt Semen multò præſtantius eſſe quam *Excrementum*, Neotericique, (nominiſque Celeberrimi) de hâc re jugitèr autumârunt. Sic è D. *Sennert*. lib. 1. Inſtit. c. 10. cujus verba ſunt. Quod verò *Ariſtot*. 1. de Gen. Anim. cap. 18. SEMEN appellat *Excrementum*; id non accipiendum eſt, quaſi Semen ſit quiddam *Excrementitium*; *quum Semen eſt MATERIA longè nobiliſſima & PRÆSTANTISSIMA. Sed tantum illud quod in partibus ſuperat ad alendum, & cum ſpiritibus ad TESTES mittatur, materiamq; ſemini ſuppeditet*. Et lib. 4. Nat. Phil. Semen inſignitur nomine FRUCTUS; dicitur & *Integri totius* nobiliſſimum καὶ τὸ πᾶν & *Epitome* omnium. Quare non? Quum ab ipſo *Ariſtot*. Μετεωρολ. τὸ Δ. καὶ κεφ. 1. Gene-

Ex Authoritate Neotericorum. D. Sen. & *ab illo exponitur* Ariſt. *mens* | Ariſtot.

Generatio denudetur ex his verbis. Πρῶτον μὲν οὖν καθόλου ἡ ἁπλῆ γένεσις, καὶ ἡ φυσικὴ μεταβολή, τούτων τῶν δυνάμεων ἐστὶν ἔργον, καὶ ἡ ἀντικειμένη φθορὰ μετὰ φύσιν· αὕτη μὲν ἐν τοῖς τε φυτοῖς ὑπάρχουσι καὶ ζώοις, καὶ τοῖς μέρεσιν αὐτῶν. Ἔστι δ' ἡ ἁπλῆ καὶ φυσικὴ γένεσις μεταβολὴ ὑπὸ τούτων τῶν δυνάμεων, ὅταν ἔχωσι λόγον ἐκ τῆς ὑποκειμένης ΥΛΗΣ ἑκάστῃ φύσει.

Eſt phyſica mutatio, & opus *principiorum activorum*, rationem *materiei ſubjectæ* habentium; tunc hæc materies *ſeminalis* (quâ tantoperè nidulantur hæc activa principia, facultateſque agendi) non eſt Excrementum. Quamobrèm concludamus ex Doct. Inclyti D. *Gliſſonii*, *Anatom.* de D. Gliſſon *Hep.* c. ult. *Semen eſſe liquorem multò nobiliorem SANGUINE* & ab *Erudit.* D. *Whartono* de D. Whart. *Gland.* cap. 29. his verbis. *Semen autèm eſt ſuccus NOBILISSIMUS & ipſo ſanguine longè nobilior, quippè vigecupla ſanguinis Quantitas ablata non æquè debilitat, ac ſimplex* Seminis *portio. Quare Sperma non ex ſolo Sanguine conſtat, ſed ex aliâ quidèm nobiliore materiâ, cujus drachma una, viginti minimum Sanguinis drachmis æquiparanda eſt.* Et nervi inſignem hujus ſucci nobiliſſimi quantitatem ſingulari coitu profundant. Huic quoque Celeberrimorum *Claſſi* ſubjungamus *Eximii* D. D. Williſ. *Williſii* teſtimonium & haud immeritò de *Ferment.* cap. 5. *Videntur hic Spiritus, Sal, & Sulphur ſimul compacta & ſummè exaltata in Semen velut in ELIXIREM nobiliſſimum redigi Activa & hujuſmodi* Principia *non tantùm pro Fœtu efformando, quin & vivido velut Fermento, per Univerſum Corpus, totam inſpirant ſanguinis maſſam, ut volatiliſetur magis, & acriùs effervеſcat.* His quoque, P. Jo. teſtimonia feruntur aliorum, nimirùm *P. Jo. Fa*- Faber. *bri* in *Pall.* *Spag.* c. 20. Cui *Semen eſt naturæ*

Subli-

Jos. Quercet. matum *optimum*, Virtus pura & Entelechia *Spermatosis*; Itidèm & *Jos. Quercetani* Quo Semen (*cap.* 18. *Herm. Med. Defens.*) ab hâc contumeliâ satis extricatur per tres *Essentias radicales* & *balsamicas*; ex quibus tum *continentes partes* Corporis *tum contentæ* viz. *spirituales & fluidiores efformantur atq; compinguntur, nutriuntur atq; vitam hauriunt.* Adeo ut haud dubio Semen non est *Excrementum* sed ELIXIR potius hominis, aut *Quinta-Essentia* per Concoctionem *Quintam*. Sed *Elixir* non est (inquit *Bernard. Trevir.*) Alphid. absque *Mercurio*. Ideoque Dictum illud *Alphidii* Philosophi celeberrimum huic optimè congruat, *Congelate VIVUM-ARGENTUM cum Corpore MAGNESIÆ & habebis ARCANUM Maximum naturæ, haud abjiciendum* i. e. non Excrementum.

Arnald. Et intellexerunt (inquit *Arnaldus de Villa Nova*) Philosophi per *Argentum-vivum* non quod vulgò videtur nec per *Magnesiam*, Sed *humidum radicale* totius MIXTI per *Argentum* hoc; & per *Magnesiam* totam ὕλην materiemque *Concoctionis*, de quâ elicitur hoc ARGENTUM-VIVUM (aut nobiscum *Mercuriositas* seminis), Bernard. Treviren. *unde tam Variæ Qualitates in Mercurio seminis insunt.* Sic explicavit *Bernard. Trev.* ex his verbis, MERCURIUS est *Argentum-vivum, quod ex suâ naturâ sit frigidum & humidum; per SUBLIMATIONEM autèm efficitur & calidum & siccum; & per COAGULATIONEM calidum & humidum simile complexioni humanæ:* Quo *Mercurio* semen uberrimè fruatur atque locupletetur. Jamverò *Seminis* dignitatem, (ab his Calumniis *Excrementi*) satis enucleare, ad alia *Palæstræ* ratiocinia descendamus.

SECT.

SECT. II.

Seminis ἐξοχὴ *probatur* 1. *E succis* Nutritiis. 2. *Principiis* Germiniferis. 3. Elaboratoriis. 4. *Et* Elaborationibus.

VERUM hoc ex Ingeniorum conflictibus excutere, ratiocinandique momentis *Rem natam* (de *naturâ* Seminis ϰ) τοῦ ἐξοχὴν Corporis succo præstantissimo) minus dubiam facere conabor. Et quoniam *Demonstratio* fit per (naturâ) Notiora *Scal.* l. 1. de Caus. l. l. c. 2. unde res cognoscantur ut reverà sunt; Et quæ naturâ sunt notiora, sint nobis notiora ex ingeniis rectè affectis, quemadmodùm explicantur è *Zabar.* lib. de spec. demonstr. cap. 17. & è *Goclen.* in Synopsi *Doctrin.* de *Meth.* p. 14. Nunc de hâc re nè (quis contraveniat,) Nobilitatis hujus *Seminis* Demonstratio, fiat. *Demonstratio Rei.* Jui Scal. Zabar. Goclen.

1. Ex ejus SUCCIS Ditissimis & nutritiis; præcipuèque ab iis, qui è genere *Nervoso* provecti sunt, & ex quibus Pars maxima *Spermatosis* astruatur ac stabuletur. Jamverò *Liquor* in quo succi nutritii, (spiritibus & principiis vegetis accumulati) nidulantur & insunt, non est *Excrementum*, sed Semen est talis liquor, cujus materies talibus *succis*, spiritibus, principiisque repletur ac è Corporis totius latifundiis accumulatur. *1. Ex succis à quibus semen exantlatur*

2. Succi, qui maximis *energiis*, facultatibus, ac *muneribus* ad actiones salubres muniendas potiuntur non sunt *Excrementum*; sed succi ex quibus conficitur semen, muneribus tantis imbuuntur ad actiones salubres. 2.

3. Qui

3. Qui miniſtrant opes ac copias aliis locupletandis non ſunt *Excrementum*, ſed ſucci hi (unde fit Semen) ΠΛΟΥΤΟΠΟΙΟΙ partibus aliis & ſuccis (uti Sanguini) locupletandis, (à virilibus influentiis nutritioneque ſpermaticâ) perpetuas opulentias ſubminiſtrant & famulant.

4. 4. Succi, qui *laboribus* & operibus Aliorum inſtar præmii ſolvuntur velut è publico Naturæ *Fiſco* perpetuoque, non ſunt *Excrementum*; ſed ſucci (quibus *Semen* originem debet) viz. *Arterioſi*, potiſſimumque *Nervoſi*, SPERMATOSIS his ἐργασίαις perſolvuntur inſtar præmii, compenſationiſque, velut è Naturæ Fiſco publico perpetuoque.

5. 5. Quouſque ſit aliquis ſuccus activis *principiis* opulentior, virtutibus & *viribus* inſtantior, eouſque præſtantior eſt & ordinibus omnibus gratior; ſed hic ſuccus ſeminalis eſt activis principiis locupletior, & viribus ad *Germen* inſtantior quam alii ſucci, ergo præſtantior & omnimodè pergratior quam Excrementum.

6. 6. Succus quo theſauri *ſpirituum* ingentes coacervantur ad *Apoteleſma* ſeu Finem Nobiliſſimum non Excrementum reputetur; ſed ſemen eſt ſuccus in quo ſpirituum Theſauri reponuntur ingentes ad Finem *Generoſiſſimum* nempè ſpeciem propagandam. Ideoque è ſuccis his opulentis, è quibus *Semen* conflatur non fit excrementum, ſed *Elixir* hominum.

2. *Ex ejus* Principiis *Germiniferis.* 2. Ex ejus Principiis *Germiniferis* & πολυτελεστάτοις conſtabit Arcanum electiſsimum & non *Excrementum*. Quippè principia *Germinifera* Generationi prolis ſunt adapta (utpotè fuſius è *Clariſſimi* D. *Harvei* Lib. de *Gen. Anim.* delibavimus) è *CALORE duplici* (viz. Innato & In-

D. Harv.

Influente) *Humidoq; radicali* (sive Mercuriositate) unde conservatur *Ellychnium* generandi, quasi pabulo proprio, (non secus ac oleo flammula *Lampadis*) Sed Ellychnium verum speciei procreandæ non conservatur ab Excremento. Quocirca principia *Germinis* sunt fœcunda, & quoad eorum *calorem* vigoremque SPIRITUS nomen optimè mereatur semen, sed quoad eorum mercuriositatem, *Humidumve radicale*, complexionique hominis *Crasin* appelletur hic succus Corporis humani præstantissimus, & semen, non *Excrementum*. Itaque τὸ Θερμὸν (unde principia sunt Germinifera, seminaque fœcunda) appellatur elegantèr ex *Arist.* l. 3. de *Gen. Anim.* c. 3. τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ σπέρματι, καὶ ἐν τῷ ἀφρώδει πνεῦμα Calor intus in semine comprehensus, & spiritus, sic lib. Περὶ κόσμου κεφ. 4. inquit ille λέγεται καὶ ἑτέρως πνεῦμα, ἥτε ἐν φυτοῖς, καὶ ζώοις καὶ διὰ πάντα διήκουσα, ἔμψυχός τε καὶ γόνιμος οὐσία, περὶ ἧς λέγειν νῦν οὐκ ἀναγκαῖον. & aliter vocatur *Spiritus* tam Vegetabilibus quam Animalibus, & γόνιμος Θερμότης (apud *Plat.*) ob ejus fœcunditatem. Imo & seminis nobilitas ab hoc principio, spirituque & innato calore celebratur *Arist.* l. 3. de Gen. Anim. c. 3. secundum nobilitatem aut ignobilitatem *Speciei*; cujus verba sunt ὡς διαφέρουσι τιμιότητι, καὶ ἀτιμίᾳ αἱ ψυχαὶ ἀλλήλων, οὕτω καὶ ταύτη διαφέρει φύσις, sicut & Animæ differunt in honore atque nobilitate. Arist.

Ex his aliisque testimoniis ex *Arist.* ipso quamplurimum constabit semen in quo *calidum innatum*, spiritus nobilis, *humidumq; radicale* principiaque fœcunda, tam penitùs hospitantur, non Excrementum esse. Prætereà principia *Germinifera*, calido, *Humidoq; mercuriali*, oleaginosoque nidulantia

lantia fortitèr eliciantur è *seminibus*, arte spagyricâ. Et quid dilucidiùs appareat? in Extractis, *Elixiribus* & oleis è seminibus, præ aliis, copiisque majoribus, prolatis prout *oleis* Absinthii, *Papaveris*, Fenugræci, *Amygdal.* &c. & *Juniperinis*; Unde *Semen* à Clar. D. *Sennert.* vocatur *Corpus CALIDO innato, HUMIDOque repletum instar* olei *& pinguedinis, ad speciem propagandam competentèr elaboratum*, sed tale Corpus non est excrementum.

D. Sen. Semen quid?

3. *Ex Elaboratoriis.*

3. Vindicatur & ulteriùs ab ejus ELABORATORIIS atque *Confectoriis*, seminis tam affabrè tam mirificè & comparatè constitutis ad *Spermatosin.* Quippè si *Plexus pampiniformis* vasaque *præparantia* spermatica ad nobiliorem usum designantur (vel ad *Spermatosis* elaborationem) tunc non ad conficiendum *Excrementum*; sed omnimodè comparantur ad usum longè nobiliorem, (ut satis extricavimus in cap. 3. 9. Nunc si vasa hæc seminaria non statuuntur ad excrementum, tunc *Semen* non est *Excrementum* namque ordinantur ad conficiendum *Semen.* Et *Natura* non *hæc* frustrà fecit, sed ad summa *Conficiendi Seminis* emolumenta constituuntur, ac explicentur ab *Arist.* Lib. 3. Περὶ ψυχῆς Κεφ. 9. & lib. περὶ Ἀναπνοῆς Κεφ. 4. Εἰ ὖν μήτε μηδὲν ἡ φύσις ποιεῖ μάτην, μήτε ἀπολείπει τῶν ἀναγκαίων, πλὴν ἐν τοῖς πηρώμασι, καὶ τοῖς ἀτελέσι. Τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν ζώων τέλεια, ὀ πηρώματα ἐστὶ (σημεῖον δὲ ὅτι γεννητικὰ καὶ ἀκμὴν ἔχει καὶ φθίσιν) ὥστε εἶχεν ἂν καὶ τὰ ὀργανικὰ μέρη τῆς πορείας; Qui ex hoc fundamento proposito probat horum vasorum Organorumque huic concoctioni commodum; quum *natura nihil frustrà* dedisset nec *aliquid necessarium omisisset.* Nec ædificia tam *munifica*, mirifica, *splendida* ac illustria

Arist.

propter

propter *Excrementum* solum astituere solebat Natura. Quippè quanto Vasa sunt nobiliora, tanto nobiliores atque generosiores sunt *Spiritus* & succi, qui *vasis illis*, confectoriis, & *ædibus* tam munificis hospitantur.

4. Denique Seminis ἐξοχὴ propugnetur ab ejus variis *elaborationibus*; quia Natura labores tantos *excrementis* haud impertire solet, ast potius *Extractis* purissimis & Elixiribus. Nunc quod componitur, & elaboratur ad unum Purum Mixtum ex *succis*, principiis & spiritibus optimis tantoperéque depuratis à fæculentiis non est Excrementum, sed Semen componitur & exantlatur ad unum purum album MIXTUM ex succis, spiritibus &c. defæcatis, unde creberrimè vocatur *Extractum* hominis *Arcanum* Purum, Quinta-Essentia, *Magisterium* & *Elixir* ab Eximiis & hujus ætatis *Coryphæis* D. *Sennerto*, D. *Glissonio*, D. *Regio*, D. *Whartono*, *Jos. Quercetano*, *P. Jo. Fabro*, D. *Willisio Oxoniensi*. plurimisq; aliis. Et de hâc re paulo fusiùs ac facundiùs in medium exposuit D. *Willisius* ex Vegetabilium *Familiâ* de *Ferm.* cap. 4. Cujus verba sunt hæc. *Attamen* Natura, *in perpetuitatem cujusque rei sollicita, cum Individuum perennare nequit, provida est ne species omninò pereat; quare novas adhuc spirituum, salis ac sulphuris combinationes, easq; firmiores & diu mansuras instituit. Etenim è totâ Plantæ mole NOBILIORES & maximè activas particulas segregat, easq; cum pauxillo terræ & aquæ simul collectas in SEMINA velut in Plantæ cujusq; QUINTAS ESSENTIAS efformat.* Attamèn elaborationes hæ Seminis in hâc Αγγειοσπερμίᾳ ad ARCANUM Purum & perfectum optimè (quamvis ænigmaticus & partim ab He-

4. Ex ejus variis exagitationibus.

D. Williss.

Cæsar. Phil.

licone *Cæsarii* Philosophi) depingantur his Carminibus.

Vena prior FONTIS distillat ab Æthere (*a*) *Montis*
Unda movet (*b*) TERRAM, solvens, additque (*c*) SECUNDAM,
TERTIA (*d*) splendescit, quum *Candida* LUNA * quiescit,
Quarta sub immenso projecit (*e*) PRÆCIPE succos,
Ignea vis QUINTÆ (*f*) Generalis nascitur in te
SEXTA marinarum Vasis reperitur (*g*) aquarum
SEPTIMA (*h*) terrenis tingens reperitur arenis
GERMINIS & *Patris* splendescunt cuncta *serenis*.
SPERMA tamen *Fontis* (*i*) redeat de *vertice* MONTIS.

(*a*) *Vel* è *Cerebro* & Pneumatosi. (*b*) *Ex heterogeneitate Principiorum.* (*c*) *Per* Resolutionem. * *Per* Unionem. (*d*) *Tertia Elaboratio est ad* Exaltationem. (*e*) *Per Vasa Deferentia.* (*f*) *Per* Coagulationem. (*g*) *i. e. Succorum per Fixationem.* (*h*) *In Prostatis Germen.* (*i*) *Per circulationem.*

SECT.


SECT. III.

Ex altis Argumentis ratiocinatur Seminis *Nobilitas.*

POrrò *Argumenti* vestigiis instabo.

5. A Ratione *botanicâ*, Vegetalibusque; Quippe Semen Vegetabilium non est *excrementum*, sed succorum *Vegetalium* & electissimorum elaboratio, coagulatio, atque maturatio. Nunc á *fortiori*; Arg. 5. Ex Vegetabilium *semine quod haud est* Excrementum.

Si Semen *Plantarum* non est *Excrementum*, tunc semen Animalium non est *Excrementum*. Quippè quanto præstantiores sunt Creaturæ, tanto nobilius est earum semen, ejus & elaborationes tantò fortiores, & accuratæ sunt. Imò & tantò spiritibus perfectioribus, succisque subtilioribus exantlatur *Semen*, quanto nobilitate & præstantiâ reliquis omnibus creaturis vir antecellit. *Restat ut in Microcosmo* (philosophatur *Quercetanus* in *Herm. Med. Def. quam ut in Macrocosmo principia sint hypostatica, & tam diversa, sed longè* spirituosiora *ac* præstantiora. Ideoque Semen ejus est tantò spirituosius & nobilius. Operationes autem succorum *Plantalium* sunt multifariæ; & principales ad *Phyllophoriam*, Anthophoriam, *Carpophoriam*, Spermaphoriamque tendunt. Nunc ut *anthophoriæ* spiritus succique vegetales (qui *Flores* proferunt) ob humorem *sulphureum* Mercurialem, magisque digestum, depuratum, & vegetiorem, *phyllophoriæ* succos folioferos magis terrestres, *tartareos*, & crassiores, nondumque digestos superant; dein, ut & Succi spiritusque vegetales *Carpophoriæ* sunt subtiliores, tamèn & opimiores (qui *Fructus* Sim.

suavissimos & amicabiles inferunt) quam succi priores. Sic quoque *Spermaphoriæ* Succi, Spi-

ritusque sunt optimè MERCURIALES, sublimati & *defæcati*, qui præeuntes omnes dignitate transcendunt; pariter ex omnibus iis velùt ad *Elixirem*, omniumque QUINTAM-ESSENTIAM hi proveniunt & perficiuntur in *Semine*; Quod ideo non est EXCREMENTUM, sed EXTRACTUM Cæterorum.

Hominis phyllophoria *in* Hæmatosi, *ejusque Anthophoria in* Pneumatosi *sed ejus Carpophoria ac Spermatophoria* Spermatosi.

Consimilique modo Succus hominis in Venis, aut sanguis, partium carnosarum nutritioni forsan inserviat, & est tanto terrestrior ac tartareus; ancillans trunco corporis humani, & ejus *phyllophoriæ*; sed succus in *Arteriis* est magis *sulphureus*, ac depuratior, qui *Pneumatosi* plurimùm conferat, quasi *Floribus* hominis aut Animalibus spiritibus & *anthropophoriæ* suæ. Spiritus autem succique optimè mercuriales, exantlantur, ad *Carpophoriam* exaltatique *Nervis* insunt, unde feruntur ad Testes *Spermaphoriaq;* humanæ (præ Cæteris) inserviunt, adeò minus *Excrementum* sunt.

6. Ex influentia virili seminis per totum corpus.

6. Prætereà quod sanguinem nobilitat, partesque Corporis virilitate fœlici nutrit ac influit non est Excrementum, sed *Semen* sanguinem in ejus Circulatione seu *peripharià* nobilitat, impragnat & illustrat (ut priùs eliminavimus) partesque Corporis nutritione fortiori, seminali, seu masculinâ nutrit & influit.

7. Ex dignitate Speciei *præ Individuo.*

7. Denique, si species sit illustrior ac nobilior quam *Individuum*, tunc quod Speciem conservat & pullulat est tanto nobilius quam quod *Individuum* conservat & nutrit, sed *Species* est *Individuo* nobilior.

Insupèr &, sin *Individuum* non ab *Excremento*

sed

sed à *succo* proficuo sanoque debet ali ac conservari, tunc *Species* multò minùs procreari sivè pullulari possit ab *Excremento* sed à *succo* nobiliori; namque Excrementum potius obruet aut destruat. Quinetiam *Peripatetici* subinnuêrunt ex *Arist.* l. 2. de Animâ c. 49. & à *Thom. Aquin.* 1ª Q. 78. Art. 2. & à *Dionys.* cap. 7. de div. nom. &c. ut inter *Potentias* finalior est summè procreativa, ideoque principalior & perfectior. Sic ex *Arist.* Ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τοῦ τέλους ἅπαντα προσαγορεύειν δίκαιον. Τέλος δὲ, τὸ γεννῆσαι οἷον αὐτὸ, εἴη ἂν ἡ πρώτη ψυχὴ γεννητικὴ οἷον αὐτό. Æquum est omnia denominari à FINE, Finis autem est procreare tale, quale Generans, & profectò *prima Anima* est procreativa, ideoque ejus potentia (in hâc re) perfectior, sic ille. Jamverò si *finalior* sit perfectior & nobilior, tunc materies generandi vel semen non erit magis imperfectum & ignobile. Præterquàm si finalior facultas nempè *procreativa* sit principalior, tunc aliæ facultates huic *finaliori* & principaliori inserviant; sic nutritiva *facultas* huic ancilletur, unde succis nutritiis suppeditetur, & non Excrementis.

Dionys. Arist. *Et ex dignitate facultatis procreativæ.*

Excrementum enim *nutritioni* & *Auctioni* sive facultatibus minùs *principalibus* haud inserviat, ideoque longè minùs *Generationi* vel facultati finaliori dein & principaliori.

8. Ab *Effectis* etiam satis appareat Semen non *Excrementum* esse, sed *succum* generosissimum, non tantùm Corpus mirificè commutando, verumetiàm spiritus exhauriendo (à nimio Congressu *Aphrodisio*) succosque nervosos absumendo, nervos & ipsos, partesve nervosas exsiccando usque ad *hecticam Febrem*, tabescentiamque miserrimam. Hoc & *Hippoc.* ille Ἀστὴρ Ἰατρικὸς lib.

8. Ex effectis absumendi semen. Hippòc.

lib. 6. Epid. §. 7. t. 42. exemplavit & de *Satyro* Cognomine *Grypalcpax* confabulavit, Qui vigesimo quinto *Ætatis* Semen ejus tantoperè noctu & interdiu profudit; Annoque trigesimo ad cutem & ossa contabescens, defunctus erat. Unde faciliùs inferamus tantas vicissitudines per TOTUM & ad mortem, non provenire ab evacuando *Excremento*, sed è contrâ; è materie nobiliori usque ad partium *nervosarum*, spirituum, *succorumq;* absumptionem, excandescentiam & exsiccationem usque & ad *tabem* detractâ.

9. Ex Concessis. 9. Ex Concessis, haud probatu difficile fiat; *Semen* Excrementum non esse, dum ab *Aristot.* de *Gen. Anim.* lib. 2. c. 3. in semine, spiritus aut calor qui ἀνάλογος ἐστὶ τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ nidulatur, & *est à naturâ, proportione respondens elemento stellarum.* Καὶ θειότερος τῶν καλουμένων στοιχείων, καὶ ἀνάλογος τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ. Nunc si *semen* sit Spiritus, Qui Corpore *spumoso* continetur *naturalis*, &

2. Spiritus, qui supra vires *Elementorum* agit, &

3 Corpus participans, quo fit aliquid divinius, quam Corpora quæ vocantur *Elementa* &

4. Ejusque naturâ spirituque respondens elemento stellarum ipsarum, tunc haud est *Excrementum*, sed semen est *Elementis* divinius, cœlestiusque Sole.

10. Ex ejus aptitudine ad recipiendam Animam. 10. Postremò ex ejus (Animam ad recipiendam) *aptitudinalitate* probetur excellentia, nobilitasque Seminis, namque Semen non animatur ex *Actu* solo.

Nunc quicquid *Animæ*, Formæque hujus accipiendæ aptitudinem recipit, non est *Excrementum*, sed semen habet aptitudinem talem (ut mox exquiremus).

2. Quicquid

2. Quicquid *præparationem* ad formam accipiendam dat non est Excrementum, sed ex *Spermatosi* Semen dat præparationem ad *Formam* accipiendam; &

3. Eductio Formæ de *potentiâ* materiæ est præparatio ad recipiendam Formam, sed semen est eductio *Formæ* de potentiâ materiei.

Ideoque ex his omnibus *Semen* non est Excrementum ast Succus hominis nobilissimus. Imò hujus præstantia ex aptitudine hâc optimè depingitur ex *Arist.* l. 2. de *Gen. Anim.* οὐδὲν γὰρ ἦδον τότε σπέρματα καὶ τὰ κυήματα τῶν ζώων ζῇ τῶν φυτῶν· ὅτι μὲν οὖν τὴν θρεπτικὴν ἔχουσι ψυχὴν, φανερὸν δὲ ὅ, τι πρῶτον ἀναγκαῖον ταύτην, λαβεῖν, ἐκ τῶν περὶ ψυχῆς διωρισμένων, ἐν ἄλλοις φανερόν. Προϊόντα δὲ καὶ τὴν αἰσθητικὴν, καθ' ἣν ζῷον ἐστι· ὕστερον δὲ καὶ τὴν νοητικὴν καθ' ἣν Ἄνθρωπος ἐστὶ· οὐ γὰρ ἅμα γίνεται ζῷον καὶ ἄνθρωπος οὐδὲ ζῷον καὶ ἵππος; Ex gratiâ Animæ (non solùm *vegetantis* sed etiam) *Sensitivæ* & *Rationalis*. Plurimi tamen hallucinantur, iter & ad aliud *Extremum* deflectunt, qui (apud *Sennertum* de *Psychogenesi*) huic non tàm *Aptitudinem* quàm ipsam ANIMAM attribuunt. Quocircà, quoniam iis τοῦ παντὸς ἐδάφου ἁμαρτάνειν, ἢ ἐκτρέφεσθαι, ἢ ἐκδιφρεύειν, non lubens sum, ideoque Seminis ANIMATIO (non tàm ab *Animâ* ipsâ quàm) ab ejus *spiritibus* multifluis καὶ πολυπλόκοις nobiscum celebratur, unde fit ex *Spermatosi* seminis præparatio, seu Capacitas ad hanc vel illam *Formam*. Aristot.

Equidem *Severinus* cap. 8. elegantèr & satis ad mentem nostram *Semen* descripsit, *Quod est* (inquit ille) *principium vitæ continens in se Spiritus Mechanicos & tincturas Universæ ANATOMIÆ propriæ SPECIEI, ex quibus suum* Severino *semen quid est.*

fabricat CORPUS Colores, Sapores, Qualitates, Magnitudines, Figuras, & alia officiis ejus consentanea. Adeo ut quoddam his spiritibus, qualitatibus, principiis, energiis, tincturis, & facultatibus imbutum non *Excrementum* (citra injuriam) reputetur. Sed hæc ad ejus aptitudinem *animæ* amplexandi potentialem, jugitèr & ad hoc *Argumentum* dicta sunto.

SECT. IV.

Vectigalia SPERMATOSIS spirituumq; proventus maximi perpetuantur è PNEUMATOSI.

Semen è succis & spirit. Cerebri deferatur.

FInitis his *Argumentis*, & examinatis; forsan hoc tramite tamen alia scrupula trajiciantur ab iis, qui *spirituum Animalium* succorumque proventus è *Pneumatosi* vel Cerebro, *Spermatosis* ex gratiâ contraveniunt & inficiantur; sed iis obviàm venire, veritatemque de hâc re satis expiscari, tam ex *Testimoniis* Veterum, Neotericorumque, quam è plurimis nervosissimisque *Ratiociniis*, Spiritus Animales, succosque è Cerebro nervosos *Spermatosin* optimè sustentare & ἐπιτέλλειν propalaremus. Quamobrèm *Hippocrates* extemplò nobis occurrit, atque salutat ex his verbis lib. περὶ γονῆς. *Semen* (inquit) è CEREBRO *defertur, in LUMBOS & Spinæ Medullam, ex quâ in RENES, & à Renibus per medios TESTES ad pudendum pervenit.* Ideoque haud absque ratione vocatur ab *Alcmæone*, CEREBRI *porticuncula*, & à *Platone* τοῦ νωτιαίου μυελοῦ ἀπόρροια profluvium medullæ. Sed hæc & alia testimonia

Hippoc. *Confirmetur duobus modis.* 1. *Ex Authoritate.*

Alcmæon. Plato.

Phi-

Philosophorum ex *Placitis* sicco pede prætermittam, dum ex ratiocinandi sequelis veritatem de spiritibus è *Pneumatosi* profluentibus ad *Spermatosin* evincere atque decimare conabor, ac accingam. 2. *Ex variis ratiociniis.*

1. Ex *Autopsiâ NERVORUM Conjug. sextæ*, vergentium ad TESTES; perque membranas, *Testiumq;* substantiam (ut quidam volunt) aut *Epididymedum* & *Parastatarum* (ut alii) numerosissimè disseminantur. Ex *testimoniis* oculatissimorum de hâc *Anatomiâ* & Celeberrimorum, ut D. *Veslingii* cap. 6. *Vallesii* lib. 2. c.7. controv. & *Andreas Vesalius* (inquit ille) in Dissectione Vir exercitatissimus, *dicit se eos vidisse in MULTIS à sextâ NERVORUM Cerebri Conjugatione descendere in TESTES & VASA seminaria.* Ita recentiùs ex testimoniis D. *Glissonii*, & D. *Whartonii* &c. imò & ab iis qui de hâc materie *spermaticâ* è *Cerebro*, vel illâ viâ, *semen* ad conficiendum inficias àgunt, nervuli tamen admittuntur, hos spiritus animales ad nostram *Spermatosin* deferre, ex *Laurent.* Anat. l. 8. q. 4. Sed Clar. D. *Whartonius* verum hoc deposuit his verbis. *Adenogr.* cap. 28. *NERVOS habent numerosos partim à* Sexto Pari, *partim à SPINA, succum nobilem undiq; partibus distribuente, mediante inferiore Abdominis plexu, in quo illi mutuò implicantur & uniuntur: NERVI ab hoc plexu orti Arterias concomitantur, earumq; plicationes ut dictum, nè interturbentur, cavent; in descensu verò majores subinde evadunt, &* Numerosiores *surculosq; impertiunt partibus* Testiculos *involventibus, demumq; ad ipsum TESTEM producti, videntur quasi in membranam expandi, tunicamq; Albugineam constituere; à cujus interi-*

1. *Ex Autopsia Nervorum sextæ Conj. ad Vasa spermatica.*

Vesling. Vesalius. Vallesius.

Laurent. D. Whart.

ore superficie hinc illinc numerosa fibrillæ sparguntur in Ductum *Nervosum*. Et hos nervulos vix numerandos sanè nec *sensationi* nec *Motui* multùm inservire his Testiculis, nervosè probatur in

D. Glisson *Celeberr.* D. *Glissonii* Lib. de *Hep.* cap. 45. undè sit magis Credibile, *Nervos* hos liquorem aliquem *Spermati* condendo, conficiendoque commodum atque proficuum impertire; sed satis ad hoc.

2. Ex Actu con-congressuque geniali. 2. Probetur ex *Actu Veneris*, congressuque geneali. Etenim in coitu *Cerebrum*, medulla spinæ, oculique egregiè afficiuntur; & partim ex spirituum INFLUENTIIS ac irradiantibus, partim ex succorum *nervosi generis* AFFLUENTIIS Nervi ipsi (à *Cerebro*) referantur iis perviumque præbent aditum; tamen



hâc differentiâ quod domus ad *Spermatosin* ex HIS, panditur *Foribus*; sed ex ILLIS per *Fenestras*.

3. Ab Effectu Veneris. 3. Et ab *Effectu* Veneris planè deprehenso per *Animales spiritus*, Cerebrum. *Sensoriumq;* quum post hujus *voluptatis* inane, momentàneumq; mancipium *tristitiæ* protinùs instantur; insuper etiam *Cerebri debilitatio* consequatur, & forsan oculorum *hebetudo* sit comes. Hæc autem ele-

D. Harv. gantiùs eliminantur in *Exerc.* 37. D. *Harvæi* de *Gen. Anim.* atque delineantur his verbis. *MARES cum sese ad coitum accingunt, libidineq; turgescentes Oestro Venereo stimulantur; mirum dictu quantò illos spiritu inflatos, intùs regnans CUPIDO efferat! quàm ornamentis illustres & gloriabundi sese ostentent; quantis viribus polleant, animisq; in pugnam proclives sint. Finito autem semel hoc vitæ officio, Hui! quam subito collapsis VIRIBUS, sedatoq; pristino fervore tumida vela*

con-

contrahunt, animumq; nupèr ferocientem despondent? Quinetiam durante etiamnum jucundo hoc Veneris CHORAGIO, Mares statim à Coitu TRISTANTUR, submissiq; pusillanimes *cernuntur; quasi memores dum aliis vitam largiuntur sese properè* ad *interitum ruere.* Et haud dubio ob spiritus coëundo exhaustos & absumptos, *Tristitia*, stupor, *hebetudo*, memoriæ labefactio, forsan & *timor*, melancholia, aliæque dyscrasiæ *sensorium* commune grassantes ortum ducant.

4. Quinetiam ex absumptione *Cerebri ipsius*, sivè *Meditullii* propter immodicam Venerem & libidinem, conjiciatur hæc doctrina. Plurimis & historiis de hâc re confabularemur; Ex *Alberto Magno* de *Histrione* in prostibulis omni libidinum genere volutante cum Scortis, Et illius Capite dissecto post obitum Cerebri portiuncula valde exigua reperta fuit. Sic ex *Horstio*, in *Epist.* Qui cerebri substantiam ipsam ex *immodicâ Venere* valde imminutam se sæpe vidisse dixit. Sed inter omnes qui optimè de hâc re traloquuntur D. *Glissonius* nostras exaudiatur, cujus verba sunt hæc (bap. 45. de *Hsp.*) *Accedit quod semen sit liquor sanguine multò nobilior, uti vel inde constat, quoniam exiguum illius dispendium plus damni SPIRITIBUS affert, quam si vigesies tantundem sanguinis ablatum fuerit. Hinc fit, ut post Veneris Gaudia, MOESTITIA consequatur Comes: observatumq; est ipsum CEREBRUM iis, qui in libidinem sunt proniores debilitari admodum, tenueq; magis atq; aquosum* (Et paulo post). *Sicuti in Venereæ rei impetu, liquorem suum prædivitem in Generationis organa copiosè ejaculantur; Quo absumpto TRISTITIA subsequitur atq; etiam (si nimiùm illius factum sit dispendi-*

4. Ab exhaustu Cerebri *per* Venerem.

Albert. Magnus.

D. Horst.

D. Glisson.

dispendium) MACIES, *Cerebri* LAXITAS *&c.* Quid evidentius sit ? aut luculentiùs appareat ? quum talis portio *Cerebri* dispenditur, qualis *Seminis* dispensatur ; & ad talem proportionem, tanquam ex *Spermatosis* gratiâ Cerebrum vel majus vel minùs constitutum fuerat. Et certo certius, quantò major est Cerebri substantia, tantò major erit Copia *Spermatosis*, & *seminis*, sic è contra.

5. Ex forti vi facultatis Imaginatricis è cerebro.

5. Probetur etiam ex *Imaginationis*, Sensationis, *Appetituq;* viribus concurrentibus & *Actu*, Seminisque *vi plasticâ*, &(inquit *Aquinas*) Generationi *Univocæ* facultates omnes Animales occurrunt, & ex hâc *Spirituum Animalium* ὁμαλίᾳ, sive congressione *vis tam plastica* quam formativa sese prodit. Dirigit enim *Imaginatrix facultas* humores & spiritus animales, ut versùs hanc aut illam partem moveantur, ita qui congressibus *Aphrodisiis* intentus est, ei versùs *Genitalia* feruntur *Animales spiritus* & fortitèr è viribus IMAGINATIONIS, *Directricis* ab Anima. Hujusque rei *Historiæ* extant infinitæ, quarum (proximo *Capite*) paucas recensere liceat. Interea de hâc re nitidiore & optimè descriptâ

D. Harv.

sanè Doctrinam *Harveanam* consulamus (in *lib. Gen. Anim.* de *concept.*) *Namq; Fœmina* prolem *Genitori* tam similem procreat (inquit ille) *quàm* ARS *quæ in Cerebro est* εἶδος *sive* Species *operis futuri*, SIMILEM *in agendo profert*, *& in* materiâ *gignit. Sic enim* PICTOR *mediante conceptu* (vel imaginatione) FACIEM *exprimit; imitandoq; Internum Cerebri Conceptum in Actum producit. Ita quoq; Ædificator ex conceptu præhabito domum extruit. Idemq; paritèr in cæteris operibus, & artificiosis generationibus contingit. Adeò*

Explicatur hæc vis Imaginationis.

ut

ut quod Disciplina in Cerebro efficit nempè ARTEM; Analogum ejus coitus Maris in Utero præstet, nimirùm Artem Plasticam; *Unde Fœtus complures similes aut dissimiles ab eodem coitu procreantur. Si enim Generationes, primiq; conceptus Artificiales (qui naturalium duntaxat imitamenta sunt) hoc pacto fiunt à CEREBRO.* Sic paulò post. *Adeò ut ex organorum substantiâ & formâ, de eorundem usu atq; actionibus judicare facile sit; non minùs certè quam* Aristoteles *ex corporum animalium, eorumq; Partium conformatione, naturas eorum cognoscere nos docuit, &* Physiognomia *ex Faciei lineamentis & partibus (putà oculis, naso, fronte) de hominum ingeniis ac moribus hariolatur. Quicunq; secum animo pensitaverit, quomodo Cerebrum Artificis, aut Artifex virtute Cerebri res absentes quas jam non intuetur, sed quas olim viderit, ad amussim tamèn depingat; & quo pacto Aviculæ in Caveis enutritæ, Cantilenas quas æstate didicerint,* Vere *in mentem revocant & exactè canant. Et quod majus est quomodo Avicula nidum suum cujus exemplar nunquam viderit) artificiosè componat, idq; non ex memoriâ sed è phantasia vel imaginatione.* Sic ille. Porrò, propter *Analytices* gratiam, *Scytharum* historiam de spirituum *Animalium* eorumque proventûs (ad *Spermatosin*) interceptione, perpendamus; quoniam præsectis (ponè aures) eorum venis extemplò sterilescebant. Et *Avicenna* hoc fieri ex intercepto aditu, spiritui Animali statuit; unde semini quoque viæ præcludantur, (inquit ille.) Numnè punctis omnibus de hâc re verè philosophatur, hoc stadio non inquiramus, sed satis hoc nobis, quòd imaginationes & sensus à *Cerebro* GERMINI nonnihil confert, Avicenna.

fert, quoad ejus *plasticam*, *prolificamq;* *vim*, & quantò homines *imaginatione*, Sensuque *Brutis* sunt illustriores ac nobiliores, tantò sint acutiores eorum sensus in *Congressu*, & imaginationes in *Conceptu* cum Semine.



6. Ex Capitis obviâ Calvitie.

6. Præterquàm ex *Calvitie* (propter immodicam *Venerem*) supponatur; Quippe *Calvities* ex inopiâ succorum *partium* provenit, & ex *nimio coitu* fit horum succorum exhaustio. Nunc si Calvities ortum trahat ab immodicâ *Venere* & *Cupidine*, tunc materies ad *Venerem* defertur à *cerebro* & capite ad *Spermatosin*, quoniam abhinc exhauriuntur succi. Ideoque *Laurentius Aristotelem* citat rem probare, & antè Veneris usum neminem *calvescere*; imò & hæc Veterum *Sententia* satis expugnata fuit ab aculeis illius *exprobationis* olim sæpe repetitæ de *Cæsare IMP. Mæchum Calvum adducimus*, *ideoq;* (Cives!) *uxores vestras invigilate!* velut oculis *Argi*. Undè quam *Cupido* FILIUS tam *Calvities* FILIA *Veneris* existimetur.

Laurent.

7. Ex sterilitate Scytharum à triplici Causâ.

7. Ulteriùs hoc argumentetur ex *Hippoc.* ab *Scytharum* sterilitate, & à tribus Causis.

1. Partìm ex eorum *secatione* ponè aures.
2. Partìm ab eorum *Equitando* sine stapedibus, &
3. Partìm ab *Ischiadico* Dolore. Nunc ob primam Causam *materiei spermaticæ* Vasis *seminariis* proferendæ vias nonnullas esse præclusas Plurimi putârunt. Attamen *Iatrophilis* aliis, eorum sterilitatem statuere mallem ex *succi Nutritii* nimio dispendio, valdeque luxuriosè, vel vitiosè in arthriticos *dolores*, aliarumque partium morbosas puncturas, propter eorum æquitationem nimiam, necnon absque stapedibus, unde

Sper-

Spermatosis vel haud suppeditaretur, vel haud satis, vel haud sane, materieque GERMINI conveniente. Quamobrèm ex hâc sententiâ doctrinam *Hippocrat.* de hâc re deprehendimus (lib. περὶ γονῆς) è propriis verbis. Hibpoc.

Τῦτο δὲ πάσχουσι Σκυθέων οἱ πλέσιοι, ἐχ οἱ κάκιςοι, ἀλλ' οἱ ἐυγενέςατοι καὶ ἰσχὺν πλείςην κεκτημένοι διὰ τὴν ἱππασίην, οἱ δὲ Πονηλέοι ἧσσον, ἐ γὰρ ἱππάζονται. Quippè inter eos Generossissimi, ac Illustrissimi qui creberrimè equitabant, *sterilitate* hâc summoperè fuerant affecti, dum Pauperes & Famelici, qui vix aut rariùs equitabant, vix & rariùs erant grassati cæterorum morbis, aut tantâ sterilitate. Etenim ex hoc *Tripode* concludamus, *semen* partim ab imbecillitate partium, ab exhaustione spirituum, & à frigiditate, ineptitudineque *Pneumatosis* infœcundum fieret, simul & ab immodico Sanguinis *Fluxu* ex Venæsectione pone Aures, undè Cerebrum ipsum & *Pneumatosin* refrigerari plus debito, luculentèr appareat; Exinde sequitur Ὁκόταν ἄρχηται ἡ νῦσος ὄπισθεν τῦ ὠτὸς ἑκατέρην φλέβα τάμνυσιν, ὅταν δὲ ἀπορρυῇ τὸ αἷμα ὕπνος ὑπολαμβάνει ὑπὸ ἀσθενείας καὶ καθεύδυσιν· secant utrasque Venas pone aures & ex effusione nimiâ sanguinis imbecillantur.

8. Et à *Tabe Dorsali* ex congressu nimio *Aphrodisio* grassante, prout ex *Hippoc.* plurimis locis inveniamus lib. In *Epid.* & l. 2. de *Morb.* & *Intern. Affect.* & lib. de *Genitura*, & *lib. de Aere*, Aquis, *Locis*, &c. & appellatur νωτιᾶς ex absumptione *Medullæ* Spinæ, nervosarumque partium ex siccatione, quam optimè enucleavit à *Veneris* ludibriis. 8 A Tabe dorsali ex Hippoc. descriptâ.

Dorsalis enim *hæc Tabes* (inquit ille) *præcipuè Sponsos recentes & libidinosos corripit. Quod si ita* af-

affectum percunteris, asseret sibi videri ex superioribus partibus à Capite *veluti formicas in* Spinam *dimitti, quumq; urinam aut stercus reddit, semen genitale copiosum & liquidum ei prodit, neq; GERMEN fit.* Trifariamque occurrat hæc intemperies, scilicet ex nimiâ *Venere*, ex spirituum absumptione, & ex partium nervosarum exsiccatione vel rarefactione, omnibusque his modis *tabes hæc spinalis* ab immodicâ Venere fiat, forsan

Fabricius. & illa quæ *Gulielmo Fabricio* Cent. 1. obs. 45. commemoratur. Argumento datur hic morbus quoniam è Cerebro per Spinam ad Vasa genitalia proveniat materies seminalis. Et totum Corpus

Sennertus. (inquit *Sennertus* in l. 2. *Pract. Med.* P. 3. cap. 23. ex *Hippoc.*) ex hoc nimio Seminis profluvio contabescat, *Cerebrumq;* insigniter inficiatur, sic & *Spina medullæ*, quæ Cerebrum est tanquam

Bald. Ronseus. oblongatum. Porrò & *Bald. Ronsæus* Epist. 32. & tract. de *Scorb.* Epid. 4. de hac Veneris immoderatione agit. Unde *nervi* miserrimè defraudantur, spiritus *animales* exhauriuntur, ac profusè; Cerebrumque *Cerebellumq;* deprædantur & refrigerantur, Catarrheumata in defluxus forsan heluantur & in partes decumbunt, perperàm *Pneumatosis œconomia* tota grassetur ad extremum vitæ. Sed valeat ARG. quoad spiritus & succos seminales qui deferuntur à *Capite & Spinâ*.

9. Ex Analogiâ capitis Animalis cum Radice arboris.

9. Ex *Vegetabilium succis Spermatosi* seminique huic *analogis* satis evidentèr argumentetur. Quippe RADIX plantæ eandem proportionem & analogiam cum CAPITE Animali plane fert. Et *Radices* appellantur (inquit *Paracelsus*) quòd in iis Fructus dispensationis, maturitatis fœcunditas omnis & aptitudo propagandæ speciei,

speciei, hæc omnia contineantur in radice. Fructuumque durationes momentaneæ stabilitate radicum reparantur, & inde succi spiritusque proveliuntur, per totum truncum Arboris aut plantæ potissimumque per ἐντεριώνην & Medullam arboris (quam per *Spinam* hominis) longè lateq; versus summitatem ad SEMEN conficiendum. Unde cecinit Poeta,

—*tener omnibus humor.*

Quid planius eluceat? ab *Aristot.* l. 2. περὶ Οὐρανοῦ Κεφ. 2. & lib. 2. περὶ ψυχῆς Κεφ. 1. Ex his verbis Ὀργανα δὲ καὶ τὰ τῶν φυτῶν μέρη, ἀλλὰ παντελῶς ἁπλᾶ, οἷον τὸ φύλλον περικαρπίου σκέπασμα, τὸ δὲ περικάρπιον καρποῦ· αἱ δὲ ῥίζαι τῷ στόματι ἀνάλογον, ἄμφω γὰρ ἕλκει τὴν τροφήν; sic lib. περὶ Νεότητ. & γήρως capi. 1. Ἀνάλογον γάρ εἰσιν αἱ ῥίζαι &c. quum probat Plantam organis non carere, quia *Radices* sunt iis Instrumenta & *organa* concoquendi alimenti, proindeque (ex ope *Caloris duplicis* & spiritus) dispensandi materiem tam ad *conservandum Individuum* per nutritionem & accretionem, quam ad *speciem* conservandam ex ejus semine & fructu, per totum Corpus. Sic, lib. 1. de Gen. & Cor. περὶ Γεν. καὶ φθορ. Κεφ. 5. Δεῖ γὰρ σώζειν τῷ λόγῳ τὰ ὑπάρχοντα τῷ αὐξανομένῳ καὶ φθίνοντι, ταῦτα δὲ τρία ἐστίν, ὧν ἓν μὲν ἐστὶ, τὸ ὁτιοῦν μέρος μεῖζον γίγνεσθαι τοῦ αὐξανομένου μεγέθους, οἷον εἰ σάρξ τῆς σαρκός καὶ προσιόντος τινός. καὶ τρίτον σώζεσθαι τοῦ τὸ αὐξανομένου, καὶ ὑπομένοντος; ubi accretioni dantur tres conditiones tam quoad *partes* quam *totum*, & è nova materie *Radicibus* elaborata, quibus hyemali tempore succique spiri- Aristot.

 tusque

tusque reponuntur, ast *Verno tempore* cum Sole reduce resuscitantur, racemantur, dispensantur, elaborantur, & maturantur ad novum *Semen* ex Calore renovato, quippe de Vit. & Mort. c. 18. ἡ πρώτη μέθεξις οἷον τῷ θερμῷ τῆς θρεπτικῆς ψυχῆς inquit ille: Sic à pari ratione & analogia fit dispensatio materiei succique nutritii Animalis è *Capite* non solum ad conservandum *Individuum* per totam *Familiam Animalem* sed etiam speciem ad propagandam seu *semen* conficiendum.

10. Ex Influentiis spirituum è Cerebro celeriter emissis.

10. Ex *Influxibus* & irradiationibus *spirituum* è PNEUMATOSI non tantum *Reflexis* verum etiam *Directis* ad *Spermatosin* & Testibus. Imò veluti per Internuncios ob insignissimum Commercium inter *Caput*, & *Testes*, (ut præmonstravimus). Quippe nihil est clarius ex Animi *pathematibus*, quam spirituum horum pernicitas & influentia; & in *lætitia* sive tristitia *spiritus* hi seu nuncii protinus emittuntur ad COR quasi per lineam rectam; sed in *ira*, clade, liteque *directe* ad FEL & *Hepar* quasi per lineam; in *Invidia*, malitiaque virulenta ad LIENEM, sed in *Eroticis æstris* ex superbia grandescentibus tunc Spiritus è Cerebro velociter aguntur ad Testes, quasi κατ' ἰθὺν per lineam rectam, forsan & a situ magis accomodantur in itinere, *fulminis* ex instanti Coruscationisque instar. Nunc ab hac *irradiatione* pernicissima & *hormetica* SPERMATOSIS ipsa usque *ad* GERMEN maturetur, & vi plastica prolificâque fortius imbuatur, unde sententia *Avicennæ* de *Scytharum* sterilitate suffragatur à Plerisque. Quoniam absque horum *Influxuum* radiis & caloris animalis *influentiis*, SPERMATOSIS nuspiam sit Germinifera, nec aliter plus maturentur

rentur hic hominis *fructus* ad semen perfectum, quàm arboris fructus absque *radiis* solaribus. Atque explicatur apud *Arist.* Meteorol. lib. 4. c. 3. Ἐπεὶ δὲ ἡ πέψις τελείωσίς τις, τότε ἡ πέπανσις τελεία ἐστὶν, ὅταν τὰ ἐν τῷ περικαρπίῳ σπέρματα δύνηται ἀποτελεῖν τοιοῦτον, ἕτερον οἷον αὐτό· ἀλλ' ὀνομάζεται καθ' ἑκάστην τελείωσιν περὶ τὰ ἐξαρτώμενα ὑπὸ τῆς φυσικῆς θερμότητος καὶ ψυχρότητος, ἔστι δ' ἡ φυομένη καὶ φλέγματος καὶ τῶν τοιούτων πέπανσις, ἡ ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ θερμοῦ τοῦ ἐνόντος ὑγροῦ τῆς ψύξεως. ἐναντίον δὲ ὠμότης ἀπεψία τῆς ἐν τῷ περικαρπίῳ τροφῆς. αὕτη δ' ἐστὶν ἡ ἀόριστος ὑγρότης, διὸ ἢ πνευματώδης, ἢ ὑδατώδης, ἢ τὸ ἀμφοῖν ἐστιν ἡ ὠμότης. Ἐπεὶ δ' ἡ πέπανσις τελείωσίς ἐστί τις, ἡ ὠμότης ἀτέλεια ἔσται· γίγνεται δ' ἀτέλεια δι' ἔνδειαν τε φυσικῆς θερμ. καὶ ἀσυμμετρίαν πρὸς τὸ ὑγρὸν, τὸ πεπαινόμενον &c. ad Maturationem ac perfectionem Seminis in *Fructu*, ideoque Verbum τὸ περικάρπιον accipitur pro eo fructu duntaxat qui Semen ambit, & efficitur hoc ope solis suscitando calorem innatum, ac influendo succum, spissandoque spiritum περικαρπίῳ μὲν ἐν αὐτῷ πέπανσις inquit ille, & περὶ οὐρανοῦ lib. 2. c. 7. ἀνάγκη φερομένης σφαίρας ἐκθερμαίνεσθαι, καὶ ταύτῃ μάλιστα, ᾗ ὁ ἥλιος τετύχηκεν ἐνδεδεμένος· διὸ δὴ πλησιάζοντός τε αὐτοῦ καὶ ἀνίσχοντος, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ὄντος, γίγνεται ἡ θερμότης. Ex ignea vi solis, quam ex hoc Capite *Peripatetici* celebrârunt & è lib. 1. Meteor. rectius autem è motu, & lumine, vel irradiatione *solis* hi succi spissantur & maturantur ad Semen. Huic quoque subinnuit *Aristot.* lib. hoc 2. de *Cælo.* Quippe SOL (inquit) intra se radios tanquam spiritus subtilissimos producit, qui è *corpore Solis* emittuntur, unde lucem & CALOREM ad inferiora, eorumque vegetationem ac matu-

Aristot.

 rationem

rationem deferunt. Consimilique modo *Pneumatosis* (aut *Anima* abinde potius) emittat hos *Spiritus* animales, radiosque ad *Spermatosin*, quasi coruscationes ab astris & ἀστὴρ, ἀπὸ τῆς ἀστεροπῆς aut à *scintillando* fulgoreque nominatur. Forsan & quod *Ptolomeus* 1. *Quadrip. oper.* cap. 3. edidit in lucem, de innatâ stellarum *vi*, ex quâ diversi produntur effectus utpote, de vi *Lunæ* humectando, *Saturni* refrigerando, *Mercurii* ventos excitando &c. quodammodo sit ἀκόλουθον de variis humani Corporis *spiritibus* & principiis, eorumque qualitatibus, unde fiunt effectus varii & influentiæ diversimodæ. Dein & haud dubio *spirituum* Animalium influentiæ (quam *Solis*) sunt calidæ & humidæ plurimumque conferunt COCTIONI seminis, unde Πέψις ἡ γίνεται ὑπὸ τοῦ ἐν τῷ ΥΓΡΩ πυρός. *Arist.* Meteorol. l. 4. c. 3. Ex hâc quoque Causâ deprehendimus illum de *puritate* tenuitateque sanguinis qui immittitur à corde ad *Cerebri* ventriculos Lib. περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως cap. 3. circa finem. Ἐστὶ δὲ λεπτότατον μὲν αἷμα καὶ καθαρώτατον τὸ ἐν τῇ ΚΕΦΑΛΗ͂, παχύτατον δὲ καὶ θολερώτατον τὸ ἐν τοῖς κάτω μέρεσι. Παντὸς δὲ τοῦ αἵματος ἈΡΧΗ͂, ὥσπερ εἴρηται καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐν ἄλλοις ἡ ΚΑΡΔΙ´Α, dum ab eo nobiscum *principium* sanguinis efficiendi CORDI donatur. Denique ex absumptione nimiâ spirituum horum & influentiarum in *Spermatosin*, biolychnii flammula, oleumque avidè deprædetur, unde velocissimè viri dentur in præceps vel ad *Senectutem* vel ad *mortem*. Καὶ ΠΟΛΥ´ΣΠΕΡΜΑ γηράσκει ΤΑΧΥ´ dixit Arist. περὶ μακροβιότητος καὶ βραχυβιότητος cap. 2. Et illis qui inficias agunt de *Mater. spermat.* è Cerebro, spiritus hos corruscantes è Cere-

Ptolom.

Unde fiunt influentiæ tam fulgidæ & propriæ ad Spermat.

Arist.

Unde Senectus tam propere festinat.

Cerebro versus *Testes* & ad *Vasa seminaria* fatentur ex *Laur.* lib. 8. q. 4. Quinimò & IDEAM partium (suscitando *vim plasticam* ac dirigendo) ex his spiritibus *Influentibus* nonnulli statuêrunt (vide *Sennert. Instit.* lib. 1. c. 10.) Hucusque ad hoc argumentum satis deprehensum, arbitramur; quo *Capitis* metam imponamus, ut *Germinis* Efficiens vel ex QUO, ejusque *Formam* sive per QUAM nonnihil amplius exquiremus, proximoque *stadio* perveniamus.




CAP. VI.

1. *De* GERMINIS *Actualis Efficiente, vel Animatione* Seminis *&* (1. *NEG.*) *non prius ab* Anima. 2. *De* Germinis *Animatione, priore* (2. *POS.*) *ab insitis* spiritibus, *principiis &* Facultatibus. 3. *Anima non traducatur ex* Semine. 4. *Ratio* Formalis *per QUAM. Dein & de vi PROLIFICA Seminis.* 5. *De vi PLASTICA Germinis.* 6. *De vi NUTRITIVA utriusque tam Seminis ad* Individuum, *quàm* Germinis *ad* Speciem *& Embryonem.*

SECT. I.

De GERMINIS Efficiente; NEG. non ab Animâ *seu Psychogenesi.*



Actenus *Spermatosis* & Seminis *θεωρὴν* quoad ejus Materiem (aut ex QUIBUS) Vasa & Instrumenta in QUIBUS) Elaborationes omnes & per QUAM sive formam, Finemque (ad QUEM) collustrauimus; & Semen ab obloquiis tralatitiis ac objectionibus ex variis ratiociniis propugnavimus. Jamverò GERMINIS

MINIS (aut Seminis ἐν τῷ ΤΕΛΕΙΩ) (præcipueque, ut in *Vitro* vel ACTU) Caussam *Efficientem*, *Formalemque* aliquid amplius emedullare nobis adsit; & inprimis à QUO vel *Efficienti* disserere proposuimus. Quippè πᾶσα διδασκαλία, καὶ πᾶσα μάθησις διανοητικὴ γίνεται ἐκ ΠΡΟΫΠΑΡΧΟΥΣΗΣ γνώσεως.

Ast ferè primo gressu, *vah*! Quantâ Palæstrâ! hoc pensum *disceptandi* nobis, (ex improvisis) incumbit! imo non secus quam *Pelago* philosophiæ profundæ immenso videar immersurus; quum *Galenum* ipsum, *Aristotelem* cæterosque *Coryphæos* τῆς Σοφίας, καὶ τῆς Ἰατρικῆς ἐπιστήμης ΠΡΟΜΟΥΣ ex his *verticibus* ac latifundiis, ab aliis obnixe suppetias efflagitare (seipsosque extricare) audiamus. Et de hâc re *Galenus* eloquitur cum plenis faucibus ὁ τέχνη καὶ σοφία ΜΕΓΙΣΤΗ huic inest, ac fatetur *lib. de Fœtû Form. cap.* 6. τὴν τέχνην τοῦ κατασκευάσαντος ἡμᾶς εἰς τύχην ἄλογον satis propalare se nuspiam valere; nec crederet hoc opus conflari vel existere ἄνευ σοφωτάτου τε καὶ δυνατωτάτου δημιουργοῦ, postulatque impensè de omnibus *Philosophis*, si quid hujus *veri* mysteriique ex ratiociniis aut placitis & principiis investigarent (εἴ τι σοφὸν ἐνενόησεν) citra aleam Invidiæ secum communicarent. Et mox subjungit (inquit *Sennertus* in *Instit.* l. 1. c. 10. & de chymic. c. 9.) μηδ' ἄχρι δεῦρο δύνασθαι, μήτ' ἄλλου γνῶναι aliquid περὶ τοῦ διαπλάσαντος ἡμᾶς τεχνίτου invenire ἀλλ' ἄχει τοῦ παντὸς pervenire potuisse.

Philosophi Maximi hujus rei Rhapsodi-is & Profundis capti.

Galenus.

Quippe cum vidisset ἄκραν ἐν τῷ διαπλάττειν σοφίαν ἅμα καὶ δύναμιν non se credere posse τὴν ἐν τῷ σπέρματι ψυχὴν διαπλάττειν τὸ ΕΜΒΡΥΟΝ, οὐ μόνον οὐκ οὖσαν σοφὴν ἀλλ' ἀδύνατον καὶ παντάπασιν ἄλογον.

Aristot. Pariter & *Aristoteles*, lib. 2. de *Gen. Anim.* cap. 1. Et ἄλογον videtur (inquit ille) ἐξωθεν τι ποιεῖν ἕκαστον, ἢ τῶν σπλάγχνων, ἢ τῶν ἄλλων μορίων, κινεῖν τε γὰρ μὴ ἁπτόμενον, ἀδύνατον, καὶ μὴ κινοῦντος πάσχειν τι ὑπὸ τούτου. Qui de hâc re abstrusissimâ quasi stupore perculsi confusique fuerunt. Sic in lib. 1. de Animâ c. 1. in princip. τῶν καλῶν καὶ τιμίων τὴν εἴδησιν ὑπολαμβάνοντες, μᾶλλον δ' ἑτέραν ἑτέρας ἢ κατὰ ἀκρίβειαν ἢ τῷ βελτιόνων τε καὶ θαυμασιωτέρων εἶναι, δι' ἀμφότερα ταῦτα τὴν περὶ ψυχῆς ἱστορίαν εὐλόγως ἂν ἐν πρώτοις τιθείημεν. δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς ἀλήθειαν ἅπασαν ἡ γνῶσις αὐτῆς μεγάλα συμβάλλεσθαι μάλιστα δὲ πρὸς τὴν φύσιν. Πάντη δὲ πάντως ἐστὶ τῶν χαλεπωτάτων λαβεῖν τινα πίστιν περὶ αὐτῆς penitus est difficillimum, aliquem de eâ fidem sumere. Ejusque OPERATIONES in Embryonis *Formatione* adeò divinæ elucent ut Intellectum nostrum non minùs quam *Dii homines* superant. Attamen ex eorum perplexis ac ἀσυστάτοις figmentis Placitisque caveamus, ne nosmetipsos etiam de hac re ferè impervestigabili *candelam* nostram efflaremus, & ἀκριβείᾳ majori inter *opinionum* variarum atque contrariarum Patronos Celeberrimos, nostro tramite philosophandi magis αὐτολόγως intendemus adeo ut de *Efficiente GERMINIS*, tam negativè quam positivè ex illustrationis gratiâ agere moliamur.

Opiniones de Seminis animatione à Psychogenesi vel ab Animâ Plurimæ & Contrariæ. Inter Iatrophilorum & *Philosophorum* Proceres plurimi (Germinis aut) *Seminis animationem* statuêrunt ab Animâ ipsâ *Efficiente*; unde *Psychogenesin* vel Animam ipsam ex *traduce*, per *Parentum* congressum genialem procreari nervosè propugnant, attamen inter se haud consentiunt sed animosè distrahuntur in varias Sectas & Factiones. Dum Alii, *Animam* ex substantiâ spermatis traductam

ductam esse, Aliique è *Seminis* (sive *Germinis* potius) *energiâ* & Facultatibus (haud multum secus ac ignis proliciatur è *potentiâ Silicis*) Alique Semen *Animatum* esse Actu; Alii denique Corpus seminis à Parentum Corpore, & *Animam* ab eorum Animâ traduci (ut & una Candela ab alia accendatur) censuêrunt, imò per utriusque parentis Semen & Congressum Aphrodisium, tam ex animi quam Corporum unione provenire Corpus & Animam philosophantur, sed refutantur in *Timpler. Empsych.* l. 3. cap. 1. Timpler. prob. 1. & 2. &c.

Huic quoque Doctrinæ de *Psychogenesi* fusius atque nervosius impugnavit. Atqui nuper (inquit *Harvæus* nostras de *Gen. Anim.* Exerc. 48.) Harv. Daniel SENNERTUS *vir doctus & diligens Indagator Naturæ, pensitatis prius Multorum rationibus, tandem determinare aggressus est; nempè ANIMAM esse in Semine, eandemq; prorsus cum eâ quæ futuræ proli inest; adeo ut Animam Hominis RATIONALEM in ejus SEMINE præsentem esse, non vereatur asserere*, &c. Jam quoque Plurimi sunt hujus *Psychogeneseως Sennertianæ* Sectatores, nihilominus propter eos hæc doctrina *Sennerti* ne sit veracior aut sanior.

Nonnullique in *aliud Extremum* tam *Medici* quam alii *Christiani* præcipitari sunt procliviores, *Theologis* quibusdam, qui (nè prioribus erroribus & de *psychogenesi* profanis occurrerent, vel irretirentur) animam adeò duntaxàt inspiratam esse in *Embryonis* corpore priùs organizato & omnimodè comparato quam primâ creatione statuêrunt. 2. *Opiniones aliorum* Extremis *aliis occurrentium.*

Attamèn ineptias & errores *Stoicorum*, qui Animam

Animam è Substantiâ Dei ipsâ decerptam putabant, sanè defugiunt. Aliique necnon Artis nostræ candidati Doctissimi *Doctrinæ Harvaanæ* Vestigiis instant avidissimè, de ortu *Fœtus* à Deo tantùm ejus *Protoplastâ* Pancratore vel à quodam *Contagio*. de *Gen. Anim. Exerc.* 48. & quasi per ΜΙΆΣΜΑ ex oui *Historiâ*. *Posito hoc Fundamento* (dixit *Harvaus*) *Fœtum fieri per CONTAGIUM*; Semen *Maris* Fœminæque uterum ingredi, Fœtumque vel *aliquam partem* ejus ex isto semine conflari, (veluti falsitatis & erroris evidentissimi Dogma) planè redarguit; & Fœtum esse quoddam *ἐπιγέννημα semine* præstantius videtur è D. *Charlt*.

3. *Authorum* opinio in Medio de *Germinis* Animatione.

Dum vero navigant hi fluctibus inter rupes & arenas; dum & inter se tam animosè digladiantur; eorumque scopulos, petrellas & arenas avertemus, & in medio tramite *Portum* ad tutiorem ac prosperum velificemus. Dum GERMINIS *Animationem* priorem, necnon imperfectiorem *spiritibus ejus insitis*, principiisque, non *Essentiæ Animæ* debemus.

Animatio Duplex est D. Alphons. Caranz.

Dum verò sententiam nostram ratiociniis validis & apodictis astruamus, omnia Trutinæ Eruditissimorum lubentissimè subeamus. Ideoque Clar. D. *Alphonzo* à *Caranz*. de *Part. nat. & legit.* cap. 1. par. 2. in hanc rem, Seminis ANIMATIONEM duplicem statuimus.


1. *Rudior & imperfectior Animatio Fœtus à spiritibus.*

1. Inprimis aut PRÆLIMINIO, *Germinis* Actualis Animationem rudiorem & imperfectiorem celebramus. Unde Fœtus animatur ad nutritionem ac auctionem in *Vitâ Vegetali* vel *Plantæ*, ex principiis insitisque SPIRITIBUS ac succis ope *Caloris Influentis* ac *nutrientis*. Hâc enim Generatione vel Germinis animatione

matione *Cæsar* non ut DICTATOR sed ut BETA, Lactuca vel *planta* procreatur (inquit Jul. Scal. Exerc. 290.)

2. Deinceps sive Generationis POSTLIMINIO, Animationem Perfectam & omnimodè comparatam agnoscamus, & hæc fit ab ANIMA ipsâ cum Fœtus animatur ad Sensum & Intellectum vel ad *vitam* 1. *Animalem* & 2. *Rationalem*. Nunc ex hujus *Philosophiæ* inscitiâ, & distinctionis inter *Animationis* Actum priorem ac posteriorem, tam plurimæ fiunt inter *Medicos* & *Philosophos* logomachiæ de hâc re, imò & *amphibologiæ* perplexabiles ac nebulosæ, (necnon errores magni) velut ex pulveribus ad oculos feruntur, sed omnes (quantum liceat) hujus disceptationis *Palæstrâ* lubentiùs effugiamus. Ast imprimis hæc animatio (quasi præliminio) nuncupatur ΕΜΠΝΕΥΣΙΣ, sed altera (sive postliminio) ΕΜΨΥΧΩΣΙΣ.

2. Clarior & Perfectior ab Animâ.



Nunc hæc Ἐμπνευσις aut *Animatio prima* fit à Spiritibus *congenitis* & *Influentibus*, qui sunt quasi MEDIUM inter Animam & Corpus. Hæc *Animatio* deprehensa fuit satis apud *Averroim*, & constabit ex *Senn*. lib. 8. *Epit. Nat. Scient.* c. 1. de *Anim. Rat.* quâ Anima rationalis non protinùs GERMEN animat, ante præparationes ei debitas & congruentes. Nec hujus Germinis animationis est *Forma* INFORMANS sed Spiritus Animalis, & ei dat esse SPECIFICUM. Sed Anima dicitur Embryonis *Forma* (potiùs) ASSISTENS (quamlibet est hominis, aut vitæ rationalis & Animalis *Forma* INFORMANS,) tamen haud *Germinis*, Embryonis, aut vitæ *ejus vegetantis*, quippe Spiritus insitus & Animalis est ei Forma IN-

1. De Germinis animatione primâ vel Ἐμπνευσει. Averroes.

Forma Germinis Informans quid, & Assistens quid?

INFORMANS). *Nunc Forma* Germinis
ASSISTENS est Anima, quia rei jam con-
stitutæ & specificum esse habenti supervenit ac
adjungitur (uti mox enucleemus) ad ANIMA-
TIONEM πληρωτικὴν Actiones sensitivas,
rationales, atque longe nobiliores edendas. Proin
& a Latinis *Anima rationalis* appellatur Hominis
PARS ALTERA, sed Spiritus insitus & A-
nimalis GERMEN Influens non est *Pars Al-
tera*, sed una & eadem cum *Germine*, in ejus ani-
Jac. mationе. Præterquam de hâc re *Jac. Schenkius*
Schenk. optime exposuit, & ex hujus animandi gratiâ
non *Animam* sed Δύναμιν ΠΛΑΣΤΙΚΗΝ ex
his spiritibus SEMINI inesse deposuit. Nec
ab *Animâ* Fœtum prius informari existimabat,
Pythagor. *Pythagoras* attestante *Jul. Scalig.* Exerc. 307. 14.
sed a *spiritibus*, quibus Anima forsan (ut Instru-
mentis) utitur. Sed Ethnicorum vestigia resilia-
mus, quum S. *Scripturæ*, suæque philosophiæ tra-
miti luculentius instemus; ubi veritatem hanc
S. Paulus satis investigemus ex *Apostoli* ipsius verbis, qui
procul omni dubio, vere philosophandi principiis
erat Ἀρχὴ καὶ φῶς. Qui Constitutionem humanam
ex CORPORE, ex SPIRITU & ab A-
NIMA plane & distincte differebat. Totum
hoc integrum & Essentiale deposuit his verbis in
1 Thess. 5. 23. ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλο-
τελεῖς καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ ΠΝΕΥΜΑ, καὶ ἡ ΨΥ-
ΧΗ, καὶ τὸ ΣΩΜΑ. Sic Act. 17. & Totum
hominis in *Anima*, Corpore *Spirituq;* consistit,
ubi & de jure distinguatur ANIMA ab homi-
nis SPIRITU (unde fit animatio prima *Ger-
minis.*)

Hermes Quid clarius eluceat è Doctrinis *Veterum*? &
Trismeg. ex scriptis *Hermetis Trismegisti* lib. 2. *Poemand.*

&

& l. 4. *Clavis*, ubi Corpus humanum sanè philosophatur è Corpore, *Spiritu* & *Anima*, Et (inquit) *ANIMA hominis est in Spiritu, ut SPIRITUS in Corpore. Namq; impossibile est ANIMAM in terreno Corpore nudam ipsam seipsam stabilire; Anima ideò & IPSA divinum quid existens, tanquam Ministro utitur SPIRITU Spiritus regit Animal aut CORPUS*, &c. imò tamen planius ac plenius ad rem, si possibile fiat, *Hermetem Trism.* exaudiamus lib. 14. de *Animâ ad Ammonem.* Cujus verba sunt, *Hæc convenêrunt secundum harmoniæ rationem; calidum, frigidum, siccum, humidum, & ex HORUM conspiratione factus est SPIRITUS & SEMEN analogum emicanti* spiritui. *Hæc verò in MATRICEM cadens, non quiescit in SEMINE; non quiescens autem mutat SEMEN, Mutatum inde INCREMENTUM accipit & magnitudinem, ad Magnitudinem tunc IDOLUM* (aut Ideam) *attrahit Figura, & figuratur; super FIGURAM vectatur etiam FORMA, per quam & formatur id quod formatur. Cum enim SPIRITUS non haberet in UTERO vitalem motum, quod in utero est, numeris fovet & OBSTETRICATUR; & PROXIME* (non antè hanc præparationem à *spiritu* insito) *ANIMA existens appropriatur*, (& quomodo?) *IRREPIT enim ANIMA in SPIRITUM & tunc movet* Embryo vitaliter. Ita Fœtus in utero quoad Materiam est *CORPUS*, quoad ejus *Formam INFORMANTEM* est SPIRITUS (qui vitam vegetandi petit in Embryone) sed quoad ejus *Formam PERFICIENTEM* est *ANIMA rationalis* vitamque sensum, motum rationemque impetrat.

Nota.

Animatio prior explicatur ab Hermete Trism.

Quomodo Corpus, Spiritus *&* Anima *in Embryone.*

Hippoc. petrat. Hoc quoque sensu dictum illud *Hippocratis* legamus atque intelligamus viz. *SPIRITUS hos esse pabulum ANIMÆ*; perelegantèr etiam in lib. 1. de *Diatâ*, Sententiam nostram agnovit, his verbis Ἐσέρπει δὲ εἰς ἄνθρωπον ψυχὴ (vel ΕΜΨΥΧΟΝ) i. e. Animatum Semen (inquit *Laurent*. lib. 8. c. 2. *Anat*.) πυρὸς καὶ ὕδατος ξύγκρησιν ἔχουσα. IRREPIT in hominem Anima, Ignis & Aquæ emolumentis imbuta, nempe *perhumidum-calidum*; Etenim per IGNEM deprehendimus (apud *Laurent*.) *spiritum vitalem*, calidumque & per *AQUAM Humidum radicale*, vel ejus *Mercuriositatem* contemperantem atque fœcunditate *Germen* locupletantem, unde dicitur τὸ Σπέρμα ἔμψυχον. Ideoque Animal omne seminiferens, calidum & humidum debere esse, profatur *Arist*. περὶ ζώων γενέσεως lib. 2. c. 1. Τὸ γὰρ ΣΠΕΡΜΑΤΙΚΟΝ ζῶον ὅλον ΘΕΡΜΟΝ καὶ ὙΓΡΟΝ ἐστι. Porrò de hac re quoque planiùs ad metam, & ad mentem edocuit *Arist*. de

Arist. *Hist*. *Anim*. l. 7. Cujus verba sunt ἐν δὲ τῇ τοῦ σπέρματος ζωῶν πρῶτον μὲν πνεῦμα γίνεται ἐν αὐτοῖς δὲ ἡ ἕξις, ὅτι γίνεται ὑπὸ πνεύματος ὅσον γὰρ ἐμπνεῖται πρῶτον ἔνδον ζωτικῶς prius Animatur à SPIRITU, unde præparatur ad Generationem. Et inter alios innumeros *Coryphæos* de hac

Schrod. re qui recentissimè tralocuti sunt. D. *Schroderum* Chymiatron amplexamur, Et in *Epist*. *Ded*. dixit ille. Quare ut TRINUNUS est *Jehovah*, ita Naturam evidentissimè humanam TRINUNAM existere voluit.

1. *SPIRITUM quem INSITUM Vulgi vocant.*
2. *CORPUS quod est ejus subjectum.*
3. *Tunc & ANIMAM quæ velut ignis*

utrumq;

utrumq; illud actuat, animat; vitaliq; flammulâ perfundit. Quo SPIRITU fit animatio prior. Quinetiam quâ quoq; ratione Vegetabilia sunt Animalium *pabulum*, & Animalia sunt hominibus alimonia, eâ (sic hic spiritus animalis, (ex *Hip.* sensu) quoddam Pabulum ad ANIMAM ipsam, avidissimè grassantem in *Fœtûs* animatione longè perfectiori aut ultimâ. Sic & *Arist.* l. 4. Meteor. c. 9. Ἔστι δὲ ΠΝΕΥΜΑ φύσις συνεχὴς ἐπὶ μῆκος; & Περὶ Κόσμου c. 4. λέγεται δὲ καὶ ἑτέρως ΠΝΕΥΜΑ, ἥτε ἐν φυτοῖς καὶ ζώοις καὶ διὰ πάντων διήκουσα ἔμψυχός τε καὶ γόνιμος οὐσία. Ubi SPIRITUS dicitur ANIMATUS & substantia Germinifera, unde fiunt ad Animam recipiendam præparationes omnes & domicilium ex *Arist.* 2. l. de Gen. Anim. c. 1. ΤΟ ΣΠΕΡΜΑ τοιοῦτον, καὶ ἔχον κίνησιν καὶ ἀρχὴν τοιαύτην, ὥστε παυομένης τῆς κινήσεως γενέσθαι ἕκαστον τῶν μορίων καὶ ΕΜΨΥΧΟΝ. Imò & è *Galeni* comment. in *Aphor.* 63. l. 5. doctrinam nostram satis ἀποδεικτικῶς expromamus, quoniam *Semini miscetur & unitur* (inquit ille) *Substantia SPIRITALIS* unde *Semen* impregnatur. Adeò ut ratione sanâ concludamus, quòd priùs animatur à SPIRITIBUS congeneis (tam *insitis* quam *influentibus*) ad vitam plantarum quà *Corpus est ANIMATUM*; at posteriùs (& perfectius) animatur ab ANIMA ipsâ ad vitam sensitivam quà ANIMAL; & ad *intellectualem*, rationalemque quà HOMO.

Arist.

Galenus.

Conclusio de hac re ex Authoris opinione.

SECT.

SECT. II.

EXEGESIS hujus ANIMATIONIS prioris à SPIRITIBUS illustrior, per 20. *Theorem.*

ANALYSIS explicatioris gratiâ velut *Ariadnæo* filo nosmetipsos expedire ab hoc variarum *Opinionum* labyrintho, *Causam Efficientem* mox ultrà disquiramus. Interea tamen ex argumentis ac ratiociniis apodictis hanc GERMINIS Animationem priorem à Spiritibus *Germinis* insitis, connatis, ac Influentibus nervosius enodabimus. Ex quâ causâ *Theoremata* sequentia *viginti* proferamus ad trutinam, quibus & breviter agamus.

THEOR. I.

THEOR. I. Germen fit ex Animato semine

Sennert.

SEmen hoc prolificum, sive GERMEN Actuale ANIMATUM (ad prolem) in utero fit ex mutuo *Parentûm* congressu & utriusque Seminis commixtione, atque conceptione. ANIMATUM dico, quia nihil inanimatum ad *Corpus Animatum* procreandum valeat, Causæ principalis instar (ut argumentemur ex *Sennert*. l. 4. c. 6. de *Nat. Phil.* & *Instit.* lib. 1. cap. 10.) Sed Animatum (Corpus) ab Animato (Semine) ut à Causa principali proferatur.

THEOR.

THEOR. II.

Quicquid animatur, animatur ab ejus *Efficiente* vel à Quo Fœtus ortum primum trahit; adeò ut Efficiens, vel causa *Procreans*, vel *Conservans* existimetur.

Theor. 2. *E duplici Efficiente.* 1. *Procreante.* 2. *Conservante.*

1. Ut sit PROCREANS, rem inprimis efficit illam educendo á *non esse* ad *esse* vegetativè, & sic SPIRITUS est animationis *Efficiens*.

2. Ut CONSERVANS & *Coronans*, quum rem ad ulteriorem perfectionem efficiat, per Animationem consummantem, & sic Efficiens est ANIMA; quæ per continuam aggenerationem, *Embryoni* vitam sensitivam atque intellectualem fœliciter impertit.

THEOR. III.

Illud est *Efficiens primum* & *procreans* in quo Effecti ratio plurimùm aut potissimùm eluceat, sed in hoc spiritu (non *Animâ rationali*) effectu vitæ *vegetativæ*, & plantalis Fœtûs ratio potissimùm eluceat. Et sic apud Arist. περὶ ζωῆς καὶ θανάτου his verbis editur ἡ πρώτη μέθεξις σὺν τῷ θερμῷ τῆς θρεπτικῆς ψυχῆς ejus prima participatio est Animæ VEGETANTIS cum calore. Quapropter Argumentum claudamus è *Timpler*: *Emsych.* l. 3. c. 1. Probl. 35. *Omnis Species* (inquit ille) *participat Formam sui generis Homo autem est species tum Corporis ANIMATI, tum ANIMALIS. Nunc ut Animati, sic VEGETANS* (i. e. Spiritus *Germinis* insitus) *est forma specifica Corporis Animati* (aut Vegetantis & sic in Embryone) *sed ANIMA sensitiva quatenus*

Theor. 3. *Vitæ Vegetantis ratio, & participatio, ab* Efficiente *tali sive Vegetante.* Arist. Timpler.

tenus ANIMAL, *Nunc de quo affirmatur Formatum, de eo necesse est formam specificam* FORMATI *affirmari*, sed de SPIRITU Germinis insito, ejusque vi plasticâ affirmatur Formatum, & non de Anima rationali. Porrò cui insunt Facultates & operationes *Vitæ Vegetantis* ei necesse est inesse *animationem* ad ipsam vitam, sed GERMINI ejusque *Spiritibus insitis* & influentibus *insunt vegetandi* Facultates & operationes (nempè *nutritionis* & *accretionis*, & constabit in Plantis) nondum ab Animâ rationali.

THEOR. IV.

Theor. 4. *Germen animatur bifariàm* 1. *Ab* Efficienti. 2. A Formali.

GErmen animatur ad *Embryonem* bifariàm,

1. Ab Efficienti causâ vel à QUA.

2. Et insupèr à *Formali* vel per QUAM.

Nunc *Animatio* primo sensu fit per Animalem SPIRITUM, aut Spiritus innatos & adventitios; sed secundo sensu per *ANIMAM* ipsam rationalem, sic Anima est Forma substantialis (& perficiens) talis Corporis. Idcircò *Majorum*, Philosophorumq; Veterum placita de *Anima* (hâc duplici consideratione) deprehendimus.

1. Ut Germinis *Efficiens* pro SPIRITU.

2. Ut FORMA seu principium totius Compositi pro ANIMA ipsa; Et utroque modo *de eâ* agimus in hâc *Animatione* Fœtûs.

THEOR. V.

Theor. 5. Forma *quoque informans in spiritibus.*

ATtamèn hæc FORMA (quemadmodùm indigitavimus) est *Forma* vel Informans & *Plasmans*, vel *Perficiens* & Assistens. Nunc *informans* fit è *spiritibus* seminis insitis & adsitis, sed *Perficiens* ex *Animæ* propriâ Essentiâ. Et in materie

terie *Germinis* prolificâ, diversi Gradus Perfectionis expenduntur (è *Philosophiâ*) nimirum *vegetare*, vivere, sentire ac intelligere &c. semper autem secundus superveniens est *Priori* perfectior. Ideoque *Forma* quæ dat *Embryoni* primum gradum perfectionis aut *animationem priorem* est imperfectior, & quæ dat secundum gradum, aut ulteriorem *Animationem* est perfectior.

THEOR. VI.

NOdum ut ex ambagibus apertissimè solvamus; Totum ejus Compositum, ex triplici Ratione celebremus. **Theor. 6. Germen è triplici Ratione.**

1. Utpotè, Totum è *Scholis* appellatur QUANTITATIVUM, ita Fœtus formatur ad *extensionem* à Seminis succis & Materie.

2. Et ut Totum POTESTATIVUM sic animatur à *Germinis* principiis, *spiritibus* atque facultatibus.

3. Prout & *Totum ESSENTIALE* sic ad *ἀκμὴν* animatur ab *Animæ* essentiâ solâ, atque perficiatur in unum *Apotelesma*.

THEOR. VII.

ANimatio GERMINIS, comprobetur à Materie, *Formæ* adeptâ, & *Spermatosi* comparatâ; Quippè Forma non fit *ob materiam*, sed materia potius comparatur ob *formam*, & ex *Formâ* rationem suam accipere solebat, quare materia talis, aut talis sit, & non è converso. Sed Germen (absque SPIRITU) unde fit *prior animatio*, non est materies satis comparata ad recipiendam Animam. Quapropter ejus *Forma* **Theor. 7. Materia comparatur ad Formam.**

 in-

informans, aut quâ priùs animatur non est *Anima* sed Spiritus ejus Animalis & insitus; quia *Spiritui huic* priùs adaptatur hæc spermatica materies & *talis* est pro Formæ ratione. Nec Forma recipitur nisi definitâ propriâque materiâ *Zabar.* l. 2. de Prop. nec. *Picolh.* gr. 1. ph. mor. c. 31.

THEOR. VIII.

Theor. 8. *Definitio* Aristot. *de* Animâ *Doctrinæ huic optimè convenit.*

ARgumentemur ulteriùs à Peripateticà *Animæ* Definitione, quæ *Spiritui huic* Germinis adæquetur è lib. 2. *Arist.* περὶ ψυχῆς cap. 1. ψυχή ἐστιν ἐντελέχεια ἡ πρώτη σώματος φυσικοῦ ζωὴν ἔχοντος δυνάμει. Sed de *Animâ rationali* definitur incongruè, quoniam ἐντελέχεια ἡ πρώτη aut primus actus Corporis talis aut embryonis non est ab *Animâ rationali* sed è *Spiritu vegetali*, cujus actus primus est ut hoc Corpus organizatum nutriatur & augeatur in Vitâ Plantæ i. e. post ejus plasticam formationem. Ideoque sequitur ex *Arist.* Τοιοῦτον δὲ ὃ ἂν ᾖ ὀργανικόν. ὄργανα δὲ καὶ τὰ τῶν φυτῶν μέρη, ἀλλὰ παντελῶς ἁπλᾶ &c. Plantarum etiam sunt organa quibus compareretur ejus Animatio, & in Cap. 3. Ἄνευ μὲν γὰρ τοῦ θρεπτικοῦ τὸ αἰσθητικὸν οὐκ ἔστι, τοῦ δ' αἰσθητικοῦ χωρίζεται τὸ θρεπτικὸν ἐν τοῖς φυτοῖς.

Arist.



Etenim profectò citra nutritionem non erit sensitivum, & à sensitivo nutritivum separetur in *Vegetabilibus*; paritèr & in *Embryonis* animatione priori separetur *nutritivum* à Sensitivo. Necnon in l. 2. de Animâ c. 2. cum multis aliis Θρεπτικὸν (inquit) δὲ λέγομεν τὸ τοιοῦτον μόριον τῆς ψυχῆς, ΟΥ καὶ τὰ ΦΥΤΑ μετέχει. & quid nobis explicatius inserviat? Nutritivum id dicimus & ejusmodi partem animæ, cujus & Plantæ participes sunt, sed

plantæ

plantæ de *Anima rationali* non sunt participes, solummodò de *Animâ* i. e. *SPIRITU vegetali*; & Embryonis ab *animatione* hâc priori. Vita est tantùm vegetalis in nutritione, vegetatione atque concretione. Sic apud *Hippoc.* l. 1. de Diætâ. Hippoc.
Διακρίνεται δὲ τὰ μέλεα ἅμα πάντα καὶ αὔξεται, καὶ οὔτε πρότερον οὐδὲν ἑτέρου ἑτέρου, οὔθ' ὕστερον &c. Fœtus *omnia membra discernuntur aut AUGENTUR* (i. e. ab *Animatione* hâc priori, sive vegetante) *simul*.

2. Insupèr & si Anima sit ἐντελέχεια vel Actus Corporis organici physici τοῦ σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ ex *Arist.* tunc Corpus organicum aut organizatum esse debet priusquam ei insit Anima aut ejus Actus, sed absque *animatione* nostrâ nuspiàm organizaretur, aut comparetur ad Animæ residentiam. Quippè non dixit *Animam esse Corporis* duntaxàt *Actum*, sed Corporis naturalis *Organici*. Nunc Actus posterior vocatur Actus respectu prioris; ut lumen appellatur actus *Corporis lucidi* respectu, & calor *calidi*; sic Anima dicitur Actus Corporis Organici, sive respectu Corporis priùs organizati & animati, καὶ διωρίζει τὸ ἔμψυχον τοῦ ἀψύχου τῷ ζῆν (inquit ille). 2. *Anima non sit nisi in organico Corpore pro eâ comparato.*

THEOR. IX.

EX Concessis & *ordine GENERANDI* luculentèr appareat. Quamvis enim *ordine Naturæ ANIMA* prior est, tamèn ordine Generationis est SPIRITUS unde priùs animatur *Fœtus* ad vitam plantæ & ad Corpus animatum hoc ordine; licèt enim superior Facultas animandi ab *Inferiore* præsupponatur, inferior tamen absque superiore possit *esse* vel *animare*. Theor. 9. *Ordine Generandi Spiritus est prior Animâ.*

Sic *Vegetans* in Plantis est & animat absque *Sentiente*, in *Brutis* Vegetans ac sentiens absque *rationali*. Et *Arist.* ipse de *Gen. Anim.* l. 2. c. 1. Generationem (dixit) esse *primam Animæ VEGETANTIS* (*cum calore*) *participationem* (i. e.) *Germinis* hoc spiritu vegetante) unde nutritur καὶ αὐξάνεται, μὴ μετέχον ζωῆς, τὸ ἔμψυχον ἂν εἴη σῶμα, τὸ τρεφόμενον, ὥστε δὲ τροφὴ πρὸς ἔμψυχόν ἐστι· & nihil *alitur* quod non saltèm est *vitæ vegetantis* particeps, & id quod alitur est Corpus *Animatum*, quatenus *animatum* &c. *Arist.* de *Anim.* l. 2. c. 4. Quapropter Embryo est *Corpus Animatum* quamvis adhuc non *Animal*; ex *Spiritibus* ejus insitis & influentibus, seu vitâ vegetante.

THEOR. X.

Theor 10 SPIRITUS *distinguitur ab Animâ è diversis rationibus.*

INsupèr ut hi *Spiritus* distinguantur ab *Animâ*, sic eorum Facultates perfectiores sint à *Principio Finali* (nempè rationali), sed imperfectiores & Vegetativæ à *Principio Susceptivo*, atque exagitantur. Ἔτι δὲ τῆ δυνάμει ὄντος λόγος ἡ ἐντελέχεια Actus enim est ratio eorum Potestatis. Sicubi è philosophiæ principiis, rationes hujus distinctionis *spirituum* ab *Animâ* sunt hæ.

1. 1. Nulla forma substantialis est principium immediatum actionis suæ, & Anima est Forma *substantialis*, ideoque ex *Arist.* de *Animâ* l. 2. c. 7. § ὡς ἀναγκαῖον τι εἶναι μεταξὺ κενὸν δὲ γινόμενον οὐχ ὅτι ἀκριβῶς, ἀλλ' ὅλως οὐδὲν ὀφθήσεται) Spiritus hi *Germinis* ab *intermedio* sunt præneceſſarii qui si non exquisitè operentur, frustrà fiunt omnia de Semine, sed absque *animatione* non exquisitè agitantur.

2. Mi-

2. Manente *animâ* quandoque spiritus hi & eorum potentiæ possint amitti, ideoque realitèr ab animâ distinguantur. 2.

3. Si non distinguantur ab *Animâ*, tunc omnes manerent in animâ quum separatur. Sed nec vegetans, sentiens, nec nutriens manebit in *Animâ* quum separatur à Corpore, de hâc re *Ægid. Annot.* in *Arist.* de Anim. l. 2. c. 2. q. 1. uberrimè consulamus. 3. Ægid. Aristot.

4. Et ex *Finis* gratiâ distinguantur, quippè secundum variam organisationem *Corporis* Spiritus hi disponuntur, sed *anima* rationalis ad ejus *sensationem*, vitam & intellectum. Imò & hujus *Embryonis* plasmatis atque prioris animationis anima est *Finis* non Efficiens *Arist.* de Anim. l. 2. c. 4. ὡς καὶ οὗ ἕνεκα αἰτία ἡ ψυχή. 4.

5. Denique realitèr distinguantur, ex *objectorum* & *subjecti* distinctione; namque subjectum prioris animationis est Semen comparatum ad *Germen*, sed posterioris est Embryo *organisatus*, sive *Corpus Organicum* è *Cajetan.* 1. Part. Q. 77. Art. 3. & *Arist.* de Anim. l. 2. c. 2. Διὸ καὶ (inquit) τὰ φυόμενα πάντα δοκεῖ ζῆν· φαίνεται γὰρ ἐν αὐτοῖς ἔχοντα δύναμιν καὶ ἀρχὴν τοιαύτην, δι' ἧς αὔξησίν τε καὶ φθίσιν λαμβάνουσι. 5. Arist.

Et omnia videntur in se vim ac principium tale habere secundum quod auctionem ac diminutionem accipiunt, unde auctio ac diminutio Fœtûs (quoad ejus *animationem primam*) non ab *Animâ rationali* sed à *Spiritu vegetante* proveniunt. Ideoq; sequitur χωρίζεσθαι δὲ τοῦτο μὲν τῶν ἄλλων δυνατὸν, τὰ δὲ ἄλλα τούτου, ἀδύνατον, ἐν τοῖς θνητοῖς, φανερὸν δὲ ἐπὶ τῶν φυομένων, οὐδεμία γὰρ αὐτοῖς ὑπάρχει δύναμις ἄλλη ψυχῆς. Vegetativa ab aliis facultatibus animæ separari possit.

THEOR. XI.

Theor. 11. *Ex differentia Animationis ab* Ente Entitivo *& ab* Ente Formali.

PRopterea, quousque *Ens Entitivum* differt ab *Ente Formali*, eousque *unius animatio* differt ab *alterius*, Nunc quoad *Ens Entitivum* Germen est Corpus *animatum* à SPIRITIBUS, apud *Arist.* de *An.* l. 2. cap. 1. Ἔστι δὲ οὐ τὸ ἀποβεβληκὸς τὴν ψυχὴν τὸ δυνάμει ὂν ὥστε ζῆν, ἀλλὰ τὸ ἔχον, τὸ δὲ ΣΠΕΡΜΑ καὶ ὁ καρπὸς τὸ δυνάμει τοιονδὶ σῶμα sic (inquit ille) SEMEN (inter Animalia) ita *Fructus* (inter Vegetalia) est Corpus tale, vel *animatum*. Quod explicatur à *Julio Pachio* verbis his. *Tale autem Corpus SEMEN, quod nondum habet ANIMAM, & FRUCTUS appellatione significantur Vegetabilium Semina SPERMATIS autèm seu seminis appellatione intelligit* Aristoteles *Semen Animalium*. Ideoque *Semen* ut *Ens Entitivum* animatur hàc vitâ *vegetali* quum nondum habet *Animam*. Ast quoad *Ens hominis formale sic animatur ab* Animâ ipsâ, unde dicitur ἡ ψυχὴ τοῦτο ᾧ ζῶμεν καὶ αἰσθανόμεθα, καὶ διανοούμεθα πρώτως ὥστε λόγος τις ἂν εἴη δὲ εἶδος ἀλλ' οὐχ ὡς ὕλη καὶ τὸ ὑποκείμενον. Τριχῶς γὰρ λεγομένης τῆς οὐσίας καθάπερ εἴπομεν ὧν τὸ μὲν ΕἿΔΟΣ, τὸ δὲ ὕλη, τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν. Τούτων δ' ἡ μὲν ὕλη δύναμις, τὸ δὲ εἶδος ἘΝΤΕΛΈΧΕΙΑ, ἐπεὶ δὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἔμψυχον. Anima quâ *vivimus, sentimus, & intelligimus*; Sed hæc Animæ descriptio *Enti formali* sivè Formæ hominis substantiali & *Animationi* posteriori debetur; quâ vivimus, *sentimus & intelligimus*, non *Animationi* priori quâ solùm vegetamus. Ideoque Semen sumitur trifariam.

Jul. Pac.

Arist. t.

1. Quoad ejus *Formam* (sic ab Animâ).

2. Quoad

2. Quoad ejus *Materiam* (sic à *succis* hylæis.)

3. Quoad ejus Compositum ex utrisque (sic à *Spiritibus* nostris) unde vocatur Ἔμψυχον aut *Animatum.* Et hæc est animatio prior vel imperfectior.

THEOR. XII.

HÆc prior ANIMATIO fit tàm *spiritibus Miscendo* quàm *Corpus INFLUENDO*, sed *Animatio* Fœtûs perfectior non fit ab Animâ ipsâ MISCENDO. Sic è lib. 3. de *Animâ* c. 6. à *Peripateticis* Anima rationalis appellatur καὶ ἈΜΙΓΗΣ, καὶ ἀπαθὴς, τῇ οὐσίᾳ ὢν ἐνέργεια IMMISTA tam ex *objectis* suis, quam *organis*. Nec in agendo prorsus ullâ ratione misceatur vel Corpori vel organis, sed animales spiritus misceantur partibus Corporis *animando* earum ad *Vegetationem*, nutritionem atque accretionem.

Theor. 12. Animatio prior fit miscendo, sed ab Anima non fit miscendo.

THEOR. XIII.

HÆc prior ANIMATIO non est immaterialis, atqui Seminis in materie, ex suis spiritibus, succis & *virtutibus* mediantibus promovetur; Animatio ipsius Animæ est immaterialis, nec operatur virtute qualitatum Corporearum medio sed *spirituum* potentiarum aut δυναμέων. Et eleganter explicatur apud *Arist.* de An. l. 2. c. 6. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων διασαφῆσαι χαιρὸς ἔχοι τ' ἂν καὶ εἰσαῦθις νῦν δὲ διωρίσθω τοσοῦτον, ὅτι οὐχ ἁπλοῦ ὄντος τοῦ δυνάμει λεγομένου ἀλλὰ τοῦ μὲν ὥσπερ ἂν εἴποιμεν τὸν παῖδα δύνασθαι στρατηγεῖν. Τοῦ δὲ ὡς τὸν ἐν ἡλικίᾳ ὄντα; quum de his agitur, quia id quod

Theor. 13. Actiones Animæ sunt immaterialiores quam spirituum. Aristot.

quod dicitur Potestate, non simplex fit, sed ab *Arist.* deprehenditur duplex Potentia, nempè

1. REMOTIOR, qualis est (inquit) Puer ad ducendum exercitum, & hoc sensu fit animatio prior à potentiâ *Germinis*, adeò ut Πᾶν δυνατὸν ἀτελὲς 3. physf. c. 2. t. 15. fit imperfectior *animatio*.

2. PROXIMIOR, qualis est in *viro Forti* & omnimode comparato ad ducendum exercitum (inquit ille) & hæc Animatio perfectior atque ex potentiis Animæ proximis ac facultatibus editur. Quamobrèm *Hier. Zanchius* l. 2. c. 8. de Immort. Anim. concludit ab *Arist.* l. 2. de *Gen. Anim.* c. 3. Seminis hâc animatione primâ Animam Vegetativam & sensitivam in semine esse non tam actu quam δυνάμει nempè SPIRITU Germinis & facultate vegetandi. Et hæ seminis actiones (inquit ille) Vegetativæ sunt corporales & in Corporeâ materie seminis, sed Actiones *animæ* sunt puriores & non Corporales. Ideoque quantò Actus est immaterialior, tantò nobilior & magis ab *Animâ ipsâ*, sed quantò materialior, tantò imperfectior & magis à SPIRITU Germinis insito ac influente. SPIRITUS hic est Ἀρχὴ principium Mediatum ejus Animationis imperfectivæ & transeuntis, sed *Anima* ipsa principium immediatum est, aut Ἀρχὴ *Animationis Perfectivæ & immanentis.*

Zanch.

THEOR. XIV.

QUod non ab imperio vel ope Rationis perfungitur, non operatur ab *Anima rationali*; (vel *sensationis* non fit ab *Animâ sentiente*;) Sed hæc prior Animatio Fœtûs aut *Germinis* Utero, non ex

Hæc animatio nec fit ex imperio Rationis nec Sensationis.

ex imperio *Rationis* aut sensûs Functionem obit; Quippè SPIRITUS aut Animæ *vegetativæ* est Actus & non sentientis aut rationalis. Quid clariùs effulgeat ex verbis *Arist.* de *Anim.* l. 2. c. 4. de *Facult. Vegetat.* Ὥστε πρῶτον περὶ τροφῆς καὶ γεννήσεως λεκτέον, ἡ γὰρ θρεπτικὴ ψυχὴ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει, καὶ πρώτη καὶ κοινοτάτη δύναμίς ἐστι· ἧς ἐστιν ἔργα γεννῆσαι καὶ τροφῇ χρήσασθαι. Ita paulò post Ἐπεὶ δ' ἡ αὐτὴ δύναμις τῆς ψυχῆς θρεπτικὴ καὶ γεννητικὴ quoniâm eadem Facultas est nutritiva & generativa, ideoque ab eodem Spiritu *vegetante* sive Facultate, unde Fœtus procreatur, etiam animatur. Aristot.

THEOR. XV.

ANimatur ex SPIRITIBUS qui differunt in se per *magis & minus*, sed ANIMA non differt in se per magis & minus; simul & semel adsit aut absit & non per gradualem accessionem. Quippè è principiis philosophandi Formæ accidentales intenduntur & remittuntur in *concreto*, sive secundum materiam seminalem, sed non in abstracto secundum *Speciem* & Essentiam. Elegantiùs etiàm de hâc re ab *Arist.* lib. 2. de *Anim.* c. 3. perpendamus, ubi Anima per *prius & posterius* quoad ejus Facultates explicatur à figura quadratâ quæ potestate contineat plurimos triangulos. Παραπλησίως δ' ἔχει τῷ περὶ τῶν σχημάτων καὶ τὰ περὶ τὴν ψυχήν· ἀεὶ γὰρ ἐν τῷ ἐφεξῆς ὑπάρχει δυνάμει τὸ πρότερον, ἐπί τε τῶν σχημάτων, καὶ τῶν Ἐμψύχων. οἷον ἐν τετραγώνῳ μὲν τρίγωνον. ἐν αἰσθητικῷ δὲ τὸ θρεπτικόν· ὥστε καθ' ἕκαστον ζητητέον τίς ἙΚΑΣΤΟΥ ψυχή· οἷον τίς ΦΥΤΟΥ καὶ ἈΝΘΡΩΠΟΥ ἢ ΘΗΡΙΟΥ· ita rationalis Anima

Theor. 15. Animatur ex spiritibus per magis & minus sed non ab anima.

Aristot.

ma comprehendit sensitivam & vegetativam. Nihilominùs *Vegetativa* separetur (inquit ille) à *sensitivâ* & rationali Ἄνευ μὲν γὰρ τοῦ θρεπτικοῦ τὸ αἰσθητικὸν οὐκ ἔστι τοῦ δ' αἰσθητικοῦ χωρίζεται τὸ θρεπτικὸν ἐν τοῖς φυτοῖς. Unde quærendum sit (inquit) *quæ sit ANIMA* (dein & ANIMATIO) *cujusque* nempè quæ *Plantæ*, quæ *Bestiæ*, quæ *Hominis*. Nunc Anima ipsa non intenditur & remittitur, sed Facultates & spiritus unde fit prior Animatio.

THEOR. XVI.

Theor. 16. *Animantur ab iis qui destruantur in animato Corpore.*

ANimatio prima conficitur ab iis, qui corrumpi possunt in animato Corpore atque destrui; sed SPIRITUS hi *Germinis* (non Anima) possunt corrumpi, necnon obrui Corpore *Animato*, quippè non maneant in *Animâ separatâ* velùt in Subjecto, sed moriantur in Corpore ut in eorum *Subjecto*. Quinimò tametsi sunt Entia absoluta à *Subjecto* & à *Termino*, tamen haud sunt absoluta à *Causâ*. Porro nec Potestas nec spiritus semper est in *Actu*, quia non appetit *Infinitum*, sed Anima appetit INFINITUM.

Conimbr. Sic è *Coll. Conimbr.* 1. cap. 4- Q. 1. Art. 2. imò & *Aptitudinem* non sempèr in Actum produci necessum sit, (inquit *Scal.*) Sed quare heic commoror? quum nihil è sacerrimis *Scripturis* clarius effulgescat, quam hujus *Spiritûs* corruptibilitas, Etenim omne quod est genitum est obnoxium Corruptioni è Psal. 49.12. Eccles. 3. 19, 21. hæc optimè calleamus ex his καὶ γε αὐτοῖς Συνάντημα υἱῶν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ Συνάντημα τοῦ κτήνους, Συνάντημα ἓν αὐτοῖς ὡς ὁ θάνατος τούτου, οὕτως καὶ ὁ θάνατος τούτου καὶ Πνεῦμα ἐν τοῖς ΠΑ͂ΣΙΝ;

unus

unus est Interitus *hominibus* & *Jumentis*, necnon æqua UTRIUSq; Conditio nempè quoad hos Spiritus vegetantes & eorum omnium SEMEN animantes. Sic ex *Interpretatione Syriacâ* ܘܪܘܚܐ ܚܕܐ ܠܟܠܗܘܢ idemque SPIRITUS omnibus inest, ast non eadem *Anima*. Hebræis כמות זה כן מות זה ורוח אחד לכל *lacol* vel omnibus hic SPIRITUS unus hospitatur, ob quem similiter his & illis incumbat mors ὅτι πάντα ματαιότης sive CORRUPTIONI subjacent hoc sensu consimilitèr καὶ τὰ πάντα εἰς ΤΟ'ΠΟΝ 'ΕΝΑ τὰ παντα ἐγένετο ἀπὸ τοῦ χοὸς καὶ τὰ παντα ἐπὶ στρέφει εἰς τὸν χοῦν omnia nempè tam Hominibus quam aliis Animalibus ex pulvere (semine) & ad pulverem. i. e. Inquantùm ut Conditionem SPERMATOSIS in omnibus consideret (& ejus animationem ab hoc SPIRITU) inter homines & brutas sit aptitudo *Corruptioni* consimilis. Sed hominis ANIMA est *immortalis* (uti proximâ *Sectione* perquiramus) & nec corrumpitur nec destruitur SEPARATA. Quapropter hæc Animatio GERMINIS non fiat ab *Animâ* sed à SPIRITU Hominis, qui Corruptioni subjicitur, undè fit corruptibilis utpotè SPIRITUS aliorum Animalium. Attamen quò melior aut perfectior est *Humidi cum calido* Commixtio, aut quò mercurialior, & magis *homogenea*, eò diuturnior & nobilior est ejus vita.

THEOR. XVII.

Theor. 17. à Non-identitate SPIRITUS cum Anima.

PRæterea constabit à *non-identitate* inter πνεῦμα τῦ ἀνθρώπυ & ejus ψυχὴν, sic ab Hebræis inter רוח *Ruach* & נפש *Nephesh* aut *Spiritum* hominis & ejus *Animam*. Quippe SPIRITUS hominis est in aliâ specie, eandemque identitatem cum *Animâ* rationali non obtineat, attamen cum Animâ brutali (uti prius eliminavimus) dum *SPIRITUS* seminis *insiti* sunt mortales, mixti, materiales atque corruptibiles, sed anima nusquam sit mixta, mortalis, materialis aut corruptibilis. Et hoc sensu deprehenduntur hæc verba *Aristot.* de *Animâ*. Περὶ δὲ τῦ νῦ, καὶ τῆς θεωρητικῆς δυνάμεως ὐδέπω φανερὸν, ἀλλ' ἔοικε ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι, καὶ τῦτο μόνον ἐνδέχεται χωρίζεσθαι καθάπερ τὸ ἀΐδιον τῦ φθαρτῦ. Quippe hunc esse ἕτερον τῆς ψυχῆς γένος agnoscimus, uti *Spiritus* in semine Plantalium rerum & Animalium. *SPIRITUS* hic à potentiâ materiei seminalis pendet, sed *Anima* nihil pendet à potentiâ materiei corporeæ. Proinde *Spiritus* hic *Germinis* & *Hominis* per indispositionem *Materiæ* tollatur, & obruatur, dum *Anima* non sit subdita tali *Indispositioni*. Quum Spiritus nostri (& ab iis animatio) inhibeantur, tunc talis *desitio* non ANIMÆ hominis conveniat.

Aristot.

THEOR. XVIII.

Theor. 18. *Non animatur prius* Actu *sed* Potentia.

SEmen non priùs animatur ACTU sed POTENTIA, & ideò non ab *Anima* sed à *Spiritu*. Quippè ab *Animâ* Forma est perfecta, & *Forma* perfecta est intùs in ACTU

TU τὴν κίνησιν ταύτην ποιεῖ philosophatur *Arist.* Sic Animal est *Animal ACTU*, per Formam in *Actu*; Ast Germen ab *Animatione priori* non est Animal *Actu* per Formam in Actu, igitur Animal per *Potentiam* dicitur ex hâc animatione. Et ob eam Causam concludit *Hier. Zanch.* l. 2. c. 8. de *Immort. Anim.* ex his verbis. *Animam vegetativam & sensitivam in SEMINE esse non Actu sed Δυνάμει, Etsi verè ANIMA νοητικὴ non est in Semine ullo modo; tamen in Fœtu concepto inest τῇ Δυνάμει, unde Fœtus primò vivit ut* Planta, dein *& ut* Animal, *demùm ut HOMO; Et anteà erat ἐν τῇ δυνάμει Homo*; sic ille. SEMEN à *Peripateticis* est velut Artifex qui formam habet in suâ *potestate* inquit *Jul. Scal.* Exerc. 6. §. 7. Sed ut *Forma* per prius est *informans* imperfecte, sic & *Animatio* per POTENTIAM. Potentia tamen est duplex.

Zanch.

Jul. Scal.

1. *GENERICA* & ità fit à *Spiritu* per quam Fœtus animatur ad aptitudinem *Animalis*, tamen hæc animatio congruat apprimè ad *vitam Vegetalem*.

animatur à Potentia Generica; *nondum* specifica.

2. *SPECIFICA*, quæ fit ab *Animâ* ipsâ, per quam animatur *Embryo* ad Animal in *actu*. Quippè illo tempore Seminis illius *Anima* nihil aliud habet agere, quam vivificare materiam illam seminalem quod & facit (inquit *Jul. Scal. Exer.* 6. §. 9.) Unde *Fœtus* essentialiter definiatur & discriminetur à *Plantâ*.

THEOR.

THEOR. XIX.

Theor. 19. *Animatur à Spiritu particulis principiisque Geminiferis nidulante.*

ANimatur inprimis à *SPIRITU*, qui particulis ac principiis seminalibus inest, sed *Anima* ipsa vel *Essentia* non illis particulis hospitatur nec inest, tantum *Spiritus* sibi ipsi congener; adeò ut ex *animatione hâc* priori procreentur animalia diversa, ex particulis & spiritibus eorum specificis (uti *Clar.* mihi *Praeceptor* D. *Regius* edidit in *Nat. Phil.* l. 4. c. 14. & vivâ voce) unde diversa animalia ducunt ortum. Et *in diversis animalium generibus* (inquit D. D. *REGIUS*) *figurantur illae seminales particulae, propter eorum Corporis diversam dispositionem DIVERSIMODE; ac idcircò aliud ex HUJUS aliud ex ISTIUS Semine producitur Animal.* Itidem ex hâc lege communi *Naturae* sanè deprompsimus ab *Arist.* l. 2. de Anim., c. 4. φυσικώτατον τῶν ἐν τοῖς ζῶσιν ἔργον, ὅσα τέλεια καὶ μὴ πηρώματα, ἢ τὴν γένεσιν αὐτόματον ἔχει, τὸ ποιῆσαι ἕτερον οἷον αὐτὸ· ζῶον μὲν ζῶον, φυτὸν δὲ φυτὸν &c. *Animal* animal, *Plantam* Plantam, & simile simile generare, maxime esse naturale.

D.D. Reg.

Arist.

Naturae sequitur SEMINA quisque suae

Etenim ex his diversimodis principiis, succis, spiritibus & particulis figurantur adaequate ac diversimode animalia, unde & animatur (per virtutem hanc) & disponitur ad *Formae hujus* vel *illius* susceptionem. Nimirùm ex omnium Spiritu, De Spiritus virtute *Trismegistus* ipse haec eloquia divina protulit in lib. 2. *Asclep. SPIRITUS* (inquit) *implet omnia, mundus nutrit Corpora*

Hermes Trismeg.

pora, sed Spiritus animat, *Spiritu ministrantur & vegetantur omnia.* Imò proprietates signaturæ & potestates *animandi* huic SPIRITUI præstituuntur, & sic à *Marsilio FICINO* scimus (inquit) omnia viventia *tam vegetabilia quam animalia per quendam SPIRITUM huic similem vivere atq; generare, & quod maximè spirituale est VELOCISSIME generare.* Marsil. Ficinus.

THEOR. XX.

DEnique non priùs animatur ab *Animâ* sed potius ob ANIMAM imò ad ejus domicilium inibi constituendum animatur & comparatur ab hoc SPIRITU. Quippè Medium est solum inter *Corpus* & *Animam* & haud ineptè dicitur VINCULUM unionis inter Animam & Corpus (à *Riverio*). Præterquàm ex hàc animatione, materiei præparatio fit ad accipiendam *Formam* perfectivam;& ad habitum Actiones animæ primas ac ἐντελεχείας prorsus suscepturum; Ideò *quænam est semini POTENTIA?* ex *Jul. Scal.* de *subt. ad Cardanum* Exerc. 6. §. 9.) *Habitus ad recipiendas actiones* (inquit ille) *PRIMAS Animæ, quæ sunt Conformatio & Dispositio, ut in conformata & disposita membra recipiantur Actiones ANIMÆ aliæ veluti Motio, visio, loquutio* &c. nec agit *Anima* ad ullam animationem nisi convenienti *Recipiente* & idoneo Subjecto, sed SEMEN citra priorem *Animationem (à SPIRITU Germinifero)* non est conveniens *Recipiens* aut *Subjectum* pro animâ, quæ non tàm pro VI *agendi* quàm pro *Conditione receptivitatis* suæ agit & animat. Insuper & ejus *Habitus* ad animam accipiendam idoneus aut sal-

Theor. 20. *Non ab Animâ sed ob Animam.*

Riverius.

Jul. Scal.

tem Habilitas acquiritur per ANIMATIONEM hujus Spiritus Germinifici, imò ἕξεις (à *Scal.* l. 3. de *re Poet.* cap. 20.) ex Actionibus frequentatis & animantibus instituuntur. Et ordo talis attenditur in omnibus Formis secūndum habitudinem earum ad materiem, dum per prius & posterius ferantur ad hoc vel illud ANIMATIONIS principium. Quo tramite verisimilitudinis SPIRITUS insitus (*influente* non excludente) ut *Efficiens* hujus *Animationis* à nobis (haud absque jure) celebretur, necnon ad effectus omnes vegetandi in *Embryone* nervosiùs extricaretur; unde varias ac anxias *Philosophorum* disquisitiones acritèr & animosè concitatas de hâc re, atque comitatas expediamus; dum

Fabricius Bartoletus

concludamus è *Falricio Bartoleto*, in ejus *Encyclopæd. Hermeticodogmat.* Physiol. cap. 5. Q. 1. *Non ANIMAM sed SPIRITUM seminis vegetativum Causam esse Conformationis*, ejusque Animationis prioris *quatenus instruitur à Divino Numine.*

SECT.

SECT. III.

De ANIMA ipsâ, quæ cum Semine nusquam traducatur, unde PSYCHOGENESIS Sennertiana *satis impugnatur.*

HIS (de jure) præmissis, debiteque decursis fas erit circa ANIMÆ Naturam, ὑπεροχὴν & ortum aliquid ampliùs exquirere; logomachiamque (quantum liceat) inter *Theologos* ac *Medico-Philosophos* acerrimam, (de hâc re digladiantes, passionibus forsitan & pulveribus interpositam) absolvere, mentes eorum componere, omnesque in Mutuam pacem gratiam que conciliare nostrâ hâc disquisitione conabor. *Opiniones variæ litesque de hâc re.*

Dum verò *ortum* Animæ ipsius, ab eorum perplexis intricatis ac verbosis ambagibus, necnon *Ænigmatibus* extricamus; post anxias Seculorum discussiones, primitus & cœlitus eam à *Divino Numine* Efficienti, Embryoni formato & è Spiritu *Germinis* animato dari, non *verbis* aëreis, sed ratiociniis solidis astruere, nihil ambigo. Dum quoque falsis ex suppositis nebulisque *Peripateticis* de hâc re, imò dum forsan in cœcam fidem *Infidelium*, sive *Prophanorum*, Ethnicorumque incredulitatem *de Animæ immortalitate*, Adversarii fabricam eorum *Animæ ex traduce* condidêrunt. Quamobrèm eos omnes refellere, Doctrinamque de PSYCHOGENESI ad amussim refutare pensum haud difficile factu videtur, si tempus nobis superesset. Quippe Plurimi in eorum *Psychologiâ*, Definitionem *Animæ* (haud satis congruè) datam à *Peripateticis* *Errores eorum qui figunt Animam ipsam in semine.*

pateticis figunt, dum in eorum errorem sese ponunt. Aliiq; Animæ *residentiam* in Corde (cum *Aristot.*) aut in lævo cordis ventriculo (cum *Hippoc.*) aut in *Glandulâ pineali* (quibusdam *Neotericis*) aut in *Septo Lucido* (Nobilissimo D. *Digbæo* & Heroi) collocârunt. Alii quoque non benè distinguunt inter *Formam* absolutam & respectivam, inter Efficiens *Animati*, & *Animalis*, inter Totum *Essentiale* & *Potentiale*, inter *animam* & *spiritum* hominis. Proinde dum Facultates cum Animâ ipsâ confundunt, ejusque Essentiâ perplexant, tam confusè quam animosè inter se litigant. Nobis ob *Animæ* & *Spiritûs* hominis distinctionem tam planam, præviam, tritamque; quam facilis? quam volupis? & admodùm conspicua *Doctrina* nostra de *Seminis* ac *Fœtûs* Animatione priori habeatur? ex agmine *Coryphæorum* Authorumq;? satis amplè propalaremus ex *Arist.* de Hist. Anim. l. 7. c. 6. 2. *de Gen. Anim.* cap. 1, 2. & περὶ ζώων κινησ. c. 11. *Hippoc.* 3. lib. de *diæta*. *Gal.* 1. de Sem. c. 7. *Philop. Zimar.* 2. de *Anim.* t. 43. *Jul. C. Scal. Exerc.* 6. & 307. *Cardano* in 2. *contradict.* tr. 6. & 17. *Argenterio* in *Art. Parv.* de *Temp. Zabarell.* de *Anim. Facult.* cap. 11. *Mercato* in lib. 1. P. 4. Class. 1. Q. 98. *Capivaccio de* Fœt. *Form. Archang. Picolhom.* l. 1. *Anat. Præl.* 3. *Fortun. Liceto* de *Spont. viv.* & de *ortu Animæ* &c. sed è contrà quam *arduæ*, quam anxiæ, confusæque sint imaginationes, fictionesque aliorum de hâc re. His quoque κειμηλίοις deprehendimus *Authores* illos & alios; sic

Arist. & *Arist.* περὶ ζώων Γενεσ. l. 2. c. 4. ἡ μὲν γὰρ ἈΡΧΗ` καὶ ἐν τοῖς ΣΠΕΡΜΑΣΙΝ ἐν ἑαυτοῖς ἐστιν ἡ πρώτη, semina in seipsis continent principia sua καὶ ὅταν αὐτὴ ἀποκειθῇ ἐνοῦσα δυνάμει φθείρεσθαι. Ita de

Hist.

Hist. Anim. l. 7. c. 6. ὅτι γίνεται ὑπὸ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ procreatur à SPIRITU. Spiritum igitur hominis instar *Efficientis Primarii* usque ad imperfectionem Embryonis Animationem fateamur, ab Embryonis Formâ, & non ab Hominis Formâ, Hoc quoque Sensu Vegetantem *Animam* ex semine vel traduce non inficiamur. Quid planius? apud *Arist.* περὶ ζώων Γενεσ. l. 2. cap. 3. Τὴν μὲν οὖν θρεπτικὴν ψυχὴν τὰ Σπέρματα, καὶ τὰ κυήματα τὰ χωριστὰ δῆλον ὅτι δυνάμει μὲν ἔχοντα θετέον· ἘΝΕΡΓΕΙΑ δ' οὐκ ἔχοντα· ὅτι μὲν οὖν τὴν θρεπτικὴν ἔχουσι ψυχὴν φανερόν. Sic Anima vegetativa seminibus & Fœtibus insit, Imò & cap. 5. αὕτη δ' ἐστὶν ἡ θρεπτική, αὕτη γὰρ ὑπάρχει πᾶσιν ὁμοίως ζώοις τε καὶ φυτοῖς, & est communis animalibus ac plantis. Propter quam deprehenditur etiam *Arist.* de *Gen. Anim.* lib. 1. c. 19. Τὸ Σπέρμα μεγάλην ἔχει Δύναμιν τοιοῦτον τὸ Σπέρμα δυνάμει, ἢ κατὰ τὸν ὄγκον τὸν ἑαυτοῦ ἢ ἔχει τινὰ Δύναμιν ἐν ἑαυτῷ. τοῦτο γὰρ οὔπω δῆλον ἡμῖν ἐκ τῶν διωρισμένων πότερον τὸ Σῶμα τοῦ σπέρματος ἐστὶ τὸ αἴτιον τῆς γενέσεως, ἢ ἔχει τινὰ ἕξιν καὶ ἀρχὴν κινήσεως γεννητικήν. οὐδὲ γὰρ ἡ χεὶρ, ἀλλὰ τι τῶν μορίων οὐδὲν ἄνευ ψυχῆς &c. dum Semini (in ipso) magnam POTENTIAM continere subinnuit, viz. ex *Embryonis* Formà, Spirituque *Germinis* ubi & principium generandi nidulatur; uti manus *absque animâ* nihil agit, nihilominùs non agit immediate ab animà ipsâ sed à facultate, *spiritibusq;*. Jamverò Fœtûs *animationi perfectiori* quam ab Hominis ipsius Formâ & ab ANIMA ipsâ *Effectrice*, usque ad vitam sentiendi, movendi, ac intelligendi accedamus. Sed hoc Censu (aut ut *Animæ* τὸ ENS & hominis Forma) nequaquam derivetur à *Semine*, traduce, seu Parentibus, aut *materie* inibi præ- existente,

Aristot.

Anima Forma *sit hominis, sed spiritus* Embryonis. *Anima non ex traduce probatur.*

existente, propter has Rationes sequentes.

ARG. I.

Arg. 1. *Quia Anima posterior est semine.*

QUia ex Concessis *Arist.* Anima est *Semine* Posterior, ὥσπερ γὰρ τὸ Σῶμα πρότερον τῇ γενέσει τῆς ψυχῆς lib. 7. *Polit. cap.* 15. Est enim Corpus Vas atque Domicilium Animæ, quod ideò primum est præparandum, omnibusque suis instrumentis atque partibus organizandum. Sic & à *Lombard.* lib. 4. *Sent. Dist.* 31. cap. 5. quare quod est semine posterius non fit ex *traduce*, sed apud *Aristot.* Anima posterior est semine, imò Corpore, Jul. C. *Scaligero* attestante de *Subt.* Exerc. 307. 14. Abheinc quoque *Galenus* ipse fatetur se non credere *Animam* è semine formari. *Lib.* de *Fœt. Format.* τὴν ἐν τῷ Σπέρματι ΨΥΧΗΝ διαπλάττειν, τὸ ἔμβρυον, οὐ μόνον οὐκ ἔστιν σαφὴς, ἀλλὰ καὶ παντάπασιν ἄλογον.

Aristot. Lombard. Jul. Scal. Galen.

ARG. II.

Arg. 2. *Anima est immaterialis sed nihil in semine fit immateriale.*

QUoniam hæc ipsa rationalis non est materialis, sed ex *Arist.* l. 2. 3. de An. c. 5. ἀμιγὴς appellatur Διὸ οὐδὲ μεμῖχθαι εὔλογον αὐτὸν τῷ σώματι Nunc est contra Principia Philosophandi per *virtutem activam* in materie (sive semine) actionem suam extendere ad effectum *immaterialem* proferendum (sic apud *Arist.* l. 2. de Anim. c. 1. οὐκ ἂν εἴη τὸ Σῶμα Ψυχὴ &c. ideoque sit contra principia ratiocinandi, & impossibile fiat, virtutem in Semine principii rationalis aut *Animæ* productivam esse. Propterea *Virtus* in semine à virtute Animæ Parentum agit secundum quod est

est *Actus Corporis* & *Spiritûs* Hominis materialis, adeo ut virtus principii rationalis quà rationalis & immaterialis prouenire nequeat à virtute seminis vel ex traduce. Sic apud *Arist.* de *Hist. Anim.* l. 7. c. 7. πρῶτον τοῦ Σπέρματος πνεῦμα & περὶ ζώων γενεσ. lib. 1. cap. 18. τοῖν δυοῖν δὴ ληπτέον ἐν ὁποτέρῳ θετέον τὸ σπέρμα, πότερον ὡς ὕλην καὶ πάσχον ἢ ὡς εἶδός τι καὶ ποιοῦν, ἢ καὶ ἄμφω. In ipso semine ponatur è quæstione materies sua ut patiens, & *Forma* ut agens, sed utraque ut Semen est Corpus spirituosum, & cap. 19. πότερον τὸ σῶμα τοῦ σπέρματος ἐστὶ τὸ αἴτιον τῆς γενέσεως &c. Adeò ut inquit *Th. Aquin.* 12[x] Q. 118. Art. 2. quia substantia *Animæ* est incorporea, & immaterialis, ab *Arist.* l. 2. de *Gen. Anim.* cap. 3. relinquitur solùm de foras aut θύραθεν advenire, & non à *Parentibus* procreari, nec ab eorum congressu geniali seminari. Aristot. Tho. Aquin.

ARG. III.

Quinetiàm *Peripatetici*, & ferè omnes antiquitùs, Semen nihil esse nisi *Perittoma* vel Excrementum, perperàm instituêrunt, aut περίττωμα χρήσιμον ex Arist. de Gen. Anim. l. 4. c. 8. ἐντεῦθεν δὲ καὶ ἡ σπερματικὴ περίττωσις ἀποκεῖται, διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν ἐν τοῖς κατάρχας λόγοις, ἐστὶ δὲ τό τε τῶν ἀρρένων περίττωμα καὶ τὰ ΚΑΤΑΜΗ'ΝΙΑ ταῖς θηλείαις, αἱματικῆς φύσεως &c. Ita lib. 2. c. 4. Ast *anima* haud est tam ignobilis, originem suam ducere ab *Excrementis*. Et est τὸ ens *Semine* longè præcellentius. Unde dicitur à *Plat.* in *Timæo* φυτὸν οὐκ ἘΓΓΕΙΟΝ, ἀλλ' ΟΥΡΑ'ΝΙΟΝ. Sic etiam de *Plat. Philos.* commentatur in Arg. 3. *Animam non fieri ab Excremento.* Aristot. Plato.

Plutarch. in loc. his verbis *Plutarch.* Πλάτων τὸ μὲν λογικὸν ἄφθαρτον docuit) καὶ γὰρ τὴν Ψυχὴν, οὐ Θεὸν ἀλλ' ἜΡΓΟΝ ἀϊδίου ΘΕΟΥ ὑπάρχειν. Quippè plane sit absurdum, ratiocinandique principiis omninò incongruum esset, *Essentiam* animæ tam procul (& à multis parasangis) exaltatam *Cœlestemq;*, ex materie recrementosa (seu ab aliquâ longe viliori quam Anima) sese generandam esse asserere. Quæ imagine tantâ & ideâ divini Numinis præluceat, ex testimoniis etiam *oraculi* Chaldaici

Χρὴ σπεύδειν πρὸς τὸ φῶς, καὶ Πατρὸς αὐγὰς
Ἔνθεν ἐπέμφθη σοὶ ψυχὴ πολὺν ἑσσαμένη νοῦν.

Festina ad lucem, patrisq; radios, unde Anima tibi mittitur, rationeq; multâ prædita. De hâc re,

Psellius. Hocque oraculo *Psellius* annotatus est his verbis Ἐπειδὴ οὐκ ἀπὸ Σπερμάτων ἡ ψυχὴ τὴν ὑπόστασιν ἔλαβεν, οὐδὲ ἐν σωματικαῖς ὑφέστηκε κράσεσι, ἀλλ' ἄνωθεν ἀπὸ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει πρὸς ἐκεῖνον, καὶ ἐπιστρεφέσθω ut anima suam substantiam non rapiat à semine nec ex traduce, nec ejus ὑπεροχήν. Nec[illegible]è verbis *Aristot.* multo minus argumentaremur, in lib. 2. de *Gen. Anim.* cap. 3. dum inprimis in *Embryone* vitam aut animam *vegetantem* tantùm statuit, dein & posthàc *sensitivam* Δυνάμει; demumque infunditur *Anima* ipsa rationalis & ΝΟΗΤΙΚΗ non est in ipso semine, οὐδὲν γὰρ (in-

Arist. quit) ἧττον τά τε σπέρματα καὶ τὰ κυήματα τῶν ζώων τῶν ζῇ ουτῶν, καὶ γόνιμα μέχρι τινὸς δῆλον ὅτι μὲν οὖν τὴν ΘΡΕΠΤΙΚΗΝ ἔχουσι ψυχὴν φανερόν. δι' ὃ τι πρῶτον ἐστὶν ἀναγκαῖον ταύτην λαβεῖν, ἐκ τῶν περὶ ψυχῆς διωρισμένων ἐν ἄλλοις φανερόν. Προϊόντα δὲ καὶ τὴν αἰσθητικὴν, καθ' ἣν ΖΩΟΝ ἐστίν. ὕστερον δὲ καὶ τὴν Νοητικὴν

καθ'

καθ' ἣν ἄνθρωπος ἐστι, ὁ γὰρ ἅμα γίνεται ζῶον καὶ ἄνθρωπος, οὐδὲ ζῶον καὶ ἵππος. Et quamvis hæc forma vegetativa (sive SPIRITUS in Germine *actuali*) sit Embryoni sufficiens, haud tamen *homini*; quamobrem *hominis forma* est *anima*, unde fit fœtus animatio τελειωτάτη completa. Non est igitur (inquit *Jul. C. Scal. Exer. 6. 5. 11.* in hunc locum *Arist.*) a *semine* anima nostra, sed a Divino Numine. Jul. C. Scalig.

ARG. IV.

NIhil est à *semine* quin corrumpi vel mori possit, idcircò nihil immortale fit ex traduce *seminis* sed anima est immortalis. In limine tamen conscissâque veste, imò corde defleamus eos, qui *immortalitatem animæ* Sadducæis (in Christi tempore, *Act.* 23.8.) *Epicureis*, Ethnicis, & quibusdam *Peripateticis* acriter inficias eunt usque ad hoc præsens. Ast *Manichæis* & *Priscillianitis* magis hâc *Psychogoniæ* palæstrâ duella agimus, qui *animas à traduce* nasci patrocinati sunt. Contrarium autem *argumento* fit ab ejus immortalitate. Quicquid enim ab homine principium habeat, finem etiam habeat. Præterquam, quicquid corrumpatur, corrumpatur vel per se vel per accidens, sed anima nec per se nec per accidens corrumpatur; & adeò à sua naturâ sit immortalis. *Anima non est corruptibilis.*

1. Non *per se*, quia ὁμοιότατον τῷ Θεῷ ἐστι, subinnuunt Philosophi, & inquit *Socrates* in *Phædone*, τῷ μὲν θείῳ καὶ ἀθανάτῳ, καὶ νοητῷ καὶ μονοειδεῖ καὶ ἀδιαλύτῳ καὶ ἀεὶ ὡσαύτως, καὶ κατὰ ταῦτα ἔχοντι ἑαυτῷ ὁμοιότατον εἶναι ψυχήν. Et anima si simillima sit Deo, non est corruptibilis sed immortalis. Neque 2. Corrumpatur *per accidens*, quia (*quoad esse*) nihil dependet à cor- Socrates.

Scotus. corpore. *Scot.* 4. *dist.* 43. *Q.* 1. *Art.* 1, & 2. nec
Aristot. quoad ejus ortum. Idcircò concludit *Arist.* hanc animam *extrinsecus* venire lib. 16. de *Hist. Anim.* & lib. 2. de *Gen. Anim.* cap. 3. cujus verba sunt, λείπεται δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι καὶ θεῖον εἶναι μόνον· οὐδὲν γὰρ αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ κοινωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια. Quid clarius elucescat? quippe probat hâc validâ ratione, humanam *mentem* & intellectum, *i. e. Animam rationalem* ortum ducere non a *corpore*, corporeovè semine sed θύραθεν quasi per fenestras & à foribus ingreditur, i. e. ab alio sive diviniore ortu. *Animam autem vegetativam* ac sensitivam à Δυνάμει vel à spiritu *GERMINIS* esse deductam fatetur, sed hanc *animam* de foràs advenire & ingredi semen. Nec differt hoc plurimùm à mente *Mercurii* Trismegisti, *Pythagoræ*, *Platonis*, *Socratis*, & aliorum *Philosophorum*, ac *Poetarum*. *Plutarchus* omnes ferè *Poetas* priscos *animam immortalem* esse, docuisse scripsit in *Georg.* φασὶ (inquit) τὴν ψυχὴν τῶν ἀνθρώπων εἶναι ἀθάνατον, ita *Phocylidis.*

Anima datur θύραθεν ex Arist.

Ψυχὴ δ' ἀθάνατος, καὶ ἀγήρως, ζῇ διὰ παντὸς,
Πνεῦμα γάρ ἐστι Θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών.

Præter hos & ferè innumeros alios *Galenum* etiam,
Galen. *Galen* l. 7. de *Placitis Hippoc.* & *Plat.* audiamus. *Veruntamen* (inquit) *si de ANIMÆ substantiâ, quoque sententia sit proferenda, de duobus alterum dicamus, est necesse; vel ipsam esse FULGIDAM ac quasi corpus æthereum ad quod asserendum, velint nolint consecutionis cogente descendunt Stoici ac Aristotelici: vel ipsam quidem esse substantiam INCORPOREAM, uti tamen hoc corpore,* (i.e. spiritibus & facultatibus corporis) *tanquam principali vehi-*

vehiculo, & lib. 2. de *Sympt.* Caus. *utitur sanguine & spiritu, ut præcipuis instrumentis.* Insuper & *Aristot.* l. 3. de *Anim.* cap. 5. hæc edidit de hâc humana mente: Ἀπαθὴς ἀεὶ δεῖ εἶναι, δεκτικὸν δὲ τοῦ εἴδους, Ἀνάγκη ἀμιγῆ εἶναι, &c. est *impassibilis*, *immixta*, καὶ χωριστὸς & *separabilis*, &c. Quæ omnia sunt indices ejus immortalitatis, dum Anima à corpore separata subsistere queat. Unde & è *TRIPODE Chaldæorum* præceptum hoc præclarum fuit, Ζήτησον παράδεισον τῆς ἀμφιφαῆ τῆς ψυχῆς χῶρον, Quære *Paradisum* Animæ regionem circumquaque luce splendidissimam.

ARG. V.

ANIMA ipsa non est *partibilis* sed individualis; adeò ut quoad ejus *individualitatem* non communicari nec fieri possit *ex traduce.* Quippe non potest transire ab uno in aliud humanum corpus numero distinctum (utpote fusiùs argumentatur è *Scheibl. lib.* 2. *cap.* 5. *tit.* 3.) nec possibile fiat ut substantia incorporea ex se aliam sibi similem procrearet, nisi partibilis esset. Sed anima rationalis non est partibilis. *Anima non est partibilis.* *Scheibler.*

ARG. VI.

AB *ordine* τῆς κτίσεως sive creationis ipsius ab origine, vel à manu *Protoplasmatoris* animam corpore posteriorem luculenter appareat. Quippe *Gen.* 2. 7. *ELOHIM* inprimis *hominem efformavit*, מעפר, non ex nihilo, nec ab *elementis* solis sed è principiis puris terræ, ἀπὸ τῆς γῆς, LXX. unde עפר *Chald.* & *Arab.* cum ע punctato ita עֲבָאר *Uobar* inter- *Nec in primâ creatione dedit Animam Jehovah corpori nisi prius organizato.*

interpretatur minutissima ac depuratissima pars *terræ*, quasi per calcinationem; uti, *Gen.* 18. Ego sum עפר ואפר *pulvis & cinis*, & haud dubio tutaque fide metaphoricè sumatur instar omnium particularum (ut *Hab.* 1. 10. עפר) atque per Synecdochen *partis* pro *toto*. Nunc tam ex his principiis (instar seminis) quam ex elementis ortum ducit, & post ejus *formationem* ac organizationem in corpus, inde sequitur, ויפח באפיו נשמת חיים ויהי האדם לנפש חיה: *Et inspiravit vel insufflavit VITARUM spiraculum*, in Lxx εἰς ψυχὴν ζῶσαν, in animam viventem, sufflando, nihil hâc phrasi deprehendatur quam jussu *divino*, post corpus *Adæ* formatum fuit è principiis vegetativis à terra (sed *Germen* hominis, *generando* fit loco eorum principiorum) tunc *à posteriori* præditum fuit cum *ANIMA*. Sic à *Syriis*, è *Samaritanis*, *Arabisque*, & omnibus construitur نفسا نفسا *Naphsan*. Unde veritatem concessionis

Aristot. *Arist.* (nimirùm *de foràs*) θύραθεν Animam provenire, & non de semine facilius admittamus. Sic

Lombard. inquit *Lombardus* in *Sent. lib.* 2. *dist.* 17. *Deum Animam infundendo creasse atque creando infudisse.* Nunc ordine quali in *creando*, tali in *procreando* Animam ortum petere ratiocinemur, sed in hominis *creatione* post corpus (quasi *domicilium*) fabricatum ac *organizatum* Anima Corpori donata fuit, ita corpori prius orgazinato in utero. Adeo ut hallucinentur omnes, qui *Psychogoniam* Animamq; statim in semine ipso inditam Philosophantur, & argumentis strenuissimis confutantur *à Lombardo* in lib. 4. *Sentent. distinct.* 31. & 32. *cap.* 5. confirmatur

tur etiam nostra sententia ex *Ezek.* 37. 8, 9. ubi primum ex ossibus formantur corpora velut *Embryones* in utero posthac; in iis organizatis *ANIMAM* dicitur à *Deo* iis *dari*, non prius; veluti *formam* hominis, non Embryonis.

ARG. VII.

Jehovah tenet Animæ donationem in suis manibus.

POtestatem & ἐξουσίαν, *Animam* donandi ac auferendi *JEHOVAH* ipse propriis in manibus reservavit, atque reposuit instar ejus *Prærogativæ*, *Luk.* 12. 20. *Job* 27. 8. *Rev.* 6. 9. *Heb.* 12. 9. *Zach.* 12. *Mat.* 10. 28. *Ezek.* 18. *Act.* 7. 59. *Eccles.* 12. 7. Ex *Chald. Targ. Onk.* & SPIRITUS *Animæ tuæ* (quo censu quoque deprehenditur *Ezek.* 37. 8, 9.) ורוח נשמתך *Verruach nishmetach*, *REDEAT ad Deum qui DEDIT* אשר נתנה Animam enim dare pertinet ad imperium divini *Numinis*, & non ad hominem ex *traduce* vel semine. Ideoque citra ullum *Medium Animam* utpotè formam corporis essentialem corpori à Deo unitam esse plerique doctissimi Philosophantur. Quippe inter *essentialem formam* & ejus materiam cui conjungitur, cuique communicat, ipse τὸ *ESSE* nihil medium intercedere possit: quia 1. non ut motor simplex uniatur, ideoque 2. nanciscitur & insufflatur ab ipso *Jehovah*, efficienti primario. 3. Terra producta fuit alitèr, (sic & *homo* ab *humo*) tamen anima tantùm à Deo, qui vocatur *Heb.* 12. *Spirituum PATER*, Animæque Procreator est; Quoniam ad *animæ* productionem nulla creatura Deo cooperata fuit uspiam. Quamobrem anima nec datur ex traduce parentum fœtui vel à semine in unâ parte; nec altera parte ex traduc

duce *Divinæ essentiæ*, vel essentiæ Dei ipsius, quam *Osiander*, imò *Stoici* & alii Philosophantur, qui tamen ex *D. August. tom.3.Gen.ad lit. lib.7.cap.2.* satis amplè refelluntur. Sed è quâdam virtute cœlitùs nobis inspiratâ, sive potiùs per *impervestigabilem* modum communicandi vel *ingrediendi* Θύραθεν *deinsuper*. Εἰ μή τι θεῖον ὄντως ἦν τὸ πνεῦμα τῇ ψυχῇ, δι' οὗ τῶν τηλικῶν δὲ προνοεῖν καὶ γνῶσιν ἔχειν. Sic quoque *Lactantius* in *lib.2.cap.13. Facto enim corpore spiravit ei Animam, ex fonte spiritus ejus immortalis.* Sic etiam ab origine *Deus opt. Max.* potestatem & privilegium *Animam* dandi propriis in manibus sacerrimis retinuit. Quippe quid inquit *Nemesius?* in *lib. de Nat.hom.cap.cap.2. Apollinarius etiam putat Animos ab animis procreari ut à corporibus corpora, Qui vero hoc Philosophantur, Deum sanctissimum etiam MÆCHIS operam navantem facere, necessariò putant, quia ex his etiam Pueri nascantur.* Quid *planius* per ejus verborum seriem constabit? Quæ sunt, Ἀπολιναρίῳ δὲ δοκεῖ τὰς ψυχὰς ἀπὸ τῶν ψυχῶν τίκτεσθαι, ὥσπερ ἀπὸ τῶν σωμάτων τὰ σώματα, τοὺς γὰρ ταῦτα λέγοντας, συνεργὸν ποιεῖν τὸν Θεὸν τοῖς Μοιχοῖς, καὶ γὰρ ἐκ τούτων παιδία τίκτεσθαι, &c. ἡμῖν δὲ ἀρκεῖ πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀθανασίας αὐτῆς, ἡ τῶν θείων λογικῶν διδασκαλία, τὸ πιστὸν ἀφ' ἑαυτῆς ἔχουσα διὰ τὸ Θεόπνευστος εἶναι, &c. Nobis autem satis ad demonstrationem ejus ortûs à *diviniori manu* quam à *semine*, divinarum literarum testimonia sufficiant (inquit ille) quæ non egent suffragiis aliorum, sed à se nobis optimam fidem meruerunt.

D. Aug.

Quomodo Animæ fœtum intrat & quomodo non.

☞ Lactant.

Nemesius

ARG.

ARG. VIII.

NEc animâ ſit opus aut uſus ex *traduce* vel in ſemine ob gratiam efformandi fœtus, dum Plaſtica vis efformandi Germini inſit ex ejus principiis ac ſpiritibus. Quippe generatio fit à ſubſtantiâ *Generantis* tam in Animalibus quam in Plantis, *inquantum SEMEN* habet vim virtutemq; generantis ad *Embryonem* ſeu fœtum; & inquantùm ſemen eſt in *potentiâ* ſiue Δυνάμει ad ipſius ſubſtantiam, Domiciliumque hoc animæ fabricandum. Quod ex Conceſſ. *Ariſt.lib.7. Polit. c.*15 primum eſt præparandum antequam *Anima* in illo hoſpitabitur. Undè quod ſufficiat formæ *Embryonis*, non ſufficiat formæ *hominis*; Spiritus enim hominis in ſemine (nempè *Naturalis*, Vitalis, & *Animalis*) ſufficiant ad formam *Embryonis* aut maſſæ carnalis & vegetantis, ſed non ad formam hominis. *Aliud eſt*, (inquit etiam *Danæus* de *Anim.* in Iſag. Chriſt. p.5.cap.15.) *eſſe Hominis*, aliud autem eſſe *Embryonis*; *Anima igitur facit, ut ſemen in utero ſit jam Homo, ens & actu unum.* Hominis enim forma eſt *Anima*, ſed *Embryonis* forma, *ſpiritus* hujus *Germinis* & activa principia quæ inſerviunt *Animationi* priori. Quamobrem hæc vita *vegetans* ad vitam plantarum in *Embryone* traducitur cum *ſemine* Parentum. Dein & ejus *Plaſtica* ſive formativa virtus Embryonis. *Tho.Aq.* 1.Q.118.1.c. Quo cenſu ſanè doctrinam *Hippocratis* de formatione *fœtûs* optimè deprehendamus, 1. lib. de *Diætâ*. Εἰσέρπει δὲ εἰς ἄνθρωπον ψυχὴ πυρὸς καὶ ὕδατος ξύγκρισιν ἔχουσα Μοῖραν Σώματος ἀνθρώπου. Anima paulatìm graditur in hominem conſiſtens ex ignis aquæque (calidi humi-

Non eſt opus Animæ ad Germen aut Embryonem efformandam.

Ariſtot.

Danæus.

Quid ex traduce quid non.

Hippocrates.

humidique radicalis) concretione, habens *partem corporis humani*, aut continens vim plasticam efformandi. Nunc ait *Laur.* in *Anal. lib.* 10. Q. 1. per *Animam* non intelligitur, mens humana vel anima rationalis, inquit enim, Ἀνθρώπου ψυχὴν ἀεὶ φύεται μέχρι θανάτου, Animam hominis auget ad mortem hæc anima augescat ex cibis & alimentis, sed de *animâ* rationali planè scripsit 1. *lib. De Diæta*, Ἐκ διαίτης τὴν ψυχῆς φύσιν μεταπλάσσαι ἀφανέα οὐκ οἶδα τε, ex diætâ non possit immutari vel alterari. Nihilominùs cum *Laurentio* vix censeamus per ψυχὴν intelligi calidum sed potius Spiritum hominis qui sæpius appellatur ex *Arist.* ψυχὴ θρεπτική, lib. 2. de *Gen. Anim.* t. 3. cap. 5. lib. 1. c. 22. unde partes *Embryonis* efformantur.

Laurent.

ARG. IX.

Anima non traducitur à *semine* parentum, quia *Animæ* immissæ & infusæ primum opus & effectus est *vita movendi* ac *sentiendi*, &c. sed hoc non est primum opus à *semine* in utero. Sic ex *Arist.* 2. lib. c. 1. ab *Animæ* definitione ipsa planè decerpamus. Ἀναγκαῖον (inquit) ἄρα τὴν ψυχὴν οὐσίαν εἶναι, ὡς εἶδος σώματος φυσικοῦ δυνάμει ζωὴν ἔχοντος, imò & cap. 2. ἡ ψυχὴ δὲ, τοῦτο ᾧ ζῶμεν, καὶ αἰσθανόμεθα, καὶ διανοούμεθα πρώτως. Anima est id quo *PRIMO vivimus, sentimus, & intelligimus*, sed forma *Embryonis* non est id quo *PRIMO* vivimus, sentimus & intelligimus. *VITA* crebrò ponitur pro essentiâ ipsâ sed his locis, pro officiis vitæ nec non effectis. Quæ munera vel officia non inveniuntur ex traduce, sed posteà, velut immediati effectus *Animæ*; quid dilucidius explicetur è verbis *Arist.* l. 2.

Quia primum opus Animæ est vita sensum motumque dare.

Aristot.

l.2. de *Anim*.c.2. Ὅτι ἡ ψυχὴ τούτων ἐστὶν ἀρχὴ τῶν εἰρημένων, καὶ τούτοις ὥρισται θρεπτικῷ, αἰσθητικῷ, διανοητικῷ, κινήσει, quoniam Anima eſt horum omnium principium. Propterea à quo derivatur *Anima* derivatur *Vita*, ſed à *Deo* non ab homine vel ſemine derivatur *Vita*. Gen. 2.7. *& inſufflavit in illo* (corpore prius organizato) *ſpiraculum* חיים *VITARUM* vitaque (inquit *Th. Mouffettus* in *Dial. Apol.*) eſt ἐνέργεια rerum. *VITARUM* i. e. Nat. Vit. & Anim. imò 1. *vitæ*, 2. vitæ *melioris*, & 3. *optimæ*. Jamverò ſi parentes *Proli*, ex traduce vel *ſemine* non poſſint impertire *vitas has*, tunc non & *Animam*, cujus ſunt effectus. Th. Mouſſettus.

ARG. X.

DEnique, Plurimis ab Argumentis *Alphonſi à Caranza* in *Part. Nat. & Legit.* cap. 1. de *Anima* ſatis nervosè firmetur, Animam non ex ſeminis traductione ſed ab efficiente numinis divini productam eſſe. Sed inter alia argumentatur ex inſitione Animæ *poſt corpus* fit organicum (non ante) formatumque. Quæ inhabitatio Animæ confirmatur ei ex Exod. 21, 22, 23. necnon illuſtratur è lib. *Phil.* de *Spec. Leg.* Attamen *Pſychogoniam* ſuam defendendo D. *Sennertus* illi inficias agit, *Hebræum textum* de hâc re ventilando, aſt Argumentum *Alphonſi* parum aut nihil invalidare poſſit: Quoniam ex *Hebræo-Samaritano*, imò & *Chald-Paraphraſi*, necnon ex *Arabis*, *Syriis*, atque *Septuaginta*, hæc opinio ſanè corporis prius *organici*, formatique ante productionem *Animæ*, vel vitæ, luculenter appareat. Καὶ ἐξέλθῃ τὸ παιδίον αὐτῆς μὴ ἐξεικονισμένον ἐπιζήμιον ζημιωθήσεται, καθότι ἂν ἐπιβάλῃ ὁ ἀνὴρ τῆς γυναικὸς δώσει μετὰ ἀξιώματος. Ἐὰν δὲ ἐξεικονισμένον ἦ δώσει ψυ- *Ab Alph. à Caranz. ob æquitatem Dei Legis de hâc re.*

ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς. Exindè prægnantis abortio mox ab *Embryonis* conceptu non iisdem pænis vel suppliciis irrogari debet, quibus alii de jure adæquato mulctantur post Embryonis organizationem perfectam. Quippè quum fœtus formatus est, & omnimode comparatus pro *Animâ* tunc ψυχὴ ἀντὶ ψυχῆς & *Anima pro Animâ* flagitium ἴσως aut æquabiliter expiare datur. Et à ratione æquabili legis hujus, vel ab ἐπιεικείᾳ commensuratioueque justitiæ, *Animam* protinùs à conceptione nondum esse in semine, vel traductam à parentibus discamus. Quippè aliter ex eâdem ratione tam priùs quam posterius eandem pœnam, justitiam, legem *Animamque pro Anima* citra ullam προσωποληψίαν infligere debuêrunt. Constabit autem è contra. Imò & pace, Doctrinæque *Sennertianæ* Sectatorum veniâ, æquitas hujus ab *Hebræo* textu satis elucescat ונתתה נפש תחת נפש *Nephesh tachat naphesh*, sic & Syriis *Naphsho* pro *Napshsho* ܢܦܫܐ dum medium justitiæ consistit in quâdam proportionis æqualitate, ut inter *crimen* & *pœnam*, sic inter *majus & minus*, cujus proprius est actus δικαιοπραγεῖν sive reddere jus. Postremùm dum traductionis *Animæ* suppositæ Sectatores & *Asseclæ* inter se minimè consentiunt, huic metam à renudatis veritatis penetralibus verbisque *Platonis* ferè divinis ac
Plato. mellifluis imponamus in *Timæo* 433. Τὸ μὲν ἀληθὲς ὡς εἴρηται Θεοῦ ξυμφήσαντος, τότ' ἂν οὕτω μόνως διϊσχυριζοίμεθα. Verum equidem hoc tam audactèr asseramus quum Deus ipse nobis uberrimè confirmaverit *Animam* non ex traduce vel à *semine* parentum, sed à divino numine, quamlibet modo forsàn inscrutabili donari *Germini* Actuali. Consimiliter
Nemesius etiam *Nemesius* de *Nat. Hom.* cap. 2. concludit.

Πολλ.

Πολλοὶ μὲν ἔνεισι τῆς ἀθανασίας ψυχῆς αἱ ἀποδείξεις παρὰ τε Πλάτωνι καὶ τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ἐκεῖναι μὲν περισκελεῖς καὶ δυσκαταμανθάνητοι καὶ μόλις τοῖς ἐντεθραμμένοις ἐκείναις ταῖς ἐπιστήμαις γνώριμοι ἡμῖν δὲ ἀρκεῖ πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀθανασίας αὐτῆς ἡ τῶν θείων λογικῶν διδασκαλία, &c. Plurimi Animæ divinitatem immortalitatemque à *Platone* & aliis decerpserunt, nobis autem *literæ* sacerrimæ de hâc re satìs innotuêrunt, quarum fide potiùs & διάνοιᾳ incubemus.

SECT. IV.

De triplici VIRTUTE seminis & subinde 1. *De PROLIFICA* Vi *Germinis.*

ANimatione *Germinis* extricatâ ab ejus *formali ratione*, tam à *Priori* & imperfectiori, quam à *Posteriori* & πληρωτάτῃ, ubi *Psychologiæ* sartum tectum vindicare prælibavimus. *Germinis* actualis autem operationes haud exerantur nisi per commercium utriusque parentis *Aphrodisium*, & in *ùtero fertili.* Quippe per *organa* certa, vasaque debita perficiuntur Actiones certæ veræque. Porrò nobis de vasis idoneis à Natura constitutis satis edidit *Arist. de Gen. Anim.* l. 1. c. 1. Ἐπεὶ δὲ δυνάμει δυνάμει καὶ ἔργῳ τινὶ, δεῖται δὲ πρὸς πᾶσαν ἐργασίαν ὀργάνων, ὄργανα δὲ ταῖς δυνάμεσι τὰ μέρη τοῦ σώματος ἀναγκαῖον εἶναι, καὶ πρὸς τὴν τέκνωσιν. Sic quoque περὶ ζώων Μορ. l. 4. c. 6. Ὀργάνων γὰρ δεῖται πλειόνων τὰ πλειόνων μετέχοντα κινήσεων organaque comparantur variis hujus elaborationibus, & cap. 11. τὰ γὰρ ὄργανα πρὸς τὸ ἔργον ἡ φύσις ποιεῖ ἀλλ' οὐ τὸ ἔργον πρὸς τὰ ὄργανα, &c. *Natura* constituit organa variis elaborationibus, non

De Prolificâ virtute seminis.

non operationes organis. Et δεῖ γὰρ τὸ ἄγγειον τόπος μεταφορητός· τὸ γὰρ ἀγγεῖον οὐδὲν τοῦ πράγματός ἐστιν, ᾗ μὲν οὖν χωριστὸς ἐστὶ τοῦ πράγματος ταύτῃ μὲν οὐκ ἐστὶ τὸ εἶδος. φυσ. Ἀκροάσ. lib. 4. c. 2. *GERMEN* his vasis *SEMINARIIS* à naturâ constitutis & *PROSTATIS potentiale* satis elaboratum ac imprægnatum sagittatur in uterum bene dispositum. Quo triplici *Vi* per animationem priorem à *spiritibus* seminis derivatam usque ad *vitam Plantæ*, sive vegetantem imbuitur, nempè *Vi PROLIFICA*. 2. *PLASTICA*. 3. *NUTRITIVA*. Quibus ex testimonio *Galeni*, illius stellæ *Medicinæ* τέχνην καὶ Σοφίαν μεγίστην nuspiàm satis admiremur.

A istot.

Triplex est vis Germinis
1. *Prolifica*
2. *Plastic.*
3. *Nutrit.*

Ast inprimis *Vim* Germinis *PROLIFICAM* fœcundamque contemplemur. Quippe 1. Est *congressus* genialis inter *marem* & *fœminam*; Et 2. Ab utriusque concubitu sane Aphrodisio seminisque commixtione *fœcunditas* hujus ortum ducit in Actu, quum rapitur in utero bene disposito.

1. Ejus vis Prolifica.

3. Proin & *vis Plastica* ex utriusque *Parentis* spiritibus adsititiis, quam ab insitis ipsius *Germinis* in Actu.

4. Demùm ex his fabricatur Animæ *Domicilium* & *Embryonis* Apotelesma. Sic ex *Arist.* 2. de Gen. Anim. c. 1. τὸ Σπέρμα τοιοῦτον καὶ ἔχει κίνησιν, καὶ ἀρχὴν τοιαύτην ὥστε παυομένης τῆς κινήσεως γίνεσθαι ἕκαστον τῶν μορίων καὶ ἔμψυχον. Sed Prolifica vis *Germinis* optimè deprehenditur ex *Aristot.* 7. de *Hist. Anim.* c. 4. à similitudine seminis in agro fertilissimo feracissimóque.

Aristot.

Haud enim secùs ac *Agricola* qui semen optimum atque paratum in terræ *Matricem* fœcundam spargit, ubi semen occluditur, partìm ex innato calore,

Sim.

lore, ſpirituque vegetali fermentóque & partìm ex humidis ac occurrentibus utero ſinuque terræ (necnon à ſolaribus *influentiis*) ſemen ad *fœtum* aut pullulationem alteratur. Conſimilique modo vir ſpargit *ſemen* optimè paratum, i.e. Germen in utero fœcundo, ubi & *occluditur* donec alteretur ab innatis ſpiritibus & calore, ope ſpirituum influentium à *Pneumatoſi* & corde inſtar *radiorum* Solarium; undè fermentum uterinum longe vegetius exantlatur. Sic elegantiùs expromamus ab *Hippoc.* l. 5. *Aphor.* ϛ1. Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσι τουτέων τὸ στόμα τῶν ὑστερῶν ξυμμέμυκεν omnibus gravidis *os* uteri clauſum erit in conceptum, & inter alia τεκμήρια Graviditatis luſtratur hoc unum etiam apud D. *Heurn. Com.* in *Aphor.* 41. lib. 5. Et ab his cauſis (uti ſemen in terrâ) occluditur nè *Aëri crudo*, polluto, ac incomparato ſubiret, ſemenque corrumperet, calor & ejùs innatus evaneſceret, ſpiritusque flacceſcerent (quibus potiſſimùm tamèn in vi plaſticâ, fœtuſque conformatione utuntur) nè quoque ea quæ requiruntur in alitione fœtûs depauperarentur. Propterea, propter ulteriorem Maturationem Germinis in *actu* protinùs *os* uteri conſtringitur, atque clauditur, unde Semen aut Germen potiùs acceptum ac arctiſſimè comprehenſum fovetur in utero à duplici calore viribuſque inſitis, qui deliteſcentes, ſuſcitantur ad agendum, unde fit *Germen in actu* vel ἐνεργείᾳ quod priùs erat in Δυνάμει tantum aut *Germen Potentiale*. Undè quoad Embryonis *efficiens* excitatur ejus *vis PLASTICA* ad formationem, aſt quoad ejus materiem vis *PROLIFICA* atque Nutritiva ſive vita vegetans. Quid planiùs emergit è plurimis *Ariſt.* libris? quemadmodum de *Vit.* & *Mort.* cap. 18. ἡ πρώτη Μέθεξις ζωῆς τῷ θερμῷ τῆς ψυχῆς

Hippoc.

D. Heurn.

Unde fit Germen in actu.

Ariſt.

Rationes de Procr. commixtioneque seminis utriusque.

Aristot.

τῆς θρεπτικῆς, cujus prima participatio fit animæ Vegetantis. Et l. 1. de Gen. & Cor. c. 5. & lib. de Gen. Anim. l. 2. c. 1. Ὅτι μὲν οὖν τὴν θρεπτικὴν ἔχουσι ψυχὴν φανερὸν, &c. Et περὶ ζώων ἱστορ. l. 5. c. 1. Quoniam ex *parentum* amplexu geniali, seminis & utriusque commistione in utero bene disposito fit optima contemperatio in *unum corpus* spirituosum, mercuriosum & *Germen actuale*. Etenim inquit *Arist.* de Gen. Anim. l. 4. c. 2. Ἀμφοτέρως γὰρ συμβαίνει μὴ τελειοῦσθαι τὸ γινόμενον, οὕτω καὶ ἐν τῇ τοῦ ἄρρενος μίξει καὶ τοῦ θήλεος δεῖ τῆς συμμετρίας. Quippe *Semen virile* à seipso nimium esset calidum & spirituosum ad vitam Germinis actualis vegetantem, & semen fœmineum nimis aquosum ac frigidum quod est ideò *per se* ineptum *generationi* de Gen. Anim. l. 1. c. 6. Ἀγονώτεροι γάρ εἰσι τῶν μετριαζόντων διὰ τὸ μὴ γόνιμον εἶναι τὸ σπέρμα τὸ ψυχρὸν ψύχεσθαι δὲ φερόμενον λίαν μακράν. Porrò quoniam hujus *Germinis* utriusque mixti in unum actuale (uti à semine in terræ gremio vel utero) excitatur novum fermentum uterinum à quo fovetur & maturatur Germen ad *vitam plantæ*; unde utriusque *parentis* semen est perquàm necessarium ad Germen in actu, atque fatetur apud *Peripat.* ipsos ex *Arist.* 1. de Gen. Anim. c. 18. & 19. Ἐπεὶ δὲ τοῦτ' ἔστιν ὃ γίγνεται τοῖς θήλεσιν, ὡς ἡ γονὴ τοῖς ἄρρεσιν, ἅμα δὲ δύο σπερματικὰς ἀποκρίσεις οὐκ ἐνδέχεται γίνεσθαι, φανερὸν ὅτι τὸ θῆλυ οὐ συμβάλλεται σπέρμα εἰς τὴν γένεσιν. Ex utrisque conflari, semen etiam à *fœminâ* prolectetur, ità περὶ ζώων ἱστορ. l. 10. c. 6. ὥστε φανερὸν ὅτι παρ' ἀμφοῖν γίνεται πρόεσις τοῦ σπέρματος, εἰ μέλλει γόνιμον ἔσεσθαι, manifestum sit (inquit) ex ambobus fit emissio seminis ad unum futurum Germen. Attamen inter Medicos ac Philosophos haud exigua fit digladiatio de hàc re, semenque fœmineum res discussionis est magna inter doctissimos. Sic *Arist.* lib. 10. de

Hist.

Hist. Anim. c. 5. Εἰσὶ γὰρ καὶ ἡ γυνὴ συμβάλλεται εἰς τὸ σπέρμα καὶ τὴν γένεσιν, & lib. de Gen. Anim. l. 1. c. 20. ὃ δ' οἴονταί τινες σπέρμα συμβάλλεσθαι ἐν τῇ συνουσίᾳ τὸ θῆλυ, διὰ τὸ γίνεσθαι παραπλησίαν τε χαρὰν ἐνίοτε αὐταῖς τῇ τῶν ἀρρένων, &c. sic à nobis Quæstio satis amplè decidatur, & quod est in dubium absolvatur à sequentibus *rationibus*.

De semine muliebri rationes alia.

1\. A *Testibus* fœminarum, *vasis seminariis*, & *organis* semen ad conficiendum omnimode comparatis & apte dispositis, καὶ Πόροις Σπερματικοῖς, *Arist*. l. 1. Gen. Anim. c. 3. Quippe natura nil frustra fecit nec sine ratione nec fortuitò. Sic *Arist*. de Cœlo lib. 1. c. 4. & cap. 8. lib. 2. Οὐδὲν γὰρ ὡς ἔτυχε ποιεῖ ἡ φύσις, οὐδὲ τῶν μὲν ζώων φροντίσαι, τῶν δὲ οὕτω τιμίων ὑπεριδεῖν, lib. 2. c. 11. ἡ δὲ φύσις οὐδὲν ἀλόγως, οὐδὲ μάτην ποιεῖ, &c, & lib. 4. de *Part. Anim*. c. 12. 1.

A Testibus vasis.

2\. Quoniam in *Proësi* seminis ac evibratione, tam fœminis quam viris (ex hoc congressu mutuo *Aphrodisio*) pruritus adsunt & oblectamenta. Oestra atque titillationes quæ eas magnopere proritant ad actionem uteri avidiorem in generando; forsan autem in amplexu primo sive lectiluctâ vix absque nonnullo dolore, inquit *Arist*. Περὶ ζώων ἱστορ. l. 7. c. 1. περὶ τὴν τοῦ σπέρματος Πρόεσιν οὐ μόνον ἡδονὴν γίνεσθαι τοῦ σπέρματος ἐξιόντος ἀλλὰ καὶ λύπην. 2.

Ex illecebris & oblectamentis

Sed 3. Quia fœminæ sunt ejusdem *speciei* viris, adeò ut speciei conservandæ à naturæ legibus etiam contribuere debent; & ejusdem speciei formas ejusdem rationis facultates generandi de jure sequuntur. Sicubi natura statuit inter omnia tam *Vegetabilia* quàm *Animalia* utpote fusius & elegantius edocuit *Arist*. l. 4. de Hist. Anim. cap. 11. Ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ζώοις, καὶ τετράποσιν ἅπασιν ἐστὶ τὸ μὲν θῆλυ τὸ δ' ἄρρεν ἀλλ' ὥσπερ ἐν φυτοῖς τὰ μὲν ἔμφορα ἐστὶ, τὰ δ' ἄφορα, οὕτω καὶ ἐν τούτοις, &c. 3.

Quia sunt ejusdem speciei

Aristot.

4. *A Materie congesta earum vasis.* 4. Quoniam ad earum quoque vasa spermatica materies & spiritus quaquaversus, *viz.* à *Pneumatosi* per nervos, à corde, corporeq; per Arterias venasque conferuntur, & elaborantur versus *Germen* fœmineum. Καὶ δῆλον ὅτι ἀπὸ παντὸς ἔρχεται τὸ σπέρμα τοῦ σώματος. Atqui quid de hâc re hæsitandum sit prius absolvimus. Necnon amplè ventilatur Quæstio apud *Arist.* de Gen. Anim. l. 1, c. 17. δοκεῖ γὰρ πάντα γίνεσθαι ἐκ σπέρματος· τὸ δὲ σπέρμα ἐκ τῶν γεννώντων, διὸ τοῦ αὐτοῦ λόγου ἐστὶ πότερον τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ προΐεται ἄμφω ἢ θάτερον μόνον, καὶ πότερον ἀπὸ παντὸς ἀπέρχεται τοῦ σώματος ἢ οὐκ ἀπὸ παντός, &c. ubi singulis partibus corporis ad *spermatosin*, seminalem materiem provenire ex quatuor ratiociniis Philosophatur.

5. *Consortio cum aliis partibus.* 5. Quoniam in earum spermaticis vasis etiam sunt combinationes atque confluentiæ *spirituum Natur.* Vital. & Animalium *Spermatosi* inservientium, unde *Germen* ad actum cum Germine virili *potentiale* sanè proferatur. Necnon uteri partiumque seminalium fœdera cum aliis *principibus* unde Germen impregnetur, ac maturetur, ope temporis locique in utero, è *duplici calore*, *Arist.* de Gen. Anim. l. 3. c. 2. Attamen haud tantopere materies exantletur *fœminis* neque tantis spirituum viribus opus est iis quam viribus; unde semen earum *spirituali vi* destitutum procul è corpore nequeat emitti de *Hist. Anim.* l. 7. c. 7. οὐδὲν γὰρ ῥιπτεῖται πόρρω ἄνευ βίας πνευματικῆς, satis attamen conveniunt & exantlantur *procreationi* inservire, atque virile *Germen* magisque spirituosum optimè contemperare.


6. *Ab aliquo tertio in Natura.* 6. Denique quoniam ex duobus *Actu* præexistentibus fiat unum *tertium* in Natura τελειώτατον. Hâc quoque ratione decerpamus Argumentum è

Jul. C. Scal. Exerc. 107. 5. 6. & è D. *Sennert.* Instit. l. 1. cap. 10. insuper & in terminis è D. *Sennerti* lib. 5. de *Nat. Phil.* c. 14. linguâ nostrâ vernaculâ edit. & in *folio*, atque de form. orig. cap. 9. Attamen (ut diximus) in *Germine virili* spiritus ad speciem propagandam copiosissimè nidulantur. Unde nec in unâ parte Sectatoribus *Harvæanis* fœminam plus quam *Marem* in propaganda specie concedamus, nec in alterâ celeberrimo mihi præceptore D.D. *Regio*. *Germen* virile secludamus, quod ideò *Potentiale* nobis appellatur, quàm ob ejus elaborationes ad perfectionem & potentiam generandi, tam ob ejus spiritus virésque longè valentiores viris quam fœminis. Quid enim plenius aut planiùs inferamus è verbis *Arist.* de *Gen. Anim.* l. 1. c. 21. Πῶς ποτε συμβάλλεται εἰς τὴν γένεσιν τὸ ἄῤῥεν καὶ πῶς αἴτιον ἐστὶ τοῦ γινομένου τὸ σπέρμα τὸ ἀπὸ τοῦ ἄῤῥενος, ita cap. 20. Εἰ οὖν τὸ ἄῤῥεν ἐστὶν ὡς κινοῦν καὶ ποιοῦν, τὸ δὲ θῆλυ (ᾗ θῆλυ) ὡς παθητικόν, εἰς τὴν τοῦ ἄῤῥενος γονὴν, τὸ θῆλυ συμβάλλοιτο οὐ γονὴν ἀλλ' ὕλην. Ubi liquido constabit semen virile principiis, spiritibusque viribusque procreandi muliebre semen longe superare, unde primum potius insignitur Germinis aut τῆς γονῆς nomine sed fœmineum τῆς ὕλης, itidemque de *Gen. Anim.* l. 4. c. 1. Διαφέρει δὲ τὸ τοῦ ἄῤῥενος σπέρμα ὅτι ἔχει ἀρχὴν ἐν αὐτῷ τοιαύτην, de *Hist. Anim.* l. 5. c. 14. l. 7. c. 1. sed instar omnium *de Gen. Anim.* l. 1. ubi semen aut *Germen virile* dicitur impetrare τὴν πρώτην Ἀρχὴν γενέσεως, ast muliebre τὴν δευτέραν. Quamobrem non duntaxat in utero solo *Germen* deprehendimus, nec masculino *semini* nil nisi partes vaporosas ac spirituosas advenire putamus. Sed si à *fœminis* ad hujus vim *Prolificam*, principia copiosius immittuntur, tamen ad *Embryonis* formationem vimque *Germinis Plasticam* plus à *viris* quam à *fœminis* Embryoni imper-

Jul. Scal. D. Sennert.

D. Regius. *Quare* Germen virile *nuncupatur* potentiale.

Aristot.



De Reg. *Nat. Phil.* *l.* 4 *c.* 14.

impertiri (i.e. quoad seminis principia spiritumq;) nihil ambigo, τὸ ἄῤῥεν κινήσεως τὸ θῆλυ ὕλης, *Arist. de Gen. Anim.* l. 1. c. 2. Semen etiam muliebre quam imbecillius tam Generationi (à seipso) ineptius est, *Arist. de Gen. Anim.* l. 1. c. 7. Μὴ γόνιμον εἶναι τὸ σπέρμα τὸ ψυχρὸν, unde *accidit*, quod absque viro, congressúque concipere nequeant, nec ad *Germen* in actu satis esset earum semen (à seipso) comparatum aut potentiale, tamen usque ad unionem commerciumque Germinis virilis satis elaboratum, unde proveniat optima *totius* contemperatura tam prolificatione quam Embryonis efformatione, quippe quod uni deest per alterum semen optimè compensetur. Unde *Arist.* l. 1. *de Gen. Anim.* c. 2. Τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄῤῥεν Ἀρχαὶ τῆς γενέσεως εἰσιν Ἄῤῥεν μὲν γὰρ λέγομεν τὸ εἰς ἄλλο γεννῶν ζῶον, θῆλυ δὲ τὸ εἰς αὐτό. Germenque virile multùm spirituosius appareat,

Aristot.



Quomodo Germen virile perfectius apparet.

1. Ab ejus *Elaboratione* perfectiori.

2. *Ejaculatione* potentiori, *Arist. de Gen. Anim.* l. 1. c. 6. Ὥσπερ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ πάντων τούτων ἀνάγκη κατασχόντες τὸ πνεῦμα προΐεσθαι τὴν γονήν.

3. *Colore* candidiori *de Gen. Anim. lib. 2. cap. 1.* Διὰ ταύτας τὰς αἰτίας, καὶ τὸ σπέρμα ἔσωθεν μὲν ἐξέρχεται σιφρὸν καὶ λευκὸν, ὑπὸ τῆς ἐντὸς θερμότητος πνεῦμα πολὺ ἔχον θερμόν. Et paulò post, αἴτιον δὲ τῆς λευκότητος τοῦ σπέρματος, ὅτι ἐστὶν ἡ γονὴ ἀφρός. Sed hoc supra explicavimus ita lib. 3. *de Anim. Hist.* c. 22. &c.

4. Ex actione emissione, καὶ προέσει vehementiori *de Gen. Anim.* l. 1. c. 21. Τὸ Ἄῤῥεν ὡς ποιοῦν τὸ θῆλυ ὡς παθητικόν.

5 Et à constitutione *maris* calidiori vivacissimoque sic apud *Arist.* de hist. Anim. lib. 4. cap. 9. Πάντων γὰρ ὁ Ἄνθρωπος πλείω ζῇ χρόνον, lib. 7. cap. 3. πλεῖστον γὰρ ὡς κατὰ τὸ μέγεθος ἀφίησι σπέρμα τῶν ἄλλων ζώων ἄνθρωπος, &c. Ex quibus omnibus haud improbabile

babile videatur *Germen* hominis esse, longè potentius ad prolem procreandam. Veruntamen & *Semen Maris* (inquit Insignis *Harvæus de Gen. Anim.* Exerc. 39.) *prout à testibus per vasa deferentia derivatur, & in vesiculis spermaticis continetur Prolificum non est, nisi coitûs vel cupidinis æstu Spirituale reddatur.* His ritè perpensis, Germen hoc in utero fœminæ Καθ' ἕξιν ἢ ὁμβρεῶθῇ, conceptum ire debet ex utriusque parentis semine, & inquit, *Hipp.* 1. *De Morb. Mulier.* Καὶ ἢν τὰ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ὁμορροθῇ κατ' ἕξιν τῷ ἀπὸ τῆς γυναικὸς ταχύτερον κυεῖσαι. Ex his unitis utriusque velut ab uno nixu celerius concipiet; unde *virile Germen* atque siccius in utero humido benè temperato fiat ἐυπρόσφυτον. Hoc modo statuitur ex *Hippocratiano* tripode sic *Aphoristicωs* lib. 5. aph. 62. Ὁκόσαι ψυχρὰς καὶ πυκνὰς τὰς μήτρας ἔχουσι, οὐ κυΐσκουσι, καὶ ὁκόσαι καθύγρους ἔχουσι τὰς μήτρας οὐ κυΐσκουσιν ἀποσβέννυται γὰρ αὐτῇσι ὁ γόνος, καὶ ὁκόσαι ξηρὰς μᾶλλον καὶ περικαεῖς· ἐνδείῃ γὰρ τῆς τροφῆς φθείρεται τὸ σπέρμα, ὁκόσαι δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τὴν κρᾶσιν ἔχουσι σύμμετρον αἱ τοιαῦται ἐπίτεκνοι γίνονται. Ex utriusque mixturis tam humidioribus à fœminâ quam siccioribus à viro oritur fœcunditas augustissima, necnon optima *crasis* unde semen in utero haud secus ac semen in terrâ humida fæcundatur. Veteréque statuerunt terram ὡς θῆλυ καὶ μητέρα sed Sol ὡς πατέρα, *Arist. Gen. Anim.* l. 1. c. 2. Διὸ καὶ ἐν τῷ ὅλῳ τὴν γῆς φύσιν ὡς θῆλυ καὶ μητέρα νομίζουσιν οὐρανὸν δὲ καὶ ἥλιον καὶ εἴ τι τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ὡς γεννῶντας καὶ πατέρας προσαγορεύουσι, & quare sic? nisi quoniam ambo sunt necessarii in fertilitate fructuque seminis. Alioquin Germina οὐχ ὁμοβρέφονται ἢ ζῶονται, neque vi nutritivâ, neque *plasticâ* sint prædita. Ex hâc causâ dixit *Empedocles* & alii. *Arist. de Gen. Anim.* l. 1. c. 18. Φησὶ γὰρ ἐν τῷ ἄρρενι, καὶ ἐν τῷ οἷον σύμβολον τὸ ὅλον

D. Harvæus. Hippocr. Aristot. Empedocles.

ὅλον δ' ἀπ' οὐδετέρου ἀπιέναι. *Totum* à neutro proficiſci, dum in Maris fœminæque concubitu quaſi ſymbolum proveniat. Proin & à naturâ fit quaſi τῆς Ἀρχαίας φύσεως συναγωγῆς καὶ ἐπιχειρῶν ποιῆσαι ἓν ἐκ δυοῖν.

D. Harv.

De hâc re quoque Clar. noſtras *Harvæus* Exerc. 26,27,28,30,31,39,&c. ampliori necnon *elegantiori Minervâ* nobis enucleavit rationem hujus commixtionis ab utroque parente, Exerc. 28. *Nobis autem* (inquit) *ovum fœcundum eſt verè ſperma, ſemen & genitale*(ſeu *Germen*) *Plantarum ſemini Analogon, conceptuſque primus ex Ambobus parentibus oriundus, & utriuſque fructus promiſcuus; nam ut ovum non fit ſine Gallinâ, ità nec fœcundum fit abſque Gallo.* *Sic* (Exerc. 32.) *Veriſimilè Medicis videtur Genituram à parentibus in coitu profluentem eſſe verum Sperma ſive ſemen Plantarum Semini analogum, non ſine ratione Miſtum illud proximum futuræ prolis efficiens, ex utriuſque ſeminis Miſturâ conſtituunt, &c.* quamlibet ei res alitèr in ovo ſe habere videtur. Quinetiam ad ulteriorem *Germinis* in utero maturationem (uti priùs eliminavimus) hoc unum *Mixtum* ac Compages verſus *Embryonem* præcipuéque Marem fermentis novis uterinis ac influentiis radiiſque per nervos à *Pneumatoſi* occurrit. Natura fermenti hujus explicatur in *Ariſt.* de *Gen. Anim.* l.2.c.4. καὶ γὰρ (inquit) ζύμη ἐκ μικρᾶς μεγάλη γίνεται τοῦ μὲν στερεωτέρου ὑγραινομένου, τοῦ δ' ὑγροῦ πνευματουμένου. Quod magnum fit ex minimis, unde fœminæ facies colore florido forſitan & eleganti ſuffunditur; Sic ex *Hippoc.* Aphor. 42. S.5. Γυνὴ ἔγκυος ἢν μὲν ἄρρεν κύει εὔχρους ἐστὶν, ἢν δὲ θῆλυ δύσχρους. Mulier gravida ſive prægnans marémque concipiens colore tantò vegetiore fruitur. Quodpiam

D. Harv.

etiam ex *Harvæanâ* doctrinâ de Mare Generando Symbolum nobis evidenter inferatur, *Gallus enim*

(in-

(inquit) *ovo idem confert, ut ex subventaneo Prolificum evadat; & idem vegetabilium fructibus tribuitur ab æstivo solis fervore ut maturitatem consequantur & eorum Semina fœcunda fiant*, Exerc. 49. Nihilominus una planta fiat *alterâ* sterilior aut fertilior utpote minùs aut magis deficiunt vel exuperant spiritus Mercuriales intus inclusi, calidum humidumque radicale ambit in compage mixti. Quippe quum *Verno tempore* radiis *solaris* uterum terræ visceráque intepescunt, mirâ fœcunditate, cum *fermento* vivido necnon innato calore protinus ad πανσπερμίαν sive πολυσπερμίαν imprægnantur. Consimilitèr & haud incongruâ ratione *Germen* in utero fœcundatur atque maturatur ope fermenti calorísque duplicis, & influentiis à *Pneumatosi*. Hæc quoque doctrina de Vegetabilibus planè deprehendatur è Sacris *Script. Deut.* 33. 14. ממגד תבואת שמש *è proventu solis*, ast è versione *Samaritanâ*, ࠌࠌࠂࠃ ࠕࠁࠅࠀࠕ ࠔࠌࠔ Et propter *Pretiosa fructuum Solis, proventuumque menstruorum*.

Sim.

Efficiens *animationis* prioris in Embryone sit à pari ratione (quemadmodum probavimus) unde τὸ Θερμὸν ex *Arist.* dicitur, τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ Σπέρματι, καὶ ἐν τῷ ἀφρώδει πνεῦμα. Sic *de Gen. Anim.* l. 1. c. 2. *de Mundo* cap. 4. sic explicatius agit de hâc re, lib. *Gen. Anim.* 1. c. 23. ubi quid in Animalium procreatione commune *Plantis* enucleavit ad rem. Ἐν μὲν οὖν τοῖς ζώοις πᾶσι πορευτικοῖς, κεχώρισται τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος, καὶ ἔστιν ἕτερον ζῷον θῆλυ καὶ ἕτερον, τῷ δ' εἴδει ταὐτὸν οἷον Ἄνθρωπος ἀμφότερα, ἐν δὲ τοῖς Φυτοῖς μεμιγμέναι αὗται αἱ δυνάμεις εἰσί. διὸ καὶ γεννᾷ αὐτὰ ἐξ αὑτῶν καὶ οὐ προΐεται γονὴν ἀλλὰ κυήματα τὰ καλούμενα Σπέρματα &c. Sic ex *Empedocle*, Οὕτω δ' ᾠοτοκεῖ μακρὰ δένδρεα Πρῶτον ἐλαίας. Forsitàn & omnium Plantalium Germinis

Arist.

Empedoc.

minis ratio Luci datur ex *nutritiis influentiis* & occurrentibus à calore Solis apud *Arist.* l.8. de Hist. Anim. cap.13. ὅπου γὰρ ἂν ὁ ἥλιος ἐπιβάλλει φύεται πλείω καὶ βελτίω καὶ ἀπαλώτερα οἷον ἐν κήποις, καὶ ὁ θὶς ὁ μέλας φύεται περὶ τῇ γῇ, unde proveniunt in hortis quam optimi fructus tam flores amænissimi, semináque summè fœcunda. Nec minùs eluceat hæc doctrina inter Animalia, quorum flosculi, fructus & *Semina* fertilissima proferuntur sub influentiis Animalium spirituum augustissimis ac Germinis innatis spiritibus, ad *Embryonem* fœlicem.

Aristot. Ideoque τὸ πνεῦμα dicatur ex *Arist.* cap. 4. *De Mundo*, ἥτε ἐν φυτοῖς καὶ ζῴοις καὶ διὰ πάντων διήκουσα ἔμψυχός τε καὶ γόνιμος οὐσία περὶ ἧς λέγειν νῦν ἀναγκαῖον. Quippè propter hos spiritus & influxus Germen est in utero prolificum. Porrò *De Gen. Anim.* l.2. cap.3. ad amussim extricatur hæc doctrina verbis his. Πάντων μὲν γὰρ ἐν τῷ Σπέρματι ἐνυπάρχει ὅπερ ποιεῖ γόνιμα εἶναι τὰ σπέρματα τὸ καλούμενον θερμὸν τοῦτο δ᾽ οὐ πῦρ οὐδὲ τοιαύτη δύναμίς ἐστιν ἀλλὰ τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ Σπέρματι καὶ ἐν τῷ ἀφρώδει Πνεῦμα, καὶ ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις ἀνάλογος οὖσα τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ· ἡ δὲ τοῦ ἡλίου θερμότης, καὶ ἡ τῶν ζῴων οὐ μόνον διὰ τοῦ Σπέρματος, ἀλλὰ κἄν τι περίττωμα τύχῃ τῆς φύσεως ὂν ἕτερον ὅμως ἔχει καὶ τοῦτο ζωτικὴν Ἀρχὴν, ὅτι μὲν οὖν ἡ ἐν τοῖς ζῴοις θερμότης οὔτε πῦρ οὔτ᾽ ἀπὸ πυρὸς ἔχει τὴν Ἀρχὴν ἐκ τῶν τοιούτων ἐστὶ φανερόν. τὸ δὲ τῆς γονῆς σῶμα ἐν ᾧ συναπέρχεται τὸ σπέρμα τὸ τῆς ψυχικῆς Ἀρχῆς, &c. Inest (inquit) in semine omnium, (sive Germine ipso) quod facit fœcundum, & appellatur *Calidum* innatum & Spiritus est qui semine spumosóque corpore continetur, cujus Germinis natura in Analogiâ respondet *Elemento Astrorum*. Calor autem hic non est ignis nec ab igne Elementari, sed instar caloris *Solis* & animalium qui con-

cinetur

tinetur in ſemine, quod principium habet animatū. A quibus omnibus nobis luculentèr apparet ſemen eſſe *Prolificum*, partim ex ſeipſo mercuriis *ſpiritibus* & innatis, partim ex *uterini* mixti compage humidoque calido, fermentoque, partim & ex adventitiis influentiis (inſtar Solaris æſtûs intepeſcentis,) unde *Fernelius* etiam l. 1. de *Abdit. rerum cauſis* c. 10. Philoſophatur. *Et ſemen* (inquit) *nil quicquam ſine Cœlo generat; Semen gignendis rebus materiam concinnè & convenienter apparat, ſed cœlum in illam apparatam, ſpeciem immittit, &c. Attamen Animalibus procreandis* (inſtar influentiarum Solis ac Cœli) ſpiritus immittuntur & irradiantur in uterum, & Germen occluſum (poſt mixtionem idoneam) proin etiam maturatur, & ſuſcitatur aptitudo ad vim ejus prolificam, plaſticamque, utpote ſeminibus Vegetalium occluſis in utero terræ planè celebratur hæc prolificatio. Etenim ex compage & mixto quod ad *genus* plantæ pertineat exiliunt fibrulæ, filamentáque, & membranula ſtirpium ſemini referentia, vel ad ſpeciem *Plantæ*. Haud etiam abſimili modo, proceſſus *animationis prioris* in utero fœminæ fiunt, & quum rudimenta prima proferuntur, adumbratis partium ſolidarum filamentis ſanguis ſive ſuccus (quaſi roribus & guttulis) nutritioni *Embryonis* (uti mox explicabitur) impertitur, præcipuéque poſt 7. diem conceptionis. Et omnibus intereà mirari ſubeamus quòd in tantillis initiis, ſeminibúſque minutiſſimis, tam variæ, tam immenſæ potentiæ (pro conſervandâ ſpecie) reponuntur; prout è proximâ Sectione de *Vi Plaſtica* Germinis exquiremus.

Unde fit Prolificum.

Fernelius.

Ordo methoduſque procedendi in utero.

S ECT.

SECT. V.

De Plasticâ vi Germinis.

2 De Plastica vi Germinis.

HÆC *Plastica vis* Germinis in utero, Membranulis membrisque Embryonis impertit *efformationem*, figuram, *situm*, numerum, atque *quantitatem*. Sic ex *Hippoc.* de *Diat.* lib. 1. Διακρίνεται δὲ τὰ μέλεα ἅμα πάντα καὶ αὔξεται, καὶ οὔτε πρότερον οὐδὲν ἑτέρου ἑτέρων οὔθ' ὕστερον, τὰ δὲ μείζω φύσει πρότερα φαίνεται τῶν ἐλασσόνων οὐδὲν πρότερα γινόμενα, augentur omnia simul, attamen quæ majora sunt, magis & prius obvia sunt conspectui. Sic apud *Arist.* de *Gen. Anim.* lib. 1. c. 7. δοκεῖ δὲ πάντα γίνεσθαι ἐκ σπέρματος &c. & l. 2. cap. 6. μάλιστα κατ' ἀρχὰς φαίνεται τοῖς ἐμβρύοις. Hâc quoque Palæstrâ *Peripateticorum*, Pythagoreorum, *Medicorumque* lites atque digladiationes vitemus, Pacem & inter omnes ex nostrâ sententiâ de hâc re conciliare conemur. Quippe neque cum *Galeno* semen esse præditum solâ *vi Plasmaticâ*, vel à temperie sine *Particulis* nostris *hypostaticis* (vide *Clar. Reg.* de *Nat. Phil.* 4. c. 14.) nec *Peripateticis* ex *Arist.* l. 4. de *Gen. Anim.* *Erasto* doctissimo, aliisque inter *Coryphæos* vim seminis Plasticam absque spiritibus animalibus influentibus à Pneumatosi statuamus. Neque cum Clar. *Fernelio* l. 7. *Physiol.* cap. 12. hanc unicam vim efformandi solis à viribus *Imaginatricis* educi putemus. Sed nostro tramite Vim Plasticam *Germinis* ad efformationem fœtus ex omnibus spiritibus & activis principiis tam præeuntibus quam subsequentibus propalari concludamus. Etenim inquit *Aristot.* de *Gener. Anima.* lib. 2. cap. 4.

Hippoc.

Aristot.

Nec à tripode Galenico neque Peripatet.

Fernelius. *Unde tramite nostro fit hæc vis Plastica.*

ἡ μὲν

ὁ μὲν γὰρ Ἀρχὴ ἐν τοῖς σπέρμασιν ἐν ἑαυτοῖς ἐστιν ἡ πρώτη.

1 Quoad Principia Germinis praeuntia.

1. Quoad *Principia praeuntia*, quæ partim in Germinis & compagis spiritibus insunt, partimque à cerebro, Pneumatosis *spiritibus* & adventitiis, necnon ab imaginatrice vi proferuntur.

2 Quoad Principia subsequentia.

2. Et quoad *Principia subsequentia*; partim à Materie Elementari, *Germinis* & ipsius *crasi* vim *Plasticam* expugnemus. Utpote seminibus plantarum insunt principia Radicis dein & existunt Germina vel fœtus. Ex *Arist.* de *Gen. Anim.* l. 2. cap. *6.* τὸ δὲ λεχθὲν συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν τὸ πρότερον τῇ γενέσει τὸ ἄνω (κύτος τὸ κάτωθεν) τὰς γὰρ Ῥίζας, πρότερον ἀφιᾶσι τὰ σπέρματα τῶν πτόρθων. Ideoque nostram doctrinam de *Plastica vi* Germinis sub 4. his sequentibus optimè complectamur.

Consistit bus 4. Rebus.

1. Ab ejus *spiritibus insitis* atque bene temperatis.

2. Ab *hypoplasticâ* vi *Pneumatosis* influente, ac *imaginatione* forti.

3. Ex *crasi* à particulis congeneis oriente.

Et 4. E manibus *Protoplastæ*.

Ex quibus omnibus consistit hæc *vis Plastica*, à quibus perfungatur & in quibus expendatur.

1 Vis Plastica fit à spiritibus insitis & influentibus.

1. A Seminis utriusque *Vi formativâ* propter insitos spiritus; & ex utroque semine speciem ipsam perpetuari probavimus. Attamen è *Germine virili* præcipua vis *efformandi* fœtûs ob spirituum copias majores exilit (attestante *Arist.* de *Hist. Anim.* lib. 7. cap. 2. & de *Gen. Anim.* lib. 2. cap. 4.) Aristot. Ταύτην γὰρ αὐτῶν φαμὲν ἔχειν τὴν δύναμιν ἑκάτερον καὶ τὸ ἐπὶ τὸ μὲν θῆλυ τὸ δ' ἄρρεν τοῦτο ἀεὶ δὲ παρέχει τὸ μὲν θῆλυ τὴν ὕλην, τὸ δ' ἄρρεν τὸ δημιουργοῦν. Ita postea in cap. 6. Ὕλην μὲν οὖν παρέχει τὸ θῆλυ, τὴν δ' Ἀρχὴν

 τῆς κι-

τῆ κινήσεως τὸ ἄρχειν. Sed ab hâc *doctrinâ* Peripateticâ *Motus* in semine bifariàm accipitur, *viz.* 1. Per Δυνάμιν aut ob ejus motum *Potentialem* unde formativa facultas insit in *Germine*, ad effigiem Avi, Abavi, Proavi atque per varias Generationum series, ad tertiam aut quartam *Gener.* 2. Per ἐνέργειαν, aut ob actualem motum *Embryonis* ad similitudinem parentis, in quam membra, lineamenta, &c. exquisitissimè formantur, & ad τὸ ἔργον τελειότατον διαπλάττεσι. Germinis etiam hic Plasticus motus extricetur elegantiùs ex hoc exemplo, 1. A priori motu, *viz.* *Socratis* (in Germine) vis est *Anaplastica* & *Proplastica*; Vis *Anaplastica* (quoad energiam ac *Germen actuale*) è spiritibus ac particulis insitis speciem sibiipsi persimilem omnimodè procreat. Ast ejus vis προσπλαστικὴ fit ex imbecillitate *Germinis* vel à fœmineo semine vel à quavis causa unde motus actualis solvatur. Sed 2. A *posteriori motu*, vel per δυνάμιν efformetur fœtus aut *Socrates* in similitudine remotiori. Et ex his motibus vis *Plastica*, fœtum efformari, tamen haud hâc vi *Solâ* plasmaticâ concredamus. Sed ex *Harvæanâ* doctrinâ de *Gen. Anim.* Exer. 39. quatenùs Genitura prolifica fit, eatenus effectiva & spirituosa plasticâ vi sit imbuta & elemento stellarum analoga. Sic apud *Arist. de Gen. Anim.* l. 2. c. 2. & c. 4. atque *Galen* l. 2. *de Sem.* facultas hæc formativa spiritibus ab insitis fusiùs optimè tractatur.

2 Per energiam vis Anaplastica & vis Proplastica.

D Harvæus.

2. Germinis vis *Hypoplastica* fit à spiritibus animalibus, influentiisque Pneumatosis, & ex Matris imaginatione fortissimâ vis, hæc *Embryonis* plastica vel potius impressiva fit summè conspicua, prout ex *Hipp.* lib. *Superfœt.* *Galen de Theriac.* ad Pisonem. *Avicen.* lib. 1. *Dent.* 12. cap. cap. 14. & 5. *de Aimal.* *Heliodor.* l. 1. *Hist. Æthiop.* Plurimis & aliis tam anti-

3 Vis embryonis Hypoplastica vel Impressiva.

Avicen. Heliodor. Galen.

antiquis quam modernis *Historias* per totum diem accumularemus. Unde & *Empedocle* vim imaginationis hypotheticam hanc in *fœtum* forsan & in matrem ipsam haud satis admiremur. *Galenus* inde dixit ut ἄνδ Σοφοτάτε τε καὶ δυνατωτάτε δημιεργῦ, hanc *hypoplasticam* potentiam efformandi vix percipiamus. Quippe tantam vim obtinet alterandi, ut ex iis cooperantibus *Embryo* dicitur efformari quasi vi *Synplasticâ*. Habet etiam vim signandi fœtum *ficuum*, fragarum, *Moriq;* sculpturis, aut aliorum quæ gravida perardenter exoptabat, ac *Phantasiæ* soli impetrabat, ab *Impressivâ* vi, necnon ad *colores* fructuum proprios vividosque in partes *Embryonis* solidiores. Effectus etiam mirandos exigit in *fœtûs* proplasmate, *Galenus* ideo nobis eliminavit hos his verbis ad *Pison.* Æthiopi cuidam consului, pulchram ut prolem parturiret, ut formosam & elegantem picturam ad *Clinopodium* apponeret quum vir ei daret obviam in congressu geniali, quam imaginem uxor tempore *amplexus Aphrodisii* impensius observaret. Et ex hoc consilio pariebat pulchrum Infantem, nec eventus fœlix (inquit ille) deerat. *Heliodorus* etiam de hâc re l. 1. *Hist. Æthiop.* confabulatur; & nobis edidit historiam *Æthiopis* Reginæ quæ filiam albam atque formosam *Caryc leam* parturiebat ex intuitu picturæ valde formosæ. Pariter & *Sebast. Munsterus* l. 3. *Cosmog.* atque *Bald. Ronsæus* lib. *de Primord. hom.* c. 10. *Avicen.* l. 5. *de Animal.* Necnon è sacris *Scriptis* *D. Hieron.* in *Gen.* refert nobis Historiam de fœmina sub Adulterii suspicione suspirante, quoniam fœtum haud Marito similem peperisset, donec Picturam Infanti perquam similem exposuisset, quæ in cubiculo suo stetisset, & quam tempore congrediendi per intuitum phantasiamque avidam

Heliodor.

Seb. Munsterus.

Bald. Ronʃ.

D. Hier.

dam in Animo καὶ ἐν θυμῷ volutasset.


Erastus. Huic nihil obstat *Erasti* sententia, qui vires facultatis *imaginatricis* rejecit ex exemplo Lactucæ (sive vegetabilium) cujus *semen* ex insitâ vi necnon absque exemplari lactucam format. Attamen haud eadem est ratio *Proplasmatis* & pullulandi fœtus, ob spiritus animales & influxus à *Pneumatosi.* Et

Laurent. qnid (inquit *Laurent.*) dicet *Erastus*, de muliere albâ fixis & intentis oculis in *Æthiopis* Ideam, nigram inde prolem parturiente ex imaginationis viribus? species enim quæ per imaginationem avidam assumuntur dein & à spiritibus influentibus atque irradiantibus è *Pneumatosi* deferuntur ad uterum & in Germen vel per Vim *Synplasticam* vel *Hypoplasticam* evidentissimam. Exinde spiritus & humores avolantes, versus has vel illas partes *Embryonis* diriguntur, qui proplasmati fœtus mirificè inserviant. Sed,

3 Vis Diaplastica Germinis à Crasi & à Particulis. 3. Insuper & ejus Vis *Diaplastica* propagetur è potentiis Germinis ipsius, partim ab ejus *temperie*, partim & â *particularum* variis formis, *figuris*, ideis, *viribus* ac virtutibus efformandi, &c. Necnon ope caloris *congeniti* fermentique uterini suscitetur hæc *Vis*, ad efformandas membranulas, nempe *Chorion*, Amnion atque *Secundinas. Galenus 2. lib. de Sem.*

Galen. Vim hanc *diaplasticam* crasi Germinis & mixtis ascripsit, ex cujus *temperie laudabili* vel εὐκρασίᾳ *vis Plastica* quoque delineatur ab *Hippoc.* Sic (inquit) à semine utriusque parentis *Masculeo*, i. e. ex *Germine* optimè per omnes elaborationes comparato fiunt *Heroes* Illustriores λαμπρότας ψυχὰς καὶ τὸ σῶμα ἰσχυρόν, sed fœminæ θηλυκώτεραι καὶ ἀφυέστεραι, à semine *fœmineo* parentis utriusque, i. e. à Germine minus elaborato ac spirituoso. Sic apud *Arist. de Gen. Anim.* l. 4. c. 3. τὰ μὲν ἄρρενα μᾶλλον ἐοίκε πατρὶ,

πατεὶ, &c. Sicubi edocuit etiam *Hippoc.* à Germine calidiori *Mares*, atque frigidiori *Fœminæ*, procreantur; & *semen calidum* citius sed *frigidum* tardius efformatur ex *Arist. de Hist. Anim.* l. 6. c. 22. τελειοῦνται δὲ τὰ θήλεα τῶν ἀῤῥένων ἔμπροσθεν, ἐν δὲ τῇ γαστεὶ τὰ ἄῤῥενα τῶν θηλειῶν, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο συμβαίνει, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, ὅσα πλείω τίκτει. Ita lib. 7. cap. 3. τέως μὲν οὖν πᾶς ὁ τῇ πλείωσιν τῶν μορίων βραδύτερον ἀπολαμβάνει τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος, &c. Insuper & ex *Aphor.* 42. Sect. 5. Γυνὴ ἔγκυος, εἰ μὲν ἄῤῥεν κύει εὔχρους ἐστὶν, ἢν δὲ θῆλυ δύσχρους, si fœmina prægnans Marem gestaret, erit tantò vegetior atque vividior in colore, quoniam color vegetior sit à vegetioribus *Germinis* spiritibus, ac fermentis uterinis. Hippoc.



2. Sed quoad *Particulas* & *Principia*; Vis Plastica secat *homogenea* ab heterogeneis *Sectaque* disponit *Dispositáque* ordine profert, animat ac nutrit ad *vitam* vegetalem. *Arist. de Gen. Anim.* l. 2. c. 1. πρότερον δὲ δεῖ νοῆσαι, ὡς εὖ, καὶ ἐφεξῆς τὴν φύσιν ἀποδίδωσιν ἡ φύσις. De his variis *Particulis* vi Plasticæ sanè inservientibus Clar. D. Regio de hâc re in l. 4. Nat. Phil. cap. 4. optimè consulamus cujus verba sunt. *Seminum Particulæ agitantur in utero, hæ verò agitatæ ob suas Figuras & magnitudines, quas in meatibus seminariis, certo modo temperatis & figuratis sunt adeptæ, necessario in utero in perfectum Animalis Generandi Germen succo alimentario instructum, & membranulis vestitum, semina stirpium aliquo modo referens, abeunt. Idq; ferè eodem quamvis accuratiore contingit modo, quo ex oblongis salis particulis, in aquâ (vi caloris) agitatis, & inter se conjunctis, primum Lamellam, & ex ea sæpius multiplicatâ Granum cubicum, atque ex sex Globulis in plano aliquo agitatis, & inter se unitis Rosam; &* D. Reg.

ex oblongis flexibilibusque particulis vaporum, è cellis tempore gelido, in earum jannas & vitreas fenestras, vorticoso motu variè impingentibus, varias stirpium earúmque partium imagines efformari observamus. Ex hoc profectò, & instructo ac vestito Germine perficitur, deinde Paulatim ita, sed multo accuratius, tota ulterior fœtûs Formatio. Ut in officinis vitrariorum, post rudem vitreæ (& ab igne excandescente) Bullæ in quibusdam partibus incisionem vel depressionem, chirothecas, ocreas, multaque ridicula ab ignaris conflari, & in quibusdam fontibus, propter pororum in tubulis figuras, varias imagines vi Aquarum erumpentium produci videmus. Sic ille. Forsan & ex particulis monstrosè figuratis proferantur partus monstrosi sive vitiosi ex earum *vi Plastica*, qui hâc ætate observatui in formis ac figuris *Lupinis*, *Vulpinis*, &c. cumulatè adsunt. Et quid planius expromamus? ab *Aristot. de Hist. Anim.* lib. 6 cap. λζ. ult. Τῶν δὲ Περσικῶν ἔν τινι τόπῳ ἀνασχιζομένων τῶν ἐμβρύων, τὰ θήλεα ἤδη κύοντα φαίνεται· φασὶ δέ τινες καὶ διϊσχυρίζονται, ὅτι ἂν ἅλα λείχωσιν ἄνευ ὀχείας γίνεσθαι ἐγκύους. Οἱ δ' ἐν Αἰγύπτῳ μύες σκληρὰν ἔχουσι τὴν τρίχα, ὥσπερ οἱ χερσαῖοι ἐχῖνοι· εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι οἳ βαδίζουσιν ἐπὶ τοῖς δυσὶ ποσί· τὰ γὰρ πρόσθια μικρὰ ἔχουσι, τὰ δ' ὀπίσθια μεγάλα· γίνονται δὲ πλήθει πολλοί· ἔστι δὲ καὶ ἄλλα γένη μυῶν πολλά. Quippe proculdubio fœtus murium in utero vim Plasticam ex *Particulis* adeò figuratis ex magnâ parte petebat. Demùm ex *Hipp.* formationis Ordo reducatur ad 4. tempora conformationis ex vi hâc *diaplasticâ*.

Aristot.

Tempus ac Ordo fœtus efformandi.

1 Germen ut Γονὴ quid?

1. Primoque tempore efformandi, vocatur Γονὴ, quo nihil nisi semina coagulata (concretáque crustula) fœtus ad septem diem apparent.

2. Κύημα

2. Κύημα quo moles quasi magis *carnea*, conglobulatáque pro 9. *diebus* conspicua fiat, & in tribus Guttulis, ac *Globulis* sive vesiculis pluribus intueatur, quæ vocantur bullulæ pellucidæ *Laur.* lib. 8. cap. 5. ast ex *Arist. de Gen. Anim.* l. 2. c. 11. ἀφρώδης Πομφόλυξ principiumque partium rudimenta (vel instar trium corporis *constitutionum* nempe *Nat. Vital.* & *Animalis*) existimantur. *2 Quomodo κύημα ubi tres* Guttulæ pellucidæ *quid significant?*

3. Ἔμβρυον, & illo tempore partium omnium spermaticarum stamina, sive rudimenta prima luculentèr eluceant in liquore vel succo nutritio (prout in proximâ sectione disquiramus) à die 15. ad 27. ubi *cor* (instar punctuli) viscera, parenchymata, officula, artus, spina, membranæq; cerebrum investientes, reliquumque corpus instar *carinæ* Navis, laterumque assurgentium; imò & membranulæ duæ nempè *Chorion* & *Amnion* (quæ Germini sunt aut Embryoni quasi involucrum) planè conspiciantur. Ideoque *fœtus* his involucris ac humoribus innatat ab hoc tempore, utpote semina vegetabilium in utero *terræ*, *Cortices* habent forsitan *duos* instar harum *membranarum* & involucrium; omnis enim Arbor atque *frutex*, cum duplici cortice vestitur, omniaque earum semina cum binis involucris muniuntur, *viz.* *3 Quomodo ἔμβρυον?* *Chorion & Amnion.* Sim.

1. *Exterius* duriore atque robustiore:

Sed 2. *Interius* molliore, vid. *Vander Linda.* in Phys. p. 323. imò & ex *Harvaanâ* doctrinâ de ovo planè celebratur hæc opinio *Exerc.* 11. *de Gen. Anim.* *Et* (inquit) *ego in ovo gallinaceo non modo varium Albumen observavi sed etiam duplex; utrumque propriâ membranâ involutum, 1. Alterum tenuius, liquidius, & ejusdem firmè consistentiæ cum humore illo, quem ex uteri plicis manentem, Albuminis materiem & nutrimentum diximus.* (Hoc albu- D. Vander Lindanus. D. Harvæus.

albumen est velut succus *Amnii* pullo.) 2. *Alterum Albumen est crassius & viscosius, pauloque magis ad albedinem vergens; in vetustioribus ac requietis ovis, post aliquot dierum incubationem sufflavescens, liquor & limpidus ipsum circumambit.* (Hic est quasi succus Chorii.) *Bináque hæc albumina* (vel membranulæ) *distincta sunt; Sin ablato cortice, membranam utramque proximam penetraveris, videbis alborem liquidum & exteriorem protinus effluere, &c.* ut liquorem inter duas *Membranas*, nempè *Chorion* ac *Amnion.* Quibus *Germinis* partes longè nobiliores obvolvuntur, atque *Pancratoris* ipsius *Peritia* (sublitione fœtûs,) necnon hæ *Calligraphiæ* fabricæq; Naturæ nuspiam satis admirandæ, solerter expiscentur.

4 Quando παιδίον & quomodo? Sim. 4. Denique dicitur Παιδίον ad 45. diem, cum Systema totius integrantis atque partium sit perfectum, sive quasi mangonizatum è manibus *Protoplastæ* solertissimis. More pictoris (inquit *D. Harvaus*) qui prius delineat, deinde *colores* allinit; atque more *Naupegi*, qui *carinam* inprimis pro fundamento substituit, & postea costas, sternumque (ferè tectum) superstruit. Quamvis enim partes simul omnes prius (aut tempore priore)
Hippoc. adumbrentur, apud *Hipp. l. de locis in hom.* in initio (qui in hæc verba erumpit, ἐμοὶ δοκέει ἀρχὴ μὲν οὐδεμία εἶναι τοῦ σώματος, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως ἀρχὴ καὶ πάντα τελευτή.) *Omnia similitèr principium & omnia finis.* Quid quæso appositius (inquit *Laur.* l. 8. q. 15.) Quid brevius? concinnius? aut divinius excogitari potuit? Quarto tunc hoc tempore coalescunt omnia simul ad παιδίον sive prolem perfectam, & ad *apotelesma* plasticum sive *domicilium* Animæ consummatum ex operâ prioris hujus Animationis, quatenus hujus *vis Diaplastica* ex principiis

cipiis, spiritibusque congeneis atque influentibus sit efficiens omnium. Sic à *Virgilio* 6. *Ænead.*

Spiritus intus alit, Totamq; infusa per artus.
Mens agitat Molem & magno se corpore miscet.

4. Postremò Germinis vis *Theoplastica* cætera verisimilitèr perficiunt, unde constitutiones omnes corporis, concoctiones ac elaborationes finguntur ex Animâ, tanquam ab ipsâ *Pancratoris* manu vel à divino Numine efficiente. Quamlibet enim nec clarissimo Viro D. *Harvæo*, nec ejus *Sectæ* concedamus fœtum opus esse Dei ter Opt. Max. absque vi plasticâ Germinis, tamen prioribus nullatenùs excludentibus vim quoque *Theoplasticam* celebramus, & ex *Harvæano tripode* actiones, fabricas, familias, elaborationes atque facultates hujus fœtus adeò divinas esse, (ut haud minus ejus formatione quam *Digitus Dei* nobis eluceat,) fatemur. His quoque conceptis, *carminum* sequentium veritatem cum granulo salis accipiamus ab *Ethnicis.* **4. De vi Theoplastica atque perfectiva Germinis.**

Ζεὺς Πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος Ἀρχικέραυνος·
Ζεὺς κεφαλή, Ζεὺς μέσσα. Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
Ζεὺς Πνοιὴ πάντων, Ζεὺς ἀκαμάτου πυρὸς Ὁρμή,
Ζεὺς πόντου Ῥίζα, Ζεὺς ἥλιος ἠδὲ Σελήνη,
Ζεὺς Βασιλεὺς, Ζεὺς Ἀρχὸς ἁπάντων Ἀρχικέραυνος.

Necnon alia carmina (quæ citantur ex *Empedocle* per D. *Charltonium in Epist. Dissert. de ortu Anim.*) optimè deprehendamus.

Omnia

Omnia quotquot erant, quot sunt præsentia, quotq́;
Orta fuere antehac, stirpes, hominesq́;, feræq́;
Sunt Figmenta Dei, &c.

Hoc quoque sensu sane deprehenditur *Hermes*, Hermes Trismeg. *Trismeg.* l. 2. *Poemand.* ex his similibusque verbis. *Natura namque coramista Homini protulit quoddam Miraculum admirabilissimum. Omnium verò Pater parturiit hominem sibi similem, quem adamavit ut proprium Partum. Perpulcher enim erat, Patris imaginem habens. Revera etiam Deus dilexit propriam formam eiq́; tradidit omnia sua opificia. Nunc Lux & vita est Deus & Pater ex quo natus est homo & à Deo fiunt omnia.* Omnibusque præviis ritè per- D. Charlt. pensis agnoscamus D. *Charltonio* tantam in opere Generationis, sive *Embryonis* fabricâ elucescere sapientiam, quæ nedum seminis, ast forsitan Animæ etiam cujuslibet vires atque facultates longè superet, quæque proinde nulli nisi primæ omnium rerum causæ efficienti, *Deo* nimirum *ter Opt. Max.* absque incongruitate manifestâ adscribi queat. Attamen fœtus non formatur à solâ *Theoplastica*, tantum ab illâ quasi cæteris, principiis, spiritibus *viribusq́;* plasticis, *anaplasticis*, proplasticis, *hypoplasticisq́;* perfectiva. Huic quoque Disquisitioni metam inferamus è verbis *Arist.* l. 2. *de Gen. Anim.* Aristot. cap. 3. Ἀλλὰ τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ σπέρματι, καὶ ἐν τῷ ἀφρώδει πνεῦμα, καὶ ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις ἀνάλογος οὖσα τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ, quoniam principia complectuntur in semine, spiritus in Germine, & Natura in spiritibus his respondens astris, atque quoniam omnia fiunt à Natura de hâc re ἢ διὰ τὸ ἀναγκαῖον, ἢ διὰ τὸ βέλτιον ideoque *Plastica* vis *Embryonis* ex semine de jure omni sanciatur.

SECT.

SECT. V.

De duplici Vi Nutritivâ *Germinis & fœtus.*

PRincipiis *Generandi*, prolificandi, *animandi*, ac efformandi planè ventilatis; de *Fœtûs* (in utero) *Nutritione* disquisitionem jam proximo stadio percurramus. Hâc palæstrâ dum plurimi, imò & *Coryphæi* plurimùm desudantur ac inter se digladiantur. Nos in tramite solito pacem inter omnes conciliare moliamur ex duplici consideratione *fœtus* in utero vel ab ejus *proplasmate*. Quippè de *Embryonis* animatione duplici priùs extricavimus. *3 De Vi Germinis Nutritivâ*

1. A *Spiritibus*: &
2. Ab *Animâ*.

Prior est instar *Embryonis Formæ*, sed posterior *Hominis* aut Animalis. *Duplex forma, 1 Embryonis à spiritibus. 2 Animalis ab Anima ita duplex est Nutritio, viz. 1 Vegetalis. 2 Animalis.*

Jamverò veritati de hâc re litemus è duplici consideratione *Nutritionis* Embryonis in utero: &,

1. Quoad ejus *statum Vegetalem*, cui nutritius succus prolectatur haud secus ac *Plantæ*, sive vitæ vegetanti.
2. Quoad ejus *statum Animalem*, & ita nutricatus *Embryoni* datur per *Os*, haud secus ac *Animalibus*, quæ nutriuntur per *Os*. Atqui nutritionem fœtus utrámq; in ordine pertrectemus, omnibus enim quale vivendi genus est tale nutriendi ac augendi ut non solum *totum* sed & omnes singulæq; partes accrescant. Ὧ ἂν μὲν δεῖ τὸ ὁτιοῦν μέρος μεῖζον γίγνεσθαι τοῦ αὐξανομένου μεγέθους οἷον εἰ σάρξ τῆς σαρκὸς καὶ προσιόντος τινός, *De Gen. & Cor.* cap. 5. ab alimento proprio, numeroque justo, proportioneque. Alimentum

mentum omne persimile debet esse substantiæ cum eo quod nutriendum est, aut præexistit, unde nutricatus *Embryonis* statuitur ex materiâ congeneri apud *Arist.* de *Gen. Anim.* l. 2. c. 6. & de *Animâ* l. 2. c. 4. Φασὶ γὰρ οἱ μὲν τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ τρέφεσθαι καὶ αὐξάνεσθαι, ità vegetabilia sustentantur optimè vegetabili nutricatu, & animalia ex alimento animali. Dumque fœtus plantæ solius vitam degit, alitur ut *planta*, tam viis Plantæ propriis quam edulìis, nimirum usque ad nutritionem & accretionem, vel actiones vegetativas. Quæ operationes vegetandi celebrius explicantur in *Aristot.* lib. 1. de

Arist. Γεν. καὶ φθορ. c. 5. Ταύτῃ γὰρ διαφέρει τροφὴ καὶ αὔξησις τῷ λόγῳ, διὸ τρέφεται μὲν ἕως ἂν σώζηται καὶ φθίνῃ, αὔξεται δὲ οὐκ ἀεὶ, καὶ ἡ τροφὴ τῇ αὐξήσει τὸ αὐτὸ μὲν τὸ δὲ εἶναι ἄλλο· ᾗ μὲν γάρ ἐστι μόνον τὸ προσιὸν δυνάμει ποσὴ σάρξ, ταύτῃ μὲν αὐξητικὸν σαρκός, ᾗ δὲ μόνον δυνάμει σὰρξ τροφή. Nutritio enim ab *Accretione* differat *ratione* ac formâ, non autem *Materiâ*, quia nutritio sit alimenti parati propriique aggeneratio, & Accretio motus extensionis ad majorem quantitatem, in omnem *totius* ac cujusque *partis* homotrophiam sive dimensionem augendi ac alendi. De his ordine atque concisè traloquamur hâc duplici nutritione *fœtus*.

1 De Nutricatu fœtus in vitâ Plantæ *sive* prioris Animationis *& unde?*

1. De *Vi Nutritiva Germinis* ad ejus vitam vegetantem in utero, quæ protinus ab ejus efformatione mirabilitèr eluceat, partim ex *Germinis* ipsius *vi nutritivâ* (utpote supra memoravimus) partim à succis optimis *uterinis*, vitæque vegetalis pabulis humidis in utero fovendis; partim autem ex suppeditamentis *ab extra*, haud secus quam planta nutritur partim ex virtute seminis insitâ, partim ex humidis succis (terræ, sive) matricis ejus, ast partim

1 Ex propriis edulìis.

ex

ex novis pluviis, imbribus, roribus atque suppeditamentis ab *extra*. A quibus omnibus, 1. Alimenta *Plantarum* generi propria sive specifica petuntur. Et 2. Per *Vias* vitæ Plantarum earumque nutritioni adæquatas, non per *Os*, sed quasi per *Umbilicalia* vasa, Radices *fibrulasq;*, quibus *rores*, succos, *pluvias* ac epulas vegetales indies absorbeant & imbibant. Hæc quoque pede levi perveniamus, necnon ex authoritate *Coryphæorum* plerorumque tam inter *Philosophos* quam *Medicos*. Et inquit *Arist. de Gen. Anim.* l. 3. c. 2. Δεῖ γὰρ τὴν τροφὴν Σωματώδη ἔσαν ὑγρὰν εἶναι, καθάπερ τοῖς φυτοῖς ζῆ δὲ τὸ πρῶτον καὶ τὰ ἐν τοῖς ὠοῖς καὶ τὰ ἐν τοῖς ζώοις φυτοῦ βίον, τῷ πεφυκέναι γὰρ, ἔκ τινος λαμβάνει τὴν πρώτην αὔξησιν καὶ τροφὴν, &c. Ejus vita prior est vegetalis, paritèr & ejus nutritio ac accretio ejusdem generis ità lib. 15. cap. 1. Καὶ γὰρ συμβέβηκε κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον τὰ ζῶα φυτοῦ βίον ζῆν, &c. Insupèr & lib. 2. cap. 4. de modo nutriendi fœtus in hâc vita *vegetali*, per *umbilicalia* succos sugentia instar *Plantæ* per fibrulas & radices enucleavit. Ἐστὶ γὰρ (inquit) ὁ ὀμφαλὸς φλὲψ, τοῖς μὲν μία τοῖς δὲ πλείοις τῶν ζώων, περὶ δὲ ταύτας κέλυφος δερματικὸν, ὁ καλούμενος ὀμφαλὸς διὰ τὴν δεῖαν σωτηρίας, καὶ σκέπης τὴν τῶν φλεβῶν ἀσθένειαν· αἱ δὲ φλέβες οἷον Ῥίζαι πρὸς τὴν ὑστέραν συνάπτουσι, δι' ὧν λαμβάνει τὸ κύημα τροφήν· eleganter etiam de hâc re propalavit, in cap. 7. Ἔχει δὲ τὴν αὔξησιν τὰ ζωοτοκούμενα τῶν ἐμβρύων (ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον) διὰ τῆς τοῦ ὀμφαλοῦ προσφύσεως, ἐπεὶ γὰρ ἔνεστιν ἐν τοῖς ζώοις καὶ ἡ θρεπτικὴ δύναμις τῆς ψυχῆς, ἀφίησιν εὐθὺς οἷον Ῥίζαν τὸν ὀμφαλὸν ἐπὶ τὴν ὑστέραν· ἐστὶ δὲ ὁ ὀμφαλὸς ἐν κελύφει φλέβες, &c. Et in lib. 7. Hist. Anim. cap. 8. his verbis. Αὐξάνεται δὲ τὰ ζῶοι πάντα, ὅσα ἔχει ὀμφαλὸν, διὰ τοῦ ὀμφαλοῦ· ὁ δ' ὀμφαλὸς ὅσα μὲν κοτυληδόνας ἔχει, πρὸς τῇ κοτυλη-

2 Ex viis propriis aut umbilicalibus.

Aristot. de hac re.

πυλήδονι περιαπέφυκαν, ὅσα δὲ λεῖαν ἔχει τὴν ὑστέραν, πρὸς τῇ ὑστέρῃ ἐπὶ φλεβός. Omnes adeò Embryones ad vitam plantæ nutriuntur hâc viâ nempe per *Umbilicum* quoad *Extra*. Nihilominùs quoad *Intra* diximus vim esse nutritivam in *Germine* ipso, vel *Elixere* spiritibus principiis ac optimis succis repleto (sic à *Galeno* subinnuitur in *Aphor.* 14. lib. 1.) necnon è *liquoribus uterinis* pinguibus ac opimis, sed à *materno sanguine* Philosophantur vulgi. Sic (inquit) *Galenus* (in quorum Scholis & à cujus mammis avidius hausi) de *Form. Fœtus*, cujus verba sunt: *Fœtus dum vivit more Plantæ, nec cerebri nec cordis actionibus egeat, ideoque veluti Planta nutritionem ejus omnem ad terram debeat sic fœtus ad matrem, aut* maternum sanguinem. Fœtumque in utero ex illo succo vel *sanguine* nutriri ac augeri Philosophatur ille *Com.* 1. in lib. *de Nat. Hum.* cap. 35. Tum verò sanguine sit pingui, suavissimo, depuratissimo, necnon instar aquosæ *Lactis* ac *Chyli*. Quo sensu quoque deprehendamus *Hippocrat.* lib. de *Nat. Puer.* & l. 1. de *Mul. Morb.* ἕλκει γὰρ ἀπὸ τοῦ αἵματος τὸ γλυκύτατον, & in alio loco, τρέπεται εἰς τοὺς μαζοὺς τὸ γλυκύτατον τοῦ ὑγροῦ, nec è sanguine concreto, nec menstruo, sed ex humido vel è *sanguine* ritibus omnibus Naturæ depurato, suavi, limpido, tenui forsan & aliis *succis* nutritiis elaborato, pabulumque proprium confecto. Sic quoque deprehendimus *Aristot.* l. 4. *de Gen. Anim.* c. 1. & c. 8. Κἂν συλλάβωσιν ἀποσβέννυται τὸ γάλα, διὰ τὸ τὴν αὐτὴν εἶναι φύσιν τοῦ γάλακτος καὶ τῶν καταμηνίων, &c. Et l. 7. *de Hist. Anim.* c. 11. *Lactis enim* (inquit) *natura & hujus* (Pabuli) *sanguinis Materni est una & eadem ad prolem nutriendam, unde nec lactantibus fluunt nec lactantes concipiunt.* Sic *Hipp.* Aphor.

Nutritio ab extra *per umbilicum, sed* ab intra *in Germine & uterinis succis ac liquoribus nutritivis.*

Galen.



De quo sanguine materno, & de quo *non.*

Hippocr.

Aphor. 39. lib. 5. Ἢν γυνὴ μὴ κύουσα μηδὲ τετοκυῖα γάλα ἔχῃ, ταύτῃ τὰ καταμήνια ἐκλέλοιπε. Muliere enim non gravidâ lac habente, menſtrua deficiant ex eorum aptitudine ad novum ſuccum lacteum, aut *Chyloſum*. Dico *Chyloſum*, quia lac ex *Chylo* potius quam â ſanguine conficiatur, & inter ſe lac ac *Chylus* qualitatibus alimentariis è *familiâ* Naturali magis quam Lac & Sanguis è *Vitali* conſentire videantur nempe *pinguedine* nutritivâ, temperaturâ, coagulatione, albedine, dulcedine, &c. Nec niſi per *hyſteron proteron* vel ab ordine Naturæ inverſo fiat lac ex *ſanguine*, ſed ſanguis à lacte, & ut *hæmatoſis* nuſpiam retrogradiatur ad *Chyloſin*, ita ſanguis non fiat lac. Etenim à *privatione ad habitum non datur regreſſus* è *Perer.* l. 5. *de Princ. Nat.* c. 24. & mutatio debet eſſe ad leges Naturæ ex privatione ad formam & non ex forma (ſanguinis) ad privationem vide *Goclen.* lib. 1. *Probl. Log.* Q 66. attamen vix cenſeo D. *Charltono* eruditiſſimo de hâc re in *Oecon. Animal.* Exerc. 3. Lac eſſe *nihil* niſi *Chylum* cujus verba ſunt. *Quocirca, ut hujus ſententiæ conjecturalis probabilitatem melius evincamus; hic nobis ſeriò perpendenda veniunt argumenta quædam quæ adſtruere videntur, Lac in Mammis repertum non confici ex ſanguine, ſed Merum eſſe Chylum per peculiares quoſdam ductus (in eum finem à providentiſſimâ Naturâ conſtructos) eo delatum*, &c. Sed haud dubio nutricatus hujus *Embryonis* oritur etiam, ab aliis ſuccis aut liquoribus nutritiis πολυπλασίοις quemadmodum mox explicetur. A quibus per *umbilicales Radices* (ut arbor è ſuccis terræ variis & præparatis) fœtus ſuſtentatur atque vita *Plantalis* ſuccreſcit. Non autem à *Menſtruis* quoniam iis deſunt animales ſpiritus & ſucci; nec adhuc

Lac magis è Chylo ſuccisque aliis quam è ſanguine.

Pererius.

Goclenius

D.Charlt.

Nutricamen hujus Embryonis ex variis ſuccis non à Menſtruis.

Nec à Lacte. huc à *Lacte* vel tam opimis, solidis, sulphureis atque pinguibus principiis alimentariis, quam *Lacti* nutritionique *vita animalis* insunt.

Sed à limpidioribus aquis quæ sunt succi Nutritii vegetales. Quamobrem succus hic nutritius *vegetalis* est tenuior ac limpidior, unde *vita vegetans* hujus *Emlryonis* tenellulis omnibus principiis alendi ac augendi, debitáque mole plurimum conservatur, forsan & aqua limpida vasis omnibus *lymphaticis*, atque *pericardio* fit huic affinis, necnon inserviens vegetando. Nunc aquæ hæ limpidissimæ, sive succi tenuissimi ac aquosi (haud plurimum absimiles succis aquosis, aut pluviis unde Plantæ nutriuntur) includuntur in membranulâ quâ suspendit & innatat fœtus. Et appellantur apud Clar. *Regium* in *Nat. Phil.* lib. 4, cap. 14. *Liquores Alimentarii. Qui membranis Germen investientibus contenti sunt* (inquit ille) *Qui habent originem primam à Semine, sed suppeditantur ex succis Uterinis.* (D. Reg.)

De quibus humoribus etiam *Fabricius* ab *Aquapend.* tamen incongrue profatur, quum Aqua limpidissima in *AMNIO* putaverit *Sudorem* & in *CHORIO* urinam esse. Veruntamen *Aristoteles* ipse humorem hunc in *CHORIO* contentum *Spermatis* aut Geniturææ liquorem esse censuit. (Fabricius. Arist.)

Unde Chorion *denominatur.* Et membrana illa venulis repleta (quæ quasi marsupium hos succos includit) à venarum copiis, *CHORO*, complexuque, nuncupatur *Chorion*; & humores hos haud excrementitios, ast alimentarios esse Cotyledonibus uteri nervose probârunt *Insignissim.* D. *Regius*, D. *Blasius* in *Vesteng.* pag. 86. D. *Harvaus de Gen. Anim.* & *Jo. Vander Lindan. Phys.* pag. 333. (D. Reg. D. Blasius. D. Jo. Vand. Lindan.)

nec-

necnon alii *celeberrimi*, atque inter Neotericos primæ *magnitudinis*.

Sed quasi cœlum pro lumine, solemque ipsum æmulans D. *Harveus* nostras, succos hos alibiles ac liquores descripsit in *Exerc.* 68. *de Gen. Anim. Et licet humor* (inquit) *ipse Chrystallinus in Amnio eâ copiâ esset ut nemo illum tantilli fœtûs in ipsâ natantis Sudorem esse, jure suspicari posset; Humor intra Chorion ad alterum centupla (ne dicam millesima) proportione erat. Quinetiam hic valde limpidus liquor, nullo malo, odore, sive sapore imbutus apparuit: sed (veluti in cervis & damis observavimus) omnino Lac aquosum videbatur, nihilque excrementitiæ pravitatis obtinebat. Addo etiam si humor iste de excrementi natura esset, deberet ipse quoque crescente quotidie fœtu, augescere. Ego vero in conceptu ovillo plane contrarium expertus sum; quippe paulò ante partum vix quicquam, ejus reperitur, ideoque alimentum potiùs quam excrementum esse crediderim.* Insuper & his novas observationes nec incongruas subjungerem, atque de abortu conceptus meæ conjugis, *Generosissimi R. PANII Equitis* filiæ confabularer. Quippe puerperii laboribus ex improviso correptis, tertioque mense ex utero *collabente* atque defungente cum *lochiorum* fluviis immensis *fœtum* abortivum peperit. Et in *Amnii* membranula integrâ nondum effractâ neque ruptâ *fœtus* in aquis *Chrystallinis*, puris necnon effulgentibus plane natavit, ad *ocularium* testimonium (haud secus ac imagines & ideæ, *Globulis vitreis* Chrystallinis in *Pransorio* suspensis innatantes circa purissimam aquam;) dum membrana hæc ipsa (ovi *Cygni* magnitudine) valde lucida intus apparebat; aqua limpidissima lentaque fulgebat.

D. Harv.

Memorabilis Historia de abortu conjugis Authoris.

Sim.

Vix tamen quicquam *Placentæ* vel *Hepatis uterini* ac pulvinaris erat conſpicuum. Fœtus & ipſe candidus erat formoſus inſtar *Alabaſtri*, nivis, aut *calcis* in colore; ceræque Virgineæ, ſive *Caſeo* coagulato haud diſſimilis ad intuitum. Et aqua hæc limpida nec fœtorem ullum nec ſaporem ingratum acquirebat, ſed *alimento* potius quam *excremento* conſignari videbatur; unde fœtus paſtus erat ac nutritus hoc ſtatu vegetali per *umbilicalia vaſa* vel *radices*, inſtar Plantæ.

Quid clarius expromamus aut elegantius ab *Hippocrat.* lib. Περὶ τροφῆς? de *Nutrit.* Ἡ δὲ ἀρχαιοτέρη τροφὴ διὰ τοῦ ἐπιγαστρίου ὀμφαλοῦ: quam hæc nutritio primaria per umbilicum in medio *Abdomine* collocatum, fœtumque hâc viâ ſpiritum cum alimento trahere autumavit ille de *Nat. Puell.* Κατὰ δὲ μέσον τῆς γαστρὸς ὁ ὀμφαλὸς ἀπέχει, δι' οὗ πνέει, καὶ τὴν αὔξησιν ἴσχει: Ita lib. de *Octimeſt. Partu.* Ut vegetabilia in *matrice* terræ ex ſuccis, aquis & roribus alimenmentum hauriunt. Illuſtratur etiam alluſio è Sacris Script. *Iſa.* 26. טל אורות טלך *Tal orot tallecha*, *Ros tuus* (ſed analogicus alimentum noſtrum vegetale) *Ros eſt olerum*, aut optimus inter plantalem familiam, & à *Syriis* eſt *Ros Luminis*, ܡܛܠ ܕܛܠܐ ܕܢܘܗܪܐ ܛܠܟܝ *Tallechi Nohor*, ad ejus claritate pellucida, ſed à fine potius ex *Arabis* interpretatur النَّدَا الَّذِي مِنْ قِبَلِكَ هُوَ شِفَا لَهُمْ quia ros hic aut ab

Arab.

Arab. rad. نضو *Nadvah*, unde plur. *Naduit* (humiditates) hic humor albus ac puris est *Sanitati plantis thsipham ahom.* Ita LXX Ἡ γὰρ δρόσος ἡ παρὰ σοῦ ἴαμα αὐτοῖς ἐστιν. Hæc est *Vegetalis Nutritio* fœtus in utero. Etenim ut D. *Charltonus* in 1. Exerc. de *Oecon. Anim.* elegantèr in medium de hâc nutritione protulit, etsi *vis plastica sive formatrix* operationibus suis omnibus *efformandi*, huic *Altrici* præcedanea videatur; *Embryonis* tamen stamina sive rudimenta, vix dum delineantur à *formatrice*, quum *Altrix* jam incipit eadem augere ac perficere: velut ipsam *Formatrici* revera coævam atque conjunctam esse, quam eam sequi; aut diversam secundum *Prius* & *Posterius* potius existimemus. *Generatio & Accretio non fiant absque Nutritione; nec nutritio vel Augmentatio absque Generatione.* Ἐπεὶ δ' ἡ αὐτὴ Δύναμις τῆς ψυχῆς Θρεπτικὴ καὶ γεννητική. *Arist.* de *Anim.* lib. 2. cap. 4. Sed de hujus *nutritionis* necessitate, optime ratiocinatus est Insignis D. *Charltonus* quoniam aliter impossibile sit (inquit) *ut Animal omnia illa (quibus exequendis à Natura comparatum atque organizatum est) exsequatur munera dum membra sive organa ejus adhuc quasi in fieri sunt; utpote minutioribus tenellulisque tantum principiis constantia, debitaque mole destituta; ideo est de necessitate inevitabili, ut Embryonis Formationi mox succedat Nutritio, quæ singulas partes iis apponendo quasi intexendo, ac Agglutinando alias ex Congeneri materie, adeo augeat indies atque amplificet, ut debitam tandem vitæque actionibus explendis necessariam magnitudinem nanciscantur.* Sic fœtus nutritioni vegetali satis hæc inserviunt.

D. Charlt.

D. Charlt.

2. Fœ-

2 De nutritione fœtus instar Animalis per Os.

2. Fœtus in utero, quatenus *Animalis* alitur & Animali nutricatu, & Animali *Via* nutriendi nempe per *Os* atque *deglutiendo*. Hanc quoque duplicem nutritionem *fœtus*, viamque nutriendi duplicem satis ex *Hippocrate* deprehendamus. Qui lib. de *Nat. Puer.* Duplex agnovit alimentum *fœtui* in utero; *viz.* *Sanguinem* (aut hunc succum Vegetalem) & *Lac*, i. e. alimentum vegetans ad genus *Plantæ*, & alimentum animale vel *Lac* ad genus *Animalis*.

Hippoc.

Etenim è testimonio *Laurent.* lib. 8. *Anat.* cap. 9. Q. 24. primis mensibus, ante motum fœtus aut animationem posteriorem, *succo puro* fœtum ipsum ali plurimi censuerunt. Sed quum incipiat moveri, tunc portionem *Sanguinis* (at nobis *Chyli*) ad *mammas* refluere, & in *Lac* aut nutritionem propiùs animalem verti, dein & deferri in uterum quasi circulatione Chymica ad alendum fœtum suffragantur. Καὶ τὸ παιδίον ἀπ' αὐτῆς ἐπαυρίσκεται ὀλίγον.

Laurent.

De viis alendi propriis Animali vita, viz. per Os.

Jamvero de *Via* nutritioni *Animalis* consignatâ nempe per *Os* velut è *Tripode*, atque tralatitiis aliorum exquiremus. Necnon *Hippocratem* ipsum de hac re lib. Περὶ σαρκῶν exaudiamus, *Puer* (inquit) *in utero comprimens, labra ex utero matris Sugit, & tum alimentum, tum spiritum* (per *Os*) *intro cordi trahit.*

D. Harv.

Duplicique modo nutritur fœtus ex *Harveanis* institutionibus de *Gen. Anim.* Exerc. 57.

1. Per *Venas Umbilicales.*

2. Sed perfectiore modo, per *Os.*

A primis viis (nempe vegetali modo nutriendi) sanguis & partes primogenitæ constituuntur & crescant. Sed de posteriori modo nutriendi vel *Animalis* more per *Os*; D. *Harvæi* ipsius do-

D. Harv.

ctrinam delibemus ex his verbis, qui vestigia *Hippocratis* ad amussim calcavit. *Potius* (inquit) *rationi consentaneum esse dicendum est, ut fœtus jam perfectior, Perfectiore quoque Modo (per Os scilicet) enutriatur, alimentumque perfectius & duobus præcedaneis coctionibus purius redditum (utpote à duobus excrementorum generibus defœcatum) hauriat. Initio quidem per umbilicales Radices alitus, vitam Plantæ quandam degit; unde corpus crudum album atque imperfectum conspicitur; ac instar Plantæ immobile atque iners manet. Quamprimum vero per Os eodem alimento Ulterius elaborato fruitur, quasi Spiritu Diviniore gaudens, ac sublimiore exultans vegetationis gradu, Muccago dicta in carnis naturam transit. Motiva organa distinguuntur, spiritus omnes locupletantur, motumque orditur: nec jam amplius Plantarum more per Radices, sed Animalium more per Os nutritur & illius vitam degit.* Sic ille: qui plenè nostris κειμηλίοις ac sententiæ tralocutus est. Necnon ex *Coryphaeorum* aliorum Doctissimorumque ratiocinatione de hâc re uberrimè firmetur hæc doctrina *nutriendi* fœtus in utero: *viz.* *Claudii* de *Nutrit. Fœtus.* *Vander Lindani* in *Physiol. pag.* 323. *Ant. Deusingii* lib. de *Gener. Fœt.* D. *Blasii* in Comm. *Vesling. pag.* 88. atque *Bartholini* in *Epist.* ad D. *Horstium pag.* 68. his verbis. *De lacteis thoracicis* (inquit) *dubitas, an in ipsum uterum desinant ad Embryonis alitionem, siquidem per Os fœtum in utero trahere alimentum sugere credimus* Hippocrati *propter plurimas rationes.*

Rationes de fœtu per Os alendo in utero.

Bartholinus etiam fœtum (in hâc animali Nutritione) per *Os* alendum esse ex octo *rationibus* ner-

nervosè probat; D. *Harvæus* etiam *de Gen. Anim.* Exerc. 57. ex aliis ratiociniis.

1. 1. Quia *fœtus* in humore albo liquido, feréque lacteo natans *O S* suum aperit sæpè, unde fit necesse profectò liquores hos introire per fauces.

2. 2. Quoniam (attestante *Hippocrate*) nisi suxisset, *perittomata* tam crassa, vel excrementa non haberet in *intestinis*.

3. 3. Quia aliter, tam immediatè seu prorsus à *Partu* non sugeret, vel saltem haud tam avido conatu; imò & arte majore quam Adultis.

4. 4 Per *O S* Animal omne victum quærit & accipit, *Arist.* περὶ ζώων Μορ. lib. 3. cap. 1. ἔχουσι δὲ καὶ τῶν ἰχθύων οἱ δηκτικοὶ καὶ Σαρκοφάγοι τοιοῦτον ΣΤΟΜΑ, &c.

5. 5. Quamvis enim durante fœtus statu tantum vegetante, membranulis succi vel liquores sunt tenuiores atque limpidiores, uti priori nutritioni propriores; tamen quum perfectior fit *fœtus* tunc & ejus nutritio perfectior erit, lactique similior succus hic albilis fit in membranâ, in quo succo fœtus ipse natat. *Et est* (inquit Harvæus) *veluti L A C crudum, sive ebutyratum, purissimáque parte privatum; sincerior autem pars concoctione ulteriore non indiget, quâ reliqua opus habet, ac propterea in ventriculum porrò recepta in Chylum transit. Simile huic est lac crudum & aquosum quale in mammis statim post partum cernitur.*

Hujusq; succi proprietas ac perfectiones insigniantur post elaborationes debitas & tempus. Hippoc. Quid planius ex *Hippocrat.* lib. 1. περὶ Διαιτήματος quoniam

quoniam Purus hic Succus (quem vocat ΓΑΥ-ΚΥΤΑΤΟΝ) destinatur nutritioni fœtus per totum corpus. Ὅτι αὐτίκα τοῦ αἵματος τὸ ἈΚΡΑΙΦΝΕΣ αἰεὶ καθ' ἡμέραν ὑπολείβεται ἀπὸ τοῦ Σώματος καὶ κατέρχεται ἐπὶ τὸ ἘΜΒΡΥΟΝ. Sed mensibus posteris cum fœtus, tunc & ejus nutritio sit perfectior. Ex *Arist.* lib. 4. *de Gen. Anim.* cap. 8. & de *Hist. Anim.* lib. 7. cap. 5. Τὸ δὲ γάλα τὸ γινόμενον πρότερον τῶν ἑπτὰ μηνῶν ἄχρηστόν ἐστιν, ἀλλ' ἅμα τῷ τὰ παιδία γίνεσθαι, καὶ τὸ γάλα ΧΡΗΣΙΜΟΝ. Aristot.
Et de *Gen. Anim.* lib. 4. cap. 8. Ὅτι μὲν ἐστὶ τὸ γάλα τὴν αὐτὴν ἔχον φύσιν τῇ ἐκκρίσει, ἐξ ἧς γίνεται ἕκαστον, δῆλον· εἴρηται καὶ πρότερον, ἡ γὰρ αὐτὴ Ὕλη ἡ τρέφουσα, καὶ ἐξ ἧς συνίστησι τὴν γένεσιν ἡ φύσις.

Insuper & 6. in Ventriculo fœtûs reperiatur succus ejusdem generis cum illo in *Amnio*; sed succus in ventriculo fœtus est alibilis & lacteus, *allumini ovi* succoque nervoso haud absimilis. Ex his aliisque rationibus succum hunc nutritium aut animalem deglutiri per *OS* à *fœtu* in utero opinamur. Restat autem de *liquoris* hujus nutritii *Naturâ* nonnihil amplius expiscari, quippè nec à *materno sanguine* solo (cum Veteribus aut Vulgis) nec à *Chylo solo* (modernis Authoribus aut *Neophytis*) fieri putemus, sed è variis succis Nutritiis tam è *Charagmate* vitalitatis, quam è *familia naturali*, præcipuéque à *PNEUMATOSI* & *Animali familiâ* unde tam à *NERVIS* quam ab Arteriis & Venis hujus liquoris alibilis *fœtus* materies prolectetur. Et à sequentibus rationibus conjecturetur.

Plurimum hujus succi prolectetur à Pneumatosi *&* *à quibus rationibus.*

I. Ex *NERVIS Placentæ*; qui per industriam Clar. D. *Whartonii* in ejus *Adenograph.* c. 35. elegantius ac accuratius eliminantur his verbis,

1 Ex nervis numerosis Placentæ.

bis. *NERVI ad uterum dilati, gestationis tempore plurimum augentur, & in ipsam PLACENTÆ medietatem utero adnatam capillares frequentes emittunt; ut patet ex sensu Placentæ in Gravidis & ex motu in Partu. Hi vero NERVI non ipsius uteri sed FOETUS gratia efformantur. Quæro igitur cui usui NERVI hi capillares in prægnantibus de novo formarentur, si nihil SUCCI NUTRITII in placentam effunderent, &c.* Ideoque *Placenta* primis mensibus nondum tam conspicua sive necessaria sit, quam post trimestrem atque quadrimestrem conceptum videatur. Et ut fœtus perfectior, Placenta quoque auctior erit, & subinde *Nervi* hi fœtus alimento ac nutricatui inservientes copiosiores atque complicatiores erunt.

2 Ex similitudine hujus succi nutritii in utero cum Lacte in Mammis.

II. Ex hujus SUCCI similitudine cum *Lacte* mammarum; & quamvis inter *Medico-Philosophos* doctissimos earum lactea *materies* animosè discutiatur, num à Sanguine, *Chylo* sive à succo *nutritio* Generis hujus nervosi, nos tamen omnes succos eorumque principia nutritioni huic prorsus ancillantia, non absque re, ratione, jureque statuimus: partim ex *ARTERIIS subclaviis* è trunco *Aortæ*, aliquantulum sanguinis per *VENAS* ad partes musculosas alendas, plurimumque per *NERVOS*. Et Nervis fruuntur mammæ *Numerosioribus* qui desinunt in papillis tum à *Quinta Conjug.* tum à *Plexu* circa Claviculas, forsitan & ab aliis (inquit Clar. D. *Wharton.*) nondum satis inventis, aut observatis. Etenim inter *uterum* & *Mammas* consensus est celeberrimus & summè conspicuus, unde lacteum hoc alimentum (ex omnibus his succis provectum) in fœtus alimoniam tam in *utero* quam in *mammis* reperitur, de quo

D.Whart.

uteri-

uterina acetabula, receptacula omnia, atque *Cotyledones* impleantur.

In quibus non *sanguis*, non *Chylus* solus, ast succus opimior uberrimè reconditur. Hujusque *liquoris* nutritii materies duplex agnoscitur ex *Hippocrate*, nempe *Sanguis* purus & *Chylus* lacteus. Pariter & *Prosper. Martianus*, *Pet. Castellus*, eruditissimusque nostras D. *Entius*, D. *Charltonus* necnon alii de hâc re fuse Philosophantur. Sed & inter omnes, ex heroicâ mente præ aliis ad veritatem hujus rei indagandam aspirante, D. *Harveum* τὸν μακαρίτην, explicantem in *Exerc.* 69. de *Gen. Anim.* velut ab *Apollinis* ipsius ore tripodéque disserentem lubentèr auscultemus. *In gibbâ sive convexâ caruncularum parte* (inquit ille) *quæ CONCEPTUM spectat, miram Naturæ observavi solertiam; in plurimis nempe cavitatibus, & cotyledonibus, sive acetabulis exterius hiantibus, materia ALBA ac MUCILAGINOSA reperiebatur; Quæ (ut mel FAVOS) Carunculam totam implebat eratque colore, consistentiâ, ac sapore ALBUMINI Ovi persimilis. Conceptum verò à Carunculis istis si avulseris, videas illico ex singulis Cotyledonibus & favis, eorundémque mucore; totidem surculos, sive capillares umbilicalium vasorum ramusculos (tanquam oblonga filamenta) simul extrahi.* Alteriq; Paragraph. subjunxit. *Coarctatis his Acetabulis non SANGUIS sed albugineus liquor emanat. Eodemque expresso illa statim contracta, albidiora ac flaccida cernuntur, demùmque mammarum papillas, aut verrucas pensiles majores referunt.*

Prosp. Martianus
Pet. Castellus.
D. Georg. Entius.
D. Harv.

Accidit ex magno commercio, ac Sympathia inter uterum & mammas. [illegible]*inor* (inquit) *carunculas omnes* (*uberum modo*) *non sanguinem sed*

SUC-

SUCCUM albumini ovi similem concoquere, eundemque fœtui subministrare. Et ab utero per Cotyledones ac Acetabula pertingit ad Carunculas Placentæ, quas quidem si digitis compresseris, ex earum una aliqua (tanquam ex papillâ) succi istius alibilis facile cochlearis mensura emulgetur. Adeo ut omnibus indiciis pateat, Carunculas istas esse UBERA uterina sive Abuminis Nutritii conceptacula.

Ex his omnibus audacter asseruit, *Succum illum albugineum in Gravidis ante Partum conservari his COTYLEDONIBUS uteri, sed post Partum ab iis ad mammas & papillas referri,* & in utrisque fit Animale nutrimentum. Nunc utpote *mammis*, pariter & his uteri acetabulis impertitur à *Pneumatosi* succus nervosus.

3. *A ratione eorum vitiandi.* III. A Ratione vitiandi succos hos, sive iis deficiendi; ab iisdem causis, quibus Lac mammarum (Nutricis Gravidæ sive concipientis) vitietur, grassetur aut deficiat, *Arist.* de Gen. Anim. lib. 4. cap. 8. datur hæc ratio ΣΑΠΡΟ'ΤΗΣ γὰρ καὶ ΠΕ'ΨΙΣ ἐναντία τὸ δὲ πύον σαπρότης ἐστὶ τὸ δὲ γάλα τῶν πεπεμμένων· οὐ γίνεται δὲ οὐ θηλαζούσαις αἱ καθάρσεις κατὰ φύσιν οὔτε συλλαμβάνουσι θηλαζόμεναι κἂν συλλάβωσιν ἀποσβέννυται τὸ γάλα, &c. quia coctioni vitiatio hæc fit contraria & coctio hujus alibilis succi facile vitiatur ex defectu *Pneumatosis.*

Arist.

D.Whart. Atqui de hâc re Perspicacissimus ille D.*Whartonus* in libello de *Gland.* cap. 36. ratiociniis ex optimis nobis expedit. *Accidit his* (inquit) *nutrices rarius concipere; si vero concipiant vel iis LAC in mammis deficere, vel ita vitiari, ut Infanti INSUFFICIENTEM nutricatum præstet, imò ut plurimum noxium. Hujus RATIO*

TIO est, quod nobilissimus SUCCUS nutritius Spermaticis partibus nutriendis dicatus & maximè idoneus ad uterum divertitur, mammasque DESERIT, quo fit ut lac solitis nervorum vectigalibus destitutum, vappescat & NUTRITIONI ineptum evadat. Quamobrem hic succus in utero, si sit ejusdem generis cum Lacte in mammis, haud conficiatur à Sanguine vel Chylo solo, sed etiam à succis nervosi generis. Unde sequitur, Statuo igitur non tantum CHYLUM sed & SUCCUM alimentarium è NERVIS effusum concurrere ad integram lactis materiam complendam.

IV. Insuper & aliquid ampliùs in consensum celebrem uteri cum mammis expendamus, unde & nutritionem ejusdem naturæ esse verisimiliter inferamus. Quippe quum Mammæ Prægnantium gracilescant, Embryonis indè pericula coindicant ex Hippocrat. Aphor. 53. lib. 5. Ὁκόσαι διαφθείρειν μέλλουσι τὰ ἔμβρυα, ταύτῃσιν οἱ τιτθοὶ ἰσχνοὶ γίνονται· ἢν δὲ πάλιν σκληροὶ γίνωνται, ὀδύνη ἔσται ἢ ἐν τοῖσι τιτθοῖσιν, ἢ ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν, ἢ ἐν τοῖσι γούνασι, καὶ οὐ διαφθείρουσιν. Et Aphor. 37. Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν οἱ μαζοὶ ἐξαίφνης ἰσχνοὶ γένωνται, ἐκτιτρώσκει. Si mammæ repentè extenuantur, est periculum abortus; Et eccur? quæso? nisi propter Sympathiam partium atque ΚΟΙΝΩΝΙ'ΑΝ vasorum. Lac quoque tenue sive depauperatum in mammis, indicat haud absimilem defectum aut depauperationem uteri. Ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ γάλα πολὺ ἐκ τῶν μαζῶν ῥυῇ, ἀσθενὲς τὸ ἔμβρυον σημαίνει· ἢν δὲ στερεοὶ οἱ μαζοὶ ἔωσιν, ὑγιεινότερον τὸ ἔμβρυον σημαίνει. Adeò ut à mammis Embryonis status indicetur, atque lac in mammis corrumpitur

4 Ob uteri consensum præsignem cum mammis.

Hippoc.

pitur haud secus ac hic succus in utero. Sed in *MOLA* lac in mammis forsan haud generatur (attestante *Hippocrat.* 6. *Epidem. Sect.* 5.) statuitur & σημεῖον atque τεκμήριον *Molæ*; quia non degit animalem vitam, duntaxat vegetalem, ideò non accipit *animali more* nutritionem sive per *OS*, nec animalem alimoniam sive lacteam (ex succis omnibus comparatam) unde nec vasa *lactis* in mammis nec in utero aperiuntur.

Ex his omnibus quoad *MATERIAM*, alimentum hoc ultimum fœtus aut *Animalis* sanciatur non à *Sanguine* nec à *Chylo* solo, sed etiam è *succo nervoso* vel à *Pneumatosi*, juxta Axioma vulgi, *Iisdem nutrimur ex quibus constamus.* Et ex *Arist.* lib. 2. de Anim. cap. 4. *augetur Animal ab eadem materie, ex qua constituitur primum.* Sed quoad ejus modum nutriendi per *OS*, probavimus; nihilominus forsan haud in utero duntaxat *ORE* verumetiam per *UMBILICALIA* vasa fœtus alimentum nonnullum prolectetur, & de hoc modo *nutriendi* nihil ambigo. Metam autem disquisitioni huic imponere, quasi *summarium* ab *ORE Hippocratis*, (& è testimonio D. *Heurnii* lib. 3. *Instit. Med.* cap. 2.) deponamus. *Genitura* (i. e. *GERMEN*) inquit, *est in pellicula*, *SPIRITUMQUE habet intro atque foris*, i. e. ad ejus efformationem unde sequitur, *Caro augescens* (hac nutritione) *à SPIRITU articulatur, & abit in hac unumquodque SIMILE ad SIMILE, Densum ad Densum, RARUM ad rarum, HUMIDUM ad Humidum, SICCUM ad Siccum, & unumquodque in propriam regionem abit, juxta COGNATIONEM ad id unde genitum est.* Quo quid planius? plenius? verius? atque luculentiùs

Hippoc.

Hippoc. ex D. Heurn.

culentiùs

culentiùs effari possit? de *zetemate* sive problemate adeo perplexato ex litibus pulveribus ac λογομαχίαις aliorum. Necnon ex hoc tripode ferè Divino celebrantur hypostatica nostra principia, tam *EFFORMANDO* quam *NUTRIENDO fœtus* in utero; quemadmodum fusius exposuerunt D. *Sen.* de *Chym.* cap. 12. de *Gen. & Mist.* & *Quercetanus* de *Herm. Med. Def.* cap. 18. *Ex quibus* (inquit) *tum CONTINENTES corporis partes ut carnosæ & solidiores, tum aliæ, tum CONTENTÆ, spirituales videlicet, & fluidiores partes* FORMANTUR *aut compinguntur*, NUTRIUNTUR *& vitam hauriunt, nec secùs radicalis* MERCURIUS *totus, spiritualis & æthereus, sese prodit ad Animales* SPIRITUS *fovendos ac conservandos, ac Sulphuris dulcis radicale principium est pinguedinis, medullis*, &c. & *VITALIS* Charagmatis; *sed Sal partium Solidarum*, & NATURALIS constitutionis, *atque sese mutuò foveant ac conservent*. Et D. *Willisius* de *Ferment.* cap. 5. quoniam ex *HIS* particulis (inquit) *Cum fermento* NASCIMUR *&* NUTRIMUR. Et P. *Jo. Fab.* in *Pall. Spag.* cap. 28. cui dicitur alia *Generatio*; sed ex verbis *Clarissimi* mei Præceptoris propriis D. *Reg.* l. 4. *Nat. Phil.* c. 14. concludamus. *Et nutritur* FOETUS *jam grandior in utero non tantum liquoribus istis* (qui fuissent ejus alimentum prius & in statu vegetali) *per Venas* UMBILICALES *ad cor ipsius delatas, sed* ORE *etiam haustis ac* DEGLUTITIIS; *quod probant Chylus in ventriculo suo, Alvique fœces, quæ in intestinis crassioribus fœtum majorum inveniuntur*. Dum ὅμως αὐτοῖς πάντα γίνεται δι' ἀνάγκην ΘΕΙ'ΟΝ καὶ ἃ θέλονται καὶ μὴ θέλονται omnia nascun-

Principia nostra Chymica inserviunt fœtui in utero
D. Sen.
Quercet.
D. Willis.
P. Jo. Fab.
D. Reg.

naſcuntur juxta neceſſitatem quaſi *DIVINAM* dixit *Hipp.* lib. 1. *de Diæta.* Hactenus autem ad triplicem *VIM* Germinis actualis nempe *Prolificam*, Plaſticam ac *Nutritivam*; Et omnia ſi circumſpicere liceat; *Teſtimoniis* variis, *validis*, ac elegantiſſimis, necnon apodictis (verè Philoſophandi) ratiociniis exornari videamus. Quæ quoque toti huic *Diſquiſitioni* de *Spermatoſi* ἐκ περιουσίας forſan & εὐτυχῶς præſtant.

CAP.



CAP. VII.

I. *De* Medicina *CHYMIATRICA*, 5. *Considerationes ad* Nosologiam *præviæ De Morbis SPERMATOSIS sub triplici* Classi *atque Catagoria*; *nempe* Naturali, *Vitali*, *&* Animali. II. *De Morbis fœtus in utero*. 1. *Ex erroribus* Germinis. 2. Nutritionis, *& dehinc*. 1. *Ad ejus Morbos* Similares. 2. Organicos. III. 8. *SANCTIONES Medicæ*, *Consensu* Galeni, *&* Hippocrat. *methodo medendi CHYMIATRICÆ præliminariæ*. *Proin & de* 1. *THERAPEIA Spermatosis*. IV. *De alia Parte* Praxis *hujus*, *aut* 2. *PROPHYLAXI Spermatosis*, 3. *& de hujus HYGIEINA*, *quibus omnibus Remedia sunt selectißima*, *quædam & Chymico-Medica*.

SECT. I.

De 5. *rebus* præviis *in* Chymiatricâ Med. *& de Morbis tripartitæ constitutionis*, *viz.* Naturalis, Vitalis, *&* Animalis.

OMnibus principiis hujus *Spermatosis* præmonstratis, ejusq; causis, *Efficienti*, Materiali, *Formali*, Instrumentali, *Finaliq;* prælibatis & decursis; *Nosologia Spermatosis.*

Jam

Jam restat ex hâc *Spermatologiâ* nonnihil animadvertere de *NOSOLOGIA* Spermatosis. Dum verò *volumen* hoc sub prelo ultra limites præpositos turgescit ac ingravescit, doloresque puerperii morulas omnes rescindunt, ac ex (*improviso*) festinatu, maximoperè nobis instant. Obstetrix ideo omnésque coadjutores (hos Gemellos de *PNEUM.* & de *SPERM.* in obstetricando) residua cursim pertransire efflagitant. Quamobrem morbis hujus 5. *Concoctionis* & 5. rebus *præviis* vel prius excogitandis advenientibus, cæteraque pede plano valdè tamen veloci percurramus.

1. CONS.

1 Cons. Natura summè delectat his principiis ac exantlationibus.

I. EX omnibus præmissis, *Naturam* Chymicis *PRINCIPIIS* ac *ELABORATIONIBUS* summopere delectare, corporisque *concoctionibus* quasi campestribus *ludis* pilam exercere constabit.

2. CONS.

2 Cons. Chymiatrica praxisusque ad hæc principia naturam juvat non lædit.

II. MEdicinæ veræ, sive *Chymiatricæ praxis* Collimatio, non naturæ elaborationes destruendo sed astruendo atque opitulando de jure efficitur; unde Medicus appellatur *opitulator Naturæ* quum nihil contra sed omnia juxta *Leges* & operationes ipsius administrantur, τὸ δὲ κατ' φύσιν ἡδὺ, διώκει δὲ πάντα τὴν κατ' φύσιν ἡδονὴν. *Arist.* lib. 8. *de Hist. Anim.* cap. 1. unde fit, ut Natura sibiipsi quoque sit *Medicatrix*, imò & Animalia quædam mederi sibi solent, & juvamine

Natura

Notatu opportuno *Arist. de Hist. Anim. lib. 9. cap. 6.* πολλὰ δ' ἄν τις καὶ τῶν ζώων ἴδοι μιμήσεις τῶν ἀνθρωπίνων περὶ τὸν βίον ἐν ἑτέροις ἰατρεῖς ὁρῶσι. Quid elegantius asseritur *Galenus* in locis plurimis? Sed concessum aloquitur in *Method. Med. lib. 4.* ex his verbis. *Post hec autem si verba que in libro* (de ulceribus) *ab eo sunt scripta tum que in aliis omnibus libris sæpe proposuit recorderis, debere scilicet* IMITATOREM *esse* MEDICUM *naturæ.* Necnon ab *Arist.* περὶ ζωῆς & θαν. ratiocinatur affinitas inter medicinam & naturam. Atque, τῶν ἐν ἰατρικῇ (inquit) ὅσοι κομψοὶ καὶ περίεργοι, λέγουσί τι περὶ φύσεως καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκεῖθεν ἀξιοῦσι λαμβάνειν· καὶ τῶν περὶ φύσεως πραγματευθέντων οἱ χαριέστατοι σχεδὸν τελευτῶσιν εἰς τὰς ἀρχὰς τὰς ἰατρικάς. Et ex his causis Physiologia nostra *Chymiatrica* haud parum emolumenti *Medico* proferat ex Ratiocinijs ipsius *Galeni*, cujus verba sunt lib. 3. de *Method. Med.* *Quod igitur in præcedentibus ostendimus, id nunc præsenti sermone confirmatur nempe nihil posse* MEDICUM *de ullâ similarium partium agitare, sine* NATURALI *(quam vocant)* SCIENTIA.

Aristot.

Galen.

Aristot.

Galen.

CONS. III.

III. **E**X nostrâ *Chymiatricâ* PATHOLOGIA, Pensum est *Medici*, eorum omnium principia satis & impensius explorare, quum (inquit *Quercit. de Herm. Med. lib. 2.*) *in his essentiis, sive principiis, Semina, Proprietatesque tum* SANITATIS *tum* MORBORUM *delitescant, sequitur illa essentiis quoq; esse fovenda non qualitatibus* Rationesque producimus, 1. E *Quercet.* Quia essentia hæ (vel principia nostra hypostatica) *cum*

3. *Cons. Princ. hæc capere dicimus.*

Quercet.

meri sunt spiritus agentes SPIRITIBUS *etiam haud corporibus* (quæ sunt dissimilia) *debellantur.*

Et 2. Quia Elementa tantum MATRICES sint morborum aut sanitatis, sed principia nostra sunt RADICES ex quibus generantur; Etenim principia continent in se omnia magis *potentialiter* quam Elementa,

D. Schro. 3. Occulta quoque planiùs extricantur à principiis, *Et Majores* (inquit D. *Schroderus* in *Phar. Med. Chym.* cap. 39.) *in investigandis solis manifestioribus ferè occupati fuerunt, Recentiores autem ad occultiores penetrare studuerunt.* Priores ab *Elementis*, Posteriores etiam à *Principiis.*

Et 4. *INDICATIONES* etiam *Chymiatricæ* Semeiotica *Med.* ferantur profundiores ex his *principiis* & elaborationibus, uti cap. 7. de *Pneumatosi* fusiùs explicavimus, dum Indicationes vulgares, & in vado sunt velut harum *Pedissequæ.*

CONS. IV.

4 Cons. *Chymiatria perficit Med.* Gal. IV. CHymiatrica nostra medendi *METHODUS* non vulgarem aut *Galenicam* Medicinam destruit, sed perficit, non eam rescindit sed recuperat ad ejus primitivam virtutem; tam *conficiendo* quam *administrando*, per totam ejus *THERAPEIAM* atque *PROPHYLAXIN*, ex gratia mercurialis *Balsami* vitæ conservandi. Sic è *Quercet.* l. 2. de *Herm. Med.* ad *Anonym.*

Quercet. *Asseris omnia ex Elementis constare, ergo & corpora nostra. Si autem elementum aeris patitur in nobis an elemento terræ succurretur illi? Cur adversus pestem nulla propemodum Medicis remedia occurrunt? An quod nulla sint? nequaquam; sed quod*

quod perperam & inepte ab insciis Medicis, Pestis causas & originem ignorantibus opponantur: Et paulò pòst inquit, *Omnes* ÆGRITUDINES *inde proficiscuntur in corpore nostro, in quacunque corporis parte insideant, quòd* BALSAMUS *Naturæ, vita & munia illic, deficiant; Quid igitur agendum quam ut imbelli* AMICO *opem feramus?* i. e. Naturæ his principiis ac elaborationibus. Attamen de verâ *METHODO* Chymiatricæ *medendi* Tractatulum typis procudere possim, quum tempus extabit, si *GEMELLI* hi de *Pneum.* & *Sperm.* Nutrices benevolas aut huic doctrinæ conjunctas inveniant, atque si non desit *MAGNATUM Jatrotechnus* nostræ favor aut approbatio ex eorum judicio longe defæcatiori, cui solo submittam. Forsan & erit complementum hujus METHODI non floccifaciendum; ne secundo illo partu, *Chymiatron* amicissimorum atque de hâc re perquirentium mentes merito non repensarem.

CONS. V.

V. INterea tamen in pauca morbos SPERMATOSIS ab *intemperie* perstringere; sub triplici *Categoria* sive CLASSE juxta tripartitam corporis OECONOMIAM nempe *Naturalem*, Vitalem, & *Animalem* (ex *ornatissimo* D. *Glissono* de *Rachit.*) omnia, tam quoad ejus *Sanitatem* ac *Valetudinem* quam morbosam *hyparxin* digeramus. Quo tramite sive fundamento licet ex *Minervâ rudiori*, morborum in *specie* singulorum vestigia, (quotquot hanc *Spermatosis* NOSOLOGIAM spectant) satis ample persequamur.

5 Cons. Nosologia *corporis* bum *sub.* *triplici* Categoria *sive* *tripartita* constitutione *sic & Spermatosis.*

CLAS. I.

1 Class. *Morborum è vitiis Constit. Nat.*

I. CLASSIS est eorum morborum (ex *Intemperie*) qui proferuntur è *vitiis* corporis & ejus *Constitutionis Naturalis*. Quæ conspicua fiant, prorsus & indicentur ab *Elementis* & *Principiis*, è qualitatibus *simplicibus*, sive *Complexis*.

1. *A Simplicibus.*

1. A *SIMPLICIBUS*, nimirum ex Nimiâ *caliditate*, frigiditate, *siccitate*, vel humiditate, PRINCIPIIS que iis velut in eorum matrice nidulantibus, viz. *Salosis*, Sulphureis, *Tartareis*, Aquosis, *Spirituosis* atque Mercurialibus.

2. *A Conjugatis.*

2. A *CONJUGATIS*, quum à primis qualitatibus nostris κειμένοις emanant ad secundas seu tertias, forsan & iis complicantur. Sic è principiis raris & *Spirituosis* ad *caliditatem*; è crassioribus atque *Tartareis* ad frigiditatem ac coagulationem; è *nitrosis* salosis sulphureisque ad siccitatem; sed ab *Aquosis* serosis atque madefacientibus ad humiditatem.

Insuper & ab iis *heterogeneis* utpote NIMIUM aut PARUM, proveniunt ODORES, *sapores*, FOETORES atque *colores*, à quibus etiam indicantur *intemperies*, magis à *radicibus*, quemadmodum explicavimus in lib. 2. cap. 7. de *Pneum.* Quid planius quam hæc principia GERMINIS inferamus è verbis *Hippoc.* lib. 1. de Nat. Hum. text. 31. Τὰ φυόμενα καὶ σπειρόμενα ὁκόταν εἰς τὴν γῆν ἔλθῃ, ἕλκει ἕκαστον τὸ κατὰ φύσιν ἑαυτῷ ἐνεὸν ἐν τῇ γῇ· ἔνι δὲ καὶ ὀξὺ καὶ πικρὸν, καὶ γλυκὺ καὶ ἁλμυρὸν καὶ παντοῖον, &c. Quippe semina sibi familiare unumquodque trahunt, inest etiam seminibus principia, *viz.* acidum, amarum, *dulce*, salsum ac *omnigenum*

Hippoc.

genum, &c. quibus *Spermatoſis* Δυνάμεις implantatur ut prius amplius extricavimus. Ex quibus etiam *vitiatis Spermatoſis* morbos deprehendamus, & inprimis ex erroribus *conſtitutionis* NATURALIS. Exinde pruritus ad Veneris paleſtram aut *aphrodiſios* congreſſus, forſan Oeſtra necnon aculeoſa *Sulphuris* & ſpiritus è dominatu; ſed à dominatu *ſalis* Salacitas immodica, Priapiſmus *Satyriaſiſque* propagantur. Atque nomen *Satyriaſis* à *Satyris* mutuatur ex eorum promptitudine perpetuâ libidinoſis actibus. Cujuſmodi fuit illa *Satyriaſis* à *Schengkio* (quæ citatur in *Exerc. Pathol.* 9. *D. Charlt.*) in quâ virga biduò poſt mortem tenſa ac rigida perduravit, pariter & *Imperatoris Heracliti*. Contingunt hi morbi à ſaloſis ac ſulphureis principiis quæ clavo nimium imperant præ deſiderio conſueſcendi nimio vel inflammabili, unde ſemen acriter excandeſcat & fermentetur. Ortum autem ducant ex mediis, ſic à *cibis calidis* acribus, *ſalſis*, vinis generoſis, *ſpiritibus*, aromaticibus, atque *medicamentis*; quandoque à *Renibus*, vaſiſque ſpermaticis incaleſcentibus, inflammatis, aut nimis exagitatis, & interdum ab acribus ſalſiſque fermentis valdè coacervatis. E contra *Spermatoſis* vitietur.

1 Morbi Spermatoſis à caliditate. — *Pruritus & Oeſtra.* — *Salacitas Priapiſmus Satyriaſis.* — Schench. D. Charlt.

2. *A Frigiditate*, principiis ab aquoſis, tartareiſque cum *ſalis* pauxillo, craſſis, crudis, ac ineptis concoctioni. Unde fiant elaborationes ſegniores, forſan & ad prolem procreandam ineptæ. Proinde Germen non tantum ſterilitate, ſed etiam ἀδυναμίᾳ atque languiditate diſpenſandi ſive coeundi præditum ſit. Hujus etiam impotentiæ *noſogeneſis* ſeſe prodit ab ignaviâ SPERMATOSIS, & inopiâ FERMENTI ſeminalis, principiorum DYSCRASIA *frigidâ*, ſive *con-*

2 Morbi Spermat. à frigiditate. — *Sterilitas & impotentia.*

formatione partium genitalium prava, caloris innati *Spirituumque* sufflaminatione. Sed quatenus à *causis* procatarcticis atque προηγουμένοις è rebus *non-naturalibus* & à medicamentis frigidis.

Insuper & ab aliarum partium *voracitate* scilicet ex pinguedine (adeò ut succi nutritii in corporis augmento potiùs absumuntur) à vitiis Vasorum, & à defectu principiorum magis activorum fiat impotentia, veneris hâc lectilucta necnon ejus infœcunditas è principiis sterilioribus, quum *salis*, sulphuris, & *Mercurii* principia quasi conscripta fiunt. Nihil dilucidiùs enodetur ab *Hist. Plinii* Nat. lib. 11. cap. 37. de pinguibus & obesis, ob eorum sterilitatem in procreanda specie, sic ex *Arist.* lib. 1. de Gen. Anim. cap. 18. Καὶ οἱ ΠΙΌΝΕΣ δὲ ἀγονώτεροι φαίνονται τῶν μὴ πιόνων καὶ γυναῖκες καὶ ἄνδρες, διὰ τὸ τοῖς εὐτραφέσι πεττόμενον τὸ περίττωμα, γίνεσθαι πιμελήν. Et capite sequenti. Τά τε γὰρ πίονα, ἧττόν ἐστι σπερματικὰ τῶν ἀπιμέλων, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, αἴτιον δὲ ὅτι καὶ ἡ πιμελὴ περίττωμά ἐστι καθάπερ τὸ σπέρμα, καὶ πεπεμμένον αἷμα, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον τῷ σπέρματι, &c. Sunt minus apti procreando, à paucitate sive frigiditate *materiei* seminalis, quum præoccupatur conservando pinguedo corporis *Individui*.

Plinius.

Aristot.

3. Et à *siccitate* SPERMATOSIS (quum orbetur *Mercuriositate* vel ab humido radicali) quoque censu *Medicorum* plerorumque sterilitas alia seminis ortum trahit. Quippe semen (haud secus ac semina *Plantæ* vel *arboris*) exsiccetur & infœcundum fiat, quum *Mercurius* ejus volatilis evolatur *humidumque radicale* vel oleaginosum amittitur.

3 A siccitate seminis alia sterilitas.

Hæc siccitas quam Spermatosi, tam Animali ipsi

ipsi sit inconveniens, etenim in *Arist.* Περὶ Μακροβ. καὶ βραχυβ. cap. 1. Δεῖ λαβεῖν ὅτι τὸ ζῶον ἐστὶ φύσει ὙΓΡΟ'Ν καὶ ΘΕΡΜΟ'Ν, καὶ τὸ ζῆν τοιοῦτον cui subjungam καὶ τῷ φύσει τοιοῦτον, & absque humido radicali, sive *Mercurio* nostro Animal neque vivere neque generare possit, *Arist. de Hist. Anim.* lib. 1. cap. 4. Ἔχει δὲ καὶ ὑγρότητα πᾶν ζῶον, ἧς στερισκόμενον, ἢ φύσει ἢ βίᾳ φθείρεται, quid clarius è radiis solis effulgescat? dum à defectu hujus *humidi* semen conspicuè vitiatur, & *de Gen. Anim.* lib. 2. cap. 1. Πορρωτάτω δὲ τοῦ ἐμψύχου τό γε ξηρὸν Germini vel animato semini siccitas hæc abest. Etenim ex hâc ariditate particulæ sulphureæ salosæque nimis exacerbescunt, exasperant, atque ferociant forsan & à sale partes seminales constringantur.

4. Ex *humiditate* nimiâ, vel [aquosis, principiisque nimium fluidis; unde semen etiam corrumpatur cariemque contrahat è ranciditate *sulphuris* &c. ΣΑΠΡΟ'ΤΗΣ γὰρ καὶ ΠΕ'ΨΙΣ ἐναντία, *De Gen. Anim.* lib. 4. cap. 8. & lib. 4. cap. 11. γίνεται δ' οὐθὲν σηπόμενον, ἀλλὰ πεττόμενον, ἡ δὲ σῆψις καὶ τὸ σαπρὸν ΠΕΡΙ'ΤΤΩΜΑ τοῦ πεφθέντος ἐστὶν seminis enim elaborationes sanæ hanc humiditatem rejiciunt. Unde proveniunt *pollutiones nocturnæ*, subcruentæ & imperfectæ seminis excretiones, &c. 4 *Ex ejus humiditate corruptio seminis.* Arist. Pollationes nocturnæ.

Et inquit *Horatius*,

Nocturnam vestem maculat, ventremq; supinum.

Ita *Leonellus* refert de *Rustico*, qui ex inspectione fœminæ pollutionem hanc protinùs emisit. *Galenus* autem addit huic intemperiei *Priapismum* è flatibus lib. 6. *de loc. Affect.* cap. ult. à *Priapo*, & spiritum Leonellus. Galenus.

ritum (ex his principiis aquosis) esse flatuosum in substantiâ penis spongiosâ constabit. Et semen hoc humidius quam procreationi ineptius, tam proesi tardius & minus volupe sit. Hæc intemperies proferatur etiam per SYMPATHIAM, Etenim (attestante *Hipp. Aph.* 2. Lib. 6.) tantum est fœdus ac commercium inter TESTES & CEREBRUM, ut quanto cerebrum est humidius tanto serosius erit semen ὅσοι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσει καὶ ἡ ΓΟΝΗ ὑγροτέρη ὑγιαίνουσι ΝΟΣΗΡΟΤΕΡΟΝ. Οἷσι τἀναντία ὑγιαινότερον. Et per IDIOPATHIAM hæc *Spermatosis* humiditas eveniat vel ex vitio *Materiei*, vel vasorum *seminalium*.

Per Sympathiam.

Hippoc.

Per Idiopathiam.

1. Vitium ejus materiei fiat ex *apepsiâ* sive cruditate vel erroribus priorum concoctionum & a *cachexiâ* totius corporis. Humiditas etiam spermatosis indicat *Oeconomiæ* naturalis vitium in *coquendo* distribuendo, *retinendo*, & Excernendo (sic inquit D. *Heurnius* in *Hipp.*)

D. Heurn.

2. Ast ejus vitio nimis *Humido*, Testes frigidiores atque vasa nimis humida significantur, imo & habitus adeo δυσδιαφόρητος indicetur, ut Semen ab hoc humido *sero* satis expurgari vix queat a naturâ. Præterquam ex hâc classe morbi plurimi feruntur a conjugatis qualitatibus ac principiis utpote tumoribus *Strumarum*, Scrophularum, *Rachitidum*, Sarcomatum, *Verrucarum*, &c. a SEMINE cum aliis succis jugiter provectis, ex *Test.* celeberrimi D. *Glisson.* in ejus *Tract.* de *Rachitide* c. 15. cujus verba sunt: *Hæc intemperies provenit ab intemperie frigida & humida parentum, ad quam etiam referamus Cacochymiam pituitosam & serosam, item Cachexiam, &c. Porro ad hunc titulum revocare forte licet scorbutum, strumosam affectionem*

2 A complexis.

D. Glisson.

nem, Luem Veneream, &c. Sed *Classi* primæ satis hæc dicta sunto.

CLAS. II.

II. CLASSIS sit eorum morborum *Spermatosis* (ab intemperie) qui proferuntur è vitiis *Oeconomiæ Vitalis* propter *Nimium* aut *Parum*. **2 Class. Morbor. è vital. const.**

Et 1. ex nimiis spiritibus è *vitali* Charagmate atque *peripheriâ* per *Arterias* à corde; cujus etiam caloris & fermenti nimium promoveatur ad *vasa Spermatica*, Particulæque magis activæ, spiritusque ebullientes quaquaversùs & ad *invicem* dominium ferant, nec se mutuò prehendunt. Ex his aculeis *spirituosis* ac *sulphureis* sæpe propiletur intemperies *Spermatosis* ad *furorem Spermaticum* in viris, & in fœminis ad *Nymphomaniam*, sed utrisque ad *Febres Spermaticas*. Quum *PARTICULÆ salis* & *sulphuris* indomitæ fiunt acres à *vitale constitutione*, imò & fervidæ, volatilisantes & in *Spermatosi* nimis exaltatæ. Abhinc universam corporis molem influunt atque permeant, potissimùmque cerebrum invadunt, ubi fortiùs corroborantur ex *imaginativis viribus* & spiritibus excitatis ab amiabili *objecto*. Quibus ideis *spiritus* etiam Animales nimis exagitantur atque profunduntur rursus ad partes genitales, ubi comitantur effræni desiderio sive libidine instar *Tarantulæ* mordente. Et ex hâc conspiratione, *veneris* perpetuò meditantur illecebras, obsçœnis dicteriis atque propudiosis; eorum oculi huc illuc lascivè circumagunt ex hâc intemperie quum cerebrum grassantur, & ejus membranæ impinguntur atque

1 A nimiis spiritibus è vital. familia.

Furor spermaticus & uterinus.

excan-

excandescunt : Unde motus inordinati concitantur.

2 Ab inopiâ spirituum è vitali familiâ.

2. Sed è contra, à *spirituum vitalium* ac innati caloris defectu & à principiis illicò magis aquosis ac crudis, proveniant alii Morbi, quum *semen* in vappam degeneret aut corrumpatur; utpote planè libidinosis adveniat, otiosis, aliisque laborantibus *Gonorrhæâ* dum spiritus hujus constitutionis imminuuntur vasaque seminalia laxantur, unde *Vesiculæ* sive *Favillæ* seminales & *Prostatæ* vix aut nuspiam Germine fruantur. Etsi *Gonorrhæa* simplex propagetur è paucitate spirituum, attamen virulenta *Gonorrhæa* fit à corruptione seminis & illuvie *Spermatosis*; unde *Chymosis*, Hæmatosis, & *Pneumatosis* ex impuro miasmate conspurcentur; virus & quoddam album, subcitrinum aut flavescens emittitur, vel ex *intemperie*, vel à *spiritibus* his & activis *principiis* profligatis, vel ab *impurâ* Venere atque scortiluente, vel exulceratione vasorum diuque manente. Unde principia cætera vitiantur forsan & acuuntur ex eorum obliquis acutis angulis, sed vitiantur ab eorum fœtidis rancidisque maculis. Ex quibus omnibus *seminis* etiam *fœcunditas* pertinacitèr impugnatur. Prioribusque morbis vasa Spermatica ELABORATORIA, sed his ASSERVANTIA vasa, sive *confectoria* corripiuntur & impinguntur è *Gal. 6. de loc. Affect. cap. ult.* Insuper exindè *Spermatosis* interiùs invalidatur ac læditur; quandoque quoque *Venerea Lues* vel *Elephantiasis* ex his seminiis corruptis promoveatur, præcipuéque quum Succi spermatici maligna *lues* circuletur, aut sursum feratur ad partes principes; & cerebrum ipsum ex hâc colluvie inquinetur, quum vapores conscendunt, ejusque *meninges* acerrimè cudunt, imò quum

Gonorrhæa simplex.

Spermatosis læditur. Elephantiasis ac Lues Venerea.

con-

contagium devehatur ad omnes partes & concoctiones corporis, nutritii succi dehinc corrumpuntur, maciesque per totum corpus invadit, aut in pejus abit, unde ejus *constitutio* tripartita verisimiliter obvertatur.

CLAS. III.

III. TErtia *CLASSIS* est eorum *Morborum*, qui à *vitiis* Animalis Oeconomiæ proveniunt; unde *Spermatosis* diversimodè afficiatur, & usque ad *Tabem dorsalem*. Quippe fortis imaginatio & intenta cogitatio rei *Venereæ* vel *Aphrodisiæ* fiat ejus causa, saltem remota; quæ lacessit ad excretionem seminis haud satis elaborati sive fermentati. 3 Class. *Et 1. è nimiis profluviis ex hac animali familia.* *Tabes dorsalis.*

Proinde fiat exarescentia nervorum ex improviso, dein & absumptio succi nutritii nervosi, atque tandem *tabes* spinalis: ortúmq; ducit ab *Oestro* & *æstu* præternaturali, lasciviis, *aculeis* & *congressibus* venereis nimis usitatis, unde functiones animales obtunduntur, & earum *sartum tectum* perstare nequeunt. Nonnulli tamen in eorum *Spermatosi* (ab influentiis a *Pneumatosi* vel Animali familiâ nimis luxuriantibus) sunt instar *Arborum* plerarumque in *horto* meo, pro tempore brevi mirabilitèr efflorescentium; & à succis vegetis spiritibus ac principiis *mercurii* sulphurisque fructus pulchros proferentium; sed inopinatò & ex efflorescentiâ maximâ (quum hæc principia, spiritusque Citissimè dissipantur & absumuntur) trunci, ramusculi, cum radicibus, & omnia penitus emoriuntur. Et quid planius inferamus, ex *Arist.* Περὶ Μακροβ. καὶ βραχυβ. cap. 2. ἡ μὲν τῆς φύσεως, ἡ δὲ μοείρ ἀπὸ τὰ ὀχλαλικὰ καὶ [illegible]σπερμα ΓΗ- Sim. Aristot.

ΡΑ'ΣΚΕΙ

ΡΆΣΚΕΙ τυχὶ. Quibusdam enim hominibus hi Spiritus ex majoribus copiis reperiantur, unde citius senescant: sed interea hi hominum flosculi & elegantes in eorum SPERMATOSI copiosissime proferantur. Attamen ex Animalium spirituum principiis & irradiationibus nimis activis, atq; plus quam justo influentibus semen in excessu promoveatur, inde fiat etiam *involuntaria* seminis PROFUSIO, veluti motibus convulsivis appareat e *Plateri* Prax. 3. Tract. lib. 2. cap. 4. & ex his vasis Spermaticis aliter affectis per *Sympathiam*. Haud secus ac in Arvis conspiciamus quum satis & plus e radiis solaribus aut plus quam debite incalescentibus Aristæ tantopere maturantur, ut spicarum semina (quasi tactu digiti) facilius excutiantur, imò & per flatuum ventorúmq; motus. Pariter ex influentiis plus quam illis SOLIS fervidis ac illustrantibus in *microcosmo* semen humanum multum citius maturetur; perinde per *nervorum* commotiones exiguas, sive motus alios, Spermatica vasa vellicantes semina hæc facillime concutiantur ad profusionem, *luxuriosam*. Hujus adeò quam Agri fertilitati referendum sit illud aureum *Phocilidæ*:

Seminis involuntaria profusio.
Platerus. Sim.
Phocilid.

Χρηΐζων πλούτου μελέτην ἴσχε πίονος ἀγροῦ·
Ἀγρὸν γάρ τε λέγουσιν ἀμαλθείας κέρας εἶναι.

Etenim ex interpretatione Socratis per Κέρας aut cornu deprehendamus tam elaborationes magnas quam copias horum spirituum καὶ κατὰ δὲ τὸ Κέρας βοὸς ἐργατικωτάτου ὄντος τὸν ΕΡΓΑΤΗΝ ἐνσημαίνεσθαι.

Quin-

Quinetiam ex his nimiis *Radiis* & inordinatis à *Pneumatosi* forsan ipse *fœtus* aut *Germen* animetur à principiis suis & *Anomaliis* seminis ad pravam *conformationem*, aut *intemperiem*.

1. Partium & *Membrorum*, utpote cum duplicibus *capitibus*, pedibus, *brachiis*, atque *digitis* 6 7. &c. *Testiculisque* tribus quemadmodum olim *Triorches* gestabant. Attamen *Particulis* ipsis quæ plus quam justo *Germini* copiosiores insunt attribuimus hanc pravitatem ipsam seminalem, sed his nimiis spiritibus forsan & (ex *officinâ* imaginationis) plurimis ac velocibus *Emissariis* conferamus animationem (in magnâ parte) vel quoad influentias. Sed optimè de hâc re eruditissimum D. *Regium* lib. 4. *Nat. Phil.* cap. 14. exaudiamus, & è propriis verbis. *Causa monstri* (dixit ille) *sit IMAGINATIO Monstrosa Parentum* (i.e. ex Influentiâ) *quâ Particulæ* GERMINIS *aut Sanguinis, ad quas Imago cogitata defertur monstrosè disponuntur. Atque nati fuerunt homines qui ex. gr. ex imaginatione Matris caput habebant diffissum vel proboscidem Elephantinam pro crure.*

Prava fœtus conformatio ab excessu spirituum hujus familiæ

D. Reg.

2. *Vel causa* (i. e. Proxima namque altera est Remota) *est in ipsis seminis & præsertim Germinis* PARTICULIS, *ubi illæ sunt justo* COPIOSIORES *vel* PAUCIORES. *Atque hinc nascuntur aliquando homines bicipites, quadrimani, vel quadrupedes, item manibus & pedibus destituti.*

3. *Vel ubi Particulæ Seminis tam male sunt* FIGURATÆ *& adaptatæ, ut ex earum Dispositione nil nisi Monstrosa fœtûs* FIGURATIO, *possit oriri.*

2. FOE-

Exabundanti numero fœtuum.

2. FOETUUM ex abundanti numero, quum uno partu *gravidæ* proles numerosas edunt, & interdum 5. interdum 10. ut refert *Mirandulus*, sic *Albucosis* 15. uno enixu, imò viginti quatuor edidisse feruntur. Sic ex *Arist. l. 7.* de *Hist. Anim.* c. 4. & lib. 10. cap. 2. Ἔτι εἰ πολλὰ ἀπὸ μιᾶς ὀχείας γίνεται ὥσπερ φαίνεται ἐπὶ τῶν ὑῶν καὶ τῶν διδύμων ἐνίοτε γιγνόμενα. &c. Sed explicatiùs agit de hac re in l. 4. *de Gen. Anim.* cap. 4. Προΐεται σπέρμα τῶν ἀῤῥένων τὰ ΠΟΛΥΤΟ'ΚΑ τῶν ζώων εὐθέως ἀφίησι τὸ μὲν ἄρρεν δυνάμενον πλείω συνιστάναι μεριζόμενον, τὸ δὲ θῆλυ τοσοῦτον, ὥστε πλείους γίνεσθαι συστάσεις· τοῦ μὲν οὖν πολλὰ γίνεσθαι τὰ κυήματα, καὶ μὴ συνεχὲς ἓν ἐκ πάντων ἐν τοῖς ΠΟΛΥΤΟ'ΚΟΙΣ, τοῦτ' αὐτὸ αἴτιον ὅτι οὐκ ἐξ ὁποσουοῦν γίνεται κύημα, &c. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς μονοτόκοις καὶ μεγάλοις τῶν ζώων οὐ πολλὰ γίνεται ἐκ πολλοῦ, &c. ubi causam fœtuum numerosorum enucleavit, (uti mox inquiramus) sic quoq; *Roderic. à Castro* de *Mulier. Morb.* l. 3. c. 6.) interea tamen de tergeminis fœtibus *Plinius* lib. 7. cap. 3. necnon de *Horatiis* ac Curatiis tergeminis, &c. historias edidit plurimas *Lucius Florus*. *Cromerus* etiam lib. 9. *de Orig. & Gest. Polon.* refert de 36. fœtibus uno eodemque partu quos fœmina regione *Cracoviensi* parturiebat; *Schengkius* autem, *lib. 4. Observ.* de 364. pollicisque magnitudine unoque partu confabulatur. Necnon historias alias de hâc re perveniamus è *Sennert. Prax.* lib. 4. P. 2. Sec. 4. cap. 4. Jamverò his omnibus, causæ dependeant ab *insitis* vel *adsititiis* spiritibus. Ab *insitis*, sic è PRINCIPIIS & particulis ipsius GERMINIS tam *qualitativè* quam *quantitativè* coaptatis.

Albucasis. Aristot. Roderic. à Castr. Plinius. Cromer. Schengk. D. Senn.

Sed

Sed ex *adsititiis*, à *Pneumatosi* vel Animali *familiâ*, nimium profluviente vel tempore consuescendi, vel immediatè post, in *cellulas* uterinas sive porulos. *Etenim* (inquit Insign. D. *Regius* lib. 4. *Nat. Phil.* cap. 14.) *cum dico Semen utero concipi, non intelligo* S O L A S *ejus majores cavitates*, (i. e. Cotyledones & Acetabulas) *quia in principio interni pori sufficiant, ex quibus deinde Germen conceptum* (Germen Actuale fatemur, è *semine virili* sive Germine potentiali potissimùm emergens) *jam grandescens in majores uteri cavitates delabitur, in iisque ad majorem fœtûs perfectionem deducitur.* D. Reg.

Sed 2. Disconvenientèr & malè temperetur *Embryo* ex hâc animali familiâ ad morbos similares, quemadmodum in proximâ *Sectione* propalemus; hucusque de primâ parte *Classis* sive quoad EXCESSUM ab hâc *familiâ*.

2. In altera parte *Classis*, SPERMATOSIS vitia spirituum Animalium à DEFECTU nobis obviam veniunt, tam quoad vim *prolificam* quam *plasticam*. *2 In secunda parte Classis vitia perpenduntur à defectu spirituum horum.*

Quippe 1. Ex inopiâ vel ineptitudine horum spirituum, sterilitatem ingruere probavimus in cap. 6. Et ex hâc *Oeconomiâ* prolificam vim seminis summoperè suscitari. Quum verò Animalis familia vel absit *Spermatosi* sive perperàm insit, huic instat infœcunditas. Cui *prolificationi* requiruntur DUO, nempè *Materies* (fertilis) & *efficiens*. Nunc nec Prolifica nec Plastica virtus oritur *à corpore*, licet sit *in corpore* Seminali; sed ab *efficienti* necnon *insitis spiritibus*, inter quos, animales (præ aliis) tam *Dignitate* quam *Numero* longè præstant, unde Semen potissimûm fœcundatur. Quum quoque materies in quâ proferatur hoc *efficiens* ejus fer- *Seminis in fœcundiias ejusque vis Prolifica læsa.*

fertilitatis, sit ei conveniens; Sed è contra semen erit infœcundum, dumque horum alterutrum haud bene constitutum sese disconvenienter habeat. Quid clarius inferamus? ex *Hippoc.* lib. 6. *de Aëre, Aquis,* & *Locis?* & ab historiis ejus de *Scytharum* sterilitate? Atq; hoc à nemine negandum sit PNEUMATOSIS saltem ad partes *Spermaticas*, influxus animales edere, unde Germinis hæc vis prolifica prorsus & expressius enucleatur, Hippoc.

Καὶ ἐν τῷ Ἀφρώδει σπέρματι, καὶ ἡ ἐν τῷ ΠΝΕΥΜΑΤΙ φύσις ἀνάλογος οὖσα τῷ τῶν ἌΣΤΡΩΝ στοιχείῳ: qui spiritus, animalis insit in Germine, cujus Natura sit analogica cum *influentiis* astrorum in *Plantis*. Pneumatosis etiam famulitium hoc, semen prolificum fœcundumque conficiendo nitidè ratiocinetur ex *Arist.* lib. 2. *de Gen. Anim.* cap. 7.

Aristot.

Καὶ τοῖς χρωμένοις πλείοσιν ἀφροδισίοις ἐκλείπουσι τὰ ὌΜΜΑΤΑ φανερῶς, ὥσπερ δ' ὅτι ἡ τοῦ σπέρματος φύσις ὁμοίως ἔχει τῇ τοῦ ἐγκεφάλου.

Sedes etiam (inquit) oculorum (præ aliis partibus capitis) seminalis est, undè fiunt irradiationes in congressu; & abinde fit, ut per immoditum usum *Veneris* oculi langueant ac subsideant, & ab inopia spirituum horum ingruit sterilitas seminis. Necnon ab ejus imperfectione Sobolem ad propagandam præsupponatur ἀνάλογος hujus constitutionis imperfectio. Quâ vel non *prolem*, vel valdè imperfectam in *constitutione*, forsan & *Tabe*, Marasmo, *Scorbutica* vel intemperie *Cachecticâ* vel Hereditariâ vir procreat; *Sarcomataq;* quædam, *Strumæ*, Glandes, aliique Tumores, tam à torpore, quam ab hujus Oeconomiæ labe in semine sive pravâ diathesi proveniunt. Sed

2. Vis

2. Vis quoque *PLASTICA* non tantum à penuria seminis, ab ineptitudine principiorum, Particularumque insufficientiâ & imperfectione hâc virium *Plastic.* sed etiam ex inopiis horum spirituum, ex anomaliis & defectibus *hypoplasticarum* virium aut impressiuum unde *fœtus* fiat absque *brachus*, digitus, *pedibus*, naso, vel *auribus*, vel aliis membris, imo & (mille ad unum) quin Partus ab uno vel alio morbo hæreditario miserrime grassabitur. Morbus enim *hæreditarius* â Maculâ *spermatosis* est duplex: *viz.*

Ejus morbus hæreditarius duplex: 1 In constit. similari

1. In *Constitutione SIMILARI*, quum Scorbuticus *scorbuticum*, leprosus *leprosum*, podagricus *podagricum*, & intemperans puerum *Cachexia* laborantem è similibus principiis vitiatis generat.

2 Organica

2 In *ORGANICA constitutione*, quum cœcus *cœcum*, mancus *mancum*, mutus *mutum*, surdus *surdum*, &c. procreaverit. Qui morbi reperiantur in semine, præcipueq; è defectibus hujus familiæ. His debite perpensis, jamjam *Eruditissimi D. Sennerti* consilium deprehendamus his verbis è l. 4. Prax. P. 2. Sect. 4. c. 7. *Consuleretur* (inquit) *itaq. bene Reipubl. & Posteritati, si & homines ætate justâ ducerent uxores & nuberent, & qui* MORBO *aliquo sunt affecti, qui in* FOETUM *derivari posset, non prius nuberent quam* AFFECTUS *iste curatus esset. Ut enim nisi Agricola* LECTISSIMA *semina* TERRÆ *mandet, sed quævis obvia, & lolii & aliorum Zizaniorum seminibus mixta serat, ita agrum* ZIZANIIS *replebit, ut in iis eradicandis postea multis annis laborandum sit. Ita dum Pueri & Puella imbecilles, Senes, Valetudinarii aut pessime morati nubunt, quod plerunq. divitiarum acquirendarum causa fit, Rempublicam stolidis, fatuis, imbe-*

Consilium D. Senn. ex his rebus examinatis ut non nisi Sani nuberent.

imbecillibus & valetudinariis hominibus, atq; ad omnia officia ineptis replent. Nec eligit *Hortulanus* insanâ ex Arbore semen, nec à decrepitâ vel imbecilli, nec à Plantâ nimis juvenili sive Neophytâ; atque fructus sanos ex arbore malâ proferri nuspiam, ex ore nostri *Salvatoris* Mundiq; Gloriæ radiis eluceat hoc verum. Adeo proh! vah pudor! dum viri *Generosissimi* canum, *Perdicum*, equorum, *Boum*, Bestiarumque Mares ejusdem generis optimos sanosque, eorum *speciem ad propagandam* eligere atque procurare navantur extremâ vigilantiâ. Quamobrem haud abs re Philosophi illius eximii *Lucani* dicta aurea lib. περὶ παντὸς, aut *universi naturâ* circa finem observatu sunt digna, è testim. D. *Senn.* de vitiosa seminis formatione. Μετὰ πάσης οὖν σπουδῆς καὶ φροντίδος δεῖ καταβάλλεσθαι· οὕτως τὰ γεννώμενα γίνεται ΧΑΡΙΕ´ΣΤΑΤΑ καὶ γενόμενα καλῶς ἀνατρεφῆ· ἔτι γὰρ δίκαιον τοὺς φιλίππους καὶ φιλοπάτριδας καὶ φιλοικείους μετὰ πάσης ἐπιμελείας, φροντίδα ποιεῖσθαι τῶν γεννωμένων ὡς δεῖ, καὶ ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πῶς διακειμένων γίνεσθαι τὰς μίξεις, καὶ τὰς κοινωνίας, τὸ καὶ ὡς ἔτυχε γίνεσθαι παραγόμενα τοὺς δὲ ἀνθρώπους μηδένα ποιεῖσθαι λόγον τῶν ἰδίων ἐγγόνων, ἀλλὰ γεννᾶν ὡς ἔτυχε, καὶ γενομένων ὀλιγωρεῖν, καὶ τῆς τροφῆς καὶ τῆς παιδείας· ταῦτα γὰρ ἀμελούμενα πάσης κακίας καὶ φαυλότητος παραίτια γίνεται βοσκὴ ματώδη καὶ ἀγεννῆ ἀποτελέσματα τὰ γενόμενα, &c. Ideoque (inquit ille) navaremus ex omni industriâ ut elegantes liberi nascantur & orti liberaliter educentur, &c. Et ex his (inquit D. *Heurnius*) caveant mulieres *ne nubant ante decimum octavum annum, ne vel abortus vel discrimen mortis incurrent*, lib. 5. *Inst. Med.* cap. 4. Potissimúmque præcaveantur *Spermatosis* principia dein & elementa, quoniam ex iis (& præ aliis) ab hâc *familiâ*, quam sana *spermatosis* tam operationes ejus

Sim.

Lucanus.

D. Heurn.

ejus & *vires* optime conservantur. Sic è *Quercet.* Quercet.
Herm. Med. Def. c. 14. *Cum autem seminum* PROPRIETATES, *signaturæ &* POTESTATES *insitæ sint & inclusæ his* PRINCIPIIS, *vitalesq; suas qualitates saporum, odorum, colorum, in ipsis quoq;* OCCULTAS *habeant; Etsi materialia utcunq; sint illa semina Naturam tamen formæ potius simulantur quam Materiæ.* Elementa vero contra, *materiæ* magis adhærent quam formæ, & appellantur *Principia* MATERIALIA, quibus passivæ qualitates attribuuntur, sed hæc *principia* FORMALIA quibus Activæ. Haud alioquin in SEMINE apud *Severinum* Danum, *principium est Vitale; quod in* SE *continet spiritus mechanicos & tincturas universæ* ANATOMIÆ *propriæ speciei,* QUIBUS *spiritibus suum sibi fabricant corpus* COLORES, *Sapores,* QUALITATES, *Magnitudines,* FIGURAS, *& reliquas signaturas consentaneas officiis & prædestinationibus prædictorum spirituum.* Ex his autem tincturis, principiis, & spiritibus vitiatis proferuntur maximæ Spermatosis læsuræ, unde sint varietates coloris, saporis, odoris, &c. Quas facilè perpendamus, à suis *principiis* in vitio, vel à *temperie* suâ, aliorumque consortio excurrenti, morbos varii generis in corpore procreare. Hæc autem vitia *Spermatosi* ipsi incommodantur. Quæ tamen in utero *fætum* gestatum respiciunt ex parte Parentum *Germinis,* aut ejus Nutritionis, ex parte *Pragnantis,* stadiolo proximo perquiramus.

SECT. II.

De vitiis Embryonis *in tempore Gestationis, ex erroribus Germinis & Nutritionis*, 1 *Quoad morbos similares.* 2. *Organicos.*

SPermatolis vitiis, partibusque masculinis Generationi dicatis, ventilatis, omnia quæ ante conceptionem *Embryonis*, circa seminis vim *prolificam plasticamq;* tandem absolvimus. Jamjam & vitiis quæ tempore Gestationis *Embryonis* in utero ab ulteriori *Nosogenesi* processus eamus: & ex ERRORIBUS

1 *Germinis*
2 *Nutritionis*
Deinde
1 Quoad *Morbos Similares* & intemperiem.
2 Quoad *Morbos organicos* & conformationem.

1 *Germinis in utero vitia.* I. GERMINIS errores in utero faciunt ortum vel a *masculini*, vel *fœminini*, vel utriusque seminis *Oeconomiâ* Naturali, Vitali, vel *Animali*.

1 *A Nat. Constit.* 1 *A Naturalis* constitutionis erroribus oritur disconvenientia *qualitatum* nempè *simplex* à simplicibus, & *composita* qualitatibus à conjugatis Germinis in utero.

1 *Morbus simplex.* 1. *Simplex*, & ita fit nimis frigidum aut muliebre vel *sterile*, segne, *ta*[illegible]*mq;* & obtusum, sed interdum à pravâ vasorum *conformatione* proveniat

Hippoc. ex *Aphor*.46.l.5. Ὁκόσαι παρὰ φύσιν παχεῖαι ἐοῦσαι μὴ συλλαμβάνουσιν ἐν τῇ γαστρὶ ταύτῃσι τὸ ἐπίπλοον τὸ στόμα τῶν ὑστερέων

ὑστερέων ἀποπιέζει, καὶ πρὶν ἢ λεπτυνθῆναι, οὐ κυΐσκει. Porro fiat nimis frigidum à principiis aquosis atque crudis, è *vitâ sedentariâ*, diætáque molliori & somnolentiâ; atqui nimis *calidum* à spirituosis & sulphureis principiis & virilitate nimia. Sed compositum ex heterogeneis principiis ac tartareis unde *Struma*, Scrophulæ, *Rachitides*, Hydropes & *Cachexia* fœtus invadant in utero, necnon ab his principiis in utero sterilescat semen. Quod ex *Hipp.* dilucidius effulgeat, in *lib.* 5. *Aph.* 62. Ὁκόσαι ψυχρὰς καὶ πυκνὰς τὰς μήτρας ἔχουσι, οὐ κυΐσκουσι· καὶ ὁκόσαι καθύγρους ἔχουσι τὰς μήτρας οὐ κυΐσκουσιν· ἀποσβέννυται γὰρ αὐτέῃσι ὁ γόνος· καὶ ὁκόσαι ξηρὰς μᾶλλον καὶ περικαέας, ἐνδείῃ γὰρ τῆς τροφῆς φθείρεται τὸ σπέρμα· ὁκόσαι δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τὴν κρᾶσιν ἔχουσι σύμμετρον, αἱ τοιαῦται ἐπίτεκνοι γίνονται. Dum quoque à *frigidis*, densis, *præhumidis* & ardentibus principiis vel assatis uterus sterilescit, ex omnibus optime temperatis fœcundatur; Nimium enim & parum inferunt ei corruptionem vel vitium. *Galenus* etiam in *Aph.* 61. S. 5. hoc edidit his verbis, *Tam mulieres quam mares si temperie quatuor elementorum* (sed nobis & PRINCIPIORUM justâ proportione ac elaboratione) *& qualitatum potiantur, Generant quamvis illâ temperie privatis commisceantur. Intemperati vero nunquam generant nisi contraria intemperie præditis jungantur, utpote calidi frigidis, humidi siccis, & sic de singulis*:

——— ut semina possint
Seminibus commisceri generaliter apta,
Crassaq́ue conveniunt liquidis, & liquida crassis.

E *Lucr.* & ex *Arist. de Gen. Anim.* l. 4. c. 1. ἀμφοτέρους

Hippoc. | Galenus. | Aristo.

τίσωε γὰρ αἱ μ[illegible] ... τὸ ἄῤῥενΘ Μῖξει ἢ τοῦ θήλεΘ δεῖ τ Συμμεξίας.
Veruntamen & à causis simplicium compositis exerantur vitia constitutionis hujus ad læsuram Embryonis, quandoque Germen illuvie quâdam corrumpatur, quandoque spiritibus ab avocatis, succisque nutritiis destitutis nec uterus in concubitu satis arctè Germen amplexetur, neque ejus fœcunditati, Maturitati, Formationi neque Nutritioni plurimum conferat. Quippe

---Non quavis fert O M N I A Tellus.

Univoca productio. At II. A CONFORMATIONE, Generatio distrahatur in Univocam & Æquivocam. Et U N I V O C A producet effectum similem in specie, unde tale procreabit Animal, quale est ipsum Generans, Arist. lib. 2. de Anim. cap. 4. τὸ ποιῆσαι οἷον αὐτό, adeo ut quum dicimus similem in Specie præsupponente similitudine vel identitate, nec Intemperies nec naturæ defectus Univocæ Causa rationem tollat.

2 Æquiv. 2. Sed Æ Q U I V O C A producit effectum monstrosum, sibique dissimilem in specie, utpote molas, mures, feras, pisces, vermes, &c. ex Alex. Gordon. Bened. de Cur. Morb. l. 25. c. 35. Gordon. Partic. Savanor. 7. c. 2. Jo. Mic. Savonarola tract. 6. rub. 27. imò Rousset. Canes, & Serpentes è Bauhino, & Fr. Rousetto de Sennert. Part. Cæs. ex Append. Caspar. & è Senn. Prax. 4. S. 4. c. 10. de Monstris &c. necnon in hâc Urbe Londinensi celeberrima nobis fama sæpè percrebuit de quâdam fœmina, quæ lupos duos hoc ultimo Anno parturiebat. Sed de M O L A quam Galenus Galen. appellat in l. 14. c. 7. de Usu Part. σάρκα ἀργὴν καὶ ἀδιάπλαστον carnem pigram plasticâque vi destitutam;

&

& *Actuarius* eleganter tumorem carneum à semine prolifico solo compactum, i. e. à *corporea* materie seminali particulis huic propriis principiisque terrestribus aut vegetantibus solis; attamen haud puto *vim plasticam* omnino esse extinctam, quamlibet egregie suppressam, suffocatam aut sufflaminatam è *Catameniis*, principiis crudis, ac succis excrementitiis uterinis. Sic apud *Arist.* de *Gen. Anim.* l. 4. c. 7. πάσχει γὰρ ταυτὸν τὸ ΚΥ'ΗΜΑ ἐν τῇ Μήτρᾳ ὅπερ ἐν τοῖς ἑψομένοις τὰ μολυνόμενα, &c. His quoque κειμηλίοις Doctrinam *Hippocratis* à tripode deprehendimus ejusque ratiocinia de hac re, lib. Περὶ Γυναικ. & lib. de *Sterilibus*, Περὶ δὲ μύλης κυήσιος τόδε αἴτιον. Ἐπὴν πολλὰ τὰ ἐπιμήνια ἐόντα γονὴν ὈΛΙ'ΓΗΝ καὶ ΝΟΣΩ'ΔΕΑ συλλάβωσιν, οὔτε κύημα ἰδαγενὲς γίνεται, καὶ ἡ γαστὴρ πλήρης ὥσπερ κυούσης, quo semen *mole* verè nuncupatur MORBOSUM & paucum; quoniam activa principia sive Germinis & *Embryonis* formalia (spiritusque plasticus ex magna parte) divortium subeunt à cæteris, quoniam etiam influentiæ à *Pneumatosi* delint, calor, etiam atq; fermentū Uterinum; unde fit iis quæ *molas* conceperunt, *facies pallida* & ferè decolor, forsan & earum corpora propter defectum succi nutritii contabescant. Ideoque partim è *vitiis* seminis ejus naturalis *constitutionis*, appositioneque succorum *uteri* depravatorum partimque à *privatione* spirituum Animalium & Vitalium, principiorumque viriumque efformandi, provehatur hæc *æquivoca* Generatio. Cujus non tantum experientia sed ipsa ratio comprobat inter *vegetabilia* quum à Semine Unius & melioris plantæ nanciscatur alia planta deterior, ut in agris ex *tritico* lolium, & *Zizania*, sic affirmat *Bodinus* in *Theatro Nat.* l. 3. atque *Theophrastus*, &c. præcipuéque in *agro sterili*, sic in utero. Consimiliq; modo

Actuarius. Hippoc. Sim. Bodinus

de monstrosis aliis FOETIBUS ab æquivoca generatione propalemus ex Arist. Quæ vocantur Παρεκβάσεις aut Πηρώματα & sunt vel SEXUS Monstra quemadmodum Hermophrodita Διφυεῖς, vel CONFORMATIONE & dein.

1. 1. Ad figuram, quum fœtus alienæ speciei figuram usurpavit & arripuit, nempe ferinam, Caninam, Vulpinam, Porcinamq; faciem, cujus ultimæ figuræ sive faciei mecum plerique fuerunt oculari testes. Et,

2. Ad Situm partium inconcinnam, utpote quum oculi collocantur in mediâ fronte, aures in occipitio, nares in lateribus, &c.

3. 3. Et in numero redundanti, veluti partium duorum corporum, atque capitum, atque brachiorum quatuor, quæ propriis his oculis in parentibus perlustravi; vel in numero deficienti quum absque digito, pede, naso, linguâ vel aure parturiuntur, ut vidi. Jamvero quamlibet haud de his cum Theologis agimus aut metaphysicis, vel utpote sint ulterioris divinæ portenta tam spectabilia, tamen physicos sic ex causis principiisque naturæ de his monstriferis fusius eliminaremus, partim à materie seminali vitiosâ, (vel ab ejus Oeconomiâ Nat. Vitali, vel Animali) partim a particulis Germinis Semini Brutorum magis congruis, & partim ex influxuum anomaliis vel ERRATIS à Pneumatosi: Ex quibus principium Seminis unumquodque, succis uterinis ei familiaribus conjugium ineat, ut & in proprio subjecto insit; nec secus ac Plantæ (quarum semina succis terræ iis consentaneis maritantur) earum partus interdum degeneres eliminant. Quod elegantius observandum sit ex Hipp. l. de Nat. Hum. (uti sæpe memoravimus) τὰ φυόμενα καὶ σπειρόμενα ὁκόταν ἐς τὴν γῆν ἔλθῃ ἕλκει ἕκαστον τὸ κατὰ φύσιν ἐωυτῷ ἐνεὸν ἐν τῇ

Hippocr.

γῆ

ra, quæ plantantur & seminantur in terra, eorum unumquodque principium sibi trahit quod sibi maxime familiare sit. Insuper autem inter *æquivocationes* UTERI numeretur ΕΜΦΥΣΗΜΑΤΩΣΙΣ vel à flatibus utero conceptis atque conclusis tumor & inflatio uteri conceptionis spem falsam omnibus & ipsi fœminæ præbens. Et accidebat Anno 1653. uxori cujusdam *Vaccarii* militiq; noti in Comitatu *Essexiæ*, quæ gravida nunc ultra impraegnandi computationem suam seu circa tempus parturiendi fœtum, quasi doloribus acribus *puerperii* correpta fuerat pro 2. diebus, & tantis ut *obstetrix* mecum consulere properabat, matrix etiam distenta fuerat impraegnationis omniaq; signa, & ad partum necessaria fuerant in promptu. Sed En! quum omnes vigilanter adstantes *fœtum* expectabant, Obstetrix etiam matricem liniebat, manibusque tractabat, & in promptu partum ad excipiendum sese collocaverat, prægnans & ipsa uterum ad obstetricis manum ob immensum novum dolorem gestaverat; tunc ad stupefactionem omnium Astantium mulierum in cubiculo, nil nisi magnum *crepitum*, flatuumque copiam quasi tonitru, vel sonitu quodam miro peperit sic *Mons parturiebat Murem*. Sed hactenus ad uteri vitia, vel Germinis in utero quoad ejus *vim* PLASTICAM. *Historia festiva de falso conceptu Authori cognito in comitatu* Essexiæ

2. Quoad ejus vim NUTRITIVAM in utero quoque morbus adsit, vel ab *Intemperie* vel à prava *conformatione*. 1. Intemperies fœtus ortum ducat vel ab *uteri* intemperie, vel *succi nutritii*, dein aut à *simplicibus* aut à *complexis*, conjugatisque qualitatibus. *2 Quoad vim* Nutritivam *in utero.*

1. Ab utero nimis *humido & frigido*, forsan ad *Embryonis* suffocationem, in Cacochymicis, Hydropicis, pituitosis & serosis morbis, necnon ex immensis *1 Nimis humido & frigido.*

mensis lochiorum *influxibus* atq; perittomatum *copiis*.

2 *Sicco & calido.*

Sed 2. Ab utero sicco nimis & calido ad *Embryonis* abortum dehinc periclitandum, situvè dislocandum, vel ex *sulphureis* particulis accensis aut nimis evectis ad inflammationem *uteri* vel *fœtus*; deinceps etiam *febres* puerperarum valde periculosæ vehementer ingruant, utpotè ab *experientiâ vulgari* (hoc Anno) nimis abundè testetur, ex acutis *puerperarum* morbis, phænomenis atq; τεκμηρίοις gravibus iis advenientibus in *puerperio*. Quum sulphurea materies inflammabilis ac nitrosa fit adusta, necnon ex uterinis succis in materiem seminalem miasmata quædam ac heterogeneæ congerantur. Sic ex *Hipp.* Aph. 55. l. 5. Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι ὑπὸ πυρετῶν λαμβάνονται καὶ ἰσχυρῶς ἰσχναίνονται ἄνευ προφάσιος φανερῆς, τίκτουσι ΧΑΛΕΠΩΣ καὶ ἐπικινδύνως, ἢ ἐκπληρώσασαι κινδυνεύουσι iis gravior & difficilior est partus, quum Crases uteri functionésque ac munia pervertantur, & interdum motibus convulsivis ac affectibus hystericis ingruuntur ob particulas venenatas, acrimoniâ morsûque perniciosò vellicantes & efferas, unde tragediæ perpetrentur. Insuper & à *succis nutritiis* depravatis, è PRINCIPIIS vitiatis, *humoribus* & ichoribus (abinde recrementosis) coacervatis, vice *Nutritionis* aut Pabuli, vitæ inutilia, impura, sive verisimiliter alimenta *necis* (aut saltem *intempericí*) dispensantur *Embryoni* in utero. Sic à *pravitate* nutricatus hujus impuri necnon acredine, morborum plurimorum semina fœtui conferantur; unde tam prava proveniat etiam ipsius uteri *Diathesis* & periculo summo nuspiam vacabit, & inde gravia Symptomata tam *Parenti* quam *Proli* subolescant. Nonnulli quoque *Chymicophyli* (*Fab. Pall. Spag.* cap. 2.) Philosophantur ex his impuris

Hippoc.

P. Jo. Fab. *Nutritio Monstrorum.*

ris succis, quoque *monstrosis* partibus in utero nutrimentum impertitum esse. Quippe Natura conatur in omnibus *purum ab impuro* separare, sed quamvis id tentat, tamen est debilis in quibusdam, tum ratione *loci* (in quo fit Generatio) scilicet *uteri* impuri, tum ratione *agentium*, vel ab *excrementorum* affluxu nimio, quo sese expedire sæpè sæpius nequit. Unde non tantum monstrosè *nutrit*, sed etiam ex horum jugiter omnium ratione MONSTRA quoq; *parit* (inquit *Faber* in loco citato) quoniam frustratur à suo scopo. Porrò omnia quæ prolem alimento debito defraudant, vitalis animalisq; constitutionis dejectionem, deinceps & absumptionem inferunt, unde spiritus insiti dissipentur & adventicii præoccupentur. Hæc *alogotrophia* sive *cacotrophia* fœtus, interdum fit ad conservationem Individui licet, ad speciei læsuram. P. Jo. Fab. *A defraudatione Alimenti.*

Ast 2. Prava *conformatio* Germinis (ob ejus Nutritionem) haud *æquivocam* sed *univocam* Generationem respicit, & accidit injustæ *Magnitudini auctæ* vel *diminutæ*.

1. Ejus *Aucta Magnitudo* fit per immensam partium molem & accretionem, vel 1. *Æqualiter* ad omnes totius atq; partis singulæ dimensiones per *Homotrophiam*. 2. Vel *Inæqualiter* per nutritionem partialem & *Cacotrophiam*; ut in *Rachitide* eleganter edocuit vir ille *Magnus* & *Clar.* D. *Glissonius*. Sed quoad *æqualem* totius ac partium *ubertatem* nimiam, vis prolifica Germinis sit nimis altrix & fortis à spiritibus opimis, pinguibus, & mercurialibus particulis, atq; nimis vegetis succis partim in ipso *semine* & partim in *utero*, prout in plantarum seminibus facilius observetur. Sic apud *Arist. de Gen. Anim.* lib. 2. cap 4. Ἢ τοῦτο οὐκ ἀληθὲς ὡς πάντων ΘΥΡΑΘΕΝ ἀλλ' οὐδὲν ἀνὴρ ἐκ τινὸς τοῦ αὐτοῦ

1 Ejus aucta magnitudo. 1. 2. D. Glisson. Aristot.

ΣΠΕΡ-

ΣΠΕ'ΡΜΑΣΙΝ, ἔνεσι τι πολῦτον, τὸ αὐτόματον ΠΡΩ͂ΤΟΝ γαλακτῶδες, &c. Hæc ἔσοιο fœtus non omnino fit ab *extra*, sed ejus alimentum primum & γαλακτῶδες lacteum inest in semine, & appareat in seminibus vegetalium. Nunc ex omnibus succis nimis *opimis*, balsamicis, *mercurialibus*, tam in ipso Germine quam ab utero, tam insitis & congeneis quam adventitiis ac coacervatis, spiritus velut oneribus φορτίοις & sarcinis carnosæ substantiæ subjaceant ac opprimantur; è quibus *provinciis* nutritionis fœtus ipse gravetur, fiat obesus atque segnis exindéque defunctioni *Biolychnii*q; flammulæ sufflamminationis magis obnoxius. (inquit *Hippoc.* Aph. 44. S. 2.) Οἱ παχέες σφόδρα κτ φύσιν ΤΑΧΥ'ΘΑΝΑΤΟΙ γίγνονται μᾶλλον τῶν ἰσχνῶν. Nempe quum habitus hic corporis crassus non oritur tam à diæta quam ab uterinâ *primigeniaque* conformatione (dixit D. *Heurn.* in loc.) Et hæc nutritio propter ejus principia *Chymicus* appellatur *Hypogenesis* atque nova Generatio (in *Fab. Pull. Spag.* cap. 28.) quia natura in *nutriendo* non secus ac *generando* easdem rationes operandi observare debet, nimium parumq; præcavere; & quoniam formam primam dare & nutrire vocantur Actus ab uno eodémque principio vegetandi *Arist.* de *Vit.* & *Mort.* cap. 8. Ἡ πρώτη μέθεξις Cum τοῖ θερμῷ τῆς θρεπτικῆς ψυχῆς cum innato calore. Jamverò quanto *plastica vis* fit fortior, verisimilitudinis in tramite vis ejus nutritionis erit tantò vegetior, & ellychnii vitæ flammula oleosa sit multò vivacior. Spiritibus conservatoriis principiis, succisque balsamicis felicissimè præditus, nisi quum ingluvies materiei novæ uterinæ ingruentes (Lampadis instar ex oleis nimiis atque luxuriis) hanc biolychnii lucem, ἔμφυτον πῦρ & *Hippoc.*

D.Heurn.

Aristot.

poc. τ ψυχῆς ἐμπύρευμα extinguant. Sed deformitas aut enormitas *Embryonis* ex adaucta MAGNITUDINE ſuccis uterinis & adſititiis potius quam inſitis ortum debeat. Sed è contra,

2. Fœtus injuſtam *magnitudinem* diminutam obtineat in utero, ex *nutritivæ vis* vitiis & imbecillitate, vel ob uterinorum ſuccorum ineptitudine pravitatéque ad alendum, vel ex inopia penuriáque cujuſdam neceſſarii quoad qualitatem aut quantitatem, vel ex anguſtiis meatuum, vaſorumque vitiis per ἐμφραξιν, Συμπτωσιν Στενοχωρίαν, Θλίψιν aut Συνίζησιν, unde vel totum vel partes marceſcant in *atrophiam* aut *alogotrophiam* ſive parvitatem indecentem ac indebitam. — 2 *Fœtus* Magn. *imminuta ex vitiis aut def. Ωu nutitiva vis.*

Hæc *alogotrophia* modò ſeſe prodit ex inopia ſpirituum, defectu principiorum, elaborationum, & animalium influxuum, modò ab impuritate uteri, fœcibus ſuccorum, ſanguiniſq; jejunitate, ſive *inediâ* famelicâ, & modò è Diætæ ratione forſan atq; ratione vel à medicamentis, quæ proli noxuras inferunt, &c. unde partes plus juſto decreſcant morbiq; plurimi (corpus emaciantes) pullulent. Hæ viæ ſunt apertiores; tamen aliæ ſunt habitum corporis aut partium extenuantes à *Defectu* vel ab *inæquali* miniſtratione nutriendi magis imperveſtigabiles & occultiores ſed è principiis heterogeneis; unde *tripartita conſtitutio* facilè pervertatur, innatus calor, atque mercurialis vel oleaginoſus depaſcatur, aut ſaltem haud reparatur.

His autem raptim ὡς ἀνὰ δαῖας prælibatis ac decurſis; de *vitiis* Germinis in utero; partim ex *interventu* majoris provinciæ, plurimiſque negotiis aliis occurrentibus, partim ex importunitate

tate Amicorum adventum hujus libri ardentèr expetentium, partimque ne Disquisitionis hujus *uterus* (ejusque *Cotyledones* aut acetabula quæ planè succis Philosophiæ veræ principiisque nutritiis replentur) velut ex *intemperie hydropicâ* tumesceret ultra limites; ideo prolixitatem deprecar, atque de hac *nosogenesi* Spermatosis, Germinis, aut uteri, plura supersedeam. Et nunc in portum (*Divini Numinis* auxilio) nostrâ hâc *Cymbulâ* velis & remis navigemus.

SECT. III.

Sanctiones 8 Medicæ *methodo* CHYMIATRICÆ Medendi *præliminariæ ex* Hippocratis, Galeniq; *consensu*, *proinde De Medicina Therapeutica* SPERMATOSIS.

CONsilium D. *Harvæi* nostratis insignissimi, nec-non ab Eximio Perspicacissimoq; D. *Entio* in Epist. de *Gen. Anim.* commemoratum, nimirùm *DOMI privatim sapere* plurimùm in votis intimis habueram; fidem tamen observare, amicitiæq; sacra colere potius ex aliorum quam Mei votis indesinenter efflagitantibus, hæc raptiùs exarata (licet haud absque judicio quorundum inter Medicos *Coryphæorum* Eruditissimorum, longè defœcatiori, præhabito) ob rerum ingluviem mihi simul incumbentem, protuli. Quæ vero (ut Amicitiæ tam domi quam *transmarinæ* sanctionem sartúmque tectum conservem) ex aliorum colluctationibus importunis è musæolo meo tenebricosiori (in lucē mundi vagam) properè produntur. Tyronum nihilominus ingeniis hujus Ἰατροτέχνης fœlicioribus excitandis inserviant, potissimum & eorum qui Rosas cum spinulis decerpere, imò & deflorare soleant. Et forsitan in hâc Palæstra sive de his arcanis posthàc, cum fusiori politiorique *Minervâ*, nitidiori *Suadâ*, solertiorique *stamine* in methodo Medendi *Chymiatricos* è principiis & elaborationibus Naturæ (si nihil obstet) medicisq; lubenter approbantibus multò profundiùs & accuratiùs expiscemur. Sed interim ex Juvenum atq; *Candidatorum* gratiâ *Spermatosis* hujus rationem principiaq; in *Praxin* ἀναμάσσειν τὸ πρᾶγμα revocemus, paucis & brevibus de hâc re *Med.* practicam ἀναγορεύειν perstringamus

Consilium D. Harv.

gamus

gamus; adeò ut prius ad *Individuum* conservandum de *Pneumatosi* c.7.l.2. proposuerimus, sicubi de hâc *Spermatosi*, speciei optimè conservandæ gratiâ rem expendamus ab ejus triplici RATIONE atq; CONSTITUTIONE.

1. *A Triplici Ratione Medicinæ.*

1. *Therapeuticâ*	propter ejus	1. Morbosā *Diathesin.*
2. *Prophylacticâ*		2. *Valetudinariam.*
3. *Hygieinicâ*		3. *Sanitudinariam.*

Et ad triplicem ejus *Oeconomiam* vindicandam nempe NATURALEM, VITALEM atque ANIMALEM, ut supra memoravimus.

1 Ad hujus Therapeiam.

I. Quoad hujus concoctionis aut Germinis *THERAPEIAM*, Medicorum pensum Indicationes & Intentiones curativas ab Essentiis morborum tam in principiis quam Elementis & humoribus respiciat, prout explicatius in *Pneumatosi* c.7. propalavimus. Etenim τὸ Indicans à *principiis* & elaborationibus naturæ proximius est, ast τὸ *Indicans* à *præternaturalibus* est remotius. Attamen in limine, ne quis hallucinaretur; & ut omnes (*Galenum* nec nos, neq; nos *Galenum* repudiare sive floccifacere) planè perspiciant huic nostræ *methodo* medendi *Chymiatricæ*, sequentes sanctiones è *Galeno* ipso Theoremata, Normasq; præfigimus; haud ad rejiciendam sed ad reformandam renovandámque Medicinam verè *Galenicam* è suo tripode. Ideoq;

Sanctiones Medicæ Regulæq; methodo Chymiatricæ *medendi præfixa* è Galeno.

I. *SANCT.*

1 Sanctio. *Exquirere Naturam corporis & partis.*

M*Edici dogmatici Chymiatriq; debent exquirere corporis TEMPERIEM* naturalem (inquit ille) *constitutionemq; corporis*; atqui non duntaxat ex *Elementis* (diximus) ac apertioribus qualitatibus sed etiam ab ejus PRINCIPIIS elaborationibus, & occultioribus qualitatibus insinuavimus ex variis ratiociniis, τὸ [illegible] ὑγ μὴ [illegible] ἀξίων

ἀξιῶν ζητεῖν ἀρχὴν λέγεται καλῶς, de qua regula *Galenus* impendit hanc rationem in *Meth. Medend.* lib. 3. *Quippe quæ secundum Naturam* SIMILIUM *sibi sunt indicativa, quæ præter Naturam* DISSIMILIUM, *illa servari, hæc summoveri necesse est*, ita lib. 1. *Meth. Med. Imo & ex* Hippoc. *Physiologia omnes, qui jam comprehensi sapientiæ sunt Professores, ostendunt Nemini fas esse morbos commodè curare, qui Corporis Universi* NATURAM *non perspexit.* Pariter & lib. 2. *Etenim vos etiam ipsos audio contra* EMPIRICOS *dicere, fieri non posse ut qui id quod secundum* NATURAM *sit, non norit; dignoscere id quod præter* NATURAM *sit, possit.* A quibus testimoniis ex *Hippoc.* & *Galeno*, Chymiatros expertissimos esse naturæ principiis ac elaborationibus oportet, necnon observare *in Medicina* Naturæ ipsius motum methodumque ex *Aphor.* 21. lib. 1. Ἃ δεῖ ἄγειν, ὅκη ἂν μάλιστα ῥέπῃ, ταύτῃ ἄγειν διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων quæ τῆς φυσικῆς *encyclopædia* Medicis viam optime sternit & munit. Adeo ut è Paracelsi *Chir. Min.* lib. 1. de *Cutis Apert.* cap. 3. Medicinam à finis termino *Philosophiæ* (sive deprehendendi motum methodumq; Naturæ) exordium sumere satis ample depromamus; *& non potest igitur* (inquit) *fore Medicus ille qui* PHILOSOPHUS *non erit, cum in philosophia fundatur ipsa* MEDICINA *necnon ipse* MEDICUS. *Et quia Medicum etiam cognoscere decet, à* NATURA *petere debet, ac addiscere quantum ea docet,* ÆQUE *tantum scit & esse* VERE *comperit. Unde Medicina quidem est* ARS *non omnibus data; sed* ILLI *tantum, qui (ut supra narravimus) intelligit* NATURAM.

Galenus.

Hippoc.

2. Sanct. Methodoque medendi astipulatur.

2. SANCT. *Medicus omnis, Chymiaterque quisquis uti debet* METHODO *medendi certissima* (vel ad Principia, regulasque fundamentales veridicas ac planas famulare) *tanquam* CYNOSURA *iis in morborum theatro versantibus, ut certius, expeditius & clarius ad remedia propria deveniant. Galenus* ait l. 13. *Meth. Med.* cap. 13. Medicinæ ipsius instrumenta duo sunt *Methodus* & *Exercitatio* lib. 3. cap. 3. & lib. 6. & lib. 2. cap. 7. lib. 5. cap. 9. lib. 9. cap. 6. & 7. Quibus locis ample de *Methodi* necessitate utilitateque adversus *Empyricos* & *Amethodos* disseruit & inquit in lib. 6. cap. 1. *Inveniet recta remedia, & inventis recte utetur quisquis in* METHODO *medendi versatus est,* & lib. 1. *Quippe id tenaciter servare in omni* METHODO *oportet, &c.* Ita paulo ante, *Ergo methodo quippiam inquirere & invenire, ex adverso opponitur ei quod est fortuito temereque reperire;* EMPYRICIQUE *quidem rationabiliter fatentur, nec inveniendi nec docendi apud ipsos esse necessarium ordinem, &c.* Sicut in lib. 3. *Similes his sunt* (inquit) *tametsi id nolunt, & qui ex dogmaticis ad naturalia corporum principia subire ratione non valuerunt; Quippe hi (ut antea ostendimus) ex dimidio sunt Empyrici. De istis autem* AMETHODIS *Thessaliis quid etiam loquare? Soli igitur ii, qui vera* METHODO *curant, idonea* MEDICAMENTA, *& victum aptum inveniunt.* & lib. 6. *Quam nimirum* METHODUM *non solum Amethodi* Thessali *Sectatores probe tractare non valent; sed nec* Erasistratus *nec alius Medicorum quisquam qui Corporum* ELEMENTA (sed asserimus etiam & *PRINCIPIA* nostra à pari ratione) *aut prorsus non investigarunt, aut alia quam quæ comprehensa à nobis sunt. posuerunt.*

Galenus.

quibus

Quibus omnibus corditenus adveniamus & ad mentem nostram sane tralocutus est, modo *Elementis* corporum & humoribus *PRINCIPIA* necessario nostra hypostatica præponimus. Quippe lib. 2. *Theophrast. Paracelsi Chyrurg. min. Præf.* Doctrina de *Humoribus his* ample forsan & (nimis)acriter impugnatur,nihilominus abheinc evidentius expugnatur Doctrina nostra de *Principiis* atque *radicibus* morborum. *Ut interim* (inquit) *subticeam, vos nondum Humorum* ANATOMIAM *unquam probasse vel scripsisse quinam differant; multo minus unde conditionem habent, ut* EX IIS *tam variæ plus quam* CENTUPLICATÆ *species oriri possunt. Non sunt* ELEMENTA *nec* MATRICES *qui probare possetis, tot* ACEDINES, *Dulcedines,* SALSEDINES*&*AMARITUDINES,*una cum tot ac tam variis Demonstrationibus & signis ex quatuor istis enasci? Verum consilia vestra sunt puerilia, ac inania.* Quamobrem ex nostra methodo medendi nec *Elementa*, vel humores, nec *Principia* Chymiater omittat. Et qui cum ejus Arte medendi caret alchymia, is (inquit *Laurent. Hofmannus.* p. 3. Comm. De *Vero* usu *Medic. Chymic.*) se habet *ad verum* MEDICUM, *sicut Coquus* PORCORUM *ad coquum* PRINCIPUM; *quum ars Spagyrica non modo sit utilissima quin potius* NECESSARIA *habeatur*; ut sine qua nec Medicina confici, nec vita quidem satis commode duci possit. Ideoque *Verus Medicus* (inquit) p. 27 omnium *Principia*, naturas, & origines rerum callere debet.

3. Methodus quam Generalis tam Specialis

3. SANCT. *Etiamsi sit methodus medendi Generalis, quæ quoque particularibus omnibus sit communis, & quæ Generalibus Indicationibus inserviat;*

ſerviat; *attamen cuique morborum* SPECIEI *Corporis & elaborationi concoctionique datur peculiaris propriaque* SPECIES *methodi medendi.* Enimvero *Galenus* huic plane ſubinnuit, licet abſque methodo generali in peculiaribus ſeſe fœliciter exercere non poſſe fatetur in *lib.* 3. *Meth. Med. cap.* 3. Veruntamen hac etiam inſtructus morbos ſe curaſſe dixit, quos nec ante curaverat, nec uſpiam ab ullo *Præceptore* didicit. *Sic in* lib. 4. *quænam in compoſitis curandis tenenda ſit* METHODUS, *ſupra dictum eſt* (inquit.) *Cæterum non tantum generalitatem ejus didiciſſe, ſed etiam in ſingulis ejus partibus exercitatum eſſe oportet*; *cum in his quoque aliis non paucis* METHODIS (*ut ita dixerim*) *particularibus ſit opus, propterea quod* CUIQUE *morborum* SPECIEI *ſua ſit Methodi* SPECIES; adeo ut à majori *Ratione* quam aliis tam huic concoctioni Corporis, *viz. Spermatoſi*, ſit non tantum *Generica*, ſed etiam *Specifica* peculiariſque *Methodus* medendi, utpote mox enucleabimus. Interea haud abs ratione D. *Sennertus* de Neophytis atque temerariis *Amethodis* conquerebatur. *Quippe ſunt* (inquit) *qui neglectis Generalibus* METHODIS *mox ad Practicorum lectionem ſeſe conferunt, ſed ſummopere falluntur, nunquam ad ſolidam Medicinæ cognitionem pervenient, perpetuo fluctuabunt & quid agendum ſit, ſæpe neſciunt.* Sic quoque Franciſc. *Friſimel.* Jo. *Paul. Pernumia, &c.*

Galen.

4. *Sanct.* Chymiatri non ſuſcipiunt morbos ab eorum nomine ſed natura ac Ratione.

4. SANCT. *Medicatio morbi non nobis ſuſcipiatur ab ejus* NOMINE, quemadmodum *Empyrici* temere ac inconſulto rem (ut Febrem, Hydropem, uteri Sterilitatem, *Spermatoſis* vitium, &c.) aggrediuntur; *Sed à natura atque Ratione*

REI *ex Indicationibus variis & principiis elaborandi.* Init enim vera methodus medendi ducibus ab his, insuper à principiis viribusq; naturæ tam *similia similibus*, quam ex vitiis viribusque morbi *contraria contrariis* indicantur (uti cap. 7. de *Pneum.*) contraria tolli *contrariis*, & similia *similibus* conservari. Quamobrem ἜΝΔΕΙΞΙΣ ἐστὶν ὅταν καταλαμβανομένοις πράγμασι συμπροσπίπτει τὸ συμφέρον è *Gal.* ad Thras. cap. 11. & 2. Meth. Med. c. 7. Indicatio dicitur quum rebus percipiendis, simul & quod confert percipiatur *i. e. PRINCIPIUM* unde fit. Sic inquit ἔστι τοίνυν ἜΝΔΕΙΞΙΣ ἡ συμπροσπίπτουσα κατάληψις τοῦ ὠφελοῦντος ἅμα τῇ τοῦ βλάπτοντος. Et appellatur *deprehensio rerum adjuvantium* (è principiis, virtutibus, ac elaborationibus naturæ) *quam comprehensio rerum nocentium.* Sed quomodo? nisi tam à similibus & *Homogeneis* conservandis quam à dissimilibus ac *Heterogeneis* auferendis fiat. Hæc enim indicatio Chymiatricæ medendi methodo optime conveniat. Juxta quales indicationes curativas absolvitur in omnibus morbis *Chymiatrica* nostra curatio. Errores autem eorum qui medicinam dant ad *NOMEN* potius quam ad *REM* depinxit *Paracels.* in lib. 2. *Chyrur. min.* cap. 2. Quæ *Latina sunt* NOMINA (inquit) *& à Latinis deprompta illa manent, in His* ORIGO *morbi ferè semper includitur aut ex cura vel à similitudine quadam, vel Accidentali morbo suo deducta; Apud veteres tamen* NOMINA *cum suis morbis valde parum conveniant, quo fit etiam ut hactenus plus* ERRORUM *inde quam* BONI *surrexerit.* Quocirca Theorema de hac re concludamus his verbis *Galeni* lib. 1. de *Meth. Med.* *Adeo quisquis hoc ignorat*

Galen.

Indicatio quid?

Galen.

ignorat, is in re labitur quæ plane est ex necessariis, At qui vel actionis læsionem, vel corporis affectum, morbum, & quoquo Nomine appellat, potest tamen de rebus ipsis rectam habere sententiam; contingit autem non ex NOMINUM *sed* RERUM *recta opinione, recta morborum curatio.*

5. *Sanct.* Natura satis indicat Medicinam. Galen.

5. *SANCT.* Morbi natura satis indicat inventionem remediorum propriam è *Gal. l. 2. Meth. Med.* & lib. 7. *Illi remediorum Indicatio, quæ à laborantis* NATURA *sumitur, adjicienda* & in principio lib. 3. *Sin igitur Hiero, indicatio quæ ab ipsa rei natura primum oritur, quod agendum sit invenit, necesse est remediorum inveniendorum initium ex morborum ipsorum* NATURA *sumi; siquidem absurdum sit aliud esse quod curandi rationem præscribat aliud quod curetur; Etenim indicare de se quicquid magis potest quam de alio, &c.* Quid abinde Luculentius extricetur? quam *Indicatio convenientium* principiis & elaborationibus naturæ simulac *contrariorum* eorum vitiis? Hæc *Sanctio* quoque plane celebratur à *Paracelso* de *Cutis Apert.* cap. 8. Et ait, *Nisi Medicamentum aut cura fuerit conditionis ejus, cujus morbus, ipse vana sunt remedia omnia, quod eis minime curetur.* Ita lib. 3. de *Vuln.* cap. 15. *Varia sunt etiam* GENERA *Medicamentorum, ut hominum variæ* NATURÆ, *quæ quidem omnia perpendenda sint, Medicamentorumq; propriorum adhibendorum non erit eadem adhibenda ratio.* Adeo ut non solum ad *morbum*, sed ad *Naturam* Medicamenti, præparatio, sive proprietas indicatur, & hoc sensu curemus *similia similibus*, quo deprehendamus *Paracelsum* ex his verbis cap. 7. de *Cut. Apert. Inde recepta vera sumuntur, videlicet, ubi quis morborum*

rum SIGNA *cognoverit. Hæc eadem eum docent* ORIGINES *eorum, quas una cum signis reperit ex luce* NATURÆ: *sic & ex eo genere rursum in ipsam* NATURAM *iterum redeat, ex qua recepta sibi proponuntur* SIMILIUM *cum* SIMILIBUS. *Sal igitur suum sal habere vult, Mercurius suum Mercurium, & Sulphur suum Sulphur; id* NATURA *demonstrat in similibus expetere* SIMILIA *se.*

6. *SANCT.* Virtus aut Δύναμις est Adversatrix præcipua morborum & imprimis opitulari debet, è testimonio *Galeni*, sed virtus aut Δύναμις inest proxime vel prius in principiis è Test. *Hippoc.* non Elementis aut *humoribus*; & optime succurratur è methodo Chymiatrica Medendi. Quæ *virtus* è Principiis indicat suam Custodiam, sed vitium *ejus* sublationem; ita lib. 9. de *Meth. Med. Virtus* (partis aut concoctionis) *omnium prima custodienda sit hominibus; servabitur autem si nec ejus substantia inaniatur nec tanta alteratione alteretur ut ei corruptioni sit propinqua, At hujus custodiæ pars est, ubi vel suam* CRASIN *præsentem servamus, aut absentem reducimus.* Unde *prima omnium indicatio fit à virtute,* i. e. à principiorum virtutibus exantlatis. Et lib. 11. *Nam* VIRTUS *hæc, morbo seu* ADVERSATRIX *est opposita, Propositumque est* MEDICO, *huic omni ratione opitulari ac subvenire. Ergo quæ prima sit à virtute* INTENTIO, *sive quænam* INDICATIO *prima? Nam hic quoq; loqui pro arbitrio possis, scilicet, virtutem ipsam unam Intentionem &* PRIMAM *statuens, quod autem ab ea indicatur Alteram &* SECUNDAM. *Erit in ipsa virtute secunda intentio, nimirum ejus conservatio; sicut in morbis ipsorum*

6. Virtus Principii sit adversatrix Morbi.

Galen.

Indicationes & intentiones a principiis nostris

ipsorum sublatio. Ita conservatio SIMILIUM *exhibitionem indicabit, sublatio* CONTRARIORUM, *&c.* Paritèr ac lib. 8. *Respiciendum vero semper ad virtutis* MODUM *est in omnibus* EJUSMODI *auxiliis, &c.* Adeo ut ex ipso *Galeno* Dogmata nostra *Chymiatrica* ad praxin satis evidenter astituantur.

7. *Sanct.* simplex morbus a simplicibus, & compositus a conjunctis principiis.

7. *SANCT*: Nostra quoque methodo medendi, hæc *Galenica Sanctio* celebratur, viz. & *sanè diligentèr* (inquit) *attendere oportet, simplices affectus à compositis discernere, cum simplici morbo* SIMPLEX *adhibenda sit curatio,* COMPOSITO *non simplex lib.* 4. in initio. cap. 1. *Sic. in.* lib. 3. *Medendi namque* METHODUS *ad hunc modum bellissimè procedat si de singulis* SIMPLICIBUS *seorsum præceperimus; deindè post de,* COMPOSITIS *omnibus alteram aliquam methodum indicaverimus.* Quippe *Simplicibus*, qualitates sunt apertiores, tamen ab elementis solis exeruntur, sed a principiis *salosis*, sulphureis, *aquosis, &c. Insitis, ac tincturis*, velut eorum radicibus; ast in *Compositis*, eorum semina sive radices (inquit *Severinus*) insunt in pomiscuis atque complicatis *impuritatibus* Arsenicalibus *sulphureo-Mercurialibus, Aluminostypticis*, Tartareo-vitriolatis, *urticosis*, spinosis, *Nitrosulphureis*, pestiferis, *septicis*, mucilaginosis, opiatis, *&c.* Ubi qualitates insint occultiores. Radicesque morborum ad eorum matrices ex mistionis aut compositionis gratia proveniant interdum in *forma RESOLUTA* liquidaque, interdum in forma *Vaporosa* atque spirituosa, interdum in forma *CONTAGIOSA* deleteriis spurcitiis tincturisvè contaminante. Perinde mistiones, *Colores*, sapores, *odores*, & fætores his nonnunquam

Galen.

Severinus.

quam absolvantur; sed *Paracelsus*, in *Labyrinth: Medic.* err. cap. 11. sub duobus morborum generibus omnia scilicet ex *Iliastro* atque *Cagastro*, ex *Iliastro* morbos magis obvios sed ex *Cagastro* cæteros compositos profundioresque sancivit atque generationem *Cagastricam* & *Iliastricam*. *Paracelsus.*

8. *SANCT*: Denique *Morbos ad ultimos ULTIMA Remedia statuuntur*, è *Galeno* sic *Hippoc*: & *juxta PROPORTIONEM Indicationum*. Etenim (inquit *Gal. lib.* 5. *de meth. Med.*) sicuti reliqua omnia ab *Hippocrate* sunt tradita, sic illa quoque sententia rectè dicta est, *nempè ad ultimos morbos ultima prorsus remedia maximè valere*. Adeo ut *Indicationum* magnitudo diligentèr observanda sit, usque ad omnes magnas medicas Administrationes, tam *Conservatorias* quam *curativas*; unde fatemur in verbis *Galeni* l. 11. de meth. *MED. Eligendas eas Indicationes esse, quas* DIGNIORA *majoraque* INDICANTIA *præscribent*; *ac eorum dignitatem, vel vitæ vel sanitatis ratione indicandam.* His sanctionibus medicis praxique *Chymiatricæ* præviis vel *Galenus* nobis, vel nos *Galeno* quapiam Syntaxi, familiaritateque conjunctissima fidem ineamus. Cujus Doctrinam & sagacitatem, in methodo medendi nullibi floccifaciamus; sed è contrà cordicitus adstipulari, ejusque methodo (ex magna parte) necnon *Hippocrati* Προσιθῆναι profiteamur, simulac processus eamus. Attamen omnibus his sanctionibus, ac *Theorematibus* obtemperando; Medici fæliciſſimè practici debent operationes has naturæ *Chymicas* & particulas omnes, *spiritus* mercurii, *sulphuris*, Salis *Aquæ*, Tartarique plurimum perpendere; ita

8. Sanct. ultima remedia diriguntur ultimis morbis.

Galen.

Paracel.

Paracel. lib 3. *Chirur. minor.* cap. 1. *Quandoquidem ille* MEDICUS, *qui naturam elementorum extrinsecus non cognovit multo minus ad* INTRINSECA *fuerit aptus, vel ad* ORIGINES *& causas rerum.* Insuper & de convenientia (saltèm) hujus solertiæ Chymiatrων in *Arcanis* naturæ perlustremus ex *Hofmanni* Com. *Chym. Med.* Cujus & dapibus elegantissimè ratiocinandi de hac re satiemus; & inquit ille, p. 27. *Verus* MEDICUS *non modo rerum omnium, quæ continentur in orbe* MACROCOSMI, *naturas & Historiam callere, sed & interna cuncta (nempe Principia, &c.) Necnon externa* MICROCOSMI *viscera quasi suis unguibus notiora habere debet.* Quppè qui aliter conscendit ad hujus *PRAXIN* magis in *Medicinam* per fenestram quam per ostium, aut per posticulum quam anticum intrudit. His omnibus ita perpensis uti decursis, dextra manu paceque veterum *Hippocratis, Galeni, &c. Palestram* hanc descendamus.

1. Morbi constitutionis naturalis in hac spermatosi.

1. Ad *Constitutionem NATURALEM spermatosis*; Cujus *THERAPEIA* respiciat *VITIUM* velut è *simplicibus* vel *Conjugatis* qualitatibus nanciscatur, proin & ut à causis *abditis* vel *apertis*.

1. Ex abditis causis.

1. Abditæ *causæ* sint à *Deo*, vel a *Diabolo* & maleficiis; insuper & ex *Animatis* aut *inanimatis* deleteriis aut venenis Sterilitatem inducentibus ex suapte natura; ita testis *mustelæ*, matrix cervæ, *fœnic.* Alum: &c. sed

2. Ex Apertis causis. 1. Externis.

2. Apertæ causæ sunt *Externæ* vel *Internæ*. *EXTERNÆ* ferantur ab Anni, Regionis & aeris intemperie, sic à *medicamentis*, fructuum usu nimio, potu, vitæ genere, vel è vacuationibus nimiis.

2. *IN-*

2. *INTERNÆ* ex *intemperie*, vel a prava conformatione *vasorum*, testium, partiumque propriarum; vel forsan ab *extra*, propter vitium *Pneumatosis*, Animalis familiæ, partium principum, aut totius corporis, è nimia *pinguedine*, crassitie, *laxitate*, necnon imbecillitate; sic a prava conformatione, flatibus, succorumque vitiis. Quæ per *Indicationes* Genericas ad remedium magis *universale*, sed per specificas & particulares *Indic.* ad remedium *peculiare* specificumque, *Chymiatri* vigilantissimi manum, oculumque dirigunt. 2. Intern.

1. Ad Medicinam *Spermatosis* magis universalem, quamlibet ex plurimis validisque rationibus nullum esse medicamentum universum (uti gloriantur *Empirici* necnon *Amethodi*) ad omnes morbos probavimus, in cap. 7. *Pneum.* Attamèn *Medicinam* ad hanc vel illam *Concoctionem* corporis, Jugiter & ad totum subservientem nullatenus inficiemur. Et quatenus natura sit una vel universalis suis elaborationibus ac principiis, Medicina fiat etiam universalis tam *Forma* quam *Materie* non tantum *SPERMATOSI* sed etiam corpori *TOTI* inserviente. Quamobrem sub triplici ratione *Universale* pensitemus. 1. *Logicè.* 2. *Metaphysicè.* 3. Physice dein & duplex sumendum, 1. *Univoce*, 2. Analogice; 1 *Univocè*, sic natura dicitur una Universalis, sed *Analogicè* consideratur quatenus sana, vel insana, valetudinariaque, in tribus his corporis *Oeconomiis.* Nunc omnis medicina prorsus ἐργασίαις Naturæ famulari debet undè *Chymiatria* nostra naturæ adjutrix est, necnon ejus cooperatrix secundum *Indicationes.* Atque natura ipsa vocatur medicatrix, sic è *Paracels. Chirurg. Vuln.* lib. 1. cap. 2. *Ignorari minimè*

De *Therapeia* spermatosis universaliori.

Paracelsus

minime debet omnibus corporis partibus inesse BALSAMUM, est igitur NATURA sibimet proprius MEDICUS qui quod in ipsa deficit optime reparat; Et Medic*ina manus in curandis hoc solum est officium aut munus ut Naturam defendat ab accidentibus & inimicis ejusque BALSAMUM intrinsecum; ne inficiatur aut impediatur ab iis (nempe Heterogeneis) quibus Vires suas minus exercere valeat, ast in illis potius auxilio Medici corroboretur natura. Eaque ratione Medicus optimus & Chyrurgus Protector naturæ nominandus est, qui ab Elementis contrariis, atque reluctantibus* (Principiis) *illam vindicare novit.* Sed quo pacto naturam vindicare possis nisi *puritate*, conservando suas omnes elaborationes, liberius exantlando totum ejus *Arcanum*, atque segregando fæces. Sic quoque *Paracel.* cap. 8. *Talis* (inquit) *est Naturæ* PROPRIETAS, *ut per seipsam curet, ubi* MUNDIFICATIO *servata, sit.* Cujus indicationes ideo diligenter observandæ sint, quibus Medicus solerter inservit; unde Generales *Indicationes* medicinam magis universalem petant.

2. De Therapeia spermat. specificaciori.

2. Sed ab *Indicationibus* particularibus Remedia longe specificiora indicantur ad omnes medicas intentiones ex causis, principiis atque qualitatibus quoad intemperiem & 1. ex calida SPERMATOSIS *dyscrasia*, PRINCIPIISQUE magis *Spiritiosis* ac sulphureis indicantur Medicamenta *simplicia* sive *composita*; sed à CAUSIS vel Externa vel Interna remedia.

Interna Rem.

1. Interna remedia, calidæ *Spermatosi* sint (de jure merito) partim refrigerantia, quibus (*contraria ministrentur contrariis*,) utpote a *Syrupis*, Aquis, Emulsis, Conditis ex *Endiv.* Nymph. *Rosar.*

sar. Lactuc. *Portulac.* Acetos. *Sem. Frigid.* Papav. *Santalis*, Granat. *Citr.* Speciebusque, Diamarg. Frig. *Diarrhod. Abbat.* Diatriasant, &c. Partimque SPIRITUOSA, qua *Similia Similibus* ab elixiribus, *Spiritibus*, Extractis, *Salibus*, Speciebus, *Magisteriis*, oleis, aliisque Chymice *Confectis* aut elicitis. *Ex. Gr.* Per unum mensem hora decumbendi bibat. ℥ 1. de sequent. *Julep.* sive liquido Medic. **Julap.**

℞ *Aqu. Numph.* ℥. 2. *Lact. Endiv. aut Cichorii ana* ℥. 1. *Syrup. Portulac. Et Citri. ana.* ℥. 1.	Quibus optime addamus.	*Tinctur, Corallor. aut Sapphir. gut. 6. Spirit. aut essent. Chrystall. Saturni & Camphoræ ana. 3. gut.*

F. s. a. pro 4. aut 5. dosibus, atque redintegretur singulis septimanis pro uno mense. Deinceps (si sit opus) sumat de electuario hoc ad proficuum, recuperando crasin debitam Spermatosis, *viz.* **Elect.**

℞ *Cons. Nymph.* ℥ 2. *Violar. Cichor. ana* ℥ 1. *Semin. viticis* ℥ 1. *Coriand. Lact. Endiv. Et cinamomi. ana* ℈ 1	Cum	*Spec. Diamarg. frig. & diatria sant. ana* } ʒ ß *Sapph. Chrystal. seu Coral prep. ana* } ℈ 1. *Ol. Saturni Camphor. & Terræ ana gut. 4. Cum Syrup. Nymp. vel Portulac. F. Elect.*

Sed si spermatis προΐεσις sit nimis acris & pungens, insuper sumat *CONSERV.* Flor. *Fabar.* 2. ℥. Caulium Lactuc. ℥ 1. carnemque Testudinis coctam cum oryza ℥. 2. Rad. Pastinac. agrestis 1. ℥. & *Elect.* dosis sit *nucis* quantitas tribus horis vel ante vel post cibum. Zacutus *Lusitanus* autem in obs. 108. & *Renodæus* lib. 1. de **Zacut. Lusitanus. Renodæus.**

de *Mater. Med.* inſtar præſtantiſſimi Remedii Electuarium *de camphora*, ſyrupoque de *Nymphea* confect. mirifque laudibus extollunt; aſt haud dubio ſine cautione ſumma non excipiendum ſit, ne *Germen* ipſum caſtraret atque ſterileſceret. Juxta carmen, *Camphora Per nares caſtrat odore mares.* Veruntamen, *Externe* tamen adhibeantur tuto ſatis, *Olea* Nymphex camphoræ, *Terræ*, Plumbi, atque *viol.* Roſ. *Papav.* &c. *Acetum* & *AQUÆ* ſivè *ſucci Lact. Plantag.* Umbil. Ven. *Sempervivi*, Solani, &c. ad *Foment.* Sed ex earum plantarum ſuccis, necnon *polygoni*, ſymphyti, *Periclymeni*, fol. fragarum, & *aceto* cum cera Q. S. Fiat unguentum quo cum unguento *Refrigerante Galeni*, aut *Cerot. Santalin.* utamur.

2. Ex ejus *Dyſcraſi* nimium frigida Principiiſque ſaloſis tartareis & *aquoſis* Remedia interna ſimplicia

2. Ad intemperiem *SPERMATOSIS* nimium *frigidam* ex hac *conſtitutione naturali*, forſan & a ſaloſis, terreſtrioribuſque principiis, medicamenta quoque partim calefacientia partimque ſaloſa ſint eligenda *ſimplicia* è *RADIC.* Ariſt. Aromat. Cal. Petroſelini: iridis, centaur. min. Ari, Aſari, &c. Et è *FOL.* Abrotan. *Pulegii.* Roriſmarin. Beton. *Meliſſ.* Matricariæ, *Marioran.* Sabin. *Rutæ.* Salviæ, Chelidonii *melilot.* Leviſtic. Mercurial. *Artemiſiæ* Camomil. *Calendul.* Stæchados, &c. Unde fiant *EXTRACTA*, ſales, *SPIRITUS*, Olea, *SPECIES*, &c. Sic ab earum *FLORIBUS*, ſeminibus, bacciſque juniperinis, laurinis, Myrt. &c. Et ab *AROMATIBUS*, præcipueque croco, cinamomo, Nuc. moſch. &c. Et ab eorum oleis, potiſſimumque quum Chymice proliceantur; ac *Aqua ſtillat.* cum caryophil. virid: præſtat. Sic a *GUMMIS* thuris. myrrhæ, ſtyracis, ſagapeni, bdellii;

Bdellii; & ab assa fætida, necnon a *succino* et ejus *oleo* vel *essentia*, ex quibus simplicibus plurima fiant *medicamenta* ad hanc spermatosis Diathesin. Huic quoque conveniunt (ait *Pulverinus* in ejus *arte medica*. cap. 87.) alimenta de carnibus *Gallinarum*, columborum juvenum, *Perdicum*, phasianorum, *testiumque Gallorum* non coeuntium, & *arietum*, necnon de *cerebellis* passerum marium, aromatum condita, Rad. Pastinac. eryng. & satyrionis cum saccharo. Sed præ aliis & inter præsidia rarissima legimus è *Vallerio* in 5. enarrat 4. & è *Fonsec.* lib. 2. *consult.* 47. atque Zac. *Lusitan.* in obs. 116. de *Cynaræ* condito, sed superbibamus vinum album.

Pulverinus. Alimenta quæ conveniunt. Vallerius. Fonseca. Lusitanus.

2. Inter Med. *Interna COMPOSITA* celebrantur *SPEC.* Diambræ, *Diamosch.* Diacalaminth. *Theriac.* Mithridat. *confect.* in electuariis. Rotulis manè *sumendis* utamur ex *diarrhod. Abb.* cum *mosch.* & *Ambrygrys.* & edamus satyriones superbibentes aquam stillat. *Naphæ*; attamèn utuntur nonnulli *canthariд.* sine alis pulv. 2 cum cinamom ℈ 1. & sacch. cand. ʒ 1. in Lacte. tepido; & secunda vice. n. 3. Sed nobis ad corrigendam hanc intemperiem *SPERMAT.* nimis segnem & torpidam formam *Electuarii* conficiendi *Chymiatricus* impendam.

2. Remedia *Interna* composita.

ELECT.

℞. CONSERV. *Anthos. Artemisiæ. satyrionis ana* ℥ 1.
Confect: Rad. Eryngii; enula. *Zinzib: Condit & cort: citri: ma:* ℥. ß.
Pineorum mundat, & lacte macerat. ℥. ß.
Cerebellorum passerum & Lingua avis ana. ʒ. 1.

Semin. Asparag. erucæ, Dauci, ceparum, urticæ & spec. DiaGalangæ & diamargarit. calid. ana ʒ 1
ExtractiTestic. Arietum & Gallorum & satyrionis & 2. *Mulier.* ana ʒ 1
Salis. Artemisiæ, Melissæ, Urticæ

Urticæ & *chelidonii ana* ℈ 2 } { *Et melle Anthosato F: E-*
Sed sal: Veneris gr. 6. } { *lect: S: A.*
Syrupoque conserv: Eryngii }

Dosis cujus sit ad quantitatem *Castaneæ*, cum vino dulci granuloq; salis veneris Guttulaq; tincturæ Jovialis. Principibusque propter ejus præstantiam conveniat. Postea tamen catapotia sive *pilulæ* formentur.

Pilulæ.

℞ SEM *Caparum porri Pastinac. urtic. Zinzib. Cinamom. Sem. Erucæ silvest. ana* ℥. 1.
Pulv. Vulp. Testic. & Testic. Gallor. Cerebror: Passerum Masc. Mastic: & Thuris Masc. Speciei Diamargarit *calid: ana* ℥. 1.
Rasur. Eboris Ligni aloes &c. C. C. ana ʒ. ß.
Essent. Ambr. cum spirit. Rosar. extract. ad ʒ. ß.
Ol. Juniperini Nucis mosch. Chymic. Baccarum Hederæ, Sabinæ elicit. atque comparat. ana } *ana gut.* 4.
Ambragris. & mosch. ana. 4. gran.

Misce omnia & F. *Pil.* S. A. cum *Syrup. conserv. Satyrionis.* De quibus pilulis *æger* accipiat mane unam vel duas fere per 4 horas ante cibum & post 5. aut 6. dies mirabilia Arcanaque *Spermatosis* efficientur ultrà fidem, ejusque crasis ab omni torpore μεγαλοπρεπῶς vindicabitur. Porro pasta fiat.

Pasta.

℞ *Sacchar. aut penid.* & *orizæ purissim. ana.* } ℔ 1.
Radic. aut pulv. Satyrionis, Eryng. Aristoloch. Test. Gall. & *Ariet:* & *Verris Pulp: Perdic:* & *columb:* } *ana* ℥ 1.
Carnis scincorum marinorum sive vulpis Testic. } ℥ 2
Semin. Pastinac. porri, Lini, Carui, Dauci, Rapæ, Medull. Indianæ nucis Pinear. } *ana* ʒ1.
Aromat. Zinzib. Castor. Galang. Piperis longi Cinamomi, Caryophil. ana: } ʒ ß

{ *Sal Artemis.* } *ana*
Absinth. & } ʒ 1.
chelidoniæ.
Ol sesamin & *essentiæ succini sabinæ ana. gut.* 10.
Mosch. & *Ambragrys. ana* 12. *gran. spirit. El: ab Extr. Satyrionis* & *aqua Theriac. an* ℥ 1 & ß &
Artemisiæ vel Melissæ Q. S. F. *Past.*

EX-

EXTERNE quoque usurpentur *Balnea* propria, unguenta, fomenta, emplastra, *&c.* Balneumque conficies à decoctione *Artemisiæ*, Beton. *Rorismarin.* Chamædry. *Chamæpit.* Marjoran. *Thymi*, Chelidon, *Juniperi*, Lauri, *Myrtbaccar.* Melilot, *Camomill.* Siler mont; *Seminumque*, Anisi, *Anethi*, Lini, *Fænic.* fenugræc. Carui Cummini, *&c.* Emplastrumque fiat à *Ladano*, Thure, *Mastic.* Myrrhæ, Styrac. liquid. ana ℥ ß. Spec. Rorismarini, *Satyrionis*, Cal. Aromatic. *Croci*, Cinamomi, ana ʒ 1. *Semin.* Urticæ, *Pastinac.* Anisi, *Anethi*, Fænic. ℈ 2. & *OL.* Cariophyl. *Nuc. Mosch.* Chymic. & baccarum Hederæ ana ʒ ß. & Ol. Rutæ. ℥ 1. Cera q. s. f. Empl. s. a. Exter-na Re-media.

3. Ad *Spermatosis* intemperiem nimis *humidam* è Principiis etiam aquosis, forsan & è salibus solutis, Remedia statuuntur. 1. *Simplicia Intern.* Ex *Hysopi*, Beton. Menthæ, Sabinæ, *Valerian.* Artemisiæ, Marjoran. Rorismarin. *Pulegii*, Salviæ, *Fænic.* Calamenth. *matricariæ*, *centaurii min. &c.* Syrupis, *Extractis*, Oleis, *Aquis*, Decoctis, & *Salibus*; necnon è *Radicibus* Chinæ, *Aristol. rot.* Sarsaparillæ, *Guaiac.* Angelicæ, Bryoniæ, *Ligni Aloes*, Cinamomi, Cariophyl. nuc. Mosch. atque è baccis *Juniperi*, Lauri & *Seminibus*, Anethi, Apii Fœnic. &c. conficiantur. Sic è *RADIC.* Fœnic. Helenii, Valerian. de quibus. ℞ ana ℥ ß. *FOL.* Marjor: *Thymi*, Pulegii, *Matricariæ*, Sabinæ, *Salviæ*, Rorismarinæ, *Betonicæ*, Calaminth. *Lavendulæ* ana M. ß *Semin.* Anis. *Fænic.* Dauci, *Seseleos*, Ameos, Pastinac. sylvest. *Nigellæ*, ana ʒ 1. coq in q. s. Aquæ ad ℥ 10. cui colatur adde Syr. Artemis. ℥ 2 aut *Stæchad.* ℥ 1. sive *Byzantin*: Aqu: *Cinam:* ℥ ß. f. potio pro 3 seu 4 dosibus. Sed 2 *Composi-* 3. Pro Intemp. nimis humida, principiisque aquosis, &c. Remed. simpl.

ta quoque fiut tam *Cathartica* (quam Alterantia) quum simplicia fuerint præparationis gratiæ prævia; consistunt etiam in *Apozem*: Potionibus Electuariis, Pilulis, Pulveribus, Trochiscis & Enemat. Omnia quæ profecto formentur fœlicissime ac optime Separando purornm ab impuris cum Manu *Chymiatrica* & ad emolumentum *Naturæ* summum. Sed partim ex gratia breviloquendi, necnon aliorum vota (fortasse præpropera) gratificandi, (qui nostras has elucubrationes in medium proferre nimis ardenter efflagitant & accelerant) partimque à proposito de rebus his omnibus singulisque in nostræ *Praxis Chymiatricæ Synopsi* & Syntaxi sub variis classibus longe accumulatius accuratiusq; tractandi; consulto compositiones eorum hoc loco prætermittimus. Ex Agaric. Alhandal Turbith: Diacartham: Diaphænic. Hiera cum Agar. cum Elect: Aromatic. Elect. Gemmarum calid. Diaprassii, Tripheræ Magn. sine Opio, Theodoric. Anacardin: Elect. *Hæmagog*. necnon è speciebus *Diamargar. Cal*: Diagalang. Diamosch: Diacalaminth: Dianis: Diatrionpiper: Diambræ, &c. Et extractis Juniperi Agarici, Ebuli, Sambuciflor: aut Baccar: Satyrii, Rhabarb: aut Hysteric: è Quercet, &c. cum Salibus, oleisq; &c. Tabellæq; fiant hoc modo.

2. Remedia composita.

Tabellæ.

℞ *Spec. Diagalang. Diamb. Zinzib. Cinam. Zyloaloes.* } *ana* ʒ 1.
Nuc Mosch. Zedoar. Castor. Croci, Semin. Rutæ, Ocymi, Mastic. Coral. rubr. ana } ℈ 2.
Ossis de corde cervi, Bezoar. cervin. & trochisc. spodii & Diamargarit calid. } *ana* ℈ 2.

{ *Ol. Cinamom. sabin. fœnic. Anis. Macis, Juniperin. & Coral. ana* ʒ *gut.*
Essent. Ambræ, & Jovialis Tincturæ, ac Margarit. ana 2 gut.
Ambrygrys. & mosch. ana ʒ *gran.*
Sacchar. alb. q. S. cum Gum. Trag. & Aq. Ros. F. Tabula. }

Harum

Harum dosis sit. ʒ 1. Sed ab illis aromatibus, speciebus *Seminibus* Cepæ, *Erucæ*, Ameos, Rutæ, ana, ʒ 1. cum pulv. *Aristol. rot.* Bacc. Hederæ *Juniper.* Artemisiæ, *Calamenthæ*, Sabinæ, & de *Stercore* passeris, &c. ana ʒ 1. oleoque formicar. ℥ 1. Si (loco sacchari) addis *storac* Ladan. *Bdellium*, Galbanum, præcipueque G. *Ammoniacum* conficies *Emplastrum* cum. ℥ 3. Vini *Græci* optimi. *EXTERNE* quoque statuantur *fumigationes* ex iis, & a *moscho*, zybit. *succino*, costo, *Galing.* cinamomo, *Benjovino*, cariophyl. *Bacc. Junip.* lauri, &c. Sic è *Fænic.* Aneth, corallo, alumin. *Burs. pastor*, gallia moschat. & *balnea* à fol. calaminth. *origan.* matricar. *Valerian.* rorismarin. lauri, *Lavendul.* Rutæ, *puleg.* veronicæ, *Angelic.* Ros. Stœchados, *Marjor.* ita, cyperi, *Aristoloch.* Galang. *Enulacamp.* Bistort, *Cypress.* anà. M. 2. aut 3. & *Aluminis* ℥ ß Præterquam ex his fiant *Olea*, unguenta, *enemata*, pessaria, &c. Necnon huic intemperiei *spermatosis* optime præstituta. Tamen ex hac intemperie pravaq; colluvie principiisque crudis *uteri*, proveniunt interdum *Obstructiones mensium sive eorum.* 2. *Profluvia alba & fœtida* vel aquosa, unde facies flavescit aut albescit; inquit *Paræus* p. 688. vel 3 uteri *Sterilitas* Quæ ideo vel sedulo curari, vel præcaveri debent *ex. gr.* 1. Ob eorum suppressionem ex hac uteri *dyscrasi* & Menses ad sanè ciendos post venæsectionem in talo sive poplite atque *præparantia*; tunc cathartica de *Elect.* hœmagog. vel alia occurrunt, addendo de *EXTRACT. Mechoacan*: Senæ, Helleb. nigr. vel Agarici, sive *juniper.* aut satyrii, ℈ 2. cum salis *Ambræ* pauxillo. Insuper & *Trochisc. myrrh* ℥ß. in aqua distillat ex allio[illegible] porris, sabinà sive

Externa remed:

Pro suppressione mensium.

decoctione *Juniperina*, coch. 1. aut 2. cum *cochleari* Spiritus, quem ab *extract. HYSTERIC.* maj. *Quercetani* prolicior. Purgato corpore præscribetur Apozema *Hartmanni* Prax. p. 307. Et postea hæ pilulæ sumantur fœlicissimo successu.

Pilulæ.

℞ *De Chalyb. præpar. cum pulv. calamenth. dictamni sabinæ rubiæ tinctor; cassiæ ligni, ana.* ʒ 2.
Semin. anisi, fænic. Nigellæ abrotani, porri ana. ʒ ß
Mithridat. castorei & assæ fætid. tabular martial. ana ʒ 1.
Extract lien. Bovis ʒ 2 *aut* 3. *cum pulv. cinamom: & croci, cachectic. è chalybe præp. ana* ℈ ß
Ol. sabinæ, succini & martis ana. gut. 3.
Sal. Artemis. Chamedr. vel ambræ, ana gr. 13.
M. F. Omnia in unam massulam syrupo magistrali Hartman. p. 307 *aut. de Artemisia Dosis sit* ℈ 2 *mane sumend. cum exercitio.*

Hoc quoq; auxilio 20 diebus celebrato, optimam sanitatem uteri obtineant fœminæ.

2. Pro mensium Albo fluore. Frambesarius.

2. Ob mensium *profluvium* album, quod (ait *Frambesarius*) ortum trahit à *pituitosis humoribus* in uteri vasis congestis, forsan & à colluvie per totum corpus; majoremque proventum facit è *cruditatibus* concoctionum priorum, sed ex utero fit illuvies *cruda*, Vel *alba*, vel *aquosa*, vel *livida*, & saniosa (*Fernel.* lib. 6. *de Morb.* & *Sympt.*) Insuper & haud dubio deducitur è principiis nimis aquosis, humidis, tartareis & ineptis concoctioni. Quamvis ejus *Therapeia* tota, methodicaque perducitur ab indicationibus, & ad omnes intentiones debitas, tam quoad totum corpus purgandum, quam, quoad has partes; unde præparatoria catharticа per 8 aut 10 dies, deinceps forsan & *Emetica*, *Balneaque* (præcipueque aluminosa) comparentur, è *centinodiæ*, polosellæ, Plantag: E-

Fernelius.

quiseti

quiſeti, burſæ paſt: nepet: Archangel; conſolid: *Abſinth*: Menth: *Matricariæ*, Roſ: rub: balaſt. fol: ana m.1. cum *Radic*: tormentill: *Biſtort:* filipend: *Ariſt: rot:* Myrob: ana ℥ 2. *Cortic*: Granet: *Citr*: Nuc: cupreſſi ana ℥ 3. *Semin*: coriandri: cumin: &c. ana ℥ 1. quæ præparantur in aqu: *Fabrorum* Q. S. & cum iis commendantur *Bolus Armenic*. Terra ſigillata *Sang*: *Draconis* Raſur. Ebor. C. C. *Succinum album* Myrrha, *Corall*: ſic & alia cum *Alumine* vi aromatica adſtringenteque prædita, quæ conveniunt emendationi hujus intemperiei. Inſuper & ex iis fiant *Interna Med*. viz. è *coral. præpar*. bol. Arm. *maſtic*. Diamarg. cal. diagalang. *rad. cypri*. ſpec. Aromat. Santal. Lap. Lazuli. *Trochiſc.* de *ſpodio* & C. C. cum *Syr*. Myrtill. ſicc. roſ. Epithym. *Zinzib*. cinamom. *Coral. Confect*. Theriac. *Androm*. Mithridat. &c. iiſque dantur extract. magiſter. *olea*, tincturæ, *ſales*, corallor. alb. aut rub. matris Perlarum. eboris uſti, &c. ita rerum aſtringentium, calefacientium & (activa principia ſpermatoſis) excitantium *vi Chymica* confect. Sed inter omnia laudatiſſimum *rubeum* aliiſque album *Corallium* in *magiſter*. pulv. tincturis, ſale, vel eſſentia. Quod ſemper uſurpatur (inquit *Renodæus*) ad albos uteri fluores reprimendos; cui tamen haud abs re rationeque chymici commendant *oleum*, tinct. & vitriolum *Martis*. Externe quoque cum iis fiant unguent. cum ol. myrtil. maſtich. & *ung. comitiſ*. & *emplaſtra* cum Rub. Roſ. ſicc. & thure maſc. ſang. drac: maſtich. Xyloaloes, Santal. ladan. & *Gum*. myrrh. *Galb*. ſtyrac. Arabic. carann. tacamahac: cum pauxillo floris æris, & auripigmenti. Porro quoniam quam ex *obſtruentiis* Renodæus.

 vaſorum

Pro Chlorosi sive Morbo Virgineo.

vasorum tam ex crassis particulis, *CHLOROSIS* etiam, ac febris albæ sive *cachexiæ virgin.* phænomena planè proferantur, post omnia quæ prius administranda sint; instar omnium *Electuarium* hoc hanc diathesin radicitus evellere imo & plurimum celebramus ultra *Elect. Martiale* Hartmanni, p. 309.

Elect.

℞. *Chalyb. prepar.* ℥6
Elect. diaphœn. & è scor. ferri Pulv. cathect tamarisc. ana ʒ 3.
Spec. Aromat. rosat, hier. picr. S. & pulv. sanct. ana ʒ 1.
Pulv. Minth. dictamn. Rutæ & pulv. enulæ-camp. artemis. ana ʒ 1.
Arom zinzib. macis, caryophil. & Diacare in. ana ℈ 2.
Extract. Rhabarb. agaric. sabinæ, juniper. Mechoac. absinth. ana ℈ 1 ß
Ol. succini, anisi, cinamom. & nuc. mosch. croci ana &, cremor tartaris. ana gut. 3.
Sal. artemis. Egrimon. meliss atque præcipue. Sal. confect. è cap. M. Elixeris mei vitæ. ana ℈ 1.
Cum Syr. de 5. radic. aper. Ros. fol. & stœchad. sive Mel. despum. f. elect. S. A.

Dosis hujus sit. ʒ 1. & ß. aut ʒ. 2. mane sumend. cum jusculo tenui è decoct. 5. *Aperient.* Rad. aut aperientium herbarum & seminum; cum exercitio vel ambulando; attamen purgatio universalis optime præcedat. Et possit uti pro uno mense. Pariter hæ pilulæ sequentes plurimum emolumenti naturæ conferant.

Pilulæ.

℞ *Spec. Hieræ p. S. Pulv. sanct. agaric. trochisc. & Diambræ, pulv. cachectic.* ana ʒ 2.
Gum amoniac. dissolut. in. aceto trochisc. myrr. & chalyb. præpar. ana. ʒ 1. & ß
Pil. Coch. & aggreg. ana ʒ 1. *& trochisc. de eupator*
Tartar. præp: & Querc. de ammoniac. extract. absinth. Aloes: chamœpyt: rhabarb: Gentian. ana ℈ 2.
Ol. Thymi. nuc. mosch. & cinamom. tincturæ croci. ana gut 2.
Cum. Syr. Calaminth. vel Calendulæ. f. pil.

Dosis

Dosis sit ʒ ß in 2 aut 3 pil: superbibens, *vinum absinth.* siveChalybeatum cum exercitio mediocri. Sed

3. Sin ex hac intemperie, uteri seu *Spermatosis STERILITAS* adsit post alia præparantia hoc eclegma instar Med. verisimillimi forsan & secundum nulli partim à nobis partim autem ex *Arnald: villa novens.* sancivimus. 3. Pro Sterilitate muliebri.

Eclegma.

℞ *Testic. Ariet: Gallor: Vulpium* & *verris* ana ℥ 1.
Caudar. Scincorum & *Suminis, Pryapi, Bovis, Satyrionis, Zinziber: Condit: Zedoariæ, Diacalamenth: Pulv. rad. Pastinac: Sylvest:* ana ℥ ß
Cerebellor: Columb. assator: & *passerum assatorum ana* ℥ 2.
Spec. Diagalangæ, piperitrium Diambræ: Diamosch: Cinamom: ana ℥ 1.
Sem: Linguæ avis & *ossis de corde cervi* & *spec. flor. Rorismarin: pinearum, nuc. Indic. ana* ℥ 1. & ß
Spec. Diamarg. calid. & *Bezoar: cervin.* & *coaguli Leporis* ana ʒ 1.
Sem urtic. erucæ Porri, ocymi, spicæ, nasturtii, Mercurialis asparag. ana ʒ 1.
Nuc. Pistacior. Dactylor: Avellanar. coctar. Amygdal: dulc: ana ℥ 1.
Vitell: Ovorum N. 6.
Extract: Marjoran, satyrii, Croci, Menth. Melliss. Chamædr ana ℈ 1.
Sal Artemis. Ambræ, chelidon: ana ʒ ß.
Mosch. & *ambragris ana* ℈ ß.

Terenda terantur fortiter & S. A. misceantur, ac coquantur in lacte ovino cum igne lento, vel conficiantur cum butyri vaccini recent: una parte, & duabus mellis diu agitandis; atqui postea aromatizentur atque locupletentur Diamargarit. *Ambragrys. mosch.* &c. speciebusque ditissimis. Dosis sit ad ℥ 1. mane & post cœnam superbibens *vinum Falernum.* Balnea quoque quibus incoquitur cubile formicarum cum ipsis formicis statuuntur; sed efficacius dato ℈ ß

 salis

Bayrus. ſalis aut eſſent: *Satyrii* ex vino malvatico. V. *Bayri Prax.* l. 15. Et hæc huic *intemperiei* ſufficiant.

Ex Intemperie ſperm: ſicciori & ſpirituoſis, principiis, &c.

Denique ad *Intemperiem* ſpermatoſis ſicciorem è principiis, ſaloſis, ſpirituoſis, ſulphureis, & Tartareis (Mercurio tamen evolante) Humectantia prorſus eligantur tam *Interna* quam *Extern:* è *Burraginis*, Bugloſſ. *Violar.* Nymphеæ, *Amygdal. dulc.* Altheæ, *Mercurial.* Cichor. *Sem.* frigid. maj. & min. *Paſſular.* Dactylor. jujubar. ficuum, granatorum, &c. *Syrupis*, Succis, *Aq.* Decoctis, *Conſervis*, Conditis, E*mulſis*; forſan & a compoſitis cathartic. è *Roſ. ſolut.* Tamarind. *Mannæ*, Cal. Rhabarb. & *Sennæ*, nonnunquam etiam è *Scam.* optime parati cum ſucco *Limon.* variis formulis, cum *Extract.&c.* Chymice confectis, à ſecundin: mulieris, Bac. *Sambuci*, Symphyti, & *Ext. Hyſteric:* è *Quercetano.*

Sub hac *dyſcraſia* numerantur, inter alios morbos, *Spermatoſis* infœcunditas, *Satyriaſis*, &c. in Maribus ſed in fœminis furor uterinus, vapores Hyſterici, necnon interdum *Catameniorum* nimia profluvia quum vaſa nimis aperiantur à calida-ſicca *Diatheſi* quibus omnibus Medic: *Chymiatricus* componantur. Etenim 1. ut inter *vegetalia*, ſemina per MB è ſiccitate nimia plane reddantur infæcunda; conſimiliq; modo inter animalia, popter inopiam mercurioſitatis vel *humidi-oleaginoſi* radicalis. Sic è calida-ſicca Dyſcraſia *Spermatoſis* ac uteri ſterilitas explicatur è *Pulverin: Art: Med:* cap: 94. *Sennert: Prax.* lib: 4. part: 2. S: 6. cap. 2. & *Fel. Plat. Prax.* de *Def. concept.* &c. cap. 19. Et capite præcedente, Priapiſmus, Satyriaſis, furor uterinus,

Pulverin. Plater.

rinus, &c. Qui morbi tamen optime perpendantur in vitali *Sperm*: Oeconomia, eorumque *Medicatio*; quibus etiam Remedia nostra *Chymiatrica* præcellere videntur, tam ad paroxismi quam causarum ablationem. Quippe Parox. 3. gut. elixeris mei vitæ nuspiam fallit. Et ex parox. inter alia (quia brevitatem navamus) vapores *Hystericos* venenatos ad reprimendos magnopere collaudemus has *Pilulas*, magis etiam post. *Purg. Hysteric.* Quercetani, cum fæcula vel *Extract. Bryoniæ* vel *Mecoachan:*, in Aq. *Cinam*: Artemis. aut *aliâ specific.* vel post Infus. D. J. *Hartmann.* p. 317. *Pil.* nostræ sequantur optime.

Pro Vaporibus hystericis.

Pilulæ.

℞ *Pulv. Castor. Assæ fœtid. myrrh. piper. fæcul. Brion: Zinzib. & catul. jugland. exiccat.* ana ʒ 1.

Trochisc: de Cappar: & de Eupator: spec. Hier: S. cremor. Tartar: gum: galbani: sagapen. ana ℈ 2

Hysteric: nostri Laudani chymice confecti. per MB. ℈ ß

Extract. Bacc. sambuci, ebuli Cardui: Ben: Rhabarb. Castor: Agaric: Aloes & succi allii cocti ana ʒ ß.

Ol. Gagatis castorei, Anisi filicis & Ambræ. ℈ 1.

Ol. Jovis 6 gut.

Tincturæ, sulphuris Veneris gut. 12.

Sal. Artemis. Meliss: Jovis, absinth: & panac: Antim: & perlar: ana ℈ 1

Vitriol: martis 6 gran.

Cum. melle Mercurial. f. Massa pro pil.

Dosis sit ad ʒ 1. per aliquot auroras continuas, attamen prægnantibus caute vel haud sint usurpandæ. Nec opus sit titillationibus obscænis *Raphaelis Moxii* lib. 2. de cur. Morb. Mul: aut *Carrerii* disput. 69. Ast Pulv. catul. jugland. exiccat. ℈ 2 in 2 guttulis succini sive gagatis olei in hoc affectu, nihil unquam novi præstantius in-

Moxius. Carrerius.

inquit *Scoltz.* Epist. col. 532. quibus tamen ad
Scholtz. majorem efficaciam addamus unam guttulam de oleo Joviali. & ol: Rutæ g. 1. Sed à prioribus pulveribus cum emplastr. Oxycrocei, Meliloti, & Galbani ana ℥ 1. atque Oleis, Nardin. Laurin. Rutac. cumin. & Therica ana ℥ 1. pauxilloque Ol. Rutæ, Jovis, &c. incorporentur & f. emplastrum, umbiculo vel regioni uteri applicandum. Inungatur Umbilicus sale vel oleo Joviali, vel Gagatis, succini & Rutæ simul, Sed ad sistenda menstrua inter cætera huic usui præsidia quæ summopere celebrantur, consignetur hoc Elect. sequens.

Elect.

℞ *Conserv. rub. Rof. antiq. & de ribes aut Berber. Condit. cydonior. & electuar de scor. ferri*	*ana* ℥ 2	*Præpar. rubr. coral. bol. arm. sang. Drac. à Spagyriis præp. & Lapid. hæmat. Extract. Myrtin. Junip. Meliss.*	*ana* ʒ ß
Trochisc. de Carab. & despodio, terræ, sigillat. Balaustior. confect. Mithridat.	*ana* ℥ 1.	*Smarag. præp. Marg. præp. sal. coral. Magist. Saturn. Sal. excineribus Turturis Croc. vitriolat. & saccar. Aluminis.*	*ana* ℈ 2.
Spec. Rad. Bistort. consolid. maj. Tormentil. ossium Homin. calcinat. aut Bovis, Santal. omnium Mastich. & oliban: & Bezoar. Cervin.	*ana* ʒ 1.		

His omnibus cum Syr. myrtino, corallino, succis Plantag: Polygoni, sive vino rubello austero, vel aliis vis stypticæ, chylybeatæ, seu adstringentis & coagulo lepori s f. elect. S. A.

Nec-

Necnon è *Pulveribus* iisdem, succis consolid. mai: plantag. *polyg*: & aliis *stypticis* cum pauxillo croci martis, ol: mastic. & sacc: aluminis fiat *Pessarium*. Sed pilulis imponamus, gr: 2. aut 3. *laudani hysterici* spagyriceque nobis extracti per: M: B: *Emplastrum* autem in *pellem ovin*: applicand: sequitur.

℞ *Cort: Granat: castanearum median: myrtillor. sumach: pulv: terræsigill: sang: dracon. spodii, Mastich: thuris masc: consolid mai: Gallar: cort: fabar: acaciæ lapid: Hæmatit: balaust: rub: ros: ex siccat: amyli, coral, rub: Bistort: rad.* } *ana* ℥ 1. Emplastr.

Trochisc: de karabe chalyb: præpar. bacc: myrt: ciner: offis cruris bovis usti vel C. C. sem: plantag: portulac: nuc: cypress: ana. } ℥ ß.

Alumin: usti GUM: tragacanth. picis, colophon. & glutin. pisc: macerat: in Aceto. } *ana* ℥ 2.

Sed CERUSÆ ℥ 4. *cum unguent: comitiss* ℥. 2. *Oleis myrtin: mastich: Cydoneor: & Succ: bursæ pastoris aut plantag: & terebinthin: optim: Q. S. Ad conficiendum* Emplastrum. *S. A.*

His decursis, hanc *SPERMATOSIS* familiam, quoad ejus *intemperiem* absolvamus; manuque leviori morbos *oeconomiæ* vitalis animalisque perveniamus.

2. Quoad ejus *Constitutionem VITALEM*, Spermatosis *Diathesis* hoc stadio nobis occurrit, ubi Medicamenta talia sint eligenda, qualia spirituum vitalium motibus æquis atque debitis fælicissimè famulant. Quippè motus eorum inæquabilis haud sit exigui discriminis, per totum corpus, neque digito *Madido* flocci-faciendi; quum tragœdias efficiat, vel ab eorum

2. Diatheses è constitutione Vitali Spermatosis.

rum

rum calore nimis *ingruente* cum principiis sulphureis ac *inflammabilibus*, vel a *DEFICIENTE* unde vitietur hæc constitutio vitalis in *Spermatosi*.

In nimio spiritu caloreq; nimis invadente, principiisq; sulphureis, &c.

1. Ob ejus primam *dyscrasin*; Remedia sint vel *generica* (quoad *Indicationes Gen:*) *VITALI* corporis totius constitutioni inservientia, vel *specifica* spermatosi; Quæ quoque seminis effervescentiam inæqualem principiaque nimis effera comprimere, vel extinguere nobis optime prosunt. Et sunt *Interna* vel *Externa*.

1. Interna Remedia.

Interius autem celebrantur è *SYRUPIS* Nympheæ, *Coral:* Portulac: *Acetos*: endiv: *umbilic: veneris* violar: althææ cichor: *Borag:* citri, limon: *Papav:*&c. Ab earum & floribus foliis, aquis, oleis, salibus sic ab oleis camphoræ, Amygdal. dulc: *Saturni Chym*: & ab oleo sulphuris 🜍 seu 🜊 necnon è *RADIC*: *Pulver:Specieb.* Diamarg: frigid. *diatria santal:* Diarrhodon: Abbatis, &c. *Chrystalli* smarag: &c. Et seminibus frigid: &c. Unde fiant *Julep:* Apozem: *Decoct.* Tabellæ; & lenitivis *cathartic*: de manna *cassia* diaprun: &c. Cum *Chym: extract*: utamur. Ac *Emulsiones*, *Lusitanus* in obs. 131. Uvasq; rore turgescentes in diluculo comedendas commendat. Huic quoque paretur *Elect.*

Zac: Lusitan.

Elect.

℞. *Conserv*: *flor*: *Nymph*: viol. *fol*: *endiv*: acetos. *Ros*: *sol*: *Borag*: & *Cond*: *Caul*: *Lact*:	*ana* ℥ 1.	*Spec*: *Confect*:*hyacinth*: *diatrion-santal*: *Glycirrhiz*: *diarrhodon abbat* & 4 *semin: frigid*:*mundat*: *au*:	℥ ß.

Trochisc:

Trochisc: de camphor. de halicacabo & amylo ana.	ʒ 1.	Margarit: præpar: *smaragdi, chystalli ana.*	ʒ 1.
Extract: *Lap: lazuli, Meliss: symphyti, & Satyrii, ana.*	℈ 2.	Hysteric: laudan: chym: ☍ Camphoræ, & Sal ☐	*ana* ℈ 2.
Spec: Coralli rub: præpar.	ʒ ß	Sed de spiritu volatili Saturni gut. 10.	

Cum *syr. Granatorum acetos. citri violar: Portulac:* quinimo ad usum præsentem cum *Sero lactis*, sive decoctione *Hordei cum Glyc:* conficiatur. Veruntamen *EXTERIUS* usurpentur topica, *Balnea* foment: *lamina plumbi*, renibus imposita, hydrolea & *Oxyrrhod. ad testes* cum parulum vini, & immersiones *partium Gen:* in aceto, frigid: Aq: vel *unguento* oleovè *camphorato* non nunquam &c. V.S. Ad *Balneum* fol. *Plant: Polyg:* Rubi. *Betæ, Rutæ, solani,* Lact: summit: viticis *Salicis, umbil.* ven: M: 1. flor: viol: rub: rof: camomil. *malvar.* melilot: Lill: alb: &c. ana p. 2. *Sem:* earum fænugræci & *Portulac:* ana ℥ 1. deçoquantur simul in *aqua dulci* (cum *aq: rosar.*) ubi bis aut ter die, æger (instar balnei) sedeat ad horam; intus tamen sumendo cordiale quippe B. F. noceat *ventriculo imbecilli*, matrici, *renibus*, Ætatibus, *morbis* atque constitutionibus *frigidis humidisque*. Sed ad regionem lumborum aut renum fiat *inunctio* ex oleis amygdal. dulc: *Lill:* Rof. & *ungent: d' Althæa* cum succis *Portulac:* betæ, *lectuc:* &c. ana ℥ 1. coq: ad consumptionem *Succor:* Quibus adde camphoræ ʒ 2. & ceræ alb. Q. S. Aut emplast: *diachyli* sive *Meliloti*. Extern. Remed.

2. Jam

2. Ex inopia ſpiritu-um.

2. Jam vero *ſpermatoſis* alteri *dyſcraſiæ* (hanc *oeconomiam* vitalem graſſanti) ex inopia ſpiritus caloriſque vitalis adeamus; cujus Medicamenta præparantur è *RADIC*: *Ariſtol*: eryng: calam: aromatic: angelic: ireos, aſari, valerian: Rub: *FOL*: Artemiſ: *Meliſſæ*, ſabinæ menthæ *puleg*: calendul: *lavendul*: dictamni cretici *Marjora*: betonic: *Lauri*, juniper: leviſtic: calaminth: chamepyt: chamædryos, &c. *FLOR*: roriſmarin: & 4. cor: flor: lavendul: *calend*: ſalv: *ſpic*: ſtœchad: *Schænanth*, camomil: *SEM*: paſtinac: erucæ, fraxini, napi, *porri*, aniſi, fænic: cumini, *Petroſel*: apii, ocymi, ameos, *ſiſeleos*, nigellæ *BACC*: lauri, *Hederæ*, junip: *Aromatibus* & *gummis*, &c. Partim methodo vulgari, ſed partim præcipueque more *Chymico*. Per elixer: extract: ꝏ *Sales*, ⊖ Species *Tincturas* ǂ pulveres ſic è *Roſ*: *rubr*: corall: *balauſt*: maſtic: & *corticib*: granator: *citri*, tamariſc: &c. A quibus conficiantur remedia tam *INTERNA*, quam *EXTERN*.

1. Interna remedia. Pilulæ.

1. Internè exhibeamus inter alia pilulas has mane ſumendas; *Evacuationibus* magis univerſal. præmiſſis.

℞ *Spec: hieræ. p. S. & Spec: bened: laxat:* ana ℥ ß.
Confect. Theriac. & mithridat: cum Pulv: dictamin cret: ariſtoloc: rot: gentian: maſtic: myrrhæ opt: raſur: ebor: & C.C. lign: aloes. ana
Spec: diambræ diagalang: ana ℥ I.

Extract: *aloes.* ℥ ß.
Extr: *meliſſ: ſatyrii carpobalſami & Angel.* ana ℈ I.
Sal: artemiſ: abſinth: & è capite mort. ☠ *Elixer: vitæ, nuper mecum invent:* ana ℈ I.
ꝏ *Aut eſſent mucis moſch: chym. ſuccini, cinamom. ana* gut æ 6.
Oleum canthard: chymic: gut 4

Pulv.

Pulv. Granar. Paradis. Zedoar: Cardamom. Priap. Tauri & Cervi. — *ana* ℈ 2 — *Ambrgrys. mosch. (pro viris, haud feminis) f. massa pro pil.* — *ana* ℈ ß — Pil.

Veruntamen alterantia pereximia fiant è pulveribus atque speciebus extractis salibus & essentiis generosis cum vinis & odoratis, & quoddam Elect. conficiatur hoc modo

℞ *Condit. Rad: Eryng. Zinzib. Citri. conserv. anthos, Beton. Ros. rubr. & calendulæ.* — *ana* ℥ ß

Spec. Diacalamenth. Diatrionpiper: Diamoschi Priapi, Tauri & Cervi Diamargar. calid. — *ana* ʒ 1

Semin. Erucæ, nigell. Fænic. anisi, macis, Pastinac. silv. sileris montani. — *ana* ℈ 2

Præpar. coral. rubr. Mummiæ Crem. 🜿 *ana* — ʒ ß — Elect.

Ol. succini Anisi. mastic. Fænic: caryophil. aut cinam. — *ana* ℈ ß

Sal. coral. absinth. & Artemis: — *ana* ℈ 1

Cum syrupis Ros. sicc. Beton: Rorismarin: &c. aut Melle Anthosato: f. Elect. Dosis sit. ʒ 1 *& ß aut plus.*

Sed externè, unguenta, olea de mastic. spic. menthæ, myrt: absinth. formicarum (ex formicis in oleo paratis) Lini, de piper: castor. euphorb. succini, laurini, &c. Sed emplastra (& unguenta) conficientur è rad. pyrethri, Aristol. urtic. Ireos, & à Thure, mastic. myrrha, castor, spica, bol. arm: Gall. mosch. balsam: gum: styrac: ladan: tacamahac: Arabic, *&c.* Emplast. de minio, de Betonic. *&c.* hanus ad secundam ejus constitutionem. Externa remedia.

3. Quoad

3. Quoad Spermatosis Animalem constitutionem, Remedia sunt, quæ *VI* Prolificæ, Plasticæ, sive Nutritivæ Germinis inserviunt. Ad ejus vim prolificam aut Germinis fæcunditatem medicamenta quædam priora sanciantur, cum propriis alimentis & eduliis ex Cerebris, Testibus, &c. animalium salaciorum, & è carne testudinum, nemoralium, Perdicum, Phasianorum, Columbarum, Passerum, &c. Ostreorum, Pisciumque, Cancrorum, Polyporum, &c. Fructibus, nucleisque Pinearum, Castanear: Avellanar: Cicerum, Fabarum, Amygdal: Orizæ, hordei, &c. Radicibusque, Pastinac, Rap: Napi, Cepœ, porri, &c. Sic ex medullis, Ovis, vinis, bellariis, &c. Quæ semen impregnant. Jamvero viribus ejus Plasticis inserviunt præparantia de Syr: Artemis: Capill: Veneris, Borag. Rorismarin: Melis. Betonic: Salviæ, &c. Atque de Spec. Diambræ, Diamosch: Diagalang. nucum Pinearum, Pistaceor, Amygd: dulc. &c. sed potissimum ex Chymic: elixir: essentiis & extract. satyrii, ext. Pudendi Cervi aridi, ext. Matricis leporis, & secundinarum fæminæ juvenis parturientis, &c. Tincturis & essentiis, sapphyricis, christallinis, magisteriisque perlarum, gagatis, Veneris & Jovis tinct: atq; solis LunæqueDiaphoretica hermetice conquisita, ministrentur. Sicubi conficiantur elect: partim, ex his partim ex aliis, sed instar Arcani celebramus olea Marjoranæ Chymic. nucis musch. & cinamom: de quibus aliquot guttulæ pilulis, & elect. semper administremus augurioque fœliciori; jugiter & mosch: gr: 1. aut 2. Ol: gut: 1. aut 2. cum coagulo Leporis aut extracto specifico. Externe quoq; Balnea, olea, unguenta

2. Ad vires spermatosis plasticas.

Externe.

unguenta suffumig. &c. statuuntur ex *Thure* mastic. *Benjovin.* Succino, *Myrrha*, Calament. origano, rorismarino, Marjorano, Salv. Hysopo, &c. Et *Aromatibus*, ac Lignis, juniper. *Laurin.* cupress. *odores* etiam *Zibetæ*, mosch. *Ambragrys.* & è *Spirit.* aut essentiis Ros. *Cinamom.* &c. In *Chyrothecis*, vestibus, noctuque præsertim prosunt. Hac quoque *Categoria* constitutionis animalis, *Embrioni* in utero (quoad ejus vim *Plasticam*) præcaveamus; nè Fœmina (per *anomalias* & errores efformandi) *monstra* sive molas parturiret. Quamobrem *Catameniis* effluentibus, ac instantibus à *congressu aphrodisio* abstineret, ne *sperma* ex uteri colluvie *fæcium* magna, vel impuritate vitiaretur, suisque viribus efformandi sufflaminaretur aut grassaretur in deterius; juxta naturas atque proprietates particularum cum fæcibus & semine in utero Clausarum. Nihil enim sit magis conspicuum productione reptilium vermiumque è particulis variis in *Sterquilinio* clausis. Remed. contra molas & monstra.

2. Necnon opera sit danda remediis præeuntibus nè Germen ipsum particulis vi verè plasticæ ineptis, seu monstrosis compleretur, quippè vel ex imperfecto vel à malè figurato semine, particulis è *Vegetalibus* sive brutalibus exundantibus prodantur.

3. Cavendum est, nè dum sint gravidæ, res monstrosas nimis intensæ aspiciant, vis enim hypoplastica ab imaginatione dirigitur; sic è *Volaterreno* D. Sennertus refert Mulierem quandam conceptionis tempore ac pregnationis Picturam D. *Joannis Bapt.* (ejusque veste) pilosi delineatam creberrimè intuentem, infantem pilosum & hirsutum peperisse; aliasque Volaterr.

gravidas ex aspectu hominum Dæmones referentium Monstra cornuta, pedibusque bifidis protulisse.

4. Denique spiritus *Germinis* ad instituendos atque corroborandos vigilantèr excubetur *crasis* ac *temperies SPERMATOSIS*. Enimvero si

D. Sen. *SPIRITUS & calor ejus* (inquit *D. Sen.* lib. 4. *Prax. Part.* 2. S. 4. cap. 10.) *sint debiles ut in omnes partes seminis æqualitèr, & ut debent, agere non possint, pars aliqua seminis non recte ELABORATUR & FORMATUR sed rudis & imperfecta relinquitur.* Adeo ut præ aliis ejus activa *Principia*, mercuriositasque debent vindicari temperieque debita conservari; quam ob ejus essentias *BALSAMICAS* ex *prolificandi* causa, tam ob essentias ejus *RADICALES* ad *vim plasticam*, & ex quibus partes corporis tum *continentes* tum *contentæ* formantur atque compinguntur. Attamen sin ultra *præcautiones* has, res appareat in vado, *Molamque* fœmina concepit, utpotè post. 2. 3. aut 4. Annos gestationis. V. S. Talo vel poplite sit largior: & talia *Rem*: qualia menstrua ad provocanda usurpentur; sed post. V. S. *Cathartica* forsan ac validiora exhibeantur, ut *Elect: Hæmagog:* aut pil: *Euphorbii* in *Syr: Artemis:* dos: ʒ 1. pro. 20. dieb. prout opus sit post cænam 3. hor. cum extr. aut ol: sabinæ. q. s. sumend: Dolores autem leniantur ex *Anodynis* appropriatis, *viresque* serventur ex alimentis optimæ concoctionis, jusculisque, sed restituantur è cordialibus. Hoc cordiale quum vires prosternantur ad defunctionem & lectum demus, imo & veneno sumpto conveniet cum pauxillo *Theriac:* violentis in evacuationibus. viz.

Ex-

℞ *Confect. alkermes* ℈ 1. *Pulv. diamarg. frigid. & diamosch. dulc. ana* ℈ 2 *Extr. Meliss. C. C. rorismar. aut Angelic. ana* ℈ß.	*Ol. coral. cinamom. aurantii, croci f. bolus aut. cum* gut 1. *Syr. de acetos. citri* ℥ ß. *de papav.* ℥ 3. *cum aq. Borag. bug. cinamomi f. potio.*	Potio.

Quinimo inter optima celebrantur cum Chymiatris *aurum potabile elixir. perlarum, &c.* In Elect. de *Gemmis*, sive *Confect.* de *Hyacintho* ℥ ß. Sed *vi plastica* germinis hæc ancillentur.

3. Ad ejus vim *NUTRITIVAM*, atque fœtus in utero, sana *Diætetica ratio* sit evigilanda, sic & regimen gravidarum; sed abstineat ab amaris, acribus, diureticis, catharticis, diaphoreticis, τὰ καταμήνια menstruosa seu flatum moventibus. Præcipueque *mense primo*, quia fœtus (haud secus ac planta) *primo* M. nimis est tenellus, & *ultimo* M. nimis maturus vim *medic: fortium*, impetumvè, subire; sive morbis acutis (tanquam ictibus) reluctari vel ὑπομένειν. Adeo ut his mensibus potissimum sint alimenta medicamentaque corroborantia. 1. *Embryoni*, quoad ejus *Nutritionem vegetalem*, & 2. *Fœtui* quoad *Nutrit. Animalem.* Perinde *uterum embrionemque* fovere, corroborare ac calefacere fœmin. gravidæ *essentiis*, extractis, tincturis *PLANT. Menth. fœnic. salviæ, rorismarin. Borag. Verben. &c. AROMATIBUSQUE* cariophi. *macis*, cinamomi, *Zinzib. alb.* nucis moschatæ, *gran. Paradis.* zedoar. *Galang.* cubeb. *croci*, &c. *FLORIBUS* 4. *Cord.* tiliæ, *salviæ, &c. SPECIEB.* aut *Pulv.* coral. rubr. *smaragd.* sapphir: margarit: *Chrystal*: Hyacinth: *rubini*, Jaspidis, Lazuli, granat. Lign. aloes, bistort. Parietar.

3. Pro vi Germinis & Embryonis Nutritiva.

1. Quoad Embryonem.

rietar: *CORT.* citri, *Winterian:* &c. *vinis generosis* malvatic: alagant, græcis, &c. utantur. Zac. *Lusitanus* in *Obs.* 152. ad fœtum retinendum *zonam* è corio equi marini, sed si desit ex Lupino Corio utendam maximoperè sancivit ex ejus occulta proprietate. Sed ad continendum *τὸ Embryon* hoc *Emplastrum* præ aliis recommendemus.

Zac. Lusitanus.

Emplastr

℞ *Emplastr: Cæsaris* ℥ 1. *&* ß.

Spec: diagalang: santalorum, tormentil: Bacc: junip: Myrt: ossium bovis & C C. calcin: Lapid: hæmat: sang. drac: mastic: Gallar: balaust. fol. Rosar: bol: armen. } *ana* ℥ 1.

Trochisc: de carabe, nuc: cypress: terebinth: venet: ana } ʒ 2.

Ol: nuc: moschi: caryoph: mastic: ana ℈ ß. *Ceræ & picis naval:* Q. *S. F. Emplast.*

Sive vino *rubro* austero, succovè *cydon:* cum speciebus f. *cataplasma,* quod imponatur umbilico. Ventremque foveat fœmina cum Aq: cinamom: aut adstringentibus *Balaust:* granat: *cort: Winterianæ, citri, Tormentil.* Gallarum, *mastic:* myrtil: *Junip:* Pulv: turturis, &c. *COCT. in vino rhenensi,* vel *austero rub: vino.* Partesque corporis nobiliores, præcipueque quæ chymosi, Hæmatosi, *Pneumatosique* consignantur, eorumque functiones charagmate vitalitatis vigilantissime conserventur. Sed *ABORTUM* ad præcavendum, abstineat gravida (saltem primo mense post concept:) à congressu nimio, caveat autem per totum puerperii tempus ab apio vel *petroselin: Hortensi,* & ab anhelandi magnitudine, *lapsu,* motuque nimis acclivi, seu declivi, pathematibus animi nimiis, commessationibus, intemperatis jejuniis, vinis nimis

Abortus ad præcautionem.

nimis generosis & spiritibus, aromatibus, croco & omnibus, quæ moveant *Embryonem* aut menstrua. *Alterantia* tamèn intus sumantur, forsan & nonnulla lenientia *cathartica*. *ALTER*: è conserv: *SALVIÆ* per totum puerperium *Ros*: & anthos, Betonic: *Cort*: *Citri* cordit. & è *Magisteriis* tincturisque *Coral*: *rubr*: margarit: *Chrystal*: *spec*: gran: kermes, rasur. eboris, C.C. Diacarein, mastic: *syrupis* myrt: *coral*: rub. ros: sicc: *Cydon.* &c. In *ovo sorbili* sive *rubro vino*, vel tabellis pulveres optimè conveniant hoc modo parati.

℞ *Magisterii sive Coral. rub. pulv.* ʒ 2.
Rasur: eboris & C. C. ana ʒ 1.
Mastic: & oliban: ana ʒ ß
Damargarit: Cal: sive Lapid: precios: ʒ ß
Gran. Kermes, Cinamom: ana ℈ 1.
Et *Sal*: *Astacorum fluviatil*: *f. pulv.* pro Jentaculo. *Pulv.*

E quibus etiam f.*pil.* & *Rotulæ*. Regionique lumborum, *Pect.* & perinæi usurpetur *Ung. Comitissæ*, insuper & interdum alii *fœtum* ad retinendum; (quum fœmina carnosa sit, & sanguis *versus uterum* exuperat) U. S. statuerunt & astringentia Medic. Atque si vitium periculumque quantitate immineat, circumstantiis debitis perpensis tuto satis efficiatur, quinimo propter vitium sive periculum à *prava qualitate* fontinella summe prodest, in *brachio* vel *crure*.

CATHARTICA gerentibus utero (si materia turgescit) administrentur à 4. *Mense* usque ad 7. Sicubi cautela sufficiente *Hippoc. Aphoristicos* edocuit 1. lib. 4. τὰς κυούσας φαρμακεύειν, ἢν ὀργᾷ, τετράμηνα, καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν, ἧσσον δὲ ταύτας, τὰ δὲ νήπια πρεσβύτερα εὐλαβέεσθαι χρὴ ut ab Cautio de Catharticis ad Puerperas. Hippoc.

Embryone juniore, fœtuque ſeniore caveamus. Pregnans etiam prius (ſive *Menſe ſecundo*) duntaxat expurganda ſit *Benignis* ac lenientibus, utpote *Rhabarb*: Caſſia, *Manna*, Sena, *Agaric*: Syr: Roſ: Sol: *Viol*: Sero Lactis, *polipodio*, &c.

P.Salius. quæ tamen haud vacant periculo vid: *Pet: Sal: lib: de Affect: Partic:* cap: 22. qui ideo profert in medium, inſtar *Medic:* inſigniſſimi pulveris aureos *Alexandri Quintilii* (qui illos *Quint. Eſſentiam* Auri nuncupavit); de his pulveribus gr. 6. per ſe, vel liquore ſpecifico. Necnon ejus infuſio ℥ 2. mane ſumatur, pulvereſque iidem poſſint ter & iterum ad ſimiles uſus infundi. Denique inter alia ſpecifica præparatur hic pulvis pro unguento.

℞ *Coral. rub: Rad: Biſtort: Torment: ana* ʒ 2.

Unguent. *Gum: Tragac: & Coaguli hædi, vel leporis ana* ʒ 1.

Pulv: C: C: & eboris Raſur: Maſtic: ana ʒ 1.

Sic è pulv: Turturis in furno exiccat: ʒ ß *f. pulvis, & permiſceatur aliis unguentis.*

2. Quoad fœtus animalem nutritionem. Demum Animali nutritione, *Fœtum* foveat fœmina, eduliis illis quæ generant *Chyloſam nutritionem* per OS ac fere lacteam; quippe quam infans à mammis, tam *Fœtus* in utero nutritur à vi nutritionis animalis γαλακτοποιητικῆ, ſic & *Hippocrates lib. de Aliment:* Subinnuit,

Hippoc. cujus verba ſunt γάλα καὶ αἷμα τροφῆς πλεονασμὸς περίοδοι ἐς πολλὰ σύμφωνοι, ἐς Ἔμβρυον καὶ ἐς τὴν τούτου τροφὴν, αὖθις δὲ ἄνω ῥέπει ἐς γάλα καὶ ἐς τροφὴν, καὶ ἐς βρέφος. Si fœtus ſit imbecillis, eum ad fovendum (præter corroborantia priora) ſacculus fiat ex *Coral. Rub: Santalis, Roſis, Rub. Maſtic: Cinamom: Mac: Nuc: Moſch: Trochiſc: de Carabe, &c.* & imponatur ventri. Quum vero ſit fortior, pilulæ ſequentes matutino tempore ſumantur.

Ex-

℞ *Extract: Aloes, Myrtin: Coral: Rub: Margarit: præpar: Confect: Alkerm: Calyb: præpar: Rub: Rof: Tragacanth: ana* ʒ 1. Pilulæ.


Gum: Ammoniac: in Aq: Specific: folut: Bol: Armen: Lapid: hæmatit: Trochisc: de Barb: Confect: Cydon: ana ℈ 2.

OL: Marjor: Anif: Fænic: Tinct: Gemmarum, Aurantii, nucis mosch: & Cinamom: ana gut: 2.

Ambragris: & mosch: ana 3. *gr: cum Syrup: Rorismar: Menth: vel myrt: aut melle Anthosat: f: massula pro Pil: Dosis sit* ʒ *ß aut* ℈ 2. *superbibendo vinum Malvat:* aut potius *Album V.* in quo *Melissa* & q: cord: flores coquantur cum femin: atque percolentur. Prætterquam per totum *puerperium* fane fæpe capiat de *bac. Kermes, Chryftall: præp.* maftic. *Tormentil: an:* ℈ 1. in Conferv: *Salviæ.* five *Rorismarin.* Et *Aq: Cinamom:* cum *gut: ol: nucis mosch:* fpiritus ad reparandos ufque ad ejus Partum. Sed in partu *fætus*, ut fpiritus in *fæmina*, & in *fætu*, fic uteri vires expultrices evigilentur & irritentur ad faciliorem expeditionem, fæpius enim exhibeamus ʒ 1. Dictamn: *ol: fuccini gut:* 1. aut potius ol: *nuc: mosch:* in Aq: *Cinamom:* quum ab obftetrice ex affueto more partes illiniantur *Ol: Amygdal: dulc: liliorum* & *viol.* Venter etiam foveatur ab oleis *Amygdal*, &c. vel a Decoctis, *Rad: Lill: Alth: Aristol: Fol: Artemis: Sabin: matricariæ, Violar: Sem: Anisi: Fænugr: Flor: Camomil, &c.* Atqui potio fit efficaciffima talis *viz.* Ad partum faciliorem Remedia.

℞ *Bacc: Kermes, Cinamom: Trochisc: Myrrh. Caff: Lign. Galang. Rad: Aristol: Dictamn. ana* ℈ 1.
Croci optim. Sem: Cumin. ana ℈ *ß*
OL: fabinæ, ana gut. 2.
Cum Aq; Cinamom. ℥ *ß*
Et Artemis: 4. ℥ *M: f:* Potio.

Haustus qui post tres aut 4 horas reiteretur. quinimo pulveribus illis speciebusque *Bolus* f. cum pauxillo *Theriacæ*, addendo *confect: Alkermes* & EXTRACT: *secundin: Puerperæ*, Sambuci, vel ebuli bacc. Sabinæ, Gentianæ; sive chelidonii. *Dioscorides* autem laudat *Balsamum* in avis jusculo; necnon instar præsidii laudatissimi, *Z. Lusitanus* in obs. 149. extollit ʒ 1. *Chrysocollæ* (sed officinis appellatur *Boras*) vel *in pulvere* cum Aq. Artemisiæ, *Sabinæ*, *stillat:* sive vini generosi decoct: ℥ 3. Aut in *Pilul.* cum *Syr. Artemis:* &c. In *Doloribus* sævis Empl. *de Galbano* imponatur, sive Cataplasma, vel unguentum è *succis Sabin: Artemis: Mercurialis*, *Porri*, *Rutæ ana* ℥ 1. *Ol: cheirini*, papav: *anethi ana* ℥ 1. *Galban: aceto dissolut.* ℥ ß. *myrrh: Dictamni Cret: Assæ fætid: Aristol: rot: ana* ʒ 2. Cinamom. *nuc: mosch: cariophil. ana* ʒ *ß.croci* ℈ 1. *ceræ* q. s. Sternutatoriis etiam utantur hæ fœminæ ex *Aphor.* 35. S. 5. Γυναικὶ ὑπὸ ὑστερικῶν ἐνοχλουμένῃ, ἢ δυστοκούσῃ πταρμὸς ἐπιγενόμενος ἀγαθόν. Sic è Pulver: rad: Pyrethri, Helebor. alb. piperis longi ana ℈ 1. Castor. gr. 6. f. Pulv. & ol. Succini in nares ad quantitatem ciceris una vice suffletur. Præterquam in doloribus immensis fiat decoctio *Camomil.* Marjor. *Rutæ*, *matricariæ*, *Artemis. Pulegii*, *rad. Aristoloch. Dictamni*, *Lillii Alb.* Semin. *Cumini*, *Carui*, *Anis. Dauci*, *Fœnic. Anethi*, &c. *in vesica suillæ calideque matrici applic.*

Diascorides. Lusitanus.  Emplast. unguent. Sternut.

Attamen in præpostero *Fœtus* adventu, eumque recte versus partum convertere detur ei *Mummiæ*, sive *visci quercini* quantitas pisi, in vino vel Aq. Cinamomi, & in partu haustulus vini vel Aq. Cinam. cum guttula vel pulvere nuc. Mosch. Dictamni, succini, cum ol.

In præpostero fœtus adventu.

Amygdal

Amygdal. dulc. exhibeatur. Ast si *fœtus* sit mortuus, facultas expultrix uteri tanto magis & fortius irritetur. Adeo ut Rad. Solom. Sigil. contundatur & applicetur calide matrici cum tenui panno, pudendaque fricando. V. S. è Saphena celebratur apud *Maur. Cordeum* in com. Hipp. Balneum oleaginosum cum decocto Aperientium tantopere laudatur à *Thaddeo Duno*, lib. Miscell. Sic Aetio atque Valleriola lib. 5. Pessarium autem irritans magnopere (post Balneum iteratum) sit. Pro fœtu mortuo. M. Cordæus. Th. Dunus.

℞ GUM. *Ammoniac. Galban. opopanac. Castor. Assa Fœtidæ*, *Stavesagr. Helleb: nig. myrrh. Aristoloch.rot. pulp. colocynth. ana* ℈ 1. Pessar.

SUC. *Sabin. Rutæ, Asari, Cyclamin. Cucumer. Asinini fellis, Taurini, adipis Leporis aut vulpini vel lupini ana* ℈ 2.

OL. *Succin. Ligni, Heraclei, Cheirini, vulpis vel Sabinæ ana gut* 5 *aut* 6. *f. Pessarium digitalis longitudinis, femorique filo alligetur.*

Tamen alii ad majorem vim addunt *scammon* ℈ 1. necnon *euphorbii.* ʒ 1. ENEMATA f. ex emollientium *Decoct.* ℥ 12. *Elect. diaphæn. diaprunis & Hemagog. ana* ʒ 3. *aut* ℥ ß *Ol. Castor. camomil. cheiri & vulpin. ana* ℥ ß *Sed* EMETICA è *sal. vitriol.* ʒ 1. in ℥ 4. *Aq: meliss.* vel *artemisiæ.* Aut *bolus* vomitivus f. ☿ vitæ gr. 4. in *conserv. salviæ* ʒ 1. Sed fœtum mortuum fortiter ad excludendum, puerperæ sequens haustus exhibeatur.

℞ *Dictamn. cret. sabinæ, Aristol. rot. ras. C. C. trochisc. myrrhæ castor. ana* } ʒ 1. Potio.

Confect. alkermis, tinct. aut extr. croci sabinæ sive tamarisci & sambuci flor. extract. & secundinar. mulier. ana } ʒ ß

Flor.

Flor. lavendulæ, cheiri, camomill. p. 4. cinamomi nucis mosch. cubeb. gran. parad. ana ℨ 1. *f. haustus vel ab iis decoctis in vino vel in* aq. *cinamomi* ℥ 2. & aq. *artemisiæ* vel aliæ specific aq. ℥ 2. aut 3. aut q. S.

Ægineta. Aetius. Quandoque tamen ab *unco* vel ab aliis instrumentis (quæ descripserunt. P. *Ægineta* lib. 6. *de re Med. cap.* 74. & *Aetius tet.* 4. *serm.* 4. *cap.* 23.) fætus extrahitur. Deinde ne *secundina* retineatur, in usu sint remedia jamjam præposita, manusque obstetricis ol. Lill. aut amygdal. illinita & in uterum prorsus immissa apprehensis secundinis, atque leniter velut in orbe circumductis, eas extrahat. Ast puerperæ sternutatoria, dentur suffumigationes etiam utpote *Suffocat.* uteri soleant usurpari è stercor. accipitris; Præsidium tamen apud pauperes est *stercus equi* in vino expressum ac percolatum, unde *fætus* etiam expellitur; sed divitibus hoc præstat.

Pro secundinis in utero.

Decoct.

℞ *Marjoran. sabinæ, artemisiæ, levistic. puleg. ana* M. 1.
Dictamni cret. aristol. rot. trochisc. myrrhæ, rubiæ ana ℨ 1.
Croci castor. cinamom. ana ℈ 1.
Stercoris Accipitris ℨ 1.
succi porri depurati ℨ 1.
semin. cumini, anisi, petroselini ana ℨ 1.
Coq. in *aq. artemis. sabin.* vel in *vino* vel *jusculo pullin.*

Atque de hac decoctione Puerpera sæpe bibat & tuto addendo *OL. marjoran.* & *succini ana gut.* 1. oleumque succini & carei a. *gut.* 3. ad 8. in vino, *partum* accelerat (inquit *Hartm.*) tandem quum peperit, tam matri quam infanti cura summa petitur. Et in puerpera, ut dolores mitigentur Aquis, plantag: Solani & *Oleis* un-

unguentis, *Emplast*: de Galbano & *vires* instaurentur, cordialibus cum elect. Gem. *Diamarg:* frigid: *Syr:* viol: Borag: &c. Atque purgatio (quum vires recuperantur) fiat. Sed fætus abluatur aqua tepente velut in balneo à sordibus, oleoque amygdal. Vel cremore lactis inungatur. Puerperæque venter foveatur Ol. *Amygdal. tepidoq; vino*, Sanguinis autem fluxus nimius Trochisc. karab. Bol. *Armen.* &c. ʒ 1. in *Aq. Plantag.* & adstringentibus prioribus sistatur syrupisque Coral: ros: sic rub: *Myrtil.* Portulac: cum EXTRACT: *Symphyti*, Magister: *Coral*: & *croc*: martis &c. Et *idem* sanguis menstruosus in *Cochl: ferreo* statim exiccatus cum vitello ovi crudo sistit. Venter & inungatur *Ol: myrtil.* Cydon &c. Quum Puerpera vires satis obtinuit has pilulas sumat ad ʒ 1. pro vice una.

℞ *Dia Senæ, myrobal. Heræ P. S. Trochisc. Agaric ana* ℥ 1. *&* ß.
Spec. Diambræ Diamosch. dul. diamargarit. calid. Christal. Hyacinth & confect. Alkerm. ana ʒ 1.
Elect. Eliscoph. de succo rosar. & cremor. Tartar. ana ʒ 2.
Sem. cumini, fænic. Anisi & Aromat. Zinzib. cinamom cubeb: & Diagalang. ana ℈ 2.

Extract. Senæ, Rhabarb, Agaric. Juniperi: Aloes. Gentian. ana ʒ ß
Ol: Thymi, Auri, nucis mosch: chym: & Macis ana gut. 3.
Sal. Artemis: cardui B. & Sal: *a* ♁ *mei Elixeris vitæ ana* ℈ 1.
Syr è suc. porr. vel è Spin: Cerv: Q. S. M. *f. Pil.*

Post vires recuperatas Pilulæ.

Hucusque ad *THERAPEIAM* hujus triplicis constitutionis, tam *ante*, quam *post conceptionem* & quoad intemperiem Puerperarum, *fætusque*

quam

quam hominum & *Germinis* ex hac *Spermatosi*, satis hæc dicta sunto, cæteraque de hac re velut in unum *manipulum* ad hoc *Exemplar* decerpamus.

SECT IV.

De Prophylaxi & Hygiena Spermatosis.

2. De *Prophylaxi* spermatosis.

HIS decursis ac prælibatis, hoc stadio *PROPHYLACTICUM Medicorum* pensum exquiremus, & (ut hoc opus satius absolvamus) hujus *indicationes præservativas* respiciamus, in ejus omnibus *familiis* viz. *Naturali*, *Vitali* ac *Animali*. Sic è *Galen*: *Meth*: *medendi*, Et ejus *Intentiones* indicantur ab *excretis & Retentis* vel in Nimia, vel Diminuta SPERMATOSI.

1. Ab ejus recrementis & 1. halituosis.

1. A *Recrementis* interius congestis, retentis, vasa viasque vel *oppilantibus*, obstruentibus, vel *aperientibus* ultra modum naturæ; aut ob halitus mercuriales sulphureosque retentos, unde principes partes corporis impingantur atq; cudantur ad varios affectus, earumque functiones sufflaminantur. Et triplex hoc Perittoma satis amplè testatur in *Roder. à castro de morbis Mulier. l. 2. c. 29. Tria* (dixit ille) *solent apparere recrementa* uti *scripsit* Gal. 3. Meth. 3. *unum tenue, alterum crassum, tertiumque purulentum*. Quod autem deposuit ille propter ulcera, sit verum dicere *de vitiatis* nostræ Spermatosis *principiis*.

D. *Rodericus*.

principiis. Quippe 1. Perittomata vaporosa talia sunt, qualia eorum principia ex quibus proveniunt, & vapores hi sint *mercuriales*, Spirituosi, *salosi*, vel *sulphurei*, qui per sudores expirare vel evanescere debent. Quum vero retineantur ab exitu,& arceantur aliquo impedimento vel interveniente vel occurreute, semina fiunt & radices affectuum infinitorum. *Quapropter* (inquit *Quercet*: cap. 18.*Def:Herm. med*:) *Ejusmodi excrementorum separationes si sensim ac gradatim nullaque violentia fiant, felicem prorogant ætatem ad extremum usque senium. Si vero præcipiti momento, & vi quadam violentiore vehementioris alicujus motus, aut morbi (ut inflammationis, aut ardentissimæ febris) extrudantur, ætatem corripiunt ac contrahunt senectamque accelerant, aut etiam per Syncopas & lipothymias immaturam mortem præcipitant.* Adeo ut in ordine *Prophylaxis* atque vaporum horum *præcautionis*, nobis incumbant hæc. 4. *Quercetanus.* Pensum in pro phylaxi chymiatricum.

1. Ut principia ipsa eorumque *Anatomen* tam quoad sanitatem quam morbum atq; *vanaletudinem* satis hac spermatosi calleamus. Unde non tantum occultiora tanquam in *Scorbuto*, Lueven. *Peste* (de qua sane fœlicissime consulamus *l. Eruditissimi*, Amicissimi mihiq; nunquam in amore honoreque satis *habendi* D.D. *Isbrand. de Diemerbroeck Med. Professoris ultraject.*) sed etiam apertiora nobis obviam veniant. Ducesque fiant ad optimam *præcautionem*, ob principiorum proprietates è quibus prædestinatio *sanitudinis* aut *valetudinis* validissime vigeat. 1. In Atome principiorum. D. Diemerbroeck.

2. Ut perittomata propria cujusque concoctionis corporis & eorum motus methodosque evacuandi non ignoremus, ad vindicandas elaborationes 2. Excretorum.

borationes has Chymicas naturæ, omniumque partium *Principum* cujuſque Conſtitutionis *Functiones* liberare, Arcanumque naturæ ſive *Purum ab impuro* ſuſtentare. Ideoque recrementorum contractio præcaveatur, eorumque detractio ſanis modis ac viis promoveatur, ἔτι ἡ μὲν σύντηξις ἀεὶ νοσώδης, ἡ δὲ τοῦ περιττώματος ἀφαίρεσις ὠφέλιμος, ἡ δὲ τοῦ σπέρματος ἀποχώρησις ἐπαμφοτερίζει διὰ τὸ προσλαμβάνειν τῆς μὴ χρησίμης τροφῆς. Ariſt. περὶ ζώων Γεν. lib. 1. cap. 18.

3. In moribus naturæ.

3. Ut conſuetudinem naturæ quam Genericam tam ſpecificam (utpote Spermatoſi) ſatis accurate perpendamus & 1. Quod eſt, 2. Circa quæ verſatur, 3. Quæ ſunt ejus vires & potentiæ, Corporis in tribus Familiis, *viz.* Animali, Natur. & Vitali. 4. Et quomodo mutetur ſi ſit conſuetudo vitioſa, quæ nobis omnia propalentur ex indicationibus conſervativis, comprehenduntur que hoc trito diſticho.

Ars, Ætas, Forma, & Regio, Complexio, Virtus,
Mos, ita Symptoma, & Repletio tempus ac ἕξις.

Jamvero quemadmodum in Pneum. lib. 2. cap. 7. indigitavimus, ab indicationibus Curativis extricantur morbi innumeri, haud ſecus ab Indic. his conſervatoriis ſanitates etiam varias expugnaremus, quibus omnibus præcautionem ſanam debemus. De hac re *Paracelſum* (licet haud omnino ad mentem noſtram) exaudiamus lib 3. *Chirurg. min: Præf:* cujus verba ſunt. *Non alias in homine variæ ſanitatis & Morborum conditiones occurrunt, & quot* SPECIES *tot* SANITATES. (Ita mox ſequitur.) *Variæ ſimilitèr in homine ſanitates exiſtunt, pariformiter in Smaragdo mutationes variæ, &c. Ut in homine* SANITAS *Cognoſcatur, primo ſciendum*

Paracelſus.

eſt

est Medico, Stomachum ultra centum imo plus mille Conditiones habere ; Sic ut si Mille varii simul astarent homines, quorum quisque PECULIAREM *suam digestionem haberet , nullaque similis alteri foret, at una Melior & alia pejor ; sic etiam in* HEPATE *sunt centum variæ sanitates ,* (sic in vasis Spermaticis & Spermatosi.) *Et in toto corpore similis est unicuique conditio peculiaritèr ordinata , Quæ Conditiones ut illæ quæ graduum æquè sunt innumerabiles. Videmus in exemplum unum alterum semper fortiorem, & quoties natura fortiorem producit, Peculiaris toties adest sanitas. Inde regimen subsequitur, non ratione morbi vel infirmitatis Stomachi,* (Hepatis, vel alicujus partis) *sed ad istius CONSERVATIONEM Sanitatis.* Quot variæ intemperies à *Spermatosi* Corpus aut partes heluantur quis uspiam concepit ? & è *Prophylactic: Indic:* tot Sanitates reperiantur aut Sanitatis ejus *Species,* (Quippè valetudo tum Sanitatem tum morbum respiciet.) Adeo ut qui non *Indicationes* rite desumunt , neque curationem neque conservationem, ut par est, instituere queant.

4. Ut his præmissis, *Præcautionem* justam partim à *DIÆTETICA ratione* partim à *MEDICINA* Coctioni huic inferamus. Sicubi propter hæc *halituosa Recrementa* ; si proveniant è nimia *siccitate,* tam alimenta quam remedia humefacientia, suggeruntur. *Necnon* Alia Quæ Principiis ipsis, haud eorum vitiis aut anomaliis conveniunt, unde *Similia quoque Similibus* versus sanitatem è convalescentia caveantur. Consimilique modo quum exoriantur è *Caliditate , humiditate ,* &c. Veruntamen hi *Vapores* salsi *nitrosi, sulphurei,* &c. reprimuntur.

4. In Retione Diætetica prophylactica.

Similia Similibus caventur.

1. A

1. A ratione Diætetica.

1. A ratione Diætæ, sive victu tenui, refrigerante, humectante, parco, sobrio, sed bono chylo, haud flatuoso, nimis spirituoso (a vinis generosis) sive semini potenter inserviente; utpote cremore Ptisanæ, Lactuc. Endiv. Cichor. Patulac, Ros. rubr. Veneris umbilic. Viol: Nymph. Vitic. Santal. omn. Coral. Smarag. Sed abstinendum sit à nimium Calidis, salsis, acerbis & aromatibus, &c.

2. A ratione Medicinæ conservativa.

A ratione Medicinæ Int. ex Syrupis, speciebus, Extractis, Decoctis, Conservis: Ros: Nymph: Viol. Lactuc. summit. vitic. Flor. Altheæ, Coral. rub. Smaragd: Diamarg. frigid: Diatrionsant. Sal. Prunell. Tartari, &c. *Catharticis*, è Cass. recent. Ext. man. Tamarind. Elect. Lenit. Myrobal. &c. Sed ad Alterat. summe laudamus, Succum Astacorum aut Cancrorum Fluviatilium crudum, ex contusis expressum cum jusculo sive decocto prunorum. Idem & certius præstat spiritus Saturni si una alterave guttula in Aqua Specifica Patienti detur, vitandus autem sit ejus usus nimium frequens, quippe

Frigida SATURNO *non bene juncta* VENUS.

Sic & creber usus Camphoræ ejusque olei. Sed

3. A ratione Med. Ext. Balneis, Oleis, Linimentis, Unguent. aliisque Topicis utamur, Clysteres, V. S. fonticulique conficiantur ob excrementa vaporosa sive tenuia.

2. Recrementa crassiora præcavenda sunt.

2. Spermatosis etiam perittomata crassiora morbis variis ortum dant nisi sane vel opportune præcaveantur, de quibus etiam Quercetanus eliminavit his verbis cap. 18. *Def. Herm. Med.* Etenim (inquit) *ex aqueis, crudis, & serosis excrementis, ex aereis, flatuosis aut ventosis, denique*

denique ex crassioribus ac terrestrioribus, aut fætidissimis utcunque corruptissima sunt, produntur tamen quædam in singulis, vestigia eorum effectuum, quos purior trium principiorum substantia (ex quibus tanquam impura separata sunt) procreabat; siquidem qui debitam istorum Anatomen volet experire, reperiat. Obstructionibus ab his, auxilia fortasse fiant magis universalia atque Communia; tam Alimentosa ex aperientibus 5. Radic. Herb. flor. & exercitiis, frictionibus, quam Medicamentosa, Pilulis, Apozem. Pharmacis, Tabellis (ex Lapid. Bezoartic. Diacareïn. Pulv. Cachectic. &c.) Sic Elect. Alhandal. & Specif. Purg. Paracelf. Pilul. Antimonial. Arcan. Corallin. Pil. Palmarum. Calomelan. &c. Utantur haud temere sed præcaute consultoque ad sanas intentiones. Insuper præsidia sint magis appropriata his vel aliis partibus atque deoppilativa, quibus non lubet heic instare. Nihilominus hæ pilulæ partim à nobis, partim à Riverio conveniant, magnumque emolumentum ad deobstruentiam Naturæ conferant.

Pilulæ.

℞ *Spec. Hieræ, P. S. Pulv. Cachectic. Turpethi, Troch. Agaric. Dia Senæ. Rad. Scolopend. & Bezoar. Cervin. ana ʒ 1.*
Gum: Ammoniac: solut. in aceto. & Sagapen: ana ʒ 2.
Trochisc: myrrhæ de Capper: de Eupator Cinamomi, Diagalang. ana ℈ 2.
Croc. & Sem. nigel: Rom: Cumin. Anis. Fænic. agnicasti ana ℈ 1.
Extract. Rhabarb. Aloes, Gentian, Bac. Sambuc. ʒ ß.
Sal. Melissæ, Absinth. Artemis. & Cremor. Tart. ana ℈ 1.
Ol: Rutæ, marjoran. nucis mosch. Chym. Aurantii, Croci, Succini ana gut. 4.

Cum Syr. de ſpin.cerv: vel. abſinth. ſive fumariæ. f. maſſa pro pil. & doſis ſit à ℈ 1. ad ʒ ß.

D. Riverius. Aſt ſi juxta conſilium D. *Riverii* (Salibus & oleis omiſſis) hæc omnia rurſus extrahantur cum 🜄 tartariſato, atque redigantur ad formam unius extracti, tunc doſis ſit a Semiſcrupulo ad ℈ integrum mane Sumend. pro 12. dieb. ſuperbibens vinum album.

3. Recrementa purulenta. 3. Recrementa purulenta copioſiſſime fiunt, quum Spermatoſis orbatur a Spiritibus tam è Choragio *VITALI* quam *ANIMALI* ſuppeditandis. Exinde Gonorhæa necnon alii morbi proveniant (atteſtante Rondelitio) Qui Hiſtoriam edidit de Viro nobili ex abſceſſu renum & Seminis intemperie frigida (quod adeo putredine recrementoſa redundabat) cum Gonorrhæa laborante. Sed præcaventur etiam partim ex alimentis. Atque ex magna parte medicamentis per Aq. Syr. Apoz. decoct. olea Liniment. Unguent. Baln. ex Herb. fol. flor. Semin. &c. adſtringentibus ut abſinth. myrtil. Menth. &c. cum Thure, Maſtic. olib. Balauſt. Spica, Auripigm, Alum. &c. ſic ex Fol. Lauri, Plantag. Portulac. Solan. Valerian. Rad. Tormentil. Angelic. Cort. Granat. ſaſſafras, ſarſaparillæ, &c. ſem. Fœnic. Angel. Aniſ. Coriandri. Et Electuaria formentur è Conſerv. Roſ. Rub. Anthos, Beton. aut ſpeciebus propriis aut potius Extract. Rhabarb. Jallap. Coral. rub. C. C. Bezoar. Cervin. Balauſt, ita cum Caſſ. recent Extract. Elect. Len. ſucc. aut extr. Glycirrh. Trochiſc. de Karab. Pulv. Cachect. Mummiæ & Terr. ſigil. Crem. ☿ Tart. Lap. Prun. Lap. contra yerv. Magiſter. Perl. Chryſtallique, &c. Terebinthinæ Chiæ pauxillo Emulſioneſque

fiant

fiant. Sed Pilulæ Palmarum aut potius hæ sequentes vi mirifica juvent, & opitulentur.

Pilulæ.

℞ *Spec. Diatrion: santal. Diarrhod. Abbat. Diasenæ, Mummiæ, ana* ʒ 1.
Trochisc: Kerabes, Mastic: Resin: Terebinth. Bezoar. Cervin. & oculor, cancror. ana ʒß
Pulv. Diacalaminth: Menth. Absinth. Rom. & Bacc. Myrt. ana ℈ 2.
Semin. Agni Casti, Coriandri, præp. & Aromat. Caryoph: macis, nucis mosch. ana ʒß
Terebinth. Chiæ, & Elect. Len. ana ʒ 1.
Extract. *Juniperin. & Myrt. Bacc.* Cheli*don. Aloes Rhabarb. ana* ʒ ß
Ol. Rutæ, Marjoran. Anisi, Cin*amomi ana gut. 6.*
Sal. Ligni Sancti, absinth. Prunellæ, Fabar: & Artemis. ana ℈ 1.
Pulv. Glycirrhiz ℥ 1. *vel Extract:* ʒ 1.
Coral: *Rub: præpar. & Chrystal: ana* ʒ 1.
F. Massa pro pil: cum Syr: Ros: sicc: aut Myrtin.

Dosis sit a ℈ 1. ad ʒ *ß*. Magisteriumque sepiæ pisc: à *6.* gr. ad ℈ *ß*. sumatur in Conserv. Rosar: aut Anthos, aut flor. Nymph: Hæc conservationi spermatosis ab ejus recrementis accommodantur.

2. Prophylaxis etiam spermatosis pleonasmum seminisque copiam nimis adauctam respicit ex indicationibus conservativis, à quibus indicantur ea quæ semini vel quantitate vel qualitate prava redundanti leges imponant. Quapropter patiens abstineat ab iis tam eduliis quam remediis semen copiosum, sive spermatosis elaborationes, ejusque principia nimis activa vel effera provocantibus. Qualia sunt nuclei pini, Avellanæ, Castaneæ, jugland.

2. Prophylaxis ob nimiam ubertatem seminis.

Dactyli, pistac. Testes Ariet. Gallorum, aut Animal. Salac. Fabar: Pastinac. Rapæ, Eruc. Ciceres, Dauci, &c. Sic quoque vinum Generosum, Elixeres, & Arcana, Chymic. vel Extracta, Satyrii, Cond. Eryngii, &c. unde lepide dixit Epigrammatista.

Cum sit anus Conjux, aut sint tibi mortua Membra
Nil aliud, Bulbis quam Satur esse, potes.

Sed è contra; Spermatosis nimia præcaveatur alimentis atque medicamentis refrigerantibus, semen absumentibus, aut ejus effera principia saltem cohibentibus è flor. fol. Sem. Papav. Lactuc: Nymph. Portulac. Plantag. Salicis, viticis, umbil. Veneris, Agni Casti, Acetos. Summit. Rubi, myrtil. viol. Fragar: Boragin. Menth. Calamenth. sic è succis Conserv. Syrupis, Extractis, oleis, *&c.* Sicc. Rub. Ros. Sempervivi, Polygoni, Granator. Citri, pomorum acid. Coral. Rubr. Chrystal: Smaragdi, myrtillor: Camphoræ, Ol. Saturni, &c. semin. Carui, Fœnic. agni casti, Coriandri, &c. aliisque prius tractatis, quæ spermatosin debite legibusque naturæ deleniunt. Nec minus de- Galen. prompsimus è Galeni scholis, cujus verba l. 5. de simp. *Med. Fac.* cap. 23. sunt hæc. *Quæ refrigerare sunt idonea tum edulia tum Medicamenta Semen cohibentia, incrassantia, magisque fixum facientia vim habent (sperma) supprimentem, sed haud corrumpentem, viz. Lactuca, blitum, atriplex, mora, cucurbita, melopepones cucumeres. Porro quæ resiccant, prorsus necesse quidem semen permittunt, si calidæ sunt naturæ veluti Ruta; sin autem nihil calefaciunt. Semen restringunt utpote Nymphæa, &c.* V. S. tamen in corpore plethorico vel nimis athletico Celebretur, nonnunquam etiam fonticuli conficiantur.

3. Ve-

3. Veruntamen ex imbecillitate spermatosis valetudinariæ, eaque diminuta statuuntur usque ad indicationes ac intentiones conservativas alia tam Alimenta quam Medic: quæ, Vires Σπερματοποιητικας, activa principia necnon eorum exantlationes omnes sanas in vasis ac elaboratoriis exsuscitent. Ex optimis alimentis & carnibus hædin: vitulin, ovin: Capon: Gallin: Perdicum, Phasian: Columbin: Turturum, Anserum, Anatum, Passerum, Test: arietum, Gallorum, &c. Aromatibus, seminibus, Floribus, Radicibus, Cerealibus, Oryzæ, Fab: Cicer: Pisarum, optimi tritici, Amygdal: Fructibus, Nuc: pin: Distac: Dactylor: ficuum, jujeb. Cremore Lactis, sic ex lautis & opiparis, bellariis, vinis, spiritibus. &c. Ex: gr. 3. Ex imbecillitate spermatosis prophylaxis.

℞ *Pastinac: Oryzæ, tritici, Excortic: & Amygdal: dulc: Dactylor: Nuc: Pin: ana partes æquales, Semin: bulbi, napi, pastinac: linguæ avis, nucis, mosch: ana ʒ i ß.*

Aromat. Cinamom. Piperis, Galangæ, Cardamom: ana ℥ ß.

Coq: in jure Gallin: Cum Test: Ariet: Caud: Scinci, & Cerebell: Passerum atque Columbar. Hoc cum vino generoso mirabiliter inserviat spermatosi debili.

Sed à Medicamentis, prophylaxis ejus fortasse petat simplicia è succ: sem: syrup: Cons: Anthos: Beton: &c. Radic. Eryngii: satyrii, Asparagi, Napi, Pastinac: Allii, Rapæ, Cond: Zinzib: Nucis, Mosch: virid: jugland: &c. sive compositaè speciebus, Diambræ, Diamargarit: Cal: Diamosch: Dulc: Diasatyrii, Diaspermat. Diatrionpiper: Dialaccæ, Diamenthæ, Diacarein, cum rasuris C: C: & priapi, Cervi aut

tauri, Test. vulp: sicc: Diagalang: &c. cum extractis satyrii, Test: Ariet: Matricis Leporis, aut Cervi, Bacc: sambuc: Juniper: &c. salibus succini, absinth: artemis: Jovis, & oleis, Rutæ, Marjoranæ, Aurantii, croci, nucis mosch: Cinamom: Chymic: &c. cum theriaca, Mithridatio, Coagulo leporis aut leonis, &c. nobiscum ad conservandam spermatosin summe laudatur hic Pulvis sequens in ovo sorbil: sive jusculo sumend.

Pulvis. ℞ *Pulv. Testic: vulp: & Gall: de Priap: Cervi vel Tauri, Diamenth, Diasatyrii, & Caud: Scinc. ana* ℨ 1.
SPEC: Diamb: Diamosch: Dulc: Diagalang: & Diamarg: Cal: ana ℨ ß.
Semin: Erucæ, Urtic: Pastinac: Nap: Asparag: Anisi, Fraxini, ana ℈ 1.
Aromat: nucis, mosch: Cinamomi, Cubeb: Cardomem: Zinzib: ana ℈ 2.
Sal: absinth: Artemis. & ex sale Armenic: præp: ana ℈ 1.
Ambragrys. gr. 6.
Cum Sacchar: ℥ 4.
f. pulvis

Dosis sit ℨ 1. in Ovo, jusculo, sive vino generoso mane. Propterea formentur ex iis pilulæ cum pauculis gut. Ol: Chymice, præparat: & Cerebellis, Passerum, aut Columb: cum Mucilag: Sem: Fænugr. sive syrupis propriis confect: sic Tabellæ, morsuli (cum Sacchar: solut. in Aq. Meliss: sive specific:) & Electuaria componantur. Cathartica tamen haud omnino congruunt nisi cacochymico Corpori, tunc statuantur ex Infus. Nostr. Purg: cum specificis Syrup. vel è sequenti.

Hier.

Purg.

℞ *Hier: p: S. ana* ℥ 1. *Fol: Senæ & Radic: Polipod: ana* ℥ ß. *Cinamom: Sem: Anisi Coriandri, Præp. & Cartham: Conquass: ana* ℈ 1. *Infus. pro tot: noctem in vino l. ß:*	*Tunc: colatur: adde de Extr: Rhabarb:* ℈ 1. *& Elect: Lenit:* ℈ 2. *Sal: Prun:* ℥ 1. *cum Syr. Artemis: aut Meliss.* ℥ 1. Sed nunqnam aut rarissime purgamus ex Indic: Conservat: ast

duntaxat ad intentiones curativas.

3. Denique & verbotenus HYGIEINAM spermatosis nostræ retrospicere restat, ex ejus triplici familia sive constitutione. Nostræque Doctrinæ Hygiasticæ ratio, sive recensio tum rebus 6. *NONNATVRALIBVS* tum rebus 6. *NATVRALIBVS* aut principiis elaborandi, huicque concoctioni convenientibus apprime consistit, nempe principiis. 1. Spiritus. 2. Mercurii, 3. Sulphuris. 4. *S*alis. 5. Aquæ, 6. Terræ, Tartariq; quibus res 6. Nonnaturales ancillari perpetuo debeant. Et ex his *SANITAS* in ejus triplici familia conservetur, 1. in ejus Naturali, Crasis, organorum structura, 2. in Vitali constit: calor: innatus ac influens ad exantlandum semen 3. in Animali constit: ad ejus vim triplicem, nempe Prolificam, Plasticam, Nutritivamque (quemadmodum prælibavimus in priori capite) quibus omnibus tam corporis quam spermatosis εὐκρασίαν necnon εὐεξίαν moliremur. Ex iis etiam multæ sanitates instituuntur a Paracelso, quam ab iis in vitio multi variique morbi, in iis (quasi radicibus) fundatur omnis futura Sanitas, sed in eorum vitiis ac Anomaliis intemperies futura. Quamobrem etiam à Parentibus aut Ger-

3. De Hygieina Spermatosis ad ejus triplicem Oeconomiam ex rebus. 6. nonnatural. Principiisque 6. naturalibus.

minis principiis vitiatis deriventur hereditarii morbi, qui doctrinis à *Fernelianis* lib. 1. Pathol: cap. 10. enucleantur his verbis. *Bene temperatum* semen *temperiem, calidum vero atque siccum, frigidum atq; humidum similem quoq; naturalem, insitamq; temperaturam similaribus partibus inurit. Quocunq; enim morbo* (i. e. ex vitiis *PRINCIPIORUM* spermatosis) *pater quum generat tenetur, cum* SEMINE *transfert in prolem: Sic senes & valetudinarii imbecilles, Nephritici, Arthritici, & Epileptici filios vitiosa CONSTITUTIONE gignunt, qua tandem in morbos similes hæreditarios idcirco nuncupatos incurrant, ut parentibus liberi succedant non minus morborum quam possessionum hæredes.* Adeo ut Hygieina vera spermatosis propagandæ speciei plurimum confert. *Sic* (inquit ille) *præclare humano generi consultum videretur, si soli parentes bene habiti æque SANI liberis operam darent, si Agricolæ sementem facturi purum semen & fætum seligunt, experti frugem malam è marcido percipi; quanto id diligentius in procreandis liberis observandum? Jamvero adventitiæ causæ genitis nobis dum extrinsecus occurrunt, Alias sæpe in nobis excitant morborum OPIFICES*; nimirum intrinsecus & ex his principiis in vitio. Quibus extrinsicæ causæ (vel à rerum 6. Nonnaturalium vitiis ac erroribus) avidius inserviunt, unde sanitas vehementer impingatur atque incommodetur, non tantum quoad Elementaria ac corporis humores, quinimo principiis, ipsis particulisque insitis utpote supra memoravimus. Ast quoniam sane vel perperam afficiantur ex causis à foras vel à rebus. 6. Nonnaturalibus (ita vulgo dictis) Ideoque ex Hygieinæ ratione spermatosis eligamus.

Fernelius.

1. *Æ-*

1. *AEREM* ambientem (quantum fieri possit) optime temperatum. Quippe multum conferat non tantum ad actuale Germen sive fœtum in utero, sed etiam ad ejus Potentiale in spermatosi; spiritibusque fiat pabulum, flabellumque principiis & elaborationibus Naturæ per totum corpus. Atque duobus accessibus, Archæum ipsum, flammulamque biolychnii foveat. 1. Quatenus extrinsecus ambit, ac per porulos spiraculaque cutis insinuat. 2. Quatenus intrinsecus accipitur & communicatur spermatosi, totiq; corpori. Forsan & ex hac causa *Varro* quo Nemo unquam doctior vixit de eo (dixit Lactantius) olim Animam existimabat, *Aerem ore correptum esse tepefactum in pulmone, fervefactum in corde, diffusumque per totum corpus.* Adeo ut ejus vitia vel inquinamenta, principiorum qualitatumque immoderationes cudant, spermatosinque læsuris perperam feriant. Ex Aeris intemperie calida, vel æstuosa; principia sulphurea nimis effera sint & ultra cætera seu limites naturæ superbescant; sed ex frigida, è contra, forsan; & particulæ aquosæ vel crassiores tartareæque conspirent, atque magis activas particulas velut in ergastuli vinculis ac compedibus retineant; unde pereat Arcanum spermatosis à Depurationis ac exaltationis debitæ defectu. Spiritusque quasi segnes & torpidos, succos incrassatos ac ignavos efficere solebat, unde particulæ minus activæ ad dominatum disconvenienter imperent atque se habeant. Necnon ex Aeris intemperie nimis humida perperam afficiatur spermatosis quum corpus humoribus serosis, ac supervacaneis impletur, & omnes succi par-

1. Aer ambiens spermatosis spiritibus ac principiis confert.

Varro.

ticulis

ticulis aqueis, ac ineptis ad Spermatosin redundant, spiritusque redduntur inefficaciores, limpidiores, magis inopes ac flaccidi. Porro propter aeris inquinamenta, labes, & miasmata perturbetur hæc concoctio, prout à fætidis stagnis, lacubus, atque cadaveris, Cloacæ, paludis vaporibus putridis, sic è fumis sulphuris, Castorei, candel: Extinct: & aliis insalubribus, antimonialibus, bituminosis, ac Arsenicalibus; unde spiritus graviter inquinentur, succique corporis corripiantur, eorumque maculis spermatosis ipsa conspurcetur. Adeo ut Aer salubris, mitis, & lenis, principiis crasique spermatosis optime conveniat. Etenim instar Refrigeratorii sit iis & elaborationibus naturæ, & obtinet (inquit ille Promus Medicinæ de Meth. Med. lib. 9.) *rationem causæ sine qua non,* tam sanitate quam morbo.

Galen.

2. Alimenta & edulia spermatosi inservientia.

2. Insuper & edulia sint eligenda, quæ optime Toti integranti accomodant, dum & à toto, & à qualibet parte sive saltem à Principibus, Vectigalia materiei seminalis momentanea spermatosis, juxta Placitum Hippoc: de jure legeque Naturæ petit & expectat. Quamlibet enim apud Aristot: de Histor: Anim: l. 10. c. 2. impugnetur hæc Doctrina (cujus verba sunt Δηλονότι οὐκ ἀπὸ παντὸς ἔρχεται τὸ Σπέρμα τοῦ σώματος ἀλλ' ἐφ' ἑκάστου εἴδους ἐμερίζετο, &c.) tamen ut (probe dixit *Rodericus a Castro* de hac re in lib. 2. Mulier: nat: his multis Hippocratis sententiam explodit *Arist.* ast.) pro illa aliam nobis meliorem nondum substituit. Ideoque litem absolvamus verbis *Roderici* quæ nobis adsunt. *Seminis* (inquit) *molem atque materiam à* TOTO *decidi, & esse portionem totius materiæ,*

Rodericus à Castr.

quæ

quæ jam aut ad Totum accesserat, aut proxime ad omnes partes seminarias accessura erat; non tamen tempore concubitus decidat, sed quæ ubi abundat à natura in vasa spermatica, deponatur & ab ipsis proliciatur, ibique cum prædictis commixta Spiritibus, vim quandam ex majori ELABORATIONE *& seminis formam acquirat.* Adeo ut edulia sint optimi succi, temperaturæque, partibus tam omnibus quam his inservientia; quippe prius cibus elaboratur in Chylum, tunc in Chymum, dein in sanguinem, sic exantlatur ac exaltatur in *Pneumatosi* ad succum nutritium animalem atque per Nervos demum defertur ad spermatosin ubi fit hoc *ARCANUM* Maximum naturæ. Monstratum (abinde) *sit* (ait *Galen:* in *Meth. lib. 6.*) *omnem Animalis* PARTICULAM *sibi proprium atque simile trahere alimentum sic & ossium certe idoneum est nutrimentum ac crassius atque magis terreum, &c.* haud multum secus inquit *Paracelsus* lib. 1. de *Chirurg. Vuln:* cap. 2. BALSAMUM *inesse membris omnibus corporis intrinsecum. Hoc igitur unicum Medico restat, ut bonum &* APTUM *Nutrimentum eligat.* Præterquam Spermatosis (& omnis coctio) corporis tales succos in mixto vel edulia rapiat quales elaborationibus diversis & contrariis inserviant, utpote sublimationi versus alitionem atque nutrimentum, sic quoque præcipitationi versus excretionem. *Quod* (inquit *Gal.* lib. 3. de Meth:) *omnem qualitatis alimenti mutationem* (*alterum crassius alterum tenuius*) *excrementum sequitur.* Ita Com: 4. De *Vict: Rat: in morb:* ideoque interdum contentos in corpore mixtos humores ita aggredi fatetur, *ut à bonis pravos natura separet atq; quovis*

Galen.

Paracelsus.

Galen.

quovis modo eos excernat. Et mox ſequitur. *Cum facultates ut ſcis ſint quatuor, atque inter eas non minime valeat alteratrix, per* QUAM *diſpenſatis ab ea corporis natura alimentum aſſimilat,* COCTIO *nuncupatur nutrituræ ſubſtantiæ permutatio ſecundum* QUALITATEM *exiſtens.* Quid planius aut extricatius emergat? ſive ratiocinetur pro ratione victus? Etenim edulia talia requirantur qualia principiis ad æquas & ſanas elaborationes aptis ſint imbuta, ſic & eorum temperatura. Subinde de ſeipſo dixit ille, *de Bono Maloque Succo. Mihi Pater erat Geom: Architect: Log: Arithm: & Aſtronomiæ, peritiſſimus, & omnibus qui ipſum norant, juſtitiæ, probitatis, ac Temperaturæ nomine ſupra omnes Philoſophos admirabilis; Hic ergo talis mihi Puero quidem Vitæ rationem temperans* SANITATEM *à morbis immunem ſervavit.* Virtutes interim aptitudineſque ſemen ad conficiendum, quæ ſuccis his temperatis Euchymis ac Eupeptis, deliteſcunt, ex eorum Peripheriis, operationibus atque circuitibus non deſpoliantur, non extinguuntur, ſed potius acuuntur. Poſtremo talis ſit victus ratio, qualis æque conveniat nutritioni Generationique, quoniam (inquit *Ariſt.* de Anim: l. 2. c. 4.

Ariſt. ἐπεὶ δ' ἡ αὐτὴ δύναμις τῆς ψυχῆς θρεπτικὴ καὶ γεννητικὴ, περὶ τροφῆς ἀναγκαῖον διορίσαι πρῶτον) facultas nutritiva Generativaq; eſt eadem unde neceſſe ſit de alimento primum agere ἡ δὲ τροφὴ παρασκευάζει ἐνεργεῖν. Nutritiva conſervat individuum, ſed Generativa ſpeciem, ex iiſdem alimentis & eduliis. Nutrimentumque cujuſque *Galeno* de Temper: lib. 3. ſit & quod nutrit, & veluti nutrimentum, & quod futurum nutrimentum eſt; necnon apud *Ariſtot.* de An: lib. 2. cap. 4.

τρία

τρία τὸ τρεφόμενον, καὶ ᾧ τρέφεται καὶ τὸ τρέφον, omnimode talis esto nutritio nostræ Spermatosis; viz. ab iis in initio quæ sunt veluti nutrimentum, in medio nutrimentum, sed in fine necnon apotelesmate Spermatosis, nutrimentum etiam futurum Germinis ac Embryonis. His perpensis eligenda sunto convenientia, tam toti corpori quam spermatosi. De qua dispensandi nutrimenti Oeconomia peripateticos audiamus ὥσπερ γὰρ οἰκονόμος ἀγαθὸς καὶ ἡ φύσις οὐδὲν ἀπολαβεῖν εἴωθεν ἐξ ὧν ἐστὶ ποιῆσαι τι χρηστὸν, ἐν δὲ ταῖς οἰκονομίαις τῆς γινομένης τροφῆς ἡ μὲν βελτίστη τέτακται τοῖς ἐλευθέροις Arist. l. 2. de Gen. Anim. cap. 6. *Omneque* (Galenus edocuit in lib. 7. de Temper.) *Animal conveniente sibi nutritur alimento, conveniens autem cuique alimentum est, quicquid assimilari (corpori sicubi parti quod nutritur) potest; oportet igitur toti nutrientis substantiæ ut cum tota Nutriti natura* COMMUNIO *aliqua, similitudoque sit.* Galen.
Καὶ ἡ γὰρ οἰκεία τροφὴ ἑκάστων ἐν τούτοις ἐστί. *Arist.* de Hist. Anim. l. 9. c. 26. Adeo quemadmodum Sebast. Scrofa fusius explicavit de hac re in *Præf. Gal. de succo bono & malo*, inter omnia alimenta medium tenuit media materia, cujus usus est securissimus, faciliusque paretur necnon exantletur sive coquatur ad ἀκμὴν; *melioresque cibi citius intumescant* (ut Galenus habet) *facilius concoquantur & optimos succos* (tam ad nutritionem quam generationem) *præbeant.* Sebastian Scrofa.
Ἡ γὰρ εἰς τὰ κῶλα τροφὴ, τρέπεται τοῖς τοιούτοις εἰς περίττωμα σπερματικὸν (Arist. de Gen. Anim. l. 3. c. 1.) ὅτι δὲ τρέπεται εἰς τὸ ΣΠΕΡΜΑ ἡ ΤΡΟΦΗ φανερὸν ἐκ τῶν συμβαινόντων, &c. quoniam alimentum exagitatur in semen. Calidiora ideo alimenta potulentaque nimiopere incalescentia quæ

in

in particulis nimis evectis, efferis, sulphureis spirituosis, volatilibus, aut inflammabilibus facillime sint facessura, vitemus; & ea quæ sunt dyspeptica unde forsitan oppilationes vel obstructiones enascantur. Esculentiæ quoque justo frigidiores è succis indefæcatis ἀνεπιτηδείοις, ἀκρήτοις & impuris, spermatosi serosos humores, verisimiliter & affectus impertiant, unde scabies, tumores, Elephantiasis, hydropes, cruditates,& infæcunditates scaturiant. Insuper & omnia cacopeptica diligenter effugiamus; sin autem talia, juvenilis mas aut fœmina vehementer expeteret, ne aliquid spermatosi, Germini, aut Embryoni injuriæ eveniret, è causa præcavendi nonnihil mellis aut sacchari cum guttula ol: nucis mosch: aut cinamom. Chym: sive tinct: aut ol: Aurantii marjoranæ; sive cum Syrup. Corall: citri, vel. Aq. Cinamom: detur atque elixir è cortic: gran. citri, aurant. ligni Aloes; speciebus Diambræ, Diamarg. Calid: Diamenthæ, radic: peon: &c. in vino Malvatico per aliquot dies macerat: dein & destillat, cum pauxillo mellis, laudatissime usurpetur. Vinumque malvaticum cum panis buccea ventriculo exterius imponatur, & nonnunquam unguentum comitissæ cum tinctura croci, menthæque. Esculentiæ sanæ conficiantur è carn: vitulina, hædina, vervecina, Pullin: Perdic: phasian: columb. Testic. Gallor: arietum, &c. ex piscibus testitudin: conchyl. ostreis, & Amygdal: dulc. nuc. pinear: ovis sorbilibus, olivis; Dactyl: cum vini modico; quæ omnia prosint ad spermatosin.

Dyspeptica.

Cacopeptica.

3. Somnus & vigiliæ principiis inserviunt.

3. His proxime succedunt somnus & vigiliæ, somnus etiam sit liberior, quum vigiliæ molestias

stias *Parti* sive *Toti* nonnullas inferant. Quippe somnus (inquit *Gal. de Meth.* l. 12.) *concoquit & vigiliæ* succos *digerunt.* Attamen in *Com.* 2. *de Vict. Rat: in Morb: acut: cum Hippocrate* deposuit *ob vigilias insuetam mutationem fieri, quæ tum cibos tum potus efficit crudiores.* Ideoque somnum *Amygdal. dulc.* foliis Lactucarum, Borraginis, coctis in lacte Amygdal. similibusque temperatis ac humectantibus cum Saccharo conciliemus, forsan & balneis tepidis, unguentoque de *Popul:* inungatur nares. Et hora somni capiamus. Galen.

Remedia Ext. & Interna.

℞ *Syrup: papav. albi* ℥ 1. } *in Aq. Lactucæ. q. s.* } { *Theriac: aut Mithridat:* ʒ 1. *M. f. julep. intus assumend.*

Quoniam immodicæ vigiliæ spiritus exhauriunt, concoctiones impediunt, insuper & intemperiem tam spermatosis quam Pneumatosis fervidam, acrimoniamque *Seminis* è principiis perturbatis eorumque motibus irregularibus inferunt. Unde mercuriositas ipsa deprædatur Mercurius & spiritus a geniis humidoque oleaginoso radicali defraudentur, aut dissipentur, principiaque sulphurea nimis acuantur & exacerbescant. Sed è somno moderato plurima quam corpori tam *Spermatosi* emolumenta magis accomoda conferuntur, dum vires ad debitas elaborationes refocillantur, spiritus illico principiaque restaurantur ad novam vim *Spermatopoieticam* exantlandi. Quamobrem haud absque causa scripsit *Hippoc.* lib. 6. Epid. com. 5. t. 10. *Somnum esse visceribus vasisque CIBUM.*

4. Motus & quies ut accomodent principiis & sanitati spermatosis.

4. *ERRORES Exercitii* Motusve justo vehementioris vel intempestivi; necnon *Otii nimii,* atque

atque quietis vitæque sedentariæ (unde concoctiones corporis fiant segniores, & imperfectiores) de jure *Hygiastico* diligenter effugiamus. Spiritus enim corrumpuntur, deterioraque sequuntur ex motibus nimiis ac violentis, (ait *Gal. de Meth:* l. 12.) spiritusque dissipentur in æthera per insensilem transpirationem, Nervorumque balsamum ipsum colligetur, atque pereat arcanum hoc.

Otia si tollas, periere cupidinis Arcus,
Extinctæq; jacent & sine luce faces.

Attamen mediocritate debita, exercitia tempestiva *Spermatosi* plurimum inserviant, quoniam iis calor ad elaborationes perfectas adventitius suscitetur, augeantque calorem innatum; sine, quo nuspiam fiant elaborationes sanæ ἐν τῷ Τελέῳ. *Coctionique perpetuo CALIDUM opitulatur confertque, è Gal: in com. 3. de Vict: rat. in Morb: Acut. & apud Aristot. de Gen. Anim. l. 3. cap. 2.* Καὶ γὰρ ἡ Πέψις Θερμότης τίς ἐστιν & lib. 4. cap. 1. ἔτι εἰ πᾶσα πέψις ἐργάζεται Θερμῷ, ἀνάγκη καὶ τῶν ζώων τὰ ἄρρενα τῶν θηλέων θερμότερα εἶναι, διὰ γὰρ ψυχρότητα καὶ ἀδυναμίαν, &c. omnisque coctio, præcipueq; hæc de *Spermatosi* per calorem innatum exagitatur. Ex cujus gratia fiat Exercitium; sed optimum est quod exercet *omnes partes* corporis æqualiter utpote per gressus, Deambulationes, &c.

5. Passiones animi. 5. Præterquam τὰ Παθήματα τῆς ψυχῆς præcavenda ad salubritatem sunto. 1. Quoad *Animæ Perceptiones.* 2. *Sensationes*, vel ab externis objectis, ideis, picturis, visionibus, &c. vel ab *Internis* affectibus. 3. Quoad Animæ *Commotiones*, à metu, tristitia, Phantasmate, luctibus ærumnis, & eroticis passionibus, sive φιλογυνείαις quæ quasi κατ' ἐξοχὴν appellentur *Passiones.* Dehinc enim

enim ſtupores ingruunt ecſtatici, necnon interdum catoche, ſive catalepſis. De hac re ex obſ. Medic. Tulpii lib. 1. cap. 22. cujuſdam Britanni juvenis Hiſtoriam celeberrimam decerpamus; qui conjugio cujuſdam virginis in diem ad matrimonium præſtitutum (ex improviſo) repulſus atque fruſtratus, cum catalepſi protinus erat correptus. His pathematibus animæ partes corporis principes veriſimiliter omnes ſint graſſatæ, ſicubi cum lætitia nimium dilatentur atque repleantur ſpiritibus per nervos ac arterias; è contra cum mœſtitia contrahantur atq; ſpiritibus orbentur. Exinde oſſa ipſa nervoſumq; genus exſiccantur velut è vere philoſophandi tripode ſacerrimo depromamus. Prov. 17. Ἀνδρὸς δὲ λυπηροῦ ξηραίνεται τὰ ὀστᾶ, vel ut è Tharg. ורוחא דכיכתא קיבשא גרמא ſic Arabis

والرجل الحزين يجف اعظامه

exſiccantur oſſa hominis ex *TRISTITIA*; ſed Syriis magis ad punctum & ad amuſſim

ܘܪܘܚܐ ܕܟܡܝܪܐ. ܡܝܒܫܐ ܠܓܪܡܐ *

Spiritus dum dolens atque lugens ſuccum nervoſum exareſcit; & tunc ex neceſſario patitur Spermatoſis, quæ novis ejuſdem generis copiis ſuppeditari debet.

6. Denique perducamur ad Excreta & Retenta, quorum vitia tam viris quam fœminis accurate ſint præcavenda, ne Spermatoſis ipſa male ſit diſpoſita. Fœminis enim, à catameniis, & ab earum menſtruis retentis affectus hyſterici proveniant *Aphor.* 60. lib. 5. & inquit *Hipp. lib.* 1. *de morb: mul*: *Mulierem ſanam ex Menſibus* (atque catameniis vel excernendis vel ſiſten- 6. Excreta & Retenta.

dis) judicandam esse. Sed in viris à semine nimis excreto vel retento, vitia haud morbis hystericis inferiora scaturiunt.

1. Morbi inferuntur è nimiis excretis. Et 1. ex effluviis seminalibus & immodica venere, spiritus exhauriuntur, nervosumque genus exsiccatur, atq; de succis nutritiis plane despoliatur. Non corporis modo (dixit Epicurus) sed & Animi vires ab immodico concubitu franguntur.

Epicurus.

Nam capiti, Mentique nocet, sensusque retundit,
Vimque hebetans Animalem, &c.

Rodericus à Castro. Quam plurimum debilitat, fusius explicavit *Rodericus à Castro* de Natur. Mulier. lib. 2. cap. 5. & lib. 3. cap. 2. Adeo ut præter alia vitia, quæ supra memorantur, Arthritici morbi, Podagrici, Ischiad. Gonorrhæa cum calvitie, Tabesque Dorsalis cum anhelitu fœtido, cruditatibusque impuris, ex his profluviis nimiis tragœdias efficiant.

2. Et è nimiis Retentis. Sed 2. à nimiis ejus *Retentis*, *Galenus* ipse recensuit (lib. 6. de loc. affect.) læsiones esse multo graviores, quam quæ suppullulant à retentis menstruis ac vitiatis, juxta commune illud axioma Corruptio optimi pessima. Et quanto perfectior res est tanto tetrior atque deterior est ejus Recessio à legibus Naturæ. Etenim non tantum catameniis, aut succis in uteri Cotyledonibus vel acetabulis, sed etiam corporis omnibus, aliisve succis semen est præstantius; unde ex ejus immodica retentione quum ejus mercuriositas, aut oleaginosum-calidum-humidum-radicale putrescit; necessum est, hanc corruptionem periculosiorem atque lethaliorem devehi partes ad præcipuas. Unde miasmata, venenatique vapores accedant cordi cerebroq; non

non è quavis, vel exigua sed pessima malitia. Porro tam fœminis, quam viris, quanto diutius irregulariter retineantur, tanto fervidius ac acritis aculeis, œstris, morsibus, pravis qualitatibus, forsan & deleteriis ob errores principiorum efferantur; in Febres Spermaticas, Hystericos morbos, furores uterinos & Seminales Nymphomaniam aut libidinem, Pruritum, Satyriasin, verisimiliter & Anorexiam, aut in pejus totius corporis; unde miserrime grassentur tum Animales, tum vitales naturalesque corporis functiones. Adeo ut ex his rebus 6. Nonnaturalibus, rationem hanc diæteticam celebremus, tamen ad Spermatosis principia necnon elaborationes sanas omnium ministerio retrospiciamus, atque lenia medicamenta prout in jusculo Manna, &c. nonnunquam usurpentur. Sed verbotenus & ut Apophoreton, Emplastrum unum salubritati spermatosis in viris, matricisque conceptui tutiori in fœminis conservando, litemus.

Emplastr. Ad conservandam spermatosin & conceptum in utero.

℞ *Emplast. de Betonic aut Matrical. ana* ℥ I.
Myrrhæ, Oliban: Mastic: Styrac: liquid: Ladan: depurat: ana ℥ ß.
Santalin: citri, castorei, Galliæ mosch: Spic. nardi, baccar. lauri. ana ʒ ß.
Pulv. Cinamom: costi, cyperi, macis, Semin: Angelic: Spec: Diambræ. ana ℈ 2.
Ol: chymic: marjoran: jasmin. anisi, cinamom: nucis mosch. juniperin. aut cariophyl. ana ℈ I.
Sed Succini. ℥ ß.
Balsam: Lucatellæ & Balsam Hysteric: Zwelferi Ol: Rutæ, absinth. ana ℥ I.
Zibethi mosch: ana gr. 6. *Ambr. grys: gr.* 4. *Cum cera q. s. f. Emplastr.*

 Hæc

Hæc sanitati *SPERMATOSIS* ex instanti, tam ad individui quam speciei gratiam prorsus inserviant. Quamobrem amicabili hilariq; fronte Lectores hoc opusculum in eorum complexibus accipiant, instar ardentis Zeli, benevolentiæque Symboli, versus hominum (in Genere) speciem propagandam, Patriamque mihi (necnon Animæ medullis) charissimam; sed (in Specie) ad Medicinam veram, Chymiatriamq; posteris famulare, necnon inter Alumnos atq; candidatos Artis nostræ tam à *PRINCIPIIS* ac elaborationibus Naturæ quam à Succis, humoribus & *ELEMENTIS* promovere. Quippe quis nisi fere ἐκστατικὸς τοῦ λογισμοῦ vel Aniater imperitus hæc Arcana naturæ flocci-faciet? quinimo cum nobis ex his Chartulis (licet raptim exaratis) concludat.

7. Conclusiones ad Totum.

1. Ut Artis Chymiatricæ Natura ipsa sit optima Magistra, quia nec est manca nec quidpiam frustra fecit. *Arist.* de Gen. Anim. l. 5. c. 7. ὔτε ἐλλείπουσαν, ὔτε μάταιον οὐδὲν ποιοῦσαν τῶν ἐνδεχομένων περὶ ἕκαστον, & quia summos Artifices Natura facit, sed Ars (aliter) mediocres aut inertes.

1. Conclus. Natura Magistra.

2. In omnibus principiis, concoctionibus, & ἐργάσιαις Natura premit ad id quod est optimum in fine, sed in eo quod potest (haud semper quod petit) succumbit ac existit. Sic apud *Arist.* περὶ ζώων Πορείας, cap. 8. τοῖς δ' ὄφεσιν αἴτιον τῆς ἀποδίας, τό τε τὴν φύσιν μηδὲν ποιεῖν μάτην ἀλλὰ πάντα πρὸς τὸ Ἄριστον ἀποβλέπουσαν ἑκάστῳ τῶν ἐνδεχομένων, καὶ διασώζουσαν ἑκάστου τὴν ἰδίαν ΟΥΣΙΑΝ, &c. *i. e.* cujus virtutem atque substantiam conservare conatur, quæ nuncupatur *Paracelso BALSAMUM* cap. 2. lib. *de Chyrurg. Vuln.* ast ille cap. 8. verbis his extricavit mentem, *Nec est* (inquit) *quod*

2. Conclus: Natura premit ad optimum.

Arist.

Paracelsus.

quod mireris simplices Artes, *quas modo posui*; *Talis est Naturæ proprietas*, *ut per seipsam curet ubi Mundificatio* (*i.e.*) Elaboratio naturæ ad unum *PURUM* Homogeneum) conservetur.

3. Tanta sit solertia Naturæ ex his geniis, principiis, laribus ac elaborationibus, ut ex uno opere plurimas atque diversimodas utilitates, tam Toti & omnibus quam huic vel illi Parti & singulis impertire soleat; & differentias agit duntaxat ad partium, functionum, elaborationumque rationem ex *Aristot.* περὶ ζώων Μορ. lib. 3. cap. 1. ἡ δὲ φύσις ἅπαντα συνάγαγει εἰς ΈΝ ποιῦσα διαφορὰν αὐτῶ τῶ μορίυ πρὸς τὰς 'ΕΡΓΑΣΊΑΣ διαφορὰς. 3. Conclus. Solertia naturæ ex his princip. & elab.

4. Opus optimum naturæ principiis è variis elaboratur ac absolvitur, quibus ludere in omnibus suis exagitationibus summopere solet ad tuendam sanitatem corporis aut partis; adeo ut oblectamento colluctetur haud tantum variis, quinimo Heterogeneis usque ad τὸ ΤΕΛΕ'ΙΟΝ Sic apud *Arist.* περὶ κοσμῦ lib. cap. 5. ἴσως δὲ καὶ τῶν ἐναντίων ἡ φύσις ΓΛΙ'ΧΕΤΑΙ, καὶ ἐκ τέτων ἀποτελεῖν τὸ σύμφωνον ὐκ ἐκ τῶν 'ΟΜΟΙ'ΩΝ, &c. 4. Concl. Ludit his ἐργασίαις. *Arist.*

5. Attamen hoc opus aut Apotelesma naturæ, non tam ad rem sive radicalem læsuram oppugnetur ex elementis vel humoribus quam ex principiis impuris atque vitiatis. Sic è *Roderic.* de *Morb. Mul.* lib. 2. cap. 8. parum minus agnoscitur, natura (dixit) *nec calido nec frigido*, (ita nec sicco nec humido positive) contrariatur, *& demolitur è morbis calidis & frigidis, &c.* Sed quo pacto? nisi propter hæc principia in Vitio? unde læsuræ horum Naturæ operum maximæ magisque radicitus efferantur. Ideoque fatetur. D. *Roderic. Med. Polit.* cap. 7. lib. 5. Concl. oppug. natur. ex vitiis principi unde morbi. Rodericus.

lib. 2. ad mentem nostram è verborum propriorum serie, *Requiritur* (inquit) *oculorum acies in Medico ut primo statim occursu, qualisnam sit Ægroti vultus facile dijudicet, & colores unde subjecti succi capiat Testimonium; eademque perspicacitate ulcera, aliosque affectus introspiciat in* PENITIORIBUS *corporis partibus, auribus, palato, naribus, ad quas partes hebetior oculorum acies pervenire minime posset.* Attamen absque solertia dijudicandi ex his principiis unde proveniunt colores, sapores, odores, &c. haud morbos in locis penitioribus investigemus. Vide Schroder: *Pharm: Med: Chym:* cap. 5, 6, 7. & Quercet: Def. Herm. cap. 18. cujus verba sunt. *At qui aliud* (inquit) *in compositione structuraque corporis humani, quam* ELEMENTA *eorumque qualitates h. e. calidum frigidum, humidum & siccum rimabuntur, liquorem nempe* MERCURIALEM, *sulphur & salem omnis generis virtutibus, facultatibus ac proprietatibus prædita* PRINCIPIA *ex quibus infinitæ varietatis* COLORES *sapores* ODORES *& id genus* ALIA *promanant, facile perpendent singula principia à temperie sua ac aliorum consortio excurrentia* MORBOS *varii generis in corpore procreare, &c.*

6. Concl. Medicina tantum è contrariis fit morbus.

6. Medicina dein ex contrariis solis fit inimica Naturæ unde Medicus appelletur ejus Morbus potius quam Ministrator; quippe quonam Medio fiat infirmitas aut Morbus? nisi à natura læsa vel impedita suo cursu ac elaborationibus ex principiorum erroribus atque rebus contrariis? Adeo ut Naturæ non obviam demus, solummodo è tramite contrario, sed ejus moribus & principiis inserviamus. *Proinde* medicina sit imitatrix Naturæ, Medicusque ejus

ejus Indagator apud *Aristot.* περὶ ζώων Μορ. l. 3. cap. 2. Δεῖ δὲ τὴν φύσιν θεωρεῖν εἰς τὰ πολλὰ βλέποντα, &c. & ad id quod magis viget, praxin ac consilium collimare debet. *Natura igitur* (inquit Roderic. l. 2. de *Med. Pol.* cap. 7.) *repugnante, irrita fiunt omnia, si vere Natura ad optimam viam demonstret, Artis Doctrina facile contingit. Per Naturam intelligo naturalem quandam inclinationem, qua quis hanc, alius illam Artem promptius libentiusque sequitur. Sunt enim nobis ingenita cognitionum* SEMINA *quædam, quæ pro varia corporis constitutione aliquando perfectiora & puriora, nonnunquam impuriora & minus perfecta apparent, minuuntur, hebetantur interdum etiam aboleri conspiciuntur. Oportet igitur propensione illa præditum esse, qui ARTEM MEDICAM perfecte assequi voluerit. Quamvis enim REPUGNANTE Natura, labore summo, multisque vigiliis aliqua consequi liceat, Summum tamen CULMEN nunquam attingatur.* Arist. Rodericus à castro.

Naturam expellas furca licet, ipsa recurret.

7. De his Arcanis Spermatosis ac Vasis, haud absque reverentia justa ad Naturam, modestia tralatitiisque Graviorum & Eruditissimorum traloсuti simus. Consimiliter, ut de hac re profatur etiam *Roderic.* à *Castro* in lib. 1. *Natur. Mulior.* cap. 3. cujus verba sequuntur. 7. Concl. De his Arcanis & vasis modestiam petit natura Rodericus.

Dignum tamen consideratione, quo ARTIFICIO *ingeniosa natura, hac solum in parte, & in lingua frænum posuerit, nempe ut hominem his in locis, à quibus maximum Nocumentum impendebat, continentiæ admoneret.* Imo & ab anhelitu diviniore fortasse, cum longe majori veneratione D. *Augustinum* ipsum de his vasis exaudiamus, contra *Julianum Pelagianum* cap. 16.

D. Augustinus. *hæc vasa Spermatica* (dixit) *à divino Numine Condita fuisse mirifica, necnon honesta, sed per Peccatum facta alicquin & obscæna. Atqui puto*(dixit ille) *Libri tui atramentum ipsum erubescendo convertatur in minium.* Quamobrem disquisitionis hujus subjectum nemo sine crimine loco criminis objiciat; & hæc quæ (*Philiatre*) ex Animo cordetenus amicissimo, promptissimoq; tibi gratificandi in medium protuli, sive quæ pro præsenti raptim, vix satis ut in votis, exaravi, lubenter tamen accipe. Quod si feceris ut tibi Benevolo plurimum προσφέρεσθαι meque devincire valeat; sic ad majora studia, vel additamenta, quæ verisimiliter Ætas maturior dictabit, &(ut opportunitas fœlicior nobis ancilletur)in quadam Academia celeberrima; cujus aura (Deo volente) mihi vitam degere decrevi (vel εἰς νῦν βέβληκα) impensius excitabis. Forsan & ad plurima remedia secreta vel Arcana nostræ methodo medendi Chymiatricæ consignata, sub variis Classibus aut Categoriis morborum omnium, in publicum emolumentum conferentia, scituque nullatenus indigna suscitabis. Tunc has chartulas (ex sincera parte mei cordis aurigantis eas edendo) tu (*candide!*) legendo, ac insuper intelligendo, pignoris instar aut vadimonii servabis. Demum ex consiliis Cœlitus inspiratis *Nemesii de*

Nemes. *Nat. Hom.* lib. cap. 1. Naturæ hominis, mirabilia confiteamur. Εἰδότες οὖν ὅσης εὐγενείας μετειλήφαμεν, καὶ ὅτι φυτὸν ἐσμὲν οὐράνιον, μὴ καταισχύνωμεν τὴν φύσιν, μηδὲ τῶν τοσούτων δωρεῶν ἀποφανθῶμεν ἀνάξιοι, μηδὲ ἑαυτοὺς τοσαύτης ἐξουσίας καὶ δόξης, καὶ μακαριότητος ἀποστερήσωμεν ὀλίγου χρόνου καὶ βραχείας ἡδονῆς πάντων τῶν αἰωνίων καταπροδόντες ἀπόλαυσιν· ἀλλὰ διὰ τῶν

καλῶν

καλῶν ἔργων, καὶ τῆς ἀποχῆς τῶν φαύλων καὶ τοῦ ὀρθοῦ σκοποῦ οὗ μάλιστα τὸ θεῖον συνεργεῖν εἴωθεν, καὶ διὰ τῶν εὐχῶν τὴν εὐγένειαν διασώσωμεν nos esse *Stirpem Cælestem*, ideoque Naturam tam *NOBILEM* sordidis aut vitiis ne dedecoremus, aut beatitudine despoliemus. Quippe nos ad vitam optimam atque beatam ipsa perduceret, Καὶ τῆς λογικῆς τῆς φύσεως τὸ κεφάλαιον ἐστὶ τὸ φεύγειν καὶ ἀποστρέφεσθαι τὰ κακά, μεταδιώκειν δὲ, καὶ αἱρεῖσθαι τὰ καλὰ, &c. & principium veræ rationis sit effugere Prava, sed imbibere Proba, virtutem pietatemque conatu summo solenniter ac perenniter insectari. Sic è principiis vere philosophandi M. *Anton. Imp.* ζῆν κατὰ φύσιν, ζῆν κατὰ λόγον, καὶ ζῆν κατὰ Θεὸν, unum idemque recensebat.

His rite perpensis, Anchoram nunc in Portu ex hac Navicula proferamus; quamlibet exordio hujusce cœpti, quum vela prima solvissemus in hoc pelago, ventorum flatibus ambifariis ac malignis graviter interminati fuimus; Æquora tamen hujus *Medico-Philosophiæ* profunda sulcavimus, & (*Auspice Deo opt: Max.*) ad littora tuti præripuimus. Quibus cantu hoc lepido Ænigmatico, salutem dicamus. *Epilogus.*

FILIA Pennigeræ Sylvæ levis hæc, natat Æquor,
Grande tamen MEDICIS *vectat onus* CHYMICIS:
Vela papyrifera hæc VENTIS *famulantur, & iras,*
NEPTUNI *ridens,* HUMIDA *regna secat.*

Jamvero quid supersit? nisi ut armamenta nostra discingamus? telonarios regales atq; (posthabita securitate) scrutatores nobis admittamus? quorum scrutiniis omnia penitus ac alte percontanda sint, dum vectigalia tributaq; nostra non solum Taxiarchωn Magistratuumq; pedibus, quinimo *Archiatrωn* Medicorumq; manibus

&

& oculis (instar *Arabarchum*) fideliter exolvimus; eorumque examini sagacissimo, vel emendationi, doctrinas has de PNEUMATOSI, & SPERMAT: hypotheticas (quæ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον excudere navavi) lubentissime subeam. Interea tamen, ex avidis communitati inservi-endi studiis, suppetias etiam Tyronibus & Alumnis in methodo vera medendi nonnullas agendi, hæc prius ac foras votis *Alcibiadis* eliminavi.

ΖΕ͂Υ Βασιλεῦ! τὰ μὲν ἘΣΘΛΑ` ϗ εὐχομένοις, ϗ ἀνευκ́τοις
*Ἄμμι δίδου· τὰ δὲ ΔΕΙΝΑ` ϗ εὐχομένοις ἀπάλεξον.

Celsissimi Numinis & ad ter opt. Max. Dei Gloriam sit omnis Medicinæ Laus.

FINIS.


MVSEVM BRITANNICVM

Ad Lectorem Candidum.

Ilias malorum ex ἀτυχία *prelorum, & obstetricum (horum* Gemellorum) ἀμαθία, *nobis accessit; forsitan & ab eorum avaritia, qui variis typis ac* Typographis *idiomate vernaculo versatis, ast linguæ latinæ nimis imperitis, has chartulas satis inconsultè prostituerunt. Quibus etiam, aut saltem duobus,* Emendatores *(utpote Prelis literariis crebrius instantes) omnino defuerunt. Unde plurima disquisitionum harum membra mutilantur, sauciantur & impinguntur tum* καθ' ἄρθρον *tum* κατὰ Σύμφυσιν. *Quamobrem è legendi, necnon intelligendi causa, imo quasi per novam* Diarthrosin *sensum & sententias occurrentium instaurandi;* LECTORI *pensum sit haud indifferens, hæc errata nonnulla subter calami crenam eradere, quæ sequuntur; dum alia minus impensa, ex gratia librum vendendi, precarioque ab importunitate* Bibliopolæ, *supersedeamus.*

Errata Lib. 3. quæ calci Spermatosis adsint.

Pag. 367. l. 2. l. *Apologeticum*, l. 16. l. φύσεως, p. 368. l. 2. d. *Et*, l. 5. l. *quot littus*, l. 28. l. (*de concoctionibus*,) p. 369. l. 14 l. *ob eorum*, p. 370. l. 15. d. *aut*, l. 16. l. τυφλῶ *seu cyclopis*, l. 17. l. *exprobare*, l 31. l. κεφαλὴ p. 372. l. 22. l. *alienigenis*; p. 375. l. 6. l. *intendentis*, p. 376. l. 11. l. τὸ Πᾶν l. 22. l. *exantlato*) l. 33. l. *ex imis*, p. 377. l. 30. l. *possit, id* p. 379. l. 7. l. *Hæmat*: p. 381. l. 16. l. *Coryphæos*, p. 382. l. 25. l. *Testatur ex iis ut ante*, l 27. l. *ut hyberno temp.* p. 385. l. 14. l. γεννᾶν, p. 387. l. 21. l. *quodammodo*, p. 388. l. 21. l. *speciem ad conservandam*, p 390. l. 35. l. *præeuntium*, p. 391. l 1. l. τὸ πᾶν, l. 10. marg. l. *in Seminis Arcano*, p. 392. l. 10. l. αὐτεξουσίαν, l. 34. l. *calliergiaque*, p. 393. l. 18. l. *evigilaremus*, p. 395. l. 11. l. ἰσχνοφωνίαν, p. 396. l. 27. l. *Harvæi*, p. 399 l. 13. l. *propius*, p. 406. l. 13. l. *semen est magis*, p. 408. l. 4 l. ἐνθάδε, p. 410. l. 19. l. ποιοῦσαν, p. p. 415. l. 3. l. (per, l. 23. l. *Sperm.* p. 420. l. 18. l. *suspicantur*, P. 428. l. 5 l. *ultimumque*, l. 18. l. *impedirentur*, p 431. l. 18. l. *prostatis*, p. 433. l. 14. l. *Gonorrhæa*, l. 20. l. *exantlati, atque*, p. 434. l. 14. l. *prolificationi tam*, l. 17. *Scortorum*, p. 443. l. 30. l. *indicis haud omnino*, p: 447. l. 16. l. κατὰ τὸ παλαιὸν, p. 450. l. 14. l. *situ*, p. 453. l. 18. l. *propagandam.* p. 455. l. 7. l. *Materiæq*; p 460. l. 1. l. *magis valetudinarium*, l. 18. l. *corripiuntur*, p. 465. l. 21. l *exantlantur*. p. 477 l. 28. l. θερμότητος, p. 483. l. 4. l. *clavem impetrabit*, l. 19, 20. l. *calorem innatum*, p. 489. l. 8. l. τελειωτάτην, p. 497. l. 20. l. *luculenter*, l. 29 l. *avolantibus* p. 498. l. 29 d. *aut* l. *ejusque fæx est Scoria, aut Sulphur.* l 35. l. *Gonorrhæa*, p. 499. l. 28. l. *Gremiique præparatione*, p. 500. l. 7. l. *suscepit*, l 14 l. *investigata fuerunt*, l. 20 l. *profluunt*, l. 21. l. *reserantur*, l. 23. *lipothymia*, p. 501. l. 23. l. *unde fiant intemperies*

ries morbidæ, l. 35. lipothymiam, p. 522. l. 27. ἀναψυχάλων, l. 28. τῶ ζώων, p. 526. l. 12. magis tartareus, p. 528. l. 34, 35. l. mox exquiremus, p. 530. l. 24. l. è cerebro, p. 540. l. 35. & 541. l. 1. l. maturetur, p. 542. l. 35. l. spiritus hos, p. 555. l. 16. l. effectus, p. 556. l. 13. l. ab efficienti, p. 561. l. 13. l. ὑπάρχει, p. 575. l. 33. l. τὸ ENS sit & hominis, p. 577. l. 20. marg. l. Animam non fieri, p. 578. l. 21. d. non l. Nec è verbis, p. 583. l. 8. l. prærogativæ, p. 584. l. 4. marg. l. Anima, p. 587. l. 27. l. septuaginta, p. 593. l. 10. l. καὶ Πόροις, l. 14. l. τῶν μὲν ζώων, l. 29. marg. l ejusdem speciei, p. 594. l. 25. l. quam viris, p. 595. l. 8. l. in propaganda specie, p. 596. l. 28. l. Ex actionis emissione, p. 599. l 9. l. radiisque solaribus, p. 609. l. 23. l. involucrum, p. 630. l. 1. l. ac hic succus, p. 631. l. 17. l. pinguedinibus, l. 33. l. fœtuum, p. 637. l. 6. l. deficiant, p. 638. l. penult. l. inessent, p. 643. l. 1. l. satis, l. 11. l. quaquaversus, l. ult. l. grassatur, p. 653. l. 8. l. æmulantur. p: 652. l. 8. l. Bovum, p. 654. l. 22. l. & composita qualitatibus, p. 656. l. 4. l. læsuram, p. 657. l. 21. l. desint, calor etiam, l. 22. l. concep. p. 660. l. 22. l. pernicioso, p. 662. l. 3. l. sufflaminationi, l. 22. l prædita, p. 668. l. 2. d. à. p. 674. l. 23. l. promiscuis, p. 676. l. 6. l. Chymiatron, p. 680. l. 12. l. earum plantarum succis, p. 682. l. 23. l. marinorum, p. 684. l. 17. d. per, l. hoc loco, p. 685. l. 35. l. ex allio, porris, p. 688. l. 14. d. ana l. crem. tart. ℈ 2. p. 691. l. 34. l. exiccat: ℈ 2. in 2. gut. p. 694. l. 15. l. ab earum herb: floribus, l. 26. l. commendat. p. 695. l. 15. l. præsentem, p. 697. l. ult. l. hactenus ad, p. 707. l. 27. l. ☿ vitæ, p. 713. l. 11. l. altero fortiorem, p. 721. l. l. 30. εὐεξίαν, p. 724. l. 9. l. bituminosis, ac p. 722. l. 15. l. possessionum, p. 729. l. 10. l. balneis tepidis, p. 730. l. 15. l. sine quo, l. 26. l. æqualiter.